dubijs, sed non in præiudicium superioris qui non assensit, vt
ibi, & dixi in d. c. de multa. Secundo opp. ad idem. nam potuit
esse quòd iste ignorabat de sua gratia, quo casu non intelligi-
tur renunciare. eo. ti. gratia. lib. 6. Sol. secundum Steph. hoc se-
cundum illud, vt hic intelligatur de sciente. Tertio opp. quia a
contrario probat litera ibi, si ante adeptionem. secus, quod post
adeptionem, cum tamen fortius debeat extingui ius in re in
quo est maior contrarietas quàm ius ad rem. pro hoc c. de mul
ta. & extrauagans, execrabilis. Sol. contrarium est verum quòd
consecutus secundum incompassibile ipso iure intelligitur re-
nunciare primo, sed non per hanc cle. quia post consecutio-
nem primi gratia desinit esse gratia, vnde tunc non potest se-
cundum Steph. dici renunciare gratiæ. Quarto opp. contra
hanc solutionem de c. mandatum. cum ibi notatis, eod. ti. vbi
fortius dicitur prosequi suam gratiam qui consecutus est be-
neficium, quàm ante consecutionem. Sol. prosequi dicitur in
effectu, sed non vere, cum gratia sit consummata, quia igitur
erat decisum quòd per consecutionem secundi incompassi-
bilis vacaret primum ipso iure, & potuisset dubitari an simili-
ter extinguatur ius ad rem, seu gratia nondum consummata,
ideo deciditur hic quòd sic. & subest fortior ratio. quia facilius
tollitur ius ad rem tanquàm fragilius. de præben. c. pe. lib. 6. de
conces. præben. c. fi. eo. lib. Quinto oppo. ad hoc, quia ex hoc se-
quitur quòd nulla penitus fuit causa dubitandi in hoc cap. dic
quòd imo fuit. non enim videbatur tanta repugnantia inter
ius ad rem ad beneficium incompassibile, & ius in re, sicut in-
ter duo iura in re. Ratio autem decidendi fuit quæ dicta est
sup. contrario proximo. Item quamuis non sit tanta repu-
gnantia, subest tamen paritas rationis vt mensuremus gra-
tiam ab eius effectu, & sicut tolleretur ius in re, ita tollatur
gratia per quam potest ad illud perueniri. Quæro, quia in prin-
cipio dicit gratiæ, quid in literis in forma pauperum, vel in li-
teris iustitiæ? de primis in c. si paupet. de præben. lib. 6. de secun-
dis, de præben. episcopus si. & c. cum secundum. Glo. 1. dicit
de primis quod non, idem dicit Pau. de secundis. nam faci-
lius tollitur per assecutionem beneficij etiam non incompas-
2 sibilis, vt dixi in primo notabili. † Secundo quæro, an hæc cle.
procedat de gratia facta ab alio quàm a Papa. glos. eadem dicit
quòd sic, quia generaliter loquitur, cum qua tenent Steph. &
Genze. simile quod dicitur in cle. præced. in glos. vlt. in prin. &
in hac glo. ibi in prima glo. vel potest dici elicita ex mente c. de
præben. de multa. eo. tit. ad audientiam, 2. & c. in nostra. Lau. &
3 Genze. quod placet, nec contradicit glos. † Tertio quæro, quia
a dicit de dignitate, quid est dignitas,[a] & quomodo cognosci-
tur? dic ad secundum quòd ex consuetudine loci & alijs de
quibus per Inno. de præben. de multa. & per Archid. de consue.
4 c. 1. lib. 6. & ex ibi no. etiam colligitur sol. primi, quid sit. † Quar
to quæro, quia dicitur de beneficio curato, quomodo intelli-
gitur beneficium habere curam. dic quòd duobus modis. Pri-
mo proprie & stricte, cum habet curam fori pœnitentialis. de
pœ. omnis. Secundo large, cum habet curam fori contentiosi.
de quo in c. dudum. 2. de elec. & per Inn. de offi. arch. cum satis.
vbi dixi. Quinto quæro, in eo quod in præcedenti quæstione
dixi de duplici cura, an de vtraque procedit quod hic dicitur?
dic quòd sic, tum quia generaliter loquitur, tum quia subest
eadem ratio incompassibilitatis, vt probat d. c. dudum. Sexto
quæro, si litigans super beneficio consequitur incompassibile,
an per hoc renunciat liti? glos. 2. dicit quod sic. quod plene dixi
in c. in nostra. quod alleg. & idem Pau. Septimo quæro, si in
consecutione incompassibilis protestatur quòd non intendit
renunciare primo. glos. eadem dicit protestationem non pro-
desse. idem Pau. Oppo. ad hoc quòd imò potius non tenet con
secutio secundi quæ debet esse pura & sine conditione vel pro-
testatione. de elec. c. 2. lib. 6. & quod ibi no. Inno. in addi. & Io.
And. Sol. Lap. format & non soluit. dic quòd id quòd ibi di-
cit Innoc. procedit de protestatione directo contraria acce-
ptationi, vt si in casu huius cle. protestatur quòd non tanquàm
prælatus, vel si acquiratur titulus, consequitur secundum. talis
enim protestatio vitiat factum seu verius impedit in fieri. de
condi. app. c. fi. & hoc si habet sua formalia. de elec. Cumana.
quod plene dixi de const. cum M. sed protestatio quòd velit
non renunciare primo non directo, repugnat, quia per hoc
non sequitur quòd non velit secundum. potius ergo reijcitur
protestatio tanquàm de iure non compassibilis, tamen adhuc
quo ad distinguendum ius primi beneficij sufficit consecutio
secundi etiam facta cum protestatione directo contraria, vt in
exemplo præmisso. nam & si tunc non consequatur titulum
in secundo, quia acceptatio non est pura, perdit tamen ius in
primo, si pacifice habet secundum, quia etiam violenter con-
secutus secundum incompassibile perdit ipso iure primum.
de præben. cum qui. lib. 6. prout ergo dicit Io. Cald. in c. in no-
stra. refert an secundum consequatur simpliciter, & tenet con-
secutio. vtroque tamen casu vacat primum. Opp. ad prædicta,
quia ex quo acceptatio non fuit pura, non potest dici tenere
consecutio secundi, d. c. 2. de elect. lib. 6. & probatur ratione,
quia consensus ad beneficium debet esse simplex & purus,
non conditionalis vel temporalis. arg. 70. dist. c. 2. sicut consen-
sus adoptantis aliquem in filium non debet esse ad tempus. l.
quæsitum, ff. de adop. Sol. vt tunc dixi, quia etiam eo casu quo
non tenet consecutio secundi, tamen vacat primum, per cap.
cum qui. Et per hoc tollitur opi. Hosti. de qua eo. tit. in nostra.
vbi tenet quòd protestatio iuuat, quia iste modus renunciandi
quòd scilicet hoc casu intelligatur primo, non inuenitur in iu-
re expressus. dic enim quòd imo expressus, si consequitur pos-
sessionem secundi, per d. c. cum qui. secus autem si non est con
secutus possessionem nisi per eum stet. de elect. commissa. §. 1.
de præben. in c. licet 2. lib. 6. Et per hoc expediuntur aliqua quę
dicit Pau. de quib. etiam no. de præbend. de multa. Item ad
contrarium in eo quod arguitur, quòd receptio secundi non
teneat. Hostien. in d. c. in nostra. dicit quòd imo tenet. nec est
vitiosa, quia recipiendo ecclesiam potest desiderare episcopa-
tum & in mente gerere quòd acceptaret si eligeretur. 8. q. 1. qui
episcopatum. de transla. c. fi. ad idem de præben. præterea. & c.
proposuisti. 7. q. 1. pastoralis. cum ibi notatis. pro hoc quod di-
xi in proximo contrario, in eo quod dixi quòd talis protesta-
tio non directo repugnat acceptationi, tamen si omnino ex-
primeret quòd non acceptat secundum, nisi in quantum sibi
remaneat primum, tunc videtur protestatio incompassibilis
& repugnare acceptationi, & sic acceptatio non tenet. ar. de
5 cond. ap. c. fi. † Octauo quæro, quæ sunt illa beneficia, quæ de
iure teneri possunt plura? simul hæc quæstio præsupponit a-
liam, nunquid possint aliqua beneficia plura cadere in eun-
b dem[b] de iure, quæ erit vltima, quam inf. plene examino. sed
ad præcedentem responde vt in glos. in ver. beneficium. quam
singulariter no. ponit autem glos. triplicem modum incom-
passibilitatis. Primus modus est planus per cap. de multa.
Secundus procedit in beneficijs conformibus in eadem ec-
clesia per cap. literas. alleg. in glos. ad idem cle. de præben. si
iusta. Tertius modus patet in glos. quam tamen limitat Pau.
secundum quem quandoque beneficium requirit residen-
tiam, & plura teneri non possunt. quandoque non præcise:
sed si non resideret, subtrahuntur prouentus, & tunc non sur-
git incompassibilitas. quod est notabile. Lau. limitat ad-
huc primum dictum, quando requirit præcisam residen-
tiam, quia intelligit hoc procedere quando requiritur resi-
dentia adeo quod inductum est ex iure speciali, quòd vacet
primum per adeptionem secundi, secundum ea quæ no. Inn.
de cler. non resi. cap. fi. sed pro eo quod dicit glos. cum limita-
tione Pau. facit, quia Inno. in c. fi. de cler. non resi. dicit quòd
bene-

ADDITIONES.

a Quid est dignitas. Adde glo. in cap. nonnulli. de cler. non resid. glo. in c. statu-
tum de rescrip. lib. 6. glos. in c. sedes. de rescrip. in glos. in c. denique. 3. distin.
Abb. & Doct. in rub. de præben. Bar. in l. 1. C. de dign. lib. 12. & qualiter co-
gnoscatur, vide Gemi. & quod no. in apos. ad eum, in c. volumus. 81. distin.
Pan. in c. cum accessissent. de institu. & Rota decis. 437. incip. fuit dubitatum.
in no. & per illum plenil. in cle. 2. §. 1. in princ. & ibi qualiter differant di-
gnitas, officium, personatus & præbenda. inf. de æta. in cle. 1. c. 1. inf. de præ-
ben. & cle. 2. de iudi.
Vinc. God. Adde quòd dignitas adhibita dignitati auget dignitatem, Bar.
Soc. consi. 128. præstantissimi. vers. 1. quia circa prin. lib. 1. & in consi. 188.
circa princ. versic. sed præmissa, circa med. lib. 2.

b Nunquid possint aliqua cadere in eundem. Adde gl. in versi. de iure. in c. gra-
tia. de rescrip. lib. 6. & quod ibi Domi. & quod diffuse per Mat. de Sen. in sua
re. c. de multa. de præben.
Vinc. God. Vide do. Abb. de fer. in tract. de hor. canon. in princ. nu. 30. & 32.
quod habetur in lib. 9. tract. fol. 123. & quia posset in pluralitate beneficio-
rum dispensare, scribit Pet. a Brax. in tract. directorium electionum. in c. 12.
vbi in fine adiungit quòd plura beneficia tenens, quorum vnum ei sufficer-
ret, peccat mortaliter. hoc habetur in lib. 8. tract. fol. 25.

beneficium requirit residentiam. Ex hoc solo surgere incom-
passibilitatē cum alio, quod tñ expresse non probatur iure, sed
probatur ratione sumpta a paritate dispositionis de curatis,
prout in c. de multa. videtur tñ verius dictum Lau. per id quod
dico c. fin. q. 8. Opp. ad prædicta, quia de iure commutio omne
beneficium requirit residentiam. de cle. non resi. conqueren-
6 te. ergo incompassibilitas est in omnibus. Sol. vt inf. vlt. q. † No-
no quæro; quid si monachus impetrauit gratiam ad dignita-
tem sui ordinis, deinde obtinuit prioratum aliquem manua-
lem, an per hoc renunciet gratiæ. Steph. dicit ꝙ sic, per c. cum
singula. de præb. lib. 6. Lau. alleg. cle. ne in agro. inf. de sta. mo. §.
ad hæc. Decimo quæro, si habens gratiam in forma paupe-
rum, promouetur ad ordines ad titulum patrimonij, an per
a hoc renunciet gratiæ.[a] Lau. at. pro & contra, dicit ꝙ non re-
nunciet, nisi patrimonium eius fiat titulus beneficialis prout
7 dr̃ in c. tuis. de præb. pro hoc c. si pauper. præalle. † Vndecimo
quæro, quid de altaribus, quæ quotidie instituuntur in eccle-
sijs, an per acceptionem vnius extinguatur gratia quæ habe-
tur ad reliquum. dicit Lau. ꝙ non, nisi ex institutione testato-
ris vel alio iure requirat residentiam, per superius dicta. q. 8. &
per hoc etiam si requirat sacerdotium non dicuntur incom-
passibilia ipso iure. Duodecimo quæro, si habens curatum im-
petrat gratiam ad incompassibile, an per hoc renunciat. pri-
mo vr̃ ꝙ sic, ar. huius cle. quæ probat casum conuersum. dic
contra ſm Pau. ꝙ minus est habere actionem ad rem ꝙ̃ ipsam
rem. ff. de reg. iur. l. minus est. quod tenet etiā Inno. & Compo.
8 in d. c. eo. ti. in nostra. † Decimotertio quæro, qñ dicetur pacifi-
ce habere, ſm glos. in ver. pacifice. soluit ampliando literā idē
Pau. qui etiam dicit ꝙ dr̃ pacifice, qñ non patitur controuer-
siam in iudicio vel extra. de ele. commissa. lib. 6. de præb. licet
9 episcopus. eo. lib. † Decimoquarto circa hoc quæro, electus in
b episcopum[b] anteꝙ̃ confirmetur, cōsequitur curatum, nunquid
renunciat liti quam habet super electione episcopatus. Pau.
quòd non, quia hæc pœna non inuenitur iure expressa, nec de-
bet hęc cle. extendi. Io. And. & Io. Cal. de concel. pręb. cum no-
stris, tenent contrarium. quamuis enim c. de multa. nō habeat
locum in epātibus ex eo, quia non potest eps renunciare epi-
scopatui sine licentia Papæ, de regula. licet. de transa. c. 2. tamē
quia electus in epm libere renunciare potest in manibus cu-
iuscunque vel nullius. d. cap. 2. de ele. si electio. lib. 6. sicut posset
expresse, ita & tacite per cōsecutionem incompassibilis, quod
est verius. & pro hoc hæc cle. vt generaliter procedat. Decimo-
quinto quæro, quid e conuerso habēs gratiam ad dignitatem
eligitur in epm & consentit ac petit cōfirmari, an per hoc ex-
tinguitur gratia. vr̃ ꝙ sic per acceptationem incompassibilis.
de elec. vt quis duas. lib. 6. Contrarium dic, quia hæc cle. exigit
consecutionem possessionis pacificæ. Ad contraria dic quod
non dr̃ acceptasse alterum de contrarijs ex quo nondum con-
secutus est cū effectu. intelligitur enim acceptare quatenus cō-
sequi possit. & hoc ex præsumptione iuris surgenre ex c. com-
missa. præalle. & ex hac cle. Decimosexto quæro, si pendente
gratia ad beneficium consequor secundum incompassibile,
sed ante possessionem secundi vacat beneficium debitum ex
gratia, & illud consequor pacifice. Dicit Pau. ꝙ in dignitatibus
& curatis vacabit primo collatum, per cap. de multa. in alijs. s.
non incompassibilibus neutrum vacat, & poterit vtrumq; cō-
sequi. & in hoc vltimo idem vult gl. in ver. non posses. pro hoc
10 quod dixi. eo. tit. ad audientiam. † Decimoseptimo quæro, de
c eo qui contraxit matrimonium[c] quod postea dissoluitur per
confessionem, nunquid si ille erat beneficiatus, beneficia quæ
perdidit per ꝯctum matrimonium per eius dissolutionem re-
cuperat. glos. pe. inducit hanc cle. ad partem negatiuam. idem
Pau. quod tenet Vin. de cle. coniu. c. 1. & de hoc in Spe. eo. tit. in
fi. pro hoc c. ex transmissa. de renun. Genze. de spon. ca. 1. lib. 6.
vt refert Io. de Lig. dicit ꝙ aut matrimonium dissoluitur ex
defectu consensus, & sic nō tenuit ab initio, & tunc nunꝙ̃ fuit
verum ꝙ perdiderit beneficia. aut tenuit ex consensu, licet ex
alia causa fuerit nullum, & tunc perdidit per tale matrimo-
nium, nec postea recuperat. In quo membro Io. de Lig. tenet
ꝯtrium & verius, quia licet quo ad inducendum iustitiam pu-
blicæ honestatis sufficiat matrimonium validum ex consen-
su etiam alias nullum, de spon. c. 1. lib. 6. tamen ad alium effe-
ctum secus. quia stat regula, non præstat &c. lib. 6. per hæc in-
11 fertur ad aliam quæstionem seq. † Decimooctauo quæro, in
eo quod dicit ꝙ etiam si impetrans sit paratus resignare bene-
ficia, non per hoc recuperat gratiam, quid si impetrans tacuit
de beneficio, vtrum renunciando beneficiū recuperat ius gra-
tiæ quæ non tenuit per c. si motu proprio. de preben. lib. 6. Pau.
ꝙ non per no. eo tit. postulasti. pro hoc c. si clericus. de præben.
lib. 6. pro hoc quod hic dr̃ in gl. fi. cum qua idem Pau. & dicit
Lau. ꝙ iste cautius faciet si dimittet adeptum donec videat si
aliud poterat adipisci, quæ cautela parum releuat, quia non
propterea recuperabit gratiam vt hic. dicit etiam Lau. ꝙ tales
tractatus circa ecclesiastica beneficia facere non licet, quia si-
monia est, nisi superioris authoritas interueniat. de pręben. ni-
si. vult dicere ꝙ si inter impetrantes fieret conuentio quòd ac-
ceptans ſm incompassibile cum gratia renunciaret beneficio
vt gratia remaneret integra, hoc non licet, sed authoritate su-
perioris bene licet. quod intellige vt dicit gl. vlt. scilicet, ꝙ supe-
rior poterit conferre primum, nō ex vi gratiæ extinctę, sed suo
12 iure. † Decimonono quæro generaliter, an de iure communi[d]
d possit quis habere duo beneficia, quæcunque sint illa. hic arti-
culus fuit semper dubius. ideo plene tractandus. Primo itaque
faciam rationes pro & contra. Secundo recitabo opiniones.
Tertio ponam quid vr̃ mihi, & respondebo ad contrarias ra-
tiones. Primo igitur ꝙ sit dare aliqua beneficia quæ simul ca-
dunt in eundem, arguitur sic, quia quod de vno prohibetur,
de alio eiusdem generis intelligitur permitti. ff. de iudic. cum
prætor. 25. dist. qualis. de præsum. nonne. sed de beneficijs cer-
tarum qualitatum prohibetur pluralitas vt in dignitatibus &
personatibus & curatis. de pręben. de multa. ergo de beneficijs
non habentibus tales qualitates pluralitas permittitur. Secun-
do ex eodem motiuo sic, specialiter prohibetur religiosis plu-
ralitas beneficiorum regularium. de præb. cum singula. §. pro-
hibemus. de elec. constitutis. de relig. do. c. fi. ergo in non regu-
laribus permittitur. Tertio sic, publica vtilitas præferenda est
priuatæ & debet attendi, ff. pro soc. l. actione, §. Labeo. de po-
stu. bonæ. t. de regu. licet. sed potest esse publica & communis
vtilitas, vt quis habeat plura beneficia, quia est industriosus &
melius dispensabit eorum fructus quam dispensaret alius fru-
ctus huius beneficij tantum. Item quòd et it talis qui non pro-
pter auaritiam, sed vt plus mereatur, subit plura onera dispen-
sandi fructus plurium beneficiorum, ergo tali poterunt plura
conferri. debet enim attendi vt persona sit talis vt contra diui-
na legis præcepta honor ecclesiasticus eis collatus non sit. 61.
dist. miramur. Quarto, quia quandoque vnum beneficiū non
est sufficiens pro victu beneficiati, ergo tunc debet admitti, &
sic permittitur vt habeat plura 70. dist. sanctorum. adeo quòd
habens beneficium non sufficiens dr̃ idoneus ad beneficium
in tantum ꝙ si alicui concessum est, vt de aliquibus beneficijs
prouideat personis idoneis, poterit prouidere tali. casus est
notabilis de præben. is cui. lib. 6. quod tenet ibi glos. & Archi.
Quinto, quia specialiter prohibetur, ne in vna & eadem eccle-
sia aliquis habeat duo beneficia simplicia conformia. de con-
cess. præb. literas, inf. de præb. cle. si iuxta. ergo in diuersis eccle-
sijs permittitur. pro hac parte inducuntur iura de rescrip. eam
te. de æta. & quali. eam te. de procu. ex insinuatione. de excep.
cum ecclesiasticæ. In quibus omnibus fit mentio de habenti-
bus plura beneficia, nec reprobantur. pro casu inducitur c gra-
tia. eo. tit. lib. 6. & hæc cle. quia probant esse aliqua beneficia
quæ simul plura de iure teneri possunt. In contrarium, quia
beneficia fuerunt instituta propter cultum diuinum. vnde di-
cimus quòd pp officium datur beneficium. de rescri. c. fi. lib. 6.
ad hoc de cle. non resi. relatum. de celeb. miss. c. 1. 92. dist. c. 1. &
per totum. Sed impossibile est quem residere in pluribus be-
neficijs cum sit impossibile rem circunscriptā loco esse in plu-
ribus locis, vt dicūt phisici. ad hoc 70. dist. sanctorū. 21. q. 1. c. 1.
& per totum. de præb. quia in tantum. & c. ad hęc. quę fundan-
tur super hac ratione, quia singula officia in ecclesijs exigunt
assiduitatē personarum quę non potest esse p eandem personā
in diuersis beneficijs, vt probant illa iura, & c. cum non igno-
res. & c. præterea. eo. ti. Scđo quia seruiens altari debet de eo vi-
uere. de præb. cum ſm. ergo per conuersionem si de altari vi-
uit, debet in eo seruire, & continue, sicut continue alitur. imo
dicit tex. ꝙ vnus vix sufficit implere vnum officium. de cleri.
non resi. quia nonnulli. & omne beneficium quantuncunque
exiguum

ADDITIONES.

a An per hoc renunciet gratiæ. Adde de hoc per Oldr. consi. 175. Bal. in l. placet. in fi. C. de lib. & posth. & Genze. in cle. literas, de rescr.

b Electus in episcopum Adde Domi. in c. eum qui. de præben. lib. 6. Card. Alex. in c. in nomine Domini. 23. dist. in 4. col. versi. quod crimen.

c De eo qui contraxit matrimonium. Adde de ista materia diffuse per to. de Imo. in ista cle. vbi optime distinguit.
Vinc. God. Adde Ay. Cra. in consi. 303. nu. 9. qui dicit quòd matrimonium, & beneficium ecclesiasticum se non compatiuntur.

d An de iure communi. Adde Io. in c. dudum. el. 2. de elec. Et Abb. in c. dilectus. de rescr. el 2. & glos. in d. ca. dudum. Do. in c. gratia. de resc. lib. 6. & per Abb. in rep. §. quia vero, in c. extirpandæ. de preben. Adde quid de beneficijs curatis, an possit quis plura habere. per Spe. in tit. de dispen. §. videndum. per totum. & in tit. de posi. §. quod superest. vers. in quarto. & in tit. de sen. §. vt autem. ver. fi. Are. in c. de multa. de præben. & Bertachi. de Fir. in suo trac. de episcopo. in 3. lib. parte 1. in prin.
Vinc. God. Addere placuit huic articulo aliqua dicta per Steph. Ber. in cons. 253. certum est. vbi de collatione beneficiorum aliqua detestatur. in 2. lib. suorum consi.

exiguum exigit residentiam. de cleri. non resi. conquerente. Tertio probatur comparando carnale matrimonium ad spirituale, quod licet, vt li. non contest. quoniam, §. porro. at in carnali non licet vni viro habere nisi vnam coniugem. de diuor. gaudemus. ergo idem & in spirituali, & fortius, cum sit dignius carnali. de transac. cap. 2. & cum in eo vertatur maius periculum animarum. Quarto arguendo per rationem de quo minus &c. nam in titulis etiam temporalibus non licet vni habere plures. vnde non licet esse in numero duplici quo ad malitiam. C. qui mili. non pos. l. 5. nec licet esse assessorem & patronum. C. de assessorib. l. fi. vbi gl. ponit versus. Qui binos lepores &c. Sic non licet esse in pluribus collegijs non subordinatis. ff. de colleg. illici. l. 1. in fi. quod dixi de exces. præla. dilecta. nec licet habere eodem tempore honores seu officia in diuersis ciuitatibus, ff. ad municip. l. libertus. §. præscriptio. adeo quod dicit lex quòd in subsidiũ vt impleatur numerus, admittuntur spurij ad honores, ff. de decurio. l. generaliter. §. si spurios. potius quàm numerus sit vacuus, quod surgeret si vnus haberet plures titulos. Quinto, quia clerici de beneficijs vltra victum nihil debent sibi appropriare. 10. q. 1. hanc consuetudinem. 12. q. 1. episcopi de rebus. & §. si ergo. debent enim parce viuere, non luxuriari. de præben. cum secundum. & superflua pauperibus erogare. 12. q. 1. c. fi. 16. q. 6. c. vlt. 12. q. 3. c. 1. Sed ecclesia vel beneficium non permittitur fieri nisi ministri possint de fructibus congrue sustentari. vnde dicit tex. de vita & honesta. cleri. vt quisque. quòd saltem pro duobus rectore & clerico debent fructus sufficere. Item tot sunt instituendi in ecclesijs quot possunt commode sustentari & non plures. de insti. c. 1. & 2. de constitu. cum M. & c. ex parte. ergo nunquàm licet habere nisi vnum beneficium. Sexto, qui habet vnum beneficium, non reputatur idoneus ad aliud. de præben. super inordinata. Hinc dicimus quòd impetrans beneficium debet facere mentionẽ de beneficio quod habet, quantocumque minimo. de rescri. si proponente. de præben. si motu proprio. lib. 6. quod surgit ex eo quia non est intentionis Papæ beneficiare beneficiatum, vt in dictis iuribus & similibus. Septimo quia si quis haberet plura beneficia sub diuersis prælatis, contingerent absurda quòd non posset seruire eis, quia impossibile est seruire duobus dominis &c. de cleri. coniug. diuersis. contingere enim posset quòd eodem tempore mandarent contraria. Pro hac parte inducuntur iura. 80. dist. episcopi. 13. q. 1. c. 1. 16. q. 1. presbyteros. de præben. cum singula. in prin. pro hoc casu inducitur c. sanctorum 70. di. vbi dicit tex. in duabus ecclesijs omnino non licere aliquem intitulari, & sic remouet omnem impossibilitatem. Venio ad secundum ad ponendum opiniones & in hoc fuerunt variæ sententiæ. nam gl. in c. sanctorum. prælle. & 21. q. 1. in sum. tenet secundam partem, quia nulli tituli quantumcunque simplices, possunt cadere in eundem, nisi in aliquibus casibus specialibus in iure expressis, quos enumerat gl. in sum. præalleg. quos etiam enumerat glos. in cap. dudum. 2. ad fi. in glos. antepe. vbi tenet idem. Idem tenuit Innoc. & Goffre. & Host. in sum. de præben. §. illud. versi. sed quod quis. hanc partem semper tenuit Io. de Lig. qui late prosequitur articulum hic. Innoc. autem tenet primam partem in c. cum iam dudum. de præben. qui de hoc etiam ponit de tempo. ordi. cum in distribuendis. de cleri. peregr. c. 1. de cler. non resi. c. fi. Sed expressius in d. cap. cum iam dudum. dicens quòd plures canonicatus & præbendas in diuersis ecclesijs de iure communi quis habere potest, nec est peccatum, dumtamen non exigant residentiam. & dummodo non sit nimia multitudo, & dummodo non fiat ob auaritiam, sed zelo diuino, quo casu sine dispensatione hoc licet scilicet habere plures secundum eum. hoc idem tenuit Gof. in libellis iur. cano. in rub. an alicui possint plu. præben. confer. §. non potest quis. idem tenet Io. And. in c. gratia. eod. titu. lib. 6. Arch. autem ibi non expresse firmat, tamen in hanc opi. inclinat Spe. tit. 2. §. videndum restat. ver. illud autem. recitat opin. & non decidit. scribentes hic, vt etiam Pau. Lau. Genze. vario modo dicunt. Venio ad tertium, & pro intellectu huius dubij dico quod quæstio nostra potest habere duplicem sensum. Primus vt quæratur, an quis possit habere plura beneficia, id est an sit dare aliqua beneficia in quibus pluralitas non sit incompatibilis, & in quibus iura non resistant, nec disponant quòd per adeptionem vnius alterum vacet. Secundus sensus vt quæramus an pluralitas possit permitti adeo ꝙ non sit peccatum tenere plura. Quo ad primum intellectum pono regulam affirmatiuam, ꝙ plura beneficia simul haberi possunt, nisi sint de illis de quibus est prohibita pluralitas, adeo ꝙ per adeptionem vnius vacet primum. & quæ sunt illa, enumerat gl. hic in verbo, beneficium. quod dixi sup. q. 8. & ad hunc intellectum vadit prima ratio superius facta ad hanc partem. Quo ad secundum modum intelligendi aduertendum est, duplicem statum beneficiorum, alter est secundum primæuam institutionem, alter est attento statu hodierno. Quo ad primam considerationem pono regulam negatiuam quòd non licet habere plures titulos beneficiorum, cũ vnus sufficiat ad sustentandum institutum, quia attento statu primæuo quodlibet beneficium est sufficiens pro instituto. Ad hunc intellectum tendit quinta ratio facta ad hanc partem. & pro hoc glos. in c. dudum. præalleg. dum dicit quem non posse habere plura beneficia, cum vnum sufficit. hoc tamen casu non potest esse mortale si quis habet plura talia propter generalem consuetudinem, quæ sic obtinet, quæ potest de illicito facere licitum, & econuerso. de cle. coniu. cum olim. Sed secundum considerationem secundam. i. attento statu hodierno, quia beneficia sunt variata, & multa sunt diminuta adeo ꝙ sunt plura quæ etiam tria vel quatuor non sufficerent pro victu vnius, eapropter surrexit generalis consuetudo quam Papa scit, & tolerat, vt quis possit habere plura simplicia vel vnum non simplex cum simplici. de consue. c. 1. lib. 6. & hoc dicit glos. de consue. quam adduxi in c. gratia. prælle. & secundum hoc dico veram esse opi. Inn. Et pono conclusionem affirmatiuam ꝙ dummodo non causa auaritiæ vel alias ex causa illicita quis obtineat plura beneficia vel non simplex cum simplici, licitum est etiam sine dispensatione adeo ꝙ non est peccatum et si vnum de illis sufficeret pro victu. & secus dicendo, esset illaqueare multas animas. Nunc venio ad rationes contrarias. Ad rationes factas ad primam partem non expedit respondere, cum decisio nostra cum eis conueniat. Sed ad rationes secundæ partis respondeo: ad primam cum dicitur, beneficia sunt instituta vt ministri instituti deseruiant in diuinis. fateor, sed dico ꝙ propter variationem status beneficiorum, variatus est modus deseruiendi. esset enim impossibile quod in omnibus beneficijs fieret continua residentia, cum sint multa quæ de per se non sufficiunt. propterea inualuit consuetudo ꝙ in absentia possunt instituti percipere fructus, quæ consuetudo induci potest, vt no. de consti. cum omnes. in gl. fi. quæ est notabilis, vt ibi dixi. per hoc dico ꝙ licet c. conquerente. de cler. non resi. allegetur ꝙ quodlibet beneficium quantũcunq; minimum requirit residentiam personalem, tamen hoc nõ probat, sed solum dicit ꝙ requirit deseruientiã, sed põt quis deseruire etiam non residendo continue, vel etiam nunquam, vt p vicarium. & ita fit ꝙ in beneficijs simplicibus aliquando detrahitur aliqua portio pro victu residentium in loco & ꝙ possit per alium deseruiri, probatur in c. peruenit. de app. & hoc dico non tantum possibile, sed etiam rationabile, vt non in omnibus beneficijs fiat continua residentia, cum nec semper fieri possit. per hoc etiam tollitur secunda ratio ad hanc partem. Ad tertiam de comparatione matrimonij carnalis ad spirituale, dico ꝙ sæpe fallit, vt no. de spon. tuæ. & probatur in d. §. porro. cum seq. vsque ad §. sunt & alij. vbi patet ꝙ non per omnia comparantur quo ad vinculum, quia fortius est carnale & indissolubilius. de transla. c. 2. si de eo surgit incõpassibilitas pluralitatis in carnali, & non in spirituali. Ad quartam de titulis secularibus respondeo, ꝙ procedit in titulis incompassibilibus, vt in illis qui requirunt residentiam continuam, vel quorum fines sunt ꝯrij, vt assessores & patroni. sic loquuntur omnes leges ad hanc partem inductæ. Sed nõ tollitur quin sint multi tituli & multa officia quę possunt haberi simul plura vt plures tutelæ. ff. de excu. tu. l. tria. Insti. de excu. tu. §. item tria. vnde notanter in §. præscriptio. d. l. libertus. prohibetur pluralitas officiorum simul in diuersis ciuitatibus, & sic permittitur in eadẽ. Item permittitur & in diuersis si essent officia non requirentia continuam residentiam. vnde & in pluribus collegijs quis esse potest, dumtamen fines ipsorum non sint omnino distincti. qđ dixi de exces. præla. dilecta. Ad quin
a tam dico ꝙ nõ est verum ꝙ clerici pręcise sint vsuarij, [a] quamquam Archi. de rescrip. statutum, §. assessorem. dicat hæreticum hoc asserere quòd clerici habeant proprium, quod sentit Inno. de æta. & quali. indecorũ. vbi videtur velle ꝙ clerici solo victu debeant esse contenti per iura ad hoc sup. inducta. quam opi. dicit Io. de Lig. esse verissimam. Sed ego dico ꝙ ꝯ eam est casus expressus in c. vnico. de cle. non resi. lib. 6. ad fi. a contrario, vbi dĩ ꝙ nõ deseruiẽtes in diuinis nõ debent percipere distributiones quotidianas, & si percipiunt, non faciunt suas, nec acqui-

ADDITIO.

a Quod clerici præcise sint vsuarij. Adde glo. in ver. reseruari. in c. præsenti. de off. ordi. lib. 6. Abb. in repe. §. quia vero, in c. extirpandæ, de præben. in 23. col. Bal. in l. cum oportet, §. ideo autem. C. de bo. quæ libe. Io. de Ana. 87. cont. incip. circa dubium. Tu vide plenissi. & melius quàm per aliquem, per Panor. in cap. reprehensibilis. num. 18. & quod ibi in apostil. not. in ver. testari, de app.
Vin. God. Quando clericus beneficiatus dicatur vsuarius, an vero vsufructuarius, adde Fely. in c. cum ex offi. col. 2 de præscri.

acquiritur dominum, ergo a contrario secus si deseruiunt. Ad idem est de fideius. peruenit. vbi de reditibus clerici soluitur eius creditoribus. Sed Archi. in §. assessorem. respondet primo ad c. vnicum. dicens ꝙ reditus beneficiorum sunt clericorum quo ad dominium, ad hoc tantum vt possint dispensare secundum modos in iure expressos. Ad c. peruenit, responde ꝙ ibi illud fuit de authoritate Papæ vel quod ibi nō dicitur vnde prouenirent illi reditus. vnde potest intelligi ꝙ proueniebant aliunde quàm de beneficijs; verius puto quod nunc dixi. & per hoc glo. prælcuti. in verbo. reseruari. de offi. ord. lib. 6. & rationes & iura quæ allegat. Tamen aduertēdum quod aliquid potest dici proprium alicuius quo ad hoc vt libere possit disponere nec possit puniri exinde, & hoc modo propriū est quod est, meum de iure gentium, vel de iure ciuili, adeo ꝙ possum libere disponere, vt in rebus patrimonialibus vel quæsitis ex titulis licitis. Alio modo & minus stricte potest dici proprium id de quo quis habet liberam dispensationem, ita quod licet si male dispenset, possit inde corrigi & puniri, tamen dispensatio non reuocabitur. sic dico reditus beneficiorum esse institutorum in eis, quia si clericus fructus alienat vel donat etiam sine causa rationabili; tenet alienatio nec poterit reuocari, sed ipse poterit corrigi & puniri, & ex hoc sibi interdici administratio tanquàm fieret dilapidatori, ad hunc intellectum vadunt iura quæ dicunt clericum debere contentum esse victu idest si vult, non illicitè agere. nec responsum Archi. ad c. vnicum, nisi sic intelligatur, aliquid valet. per hoc dico ꝙ c. peruenit. potest intelligi, & sic communiter intelligitur quod satisfit creditori de reditibus clerici etiam beneficiorum, vt parce viuendo satisfaciat, quod c. interrogatus in quæstione facti dixi procedere etiam in prælatis religiosis vt de fructibus satisfaciant, quorum habent liberam dispensationem. Insuper præsupposito quod clericus esset vsuarius, ratio non viget. nam poterit esse talis qui melius dispensabit fructus sex beneficiorum quàm alter vnius vt dixi in secunda ratione primæ partis. Sed tenendo quod clericus non sit vsuarius, restat respondere ad c. 1. 12. q. 3. Ad quod dico, ꝙ solum probat ꝙ si clericus nihil habens consecutus fuit beneficium, præsumitur ꝙ acquisierit, intuitu beneficij acquisiuisse. de quo in c. si. de pecu. cle. vbi dixi. & de testa. cum in officijs. Ad textum patet sol. ex prædictis ꝙ habens beneficium non est idoneus ad aliud tunc tantum, quando primum sufficit. d. c. si is cui. de præben. lib. 6. Item præsupposito quod indistincte esset non idoneus, non per hoc infertur ꝙ peccet habendo plura, attento statu hodierno beneficiorum, quo respectu non omnino dicitur non idoneus, sed stricte est non idoneus i. non sit omnino idoneus sicut qui nullum habet. Et ad illud de mentione facienda in impetratione, dic quod fit ideo, quia non sic facile Papa beneficiat beneficiatum sicut non beneficiatum. Item dato ꝙ nullum habeat beneficium, tamen beneficij quod impetratur, hodie valor
a exprimitur[a] vt consideretur an tantum beneficium competat impetranti, an nō. Ad septimum de absurditate dico quod nulla sequitur, vt respondet Inn. in c. cum iam dudum. quia in concursu mandatorum obedietur primo, vel fiat sicut dicitur de iuram. breui. de app. cum parati. Ad iura pro illa parte inducta maxime ad c. sanctorum. dicit Inno. de cle non resi. cap. si. quòd ibi prohibetur ne quis habeat præbendam in duplici ecclesia, quando scilicet beneficia requirunt residentiam quæ solutio est vera in se per superius dicta & per gl. in ver. beneficium. sed diuinat. aliter ergo respondet Innoc. in c. cum iam dudum. in c. sanctorum. prohibetur solum ne quis intituletur in pluribus ecclesijs. debet enim in vna ecclesia intitulari i. denominari seu ad titulū ordinari eius. eccl. d. c. r. Et a principio non debet simul in pluribus intitulari, ex post facto non prohibetur. vnde secundum Innoc. si postea acquirit beneficium in alia ecclesia, poterit ordines recipere ab episcopo vtriusque beneficij, quod est hodie determinatum in c. cum nullus. de tempo. ord. lib. 6. quo ad hoc solum ꝙ ratione beneficij sortitur beneficiatus forum ab episcopo beneficij, vt ad eius literas possit ordinari. sed quo ad intellectum quem ponit Inn. in c. sanctorum. licet subtiliter dicat, tamen nimis restringit illud c. quod generaliter loquitur. dic ergo melius quòd c. sanctorū. procedit secundum distinctionem quam sup. dedi, attento statu originario beneficiorum, quo respectu inhibetur pluralitas, vt prædixi. Ad alia iura responde eodem modo & ad quæcunque alia similia quæ ad hoc deduci possunt.

ADDITIO.

a Valor exprimitur. Adde Rotam deci. 195. incip. licet impetrans in no. & istum in cle. 1. de præben. & ibi qualiter debeat exprimi valor. & de quo intelligatur.
Vinc. God. Adde quando valor beneficij sit exprimendus, in impetratione. hæc per Fely. in c. ad aures. de rescrip. & quod considerari debet, detractis oneribus. Dec. consi. 154. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Litera apostolica super beneficio vacaturo conferendo non extenduntur ad beneficium creatum post datam literarum.*
2 *Et an possint dari litera ad beneficia vacatura.*
3 *Data literarum apostolicarum, an potius debeat attendi quàm præsentatio, vel econtra. vide hanc amplissimam quæstionem quæ per multa dissecatur membra.*
4 *Casum in terminis huius c. vide.*
5 *Papa si concessit fructus beneficij primi anni, an veniant fructus beneficij nouiter creati.*
6 *Papa si mandat prouideri de beneficio vacante, an veniat beneficium nouiter creatum.*
Papa si mandat prouideri de beneficio vacaturo, non venit beneficium nouiter creatum post datam literarum. Quid si beneficium tempore datæ erat suppressum, & postea renouatum. vide.
7 *Quid si dubitatur, an data præcedat creationem, vel econtra.*
8 *Quid si beneficium erat creatum tempore datæ, sed nondum dotatum, an comprehendatur sub gratia.*
9 *Quid si beneficium tempore datæ erat exiguum, ita vt cadat in literis: sed postea ita ampliatur vt non cadat. vide.*
10 *Duæ quæstiones sequentes dependent a prioribus. & nu. 11.*

CAP. V.

a Literas.[a] Fortis est vt dicit glos. 1. sed & subtilis, habens profundam materiam & plu-
1 rima decidentem. In summa dicit. † Literæ apostolicæ super conferendo beneficio vacaturo ad creatum post datam non extenduntur. non diuiditur, quia sub vno constructu est. Nota ꝙ Papa dat literas ad beneficium vacaturum, sic & legatus de latere reseruat vacaturum per modum, de quo in pe. c. de offi. leg. lib. 6. Secundo no. initium spectandum. de elec. dudum. 1. Item attendendum tempus datæ. eo. tit. eam te. de quo inf. plene. Tertio no. non sufficere quod res veniat ad statum a quo potuit inchoare. Quarto no. quod rescripta beneficialia comparantur litigiosis, vt sicut illa non concernunt lites post datam exortas. eo. ti. c. si. ita beneficialia non concernunt beneficia nouiter creata, vt hic. Quinto no. quod verbum, statuimus, inducit ius nouum, quod probat litera iuncta gl. 1. & gl. vlt. in prin. & in vers. quare. dico ad hoc
2 quod dixi de iudi. decernimus. † Opp. ꝙ non possint dari literæ ad vacatura beneficia, quia per hoc datur votum captandæ mortis, contra id de concess. præben. c. 1. 2. & 3. eo. tit. ne captandæ. & c. detestanda. li. 6. Confirma, quia non potest circa idem competere ius pluribus. de proba. licet. nec duo possunt habere titulum in eodem beneficio. de præben. maioribus. at hoc contingit dando ius ad vacaturum, cum ius habeat etiam qui obtinet beneficium. Sol. ad primum dicit Mat. quod Papa hoc potest, alius non, nisi in casu de præben. relatum. sed dic quod ibi non datur ius ad vacaturum. Item etiam legatus potest reseruare vacaturum, vt in c. pen. de offi. le. lib. 6. sed non dicitur dare ius per hoc. Sed circa hos casus procedit primum contrarium & iura in eo allegata. Ad secundum, quod nemo tangit, dic quod ius vniforme non potest pluribus competere circa idem, vt in c. licet. & c. maioribus. sed difforme sic. vnde cum iure in re quod habet institutus, stat quod alius habeat ius ad rem vt expectans, & maxime, quia ius expectantis est incertum & non coincidit cum iure in re, sed consumatur tantum cum ius in re est extinctum. Vnde est ius conditionale; sed si beneficium vacabit quod importat verbum, vacaturum, de præben. si postquam. lib. 6. Insuper nullum refert qualis sit forma gratiæ. aut enim non est collatus canonicatus, & non dicitur ius habere ad rem, sed tantum condictionem ex rescripto ad petendum sibi prouideri per executorem. quod dixi in c. mandatum. eo. ti. licet enim Compo. ibi dicat quod literæ beneficiales habentur loco tituli, tamen secundum Genze. verius est quod operantur solum probationem, sed ius tituli quæritur per collationem. de præb. c. pe. lib. 6. Credo quod, velit potius allegare c. vlt. in fi. de concess. præbē. in 6. licet Genze. alleg. c. vlt. sed in hoc puto quòd sit corruptus vitio scriptoris. aut collatus fuit canonicatus, & tunc bene surgit ius ad rem, vt probat c. si postquam. & d. c. pen. Ex quo no. quod in hoc casu non tātum per officij implorationem, sed iure directo agit qui est canonicus vt sibi præbenda conferatur. & hoc in canonico creato authoritate Papæ, cum tale ius afficiat

præbendam

ADDITIO.

a Literas. Vide nota. in l. matrem, C. de proba. & per Bar. in l. non solum, §. sed vt probari, ff. de nouo pe. nun. Et no. quod plene dicitur in c. si a sede de præben. in 6. vide plene per Do. de san. Gemi. in c. si propter. in fi. sup. de rescri. in 6. Philip. Fran.

præbendam. de præben. si postquam. lib. 6. de rescrip. duobus. sed postquam præbenda collata est, tunc consequitur ius plenum in re. d. c. pen. quod hoc notabiliter probat. per quem tex. infero, quod licet collata præbenda intelligatur collatus canonicatus ex vi annexionis, vt tenet Compo. de constitu. cum M. vbi dixi, non tamen sic econuerso, sed vltra collationem canonicatus requiritur collatio præbendæ, vt probat prædictum c.
1 pen. quod no. † Secundo opp. quod non debeat ponderari data, sed præsentatio. de præben. dilectus. 2. Sol. hic quærimus de substantia rescripti eo respectu vt sciamus quid includat: ideo attenditur data, ibi autem quæritur de constituendo ordinarium collatorem in culpa: ideo requiritur præsentatio. ante enim quàm ignoret, non potest in culpa constitui. Tertio opp. ad hanc sol. quod etiam si requiratur quid includat rescriptum, debeat ponderari præsentatio vel potius executio, vt tempus quo fiet collatio, per cap. ei cui. de præben. lib. 6. vbi impetrans præbendam, qui tempore datæ non erat idoneus ad sacerdotalem, obtinet sacerdotalem si est idoneus tempore collationis. Sol. illud c. multipliciter variatur per aliud c. si eo tempore. eo. ti. lib. 6. vbi impetrans sibi prouideri de curato vel non curato, si tempore datæ non est idoneus ad curatum, licet tempore collationis sit ad hoc idoneus, non tamen obtinet curatum, & sic videtur contradicere c. ei cui. ad quod contrarium tollendum gl. in c. ei cui. dedit varias solutiones, quarum nulla est sufficiens, vt scripsi in d. c. si eo tempore. Ideo alij aliter soluunt quod prosequor in dictis locis. Sed ego soluo quia in c. si eo tempore. impetrans tempore datæ ad nullum suppositum sub hoc genere curatum, erat idoneus. ideo ab ipso initio gratia fuit ex toto nulla quo ad illam partem de curato. Sed in c. ei cui. impetrans tempore datæ non fuit idoneus ad quodlibet suppositum sub hoc termino præbenda, cum esset idoneus ad non sacerdotalem. poterit ergo consummare gratiam in subiecto alterius qualitatis, vt in præbenda sacerdotali, nam dispositio generalis, quæ tenuit, potest bene consummari in subiecto aliquo in quo non potuisset consummari ab initio, dum tamen subsit habilitas tempore consummationis, ff. de solu. l. qui decem §. Stichum. versi. sed ei. vbi si stipulor hominem, potest mihi solui homo qui erat meus tempore stipulationis, si desijt esse meus tempore quo soluitur. & plura iura similia ad hoc induco in d. c. si eo tempore. Sed ad tex. istum hæc sol. videtur omnino resistere: nam hic impetrans vacaturum, licet gratia tenuerit, non potest eam consummare in nouiter creatis, quod tamen venit sub verbis gratiæ ex quo est creatum. Dic ergo quod hic ponitur ius nouum & alias dicendum fuisset contrarium, vt dicit glos. vlt. vel quantum ad c. ei cui. dic, quòd ibi tempore datæ fuit residentia solum ratione qualitatis deficientis, sed hic fuit ratione substantiæ, ex quo beneficium tempore datæ non erat in rerum natura, de ipso ergo non potuit gratia intelligi. Quarto opp. ad idem de c. si eo tempore, de elec. lib. 6. Sol. potius facit pro, quia & ibi attenditur data. & de hoc inf. in 7. contrario ad fi. Quinto op. ad idem de c. duob. eo. ti. lib. 6. Sol. ibi attenditur præsentatio, quia data vtriusque rescripti erat par. vel ibi quærimus de rescripto, non quo ad substantiam, sed quo ad effectum vt sciatur vter duorum impetrantium sit præferendus. Sexto opp. ad idem de c. super eo. de ap. de cap. vt debitus. eo. ti. nam probat c. super eo. quod attenditur præsentatio. c. vt debitus, probat fortius quod nō sufficit præsentatio, sed debet interuenisse citatio. Sol. hic de rescrip. beneficialibus. ibi de litigiosis. vel in illis c. quærimur de effectu rescripti. & quo ad cap. super eo, quæritur ad effectum sciendi quando currat terminus positus in rescripto ad terminandam causam. quo ad c. vt debitus, quæritur de effectu præuentionis, vt sciatur quomodo delegatus præueniat ordinarium, vel econuerso. Septimo opp. ad id de omnibus rationibus quas facit glos. vlt. in prin. ibi, quod videtur iniquum. vsq; ibi, quare dico. Et sunt 7. rationes, ad quas, quia volo inf. respōdere, ideo eas formo. Est itaque prima, nam fortius deberet dici vt sub gratia veniret nouiter creata, quam creatum ante datam, quia in prima non potest esse votum captandæ mortis: in secunda sic. ad hoc de concess. præben. accedens. Secunda, quia si tempore datæ extabat beneficium quod postea non in fraudem impetrantis fuit expressum, non deberetur expectanti. de consti. cum accessissent. ergo per casum conuersum si tempore datæ non extabat, & hodie extat, debeatur. Tertia, quia sequeretur quod si impetraui curatum, non posset mihi conferri id quod erat simplex tempore datæ, licet hodie curatum, quod est absurdum. Quarta per contrarium ad præcedentem, quia sequeretur si impetraui simplex quod erat curatum tempore datæ, hodie simplex mihi conferri non posset. Quinta, quia sequeretur quod si impetraui ad collationem alicuius, non posset mihi conferri beneficium quod tempore datæ ad eius collationem non spectabat, licet tempore vacationis spectet,

quod est falsum per clem. si de beneficio. inf. de præben. Sexta,
a quia sequeretur quod canonico expectanti[a] præbendam non deberetur præbenda de superexcrescentibus, quod est falsum, per c. cum M. de constitu. Septima, quia sequeretur in casu præmisso de canonico expectante, quod in ecclesijs non habentibus numerum non deberetur portio, quod est falsum, per c. fi. de concess. præben. lib. 6. sed tenet consequentia, quia in ecclesia non habente numerum iura creantur cum electis, & extinguuntur cum defunctis. de præben. dilecto. Istæ sunt rationes glos. Extra glos. est octaua ratio per l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. vbi si quis hypothecauit bona ad se pertinentia sub obligatione, veniunt bona quæ postea pertinebunt. Nona per c. quia circa. de priuile. vbi si episcopus concedit monasterio decimas episcopales, intelligitur concessio tam respectu prædiorum quæ habet tempore concessionis, quam eorum quę postea quęsiuit. Decima, quia ędificio futuro acquiritur seruitus, ff. de seru. vrb. prędio. l. si seruitus. in princ. & ver. quòd si ita. & §. futuro. Ad hęc omnia iura quę probant finem spectandum, quæ colligit glos. de elec. dudum. el. 1. inf. de censi. scientes. Vndecima per c. constitutus. eo. tit. vbi attenditur numerus creatus post monitorias, & ante executorias, & sic non data. Duodecima, quia dispositio ita potest fieri super non ente sicut super existente. nam vendi possunt fructus futuri, ff. de contrahen. empt. l. nec emptio. sic & obligari, ff. de pigno. & quę nondum. & promitti. ff. de verbo. oblig. l. interdum, & legari. Insti.
b de leg. §. ea quæ. Decimatertia, quia adiectiuum[b] significat secundum tempus verbi cui adijcitur, ff. de noxa. l. in delictis. §. si extraneus. vbi dicitur quod si sciente aliquo seruus dedit damnum, si postea fiat seruus illius, non per hoc tenetur ac si sciuisset, quia tunc non erat seruus. ita hic hoc adiectiuum, vacaturo conferendo, debet intelligi secundum verbum cui adijcitur, vt determinet verbum, conferendo, vt conferatur vacaturum, id est quod tunc vacabit quando confertur. sed ad primam rationem supra factam constat quòd creatum nunc vacat, ergo debetur. Pro solutione horum contrariorum & similium sex sunt videnda. Primo an dispositio quæcunque concernere possit futura, & de facto concernat. Secundo an sit spectandum initium, an finis, an medium. Tertio an super nō ente possit fieri dispositio. Quarto de iustificando hanc cle. vt videamus an de iure procedat, an vero sit casus specialis. Quinto vt respondeamus contrarijs. Sexto an & quando rescripta ad beneficia vel ad lites debeant attendi, & mensurari secundum tempus datæ, an ex alio. Venio ad primum, & quidem hic articulus examinatur per Bart. ff. de auro & arg. lega. l. si ita. cuius verba breuiando & aliter dicendo, dic: quan-
c doque[c] dispositio habet verba denotantia tempus, quandoque non sic, quandoque est per verba futuri temporis, & est casus indubius quod concernit futura, vt cum venduntur fructus futuri, vel obligantur, vt supra in ratione 12. quandoque in dispositione est verbum præteriti temporis vel præsentis, & aut est dispositio quæ habet tractum ad futurum & concernit futura, vt dispositio legis, quia l. semper loquitur, l. Arriani, C. de hęre. de consti. c. fi. aut dispositio non habet necessario tractum ad futurum, & aut est generalis, aut vniuersalis, aut indefinita, aut particularis. Et quæ sit differentia inter vniuersale & generale, prout in iure sumitur, no. gl. ff. de eden. l. 1. dixi plenius de libel. obla. c. 2. de dispositione generali & vniuersali & indefinita, dic quod aut est circa aliquid, ex quo si veniant futura, nullum aut exiguum surgit præiudicium, & tunc concernit futura, l. fi. C. quæ res pig. obli. per l. indicendo vt supra in 8. ratione. aut surgeret magnum præiudicium, & tunc non extenditur ad futura, l. si ita, ff. de auro & arg. lega. vbi in legato veniunt ea quę erant testatoris tempore quo legauit, non quę postea quęsiuit. De dispositione particulari dic quod regulariter non venit futurum, cū oporteat subiectū capax subsistere tēpore dispositionis, alias non tenet dispositio tanq super non ente. quod statim plenius declarabo. Si autem dispositio est sine certo tempore, adhuc procedit pręcedens distinctio. Sed circa prędicta incideret dubium examinandum, an &

quando

ADDITIONES.

a Canonico expectanti. Adde Doct. in c. pro illorum. de præben. & quod ibi per Io. de Imo.
Vin. God. Adde Fel. in c. postulasti. per discursum, de rescrip & Rot. in decis. 331. habens. in nou.

b Quia adiectiuum. Adde c. ex ore. de priui. c. quia propter. de elect. l. is qui. ff. de acq. pos.
Vin. God. Vide Alex. in l. metum. §. licet. ff. quod met. cau. & in l. cum filio de leg. 1.

c Quandoque. Adde gl. 2. in l. tutor, ff. de iureiur. Abb. in c. pastoralis, §. item cum in totum. in prin. de offi. dele.
Vinc. God. Dispositio quæcunque in dubio debet intelligi secundum ius commune, Gen. consi. 40. nu. 11.

a quando indefinita æquipolleat [a] vniuersali. quod omitto, quia intelligo hunc tex. ꝙ hic fuit dispositio particularis, cum vnicum tantum beneficium debeatur expectanti, sed fuit incerta, cum nesciatur. de quo casus est de hoc in c. ex parte. t. de offi. deleg. quod ibi declaraui. Et de rescrip. c. 1. vbi tangit glos. mag. sed indefinita quando æquipolleat vniuersali, no. glos. de elec. vt circa. lib. 6. Dy. in rubr. de reg. iur. eo. lib. Venio ad secundum de initio, vel medio, vel fine spectando. & de hoc dic vt in c. dudum. t. de elec. vbi dixi. Sed omitto hic quantum est in genere. sed in specie quo ad rescripta quid iuris, dico inf. at. 6. cum examinabitur, an in rescriptis attendatur data. Venio ad tertium, an dispositio fieri possit super non ente. ad hoc dico quòd quandoque disponitur per modum non habentem tractum ad futurum, vt cum fit contractus. & tunc super non ente non tenet dispositio, vt si donatur vel venditur quod non extat. de re iudi. abbate. post princ. lib. 6. Aliquando disponitur per modum habentem tractum ad futurum, vt in institutione hæredis, vel in legato, & tunc potest disponi super non ente, vnde instituitur postulatio. ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. ille casus. de lega. 1. l. pen. de hoc plenius dico de eccle. ædi. ad audientiam. 2. Venio ad quartum, an hæc cle. procedat de iure. glos. vlti. & communiter scribentes oēs maxime Pau. & Genz. tenet ꝙ sit casus specialis deuians a iure communi. quod tenendo facile soluuntur rationes contrariæ, quia standum est eis extra hunc casum. Ioan. de Lig. dicit quòd procedunt de iure, quia duo subijciuntur dispositioni. i. requiruntur in dispositione, scilicet subiectum & qualitas. i. substantia & forma. Modo dictio, vacaturo, bene potest trahi ad qualitatem non existentem tempore dispositionis, sed ad rem non existentem in substantia non inducit. no. in d. l. si ita. de auro & arg. lega. quæ non multum faciunt: nam ibi fuit verbum quod requirebat existentiam tempore dispositionis, quia legauit testator aurum suum, & sic oportet intelligi de auro quod erat suum tempore legati. sed hic fuit verbum incertum, quia mandauit Papa prouideri de vacaturo, nec verbum hoc per aliquid coarctatur, ergo stant rationes contrariæ. Io. de Fan. repetens c. ei cui. de præb. lib. 6. ampliauit rationem Io. de Lig. dicens ꝙ verbum, vacaturo, quod hic exprimitur, nihil operatur, quia de iure intelligitur. & quæ insunt dispositioni si exprimuntur, non immutant, ff. de cond. & demonst. l. conditiones quæ extrinsecus. de elec. significasti. quę ratio posset impugnari, quasi mandando de vacaturo, hæc expressio operetur vt non veniat vacans tempore datæ. sed hæc impugnatio non est vera, per c. si postquā. de præben. lib. 6. in gl. quæ tenet quòd venit vacans, quia dicitur etiam vacaturum donec informabitur. sed aliter potest impugnari, quia præsupposito quòd non exprimeretur verbum vacaturo, cum subintelligatur, vt probat cap. si postquam. debet extendere dispositionem ad tempus collationis, cum habeat tractum ad futurum. Ego itaque aliter dico quòd

b tutius est inhærere [b] glos. vt sit casus specialis tanquam ponens nouum ius, vt probat verbum, statuimus. sed si vis tenere quòd ponat casum non specialem, dic aduertendum ꝙ quando fit gratia de vacaturo, duplex est dispositio. Prima est per ipsam gratiam. Secunda per collationem quæ postea fit, & quamuis conferatur dispositio in futurum, quo ad secundum de collatione, tamen quo ad primum gratia statim consummatur, & dicitur gratia. de offi. dele. si super gratia. lib. 6. de præben. sicut. & c. fi. eo. lib. stat ergo quod cum sit dispositio, debeat cadere super aliquod existens, sed beneficium postea creatum, tunc non existebat, ergo quo ad illud non tenet. nam tempore collationis nō potest dici retro quòd Papa dederit gratiam super non ente. At quando quæritur de rescripto respectu substantiæ attenditur data. eo. tit. si eo tempore. lib. 6. & dico inf. in 6. articulo. & procedunt hæc ex eo ꝙ mandatum prouidendi de beneficio est particulare, vt sup. dixi, tanquàm concernens vnicum beneficium, licet sit incertum, sed propter hanc incertitudinem non surgit alia dispositio iuris quàm si esset certum, vt probat c. ex parte. 1. de offi. dele. Sed constat ꝙ si Papa mandasset prouideri de beneficio certo, & illud nondum extabat, ꝙ gratia non teneret tanq̄ super non ente. de despon. impu. ad dissoluendum, d. c. ad audientiam. de eccle. ædifi. ergo nec tenet licet mandatum sit incertum, quia quando certificabitur, erit perinde ac si tempore datæ de hoc fuisset mandatum. & hæc ratio videtur vrgentissima. Venio ad quintum, ad soluendum contraria, quæ omnia tenendo cum glos. facilis est sol. vt dicas hic specialiter per rationes quas ponit glos. sed tenendo quòd non sit speciale, vt prædixi, quod est iustius, vt habeamus pinguiorem prouisionem ex hoc c. Item quia Papa adiecisset aliqua verba, per quæ apparuisset eum specialiter velle disponere tantum in hoc casu, quæ tamen non adiecit. Dico ad primam rationem quod licet in nouiter creato esset votum captandæ mortis, subest alia ratio impediens gratiam quam prædixi. Ad secundam de c. cum accessissent. dic ꝙ non est vera. Vnde secundum Lap. oportet glos. hic intelligi de beneficio suppresso re ipsa sine ministerio, vt si naturaliter casmate, vel alluuione destructum est. nō autem secundum cum procedit quod dicit glos. si intelligis ꝙ per inferiorem a Papa posset supprimi beneficium, in præiudicium reseruationis Papæ, per extrauag. Io. 22. execrabilis, §. quæ omnia. & extrauagantem, sedes apostolica. & per extrauag. Benedicti, dudum felicis recordationis. sed pro gl. faciunt quæ dixi de exces. præla. sicut vnire. quia suppressio concernit proprietatem beneficij, reseruatio titulum. Vnde quamuis Papa prohibeat de beneficio reseruato, per inferiorem disponi, debet intelligi quo ad titulum, non vt velit ex toto tollere potestatem ordinarij. curia Romana tamen tenet quod dicit Lap. pro quo est ꝙ talis suppressio si teneret, præiudicaret impetranti, quod non debet permitti inferiori Papæ, qui de gratia apostolica non potest iudicare. de re iudic. cum venisset. de confir. vti. cap. 1. & 2. ergo multofortius potest restringere. Ad tertiam & quartam & quintam responde simul, ꝙ bene potest sub dispositione includi aliquid, quod erat sub qualitate nō includibili tempore dispositionis, dummodo tempore consummationis & collationis sit sub qualitate compræhensa in rescripto. hoc solum probant illæ rationes. Sed ꝙ dispositio possit trahi ad id quod non existebat tempore dispositionis, non probat, & contrarium probatur hic, vnde casus sunt diuersi, & ratio diuersitatis, quia in illis potuit gratia habere subsistentiam, sed in casu nostro non. pro hoc quæstio per Pau. disputata quæ incipit, de beneficio. vbi dicit quòd si beneficium curatum ante Papam alteri donetur post datam, ad ipsum extenditur rescriptum. Ad sextam de c. cum M. dico ꝙ non procedit per id quod dicit glos. hic in fi. cum dicit hoc c. non procedere in expectante præbendam ratione canoniæ quam habet. tunc enim stat regula c. cū M. vt possit prouideri de nouiter creato, & superexcrescentibus. sed hic loquimur de expectante simpliciter ex gratia nondum canonica. Et intellige sane, quia licet in casu nostro expectans esset creatus canonicus ex vi gratiæ, non per hoc obtineret nouiter creatum: sed si iam canonicus impetrat sibi prouideri de præbenda, procedit quod dixi de c. cum M. vt ēt de superexcrescentibus prouideri possit. & hoc nisi velimus intelligi hunc tex. prout iacet, ꝙ non debetur nouiter creatum ei qui expectat beneficiū. & hoc nisi habeat aliud adminiculum q̄ solam gratiā, vt si est creatus canonicus, ammodo non dr̄ spectare præbendam vacaturam tm̄, sed cum primum se facultas obtulerit. de præb. relatum. de conces. præben. cum super. & d. c. cū M. quod vr̄ verius. vnde notanter tex. dixit beneficio vacaturo, & non dixit, præbenda. Item non facile potest exemplificari tex. qn̄ mandatur prouideri de prębenda sm̄ stylum hodiernum, per quē Papa statim confert canonicatū. Et sic ēt si numerus sit in ecclesia, rumpitur, & succedit quod s. dixi in septima ratione. Ad septimā patet sol. tenendo ꝙ statim dixi, vt dispositio ista non possit habere locum in ecclesia non habente numerū, sed tm̄ qn̄ is qui vult sibi prouideri, non habet aliud adminiculū nisi ipsam gratiam. Sed qn̄ est receptus in canonicum, habet aliud adminiculum. Erit ergo sensus ꝙ hæc cle. solum procedit qn̄ mandatur prouideri de beneficio, intelligendo proprie de titulo beneficij, non de prębenda quę accedit canonicatui. Ad octauam, de l. fi. C. quæ res obl. poss. respondeo ꝙ ibi fuit dispositio generalis, hic particularis, vt dixi. Item ibi de nullo vel de modico præiudicio obligati agitur, quia non plus debet si obligata sint bona postea quæsita q̄ si sint non obligata. Sed vbi ageretur de magno præiudicio, secus, vt prædixi, per d. l. si ita, ff. de au. & arg. leg. Ad nonam, de c. quia circa. dic quòd ibi dispositio fuit indefinita, hic particularis. Item ibi in non odiosis: fit enim lata interpretatio in beneficijs contra concedentem. de verb. sig. olim. & ita ibi fuit. Ad decimam, de iuribus probātibus finem spectandum, mde per superius dicta ꝙ illud quādo dispositio tota potest habere tractum ad futurum, quem hic non habet, cum statim ab initio sit verum dicere quod est gratia, adeo quòd literę dicuntur

cedere

ADDITIONES.

a Indefinita æquipolleat. Adde Pe. de Anch. in rub de reg. iur. lib. 6. in 4. col. ver. hæ sunt occasiones. Bar. in l. si pluribus. de lega. 3. idem in l. si is qui ducenta, in §. vtrum, ff. de reb. dub.
Vin. God. Adde Ruy. in consi. 118. nu. 14. lib. 3. & consi. 91. num. 14. libr. 4. æquipollet vniuersali potius collectiue, quàm disiunctiue, Ruyn. consi. 43. nu. 7. lib. 1. & consi. 120. nu. 4. & 9. lib. 2.

b Tutius est inhærere. Et quanta sit autoritas glos. adde Bar. in quodam suo consilio incip. Andriolus. Ange. in consi. 273. Bal. in consi. 159. in 2. colum. in 2. volu. Alex. de Imo. in consi. 147. in 3. colum. in 5. volu. vers. sed p̄ sequàm.
Vin. God. Adde Cor. in consi. 59. Diu post literam M. lib. 2. Dec. in consi. 196. Diligenter examinatis. nu. 7. lib. 1.

cedere loco tituli quo ad quid, vt no. s. co. mādatum, & s. dixi. Ad vndecimam de c. constitutus. dico quòd dupliciter legitur, vno modo vt quod dicit tex. de numero constituto in ecclesia ante executorias, debeat suppleri, & ante monitorias, & tunc nihil obstat. Alio modo prout iacet vt fuerit numerus constitutus post monitorias, & tunc adhuc proprie non obstat. nam intelligo ꝙ ponderauit ibi, numerus, solum quo ad executorias, vt censeantur obreptitiæ non facta mentione de numero. sed monitoriæ non possunt dici obreptitiæ, quia de non ente non potuit fieri mentio, quod plenius dixi in d. c. Ad duodecimam, quia super non ente disponitur, dico ꝙ ibi dispositio totaliter habuit tractum ad futurum, vel verius ibi vēditur spes in fructibus futuris ex certo prædio, & sic super existēte disponitur. At hic loquitur tex in gratia generaliter concessa seu in certo vacaturo, quæ debet restringi ad beneficium existens tpe datæ. Ad decimam tertiam de adiectiuo patet sol. per id quod dixi s. co. contrario. quia hic tota dispositio non confertur in futurum: imo statim ab initio habuit subsistentiam, & fuit grata. Venio ad sextum articulum, an & qn̄ debeat in rescriptis attendi tempus datæ vel aliud. vbi dico quod qn̄q; quærimus de rescriptis quoad substantiam, qn̄que quo ad effectum. Si quoad substantiam, attendenda est data, vt si quæritur, an sit commissa obreptio in rescripto, an non. eo. tit. gratia, lib. 6. Si de effectu, quandoque quærimus quo ad intrinseca, aliquando quo ad extrinseca. Primo casu adhuc idem, vt attendatur data vt sit expediens ad hoc, vt beneficium includatur in gratia, ꝙ extet tempore datæ: tn̄ respectu qualitatis non semper attenditur data, cum sufficiat respectu executionis qualitatem beneficij esse talem tempore executionis, quæ possit includi sub verbis rescripti, vt in cle. si de beneficio. præallegata. & potest in hoc poni conclusio, vt dummodo in substantia potuerit rescriptum habere substātiam tempore datę, possit consummari in subiecto alterius qualitatis, per c. si cui. de præben. lib. 6. quod declaraui s. in 3. contrario. Sed his obstant no. in c. statutum. in prin. de rescri. lib. 6. vbi in gl. habentibus. in fi. dicitur oportere iudicem delegatum tempore datę esse talem, de quo loquitur illud c. nec sufficere, vt postea fiat talis. Ad quod respondeo ꝙ qualitas in iudice deficiens, habet se tanq̄ defectus substantiæ, cum sit tradita regula per c. statutum. ꝙ non est susceptibilis iurisdictionis, nisi talis sit in dignitate, vel canonicus ecclesiæ cathedralis, vt ibi. per hoc dico, ꝙ quærere de effectu intrinseco rescripti, est quærere quid includat rescriptum, vt si in beneficialibus quærimus, quod beneficium veniat in gratia, vel in litigiosis quęrimus, quis iudex sit talis cui causa possit committi. quærere autem de effectu quo ad extrinseca, est cum quærimus in beneficialibus, quando gratia sit perpetua, vel qn̄ afficiat, vel quid simile. In litigiosis cum quærimus qn̄ per rescriptum delegati tollatur præcedens rescriptum, vel præueniatur ordinaria iurisdictio, vel quid simile. Et hoc casu cum quęritur de effectu extrinseco. dic ꝙ aut in beneficialibus rescriptis: aut in litigiosis. Primo casu cum multiplex sit effectus, variantur regulæ nam qn̄q; quærimus de effectu rescripti beneficialis quo ad perpetuationem, qn̄q; quo ad aliud. quantum ad perpetuationem dicit Lau. ꝙ aliquando Papa mandat prouideri de vacante, & statim gratia est perpetua. Aliquando de vacatura, & tunc gratia non est statim perpetua. Vnde intelligitur c. si super gratia. præallegatum, quando processit aliquid ex quo surgit ius beneficiato, vt quia confertur canonicatus, alias gratia non perpetuatur, vt si mandatur alicui simpliciter prouideri. sed tunc s̄m eum perpetuatur gratia si executor aggressus fuit aliquid de substantialibus negotij. de offi. dele. quis. li. 6. vt si executor deputatus ad prouidendum cū clausula, si est idoneus, examinauit impetrantem, & pronunciauit eum idoneum. pro hoc qđ notauit Inn. de transla. c. 1. imo s̄m eum sufficit ꝙ literæ sint præsentatæ, de quo remittit ad no. in cle. vnica. de conces. præben. per quę verba nimis restringit d. c. si super gratia. quod generaliter loquitur, per quod dici potest, ꝙ gratia statim cum est facta, perpetua est. Vel melius in hoc distingue per c. sicut. de prębē. lib. 6. quo c. coniuncto cum c. si super. dic ꝙ aliqn̄ fit gratia ei cui datur potestas conferendi, & statim est perpetua. d. c. si cui. qn̄que fit ei cui mandatur conferri, & tunc procedit distinctio Lau. & dicta per eum, quę satis parent ex illo c. Si autem quęrimus quo ad alium effectum, vt quo ad afficiendum beneficium, & quo ad præueniendum ordinarios collatores. distingue plene vt in c. si soli. vbi glo. de conces. præben. lib. 6. De rescriptis autem litigiosis dic, ꝙ aut quærimus de effectu extrinseco quo ad perpetuandam iurisdictionē delegati. & dic vt in c. licet. de off. dele. aut quo ad præueniendum ordinariū. & dic vt in c. vt debitus. de app. aut quo ad faciendum currere terminum in rescriptis positum. & dic vt in c. super eo. de app. quia quo ad hoc statur præsentationi vt ibi. possent etiam & alij effectus rescripti inueniri, quibus attentis tempora varientur, sed prædicta procedunt attento eo quod cōiter contingit. Expeditis his contrarijs, per quæ patet intellectus huius tex. vt amplius pateat, quæro de aliquibus. Quæro itaque primo de ratione decidendi. Sol. tenendo ꝙ ponat ius, & non sit casus specialis, rationem collige per superius dicta in proxi. contrario. sed tenendo ꝙ sit ius nouum, & speciale, ponuntur rationes decidendi in glo. in veri. quare dico. maxime ibi, & fuit
4 forte motiuum. & ibi, sicut ergo voluit ęquitas. † Secundo quęro, de exemplo huius c. quod est quærere de positione casus in terminis. Lau. explicauit sic. vt si quidam impetrauit in forma pauperum vsque ad summam 60. librarum cum cura ad præsentationem cuiusdam abbatissæ, hoc pendente illa abbatissa obtinuit priuilegium, quod quandam ecclesiam pertinentem ad suam collationem valentem libras ducentas, posset reducere ad suam mensam, constituta ibi vicaria valoris 60. librarum, quo facto impetrans petit illam. Determinatur hic quòd non potest, cum sit de nouo creata. Ponit & aliud exemplum quod in idem recidit, & quomodocunque ponatur, dummodo sit beneficium nouiter creatum, semper procedit hæc decisio. Tertio quæro, quia dicit tex. literas nostras. quid in lite-
a ris legatorum. glos. 2. dicit idem. quod tenent Pau. Genze. &
5 Steph. pro hoc c. collatio. de offi. leg. lib. 6. † Quarto quæro, si Papa dedit potestatem conferendi primum vacaturum. Item quid si contulit gratiam percipiendi fructus beneficiorum primi anni, an veniat nouiter creatum. glo. 3. in vtraque quæstione dicit esse locum huic c. idem Pau. reddens rationem in secundo dicto, quia gratia est odiosa. eo. titu. si propter. lib. 6. sed quoad primum Lap. allegat pro glos. de priuile. cum capella. & quod ibi no. de deci. c. 2. lib. 6. & inf. de censi. clem. 1. & dicit hoc procedere, quando non fit gratia ei cui conferendi potestas conceditur: nam si sibi fit gratia cum talis non sit odiosus, de præben. dudum. lib. 6. & c. si cui. & c. quamuis. 2. eo. lib. non procedit glos. secundum eum. pro quo inducit quod no. Io. And. de verb. sig. sicut. lib. 6. vbi dicit quòd gratia concessa episcopo, vt quatuor clerici sibi assistentes percipiant fructus beneficiorum in absentia, concernit beneficia, quæ sunt adepti post priuilegium, imo etiam eos qui tempore priuilegij concessi non erant clerici, vel si erant, non erant beneficiati. Io. de Lig. quo ad primum dictum dicit glos. procedere in terminis suis, quando fuit alicui concessa potestas conferendi primum vacaturum, & sic vnicum. secus si fuisset concessum generaliter, vt posset conferre beneficia certi loci, tunc vt gratia sit generalis, talis dispositio concernit futura, etiam non existentia tempore datæ. Dic quod tenendo intellectum gl. vlti. quod hæc decretalis ponat ius nouum, & casum specialem. gl. ista non est vera, nec in primo, nec in secundo dicto, quia debet secundum illud textos intelligi in proprijs terminis, & nō in alijs. sed tenendo quòd ponat ius, glo. est vera in vtroque dicto. & ad dictum Lap. dic quòd in exemplo, quod ponit, illud operatur perpetuitas gratię, quę si sit cōcessa respectu vius perpetui, necessario debet intelligi quo ad plura subiecta, vt vno remoto aliud subrogetur. sicut in casu l. cum debere, ff. de seru. vrb. præd. vbi si domus mea debet tibi seruitutem, vt possis superædificare: si domus mea corruit, teneor reficere colum-
6 nam vel parietem, vt subrogetur in locum deficientis. † Quinto quæro, in eo quod hic loquitur, quando mandatur prouideri de vacaturo, quid si mandatur prouideri de vacante. Sol. vt in gl. 4. & dicit Lau. quòd hoc casu cum mandatur prouideri de vacaturo, gratia expirat obitu concedentis. de præben. si cui. in fi. libr. 6. secus dicit si Papa contulit canonicatum vel certam ecclesiam quæ vacat, quia tunc non expirat gratia, quæ iam facta est. de offi. deleg. si super gratia. lib. 6. quod intellige vt no. in dicto cap. si cui. in glos. fi. In primo autem casu cum mandatur prouideri de vacaturo, dicit Lau. quod res desinit esse integra secundum aliquos, tunc tantum quando executor aggressus est aliqua de substantialibus, secundum no. per Innocen. de elect. in causis. Ipse vero dicit quod sufficit quòd executor datus ad prouidendum alicui, si est idoneus examinauerit per se etiam sine citatione alicuius, quod potest, vt no. Inno. de transla. c. fina. vel si prout fit, citauit illum contra quem facienda est collatio. de offic. delega. licet. imo vt refert Lau. secundum aliquos sufficit quod gratia sit præsentata executori, & hoc in beneficialibus. de hoc per Ioan. And. in d. cap. si cui. vbi approbat secundam opinionem statim dictam, quod requiritur quod citatus fuerit is, qui grauatur.

Prima

ADDITIO.

a Quid in literis legatorum. Adde Abb. & Doct. in c. post cessionem. de probationib.

Vin. God. An credatur legato Papæ sine literis commissionis. vide Ale. in l. 1. ff. de offi. præfec. præto. & Fel in c. cum in iure. de offi. deleg.

Prima vero & vltima forma male possunt sustineri, pro hoc
quia sicut in litigiosis requiritur citatio. de offic. delega. licet.
vbi dixi, ita & in beneficialibus, quia non reperitur in hoc di-
uersitas. tamen quia executor in beneficialibus non tenetur
assumere partes iudicis, vt no. Inn. de præsump. c. si. videtur suf
ficere q̃ processit ad canonicatum cõferendum vel beneficiũ
vacans ẽt nemine citato, sicut sufficeret si Papa hoc fecisset, vt
6 dixi s̃. c. q. † Sexto quæro, quid si beneficium erat suppressum
tpe datæ, sed postea renouatũ? gl. in ver. creatum. in ver. sed qd
a dices. dicit aliud quam de nouiter. [a] Rationem ponit & idem
Pau. Stepha. & Genz. est etiã ratio ſm Genz. quia cã originalis
debet potius attendi q̃ reuocatio. l. cuicunque. §. si ei. ff. de insti.
ac. & de dona. l. quid qd. de fideiuss. l. tutor. & sic cũ hic sit re-
ductio facta ad pristinum ius, debet posse peti. ff. de minori. l.
q̃ si minor. §. restitutio. Io. de I. distinguit an beneficium fue-
rit ex toto suppressum, & non est vera glo. quia si postea reuo-
catur, est potius creatio q̃ reuocatio an non ex toto, & ꝓcedit
gl. ꝑ hac distinctione est c. ꝯtulit. de iudæ. vnde dic q̃ qñq; re-
nouatur reuocando suppressionem, per quã non erat oĩno ex-
tinctus titulus, & tunc procedit gl. qñq; renouatur destruẽdo
suppressionem per quam erat extinctus titulus, & tunc est ve-
7 ra creatio, & locum habet qd̃ dr̃ in tex. † Septimo quæro, quid
si dubitatur an data præcedat creationem, an econuerso? glo.
ea. in ver. sed quid si dubitatur. arguit pro & ꝯ, & decidit pro
impetrante, quia gratia est fundata eo ipso q̃ cõstat de ipsa, &
cõstat bñficium vacare. qui ergo excipit de creatione post da-
tam, probet. qd̃ dic vt in gl. quã signa, quoniam singularis. &
per eã decidi possunt multæ quæstiones. & cum ea tenent Pau.
& Genz. & Steph. & pro eius materia est quod no. de elec. si
eo tpe. lib. 6. & de præben. si tibi absenti. & c. si a sede. eo. lib. &
quod no. Bart. ff. de no. oper. nunc. l. non solum. §. sed vt proba-
ri. vbi format multas quæstiones, quæ deciduntur per hanc gl.
ex qua colligitur q̃ qui fundat intentionem ex prioritate vel
posterioritate tpis, debet probare de tpe limitate & specifice.
sed multum obst. quod no. in c. venerabilibus. in gl. penult. de
sentẽ. excom. lib. 6. & glo. non soluit, vbi qui petit se absolui ad
cautelam, dicẽs se excõicatum post appellationem, debet pro-
bare q̃ appellatio præcessit, ita ergo deberet impetrans pro-
bare beneficium fuisse creatum ante datam. Solu. ſm Pau. ibi
hoc ideo est, quia excõicatio est tanq̃ gladius penetrabilior. de
sent. exc. ex tenore. & no. Inn. de app. præterea. 2. ver. p̃sumit p̃-
cessisse. vel ſm Genze. hoc est quia absolutio ad cautelam est
talis naturæ vt non præstetur, nisi qñ non tenuit excõicatio,
alias est opus vera absolutione. Dic q̃ ratio vera est, quia perẽs
absolui ad cautelam, fundat se super nullitate excommunica-
tionis, igitur eam probet, sicut qui se fundat super electione,
petens se confirmare, debet eam probare validam, alias succũ-
bit, etiam si ex aduerso nihil probetur. de elec. cum nobis. vbi
dixi. Et fundans se super præscriptione titulum requirente
debet probare de titulo, alias succumbit, vt no. de testi. frater-
8 nitatis. † Octauo quæro, si beneficium erat creatum tpe datæ,
sed nõdum dotatum. Dicit Pau. quod veniet in literis. sufficit
enim quod est creatum. potest enim agi vt dotetur, prout dici-
tur de consecra. dist. 1. nemo. & in c. cum sicut. de consecra. ec-
cles. vel altar. Nono quæro, si tempore datæ ordinatum erat
per episcopum & capitulum de creando beneficium, tamen
nondum erat creatum. dicit Pau. q̃ non venit in literis, quia
debet esse creatum cum effectu tempore datæ. de eo qui mit.
in posses. c. 1. de re iudic. cum aliquibus. de appel. si a iudice. in
9 fine. lib. 6. ff. de re iudic. l. 4. §. ait prætor. † Decimo quæro, si be-
neficium tempore datæ est exiguum, ita q̃ cadit in literis, sed
postea ampliatur ita q̃ non cadit, videtur q̃ non debeatur im-
petranti vt attendatur data. Lau. non dimittit disputationi.
Sed tu solue per superius dicta in tertio & septimo contrario,
quod ex quo erat in substantia tempore datæ, variatio qualita-
tis non impedit effectum gratiæ. per clemen. si de beneficio.
10 de præben. † Vndecimo quæro, quid si beneficium nouiter
creatum, fuit ordinatum de alio quam de impetrante, & nunc
vacat, an debeatur impetranti. glo. vltima, in ver. & tamen di-
co. dicit quod non, vt hæc decre. procedat generaliter. quod te
11 nent Genze & Pau. † Duodecimo quæro, si impetrans erat
prius canonicus. glo. eadem, in versic. sed si ponis, soluit. & dic
vt in ea vsque ad fi. cum qua tenent Pau. & Genze. & Stepha.
sed declara hoc plenius per id quod superius dixi in septimo
contrario, ibi, ad sextum. de c. cum M.

ADDITIO.

a ¶ Creato. Adde pro materia istius glo. Hosti. in c. significauit. de censibus. Doct. in c. consuluit. de iudæ. & in c. 2. de feu. plenissime per Abb. in cap. in præsentia, de proba.
Vinc G. ¶ Adde in huiusmodi materia tradita per Cor. in consi. 137. licet. per totum lib. 4.

De electione & electi potestate. Rubr.

SVMMARIVM.

CAP. I.

a CVm rationi. [a] No. rationem de omnibus
esse reddendam, de quo hic
tractat Genz. sed plene dixi de rescrip. si quando.
1 † Secundo no. q̃ sufficit inducere rationem etiam
non inducto aliquo tex. vel alia authoritate alicuius Doctoris.
quod no. hic Genze. & probat principium hic in verbo, ratio-
ni. pro hoc de præben. ratio. nam etiam lex non est aliud quam
2 id quod ratione consistat. 1. dist. consuetudo. † Tertio no. quod
professio & religio sunt termini conuertibiles. quod enim di-
cit in prin professionis. ĩ. dicit religionis. tamen large loquen-
do religiosus habet in plus, nam & nouitius dicitur religiosus.
supra eod. nullus. lib. 6. de senten. excom. non dubium. & eo ti.
3 religiosi. lib. 6. † Quarto no. de clausula decreti [b] ibi, quod si se-
b cus & c. de hac clausula dixi in c. ad petitionem. de accusa. quid
scilicet operetur. & no. glo. in cle. vnica. ĩ. de immu. eccle. in gl.
4 per hoc. & ibi dico in 7. notabili, & in primo cõtrario. † Quin-
to no. de clausula, eo ipso. quod sonat secundum Genze. absq;
alia sentẽtia, & simile verbum. s̃. eo. q̃ sit. in fi. & c. nullus. & c.
5 si religiosus. lib. 6. † Sexto no. q̃ sub hoc nomine, religiosus, ve-
nit etiam nouitius. pro hoc quod supra dixi in 3. notabili. &
facit tex. hic in ver. super hoc. & in verbo, religiosus. iuncta glo.
Septimo. no. q̃ aliquãdo reperitur ecclesia regularis, quæ cum
hoc est cathedralis, & sic duplex qualitas occurrit circa idem.
quod est ideo, quia non sunt qualitates incompassibiles. Opp.
q̃ religiosus dũmodo professus, possit eligi ad monasterium
cuiuscunque religionis. eod. tit. nullus. lib. 6. Sol. vt in gl. 1. cum
qua singe glo. in verbo, socientur. nam ante hoc c. de hoc erant
opiniones. & pro decisione quæ hic ponitur, fiebant rationes,
& inducebantur iura de quibus in glo. præalleg. in ver. socien-
tur. sed in contrarium inducebatur tex. d. cap. nullus. vbi vide-
tur expressum cũ dicit, religiosum non ꝓfessum nõ posse eligi
ad monasterium suæ vel alterius religionis. ergo a contrario
professus

ADDITIONES.

a ¶ Cum rationi. Vide de materia huius c. no. per Do. Anto. de Bu. in c. Abbate. de ver. sig. in 4. col. vide etiam tex. in c. sicut tuis. in princ. & ibi dicta, de simo. Philip Fran.
Vinc. G. ¶ Adde q̃ ratio in l. expressa vbi potest habere locum, fit extensio etiam in correctorijs, Ruy consi. 103. num. 2. lib. 2.
b ¶ De clausula decreti. Adde Abb. in c. cæterum. in 2. col. de rescript. Bar. Pau. de Cast. & Alex. de Imo. in l. omnium. C. de test.

professus põt. & cum hac inductione stabãt multi Doctores, vt Io. And. & Arch. vt in gl. 1. ſm quos oportet hodie ꝯcludi c. nullus. esse correctum. idem Genze. nõ tamen persistit, sed per alternatiuam vel, dicit posse dici ꝙ argumentum a contrario quod ibi sumitur, hodie cessat, cum hæc cle. contradicat. pro hoc quod no. de fo. cõpe. c. 2. & c. significasti. in gl. 2. & ſm hoc oportet dici ꝙ in c. nullus. verba ibi, vel alterius, non stant dispositiue, sed prohibitiue, & ideo non probatur id ad quod inducitur, nec argumentum a contrario sensu poterat inde sumi, cum ꝯrium esset iure expressum. nam etiã ante hoc c. expressum erat ꝙ homines disparis professionis nõ sociarẽtur. e. tit. cum cãm. 16. q. 7. in noua. Et ad rationem quam fecit hic gl. 1. in ver. probabam, respondent aliqui ꝙ procedit in ecclesia nõ collegiata, secus in collegiata & seculari. de quo infra in gl. penul. & dicam ȷ. q. 17. hoc tñ non obstante puto ꝙ glo. sit verior. & ꝙ ante hoc c. poterat religiosus eligi ad monasterium alterius religionis, quia edictum de electione est prohibitoriũ. & ad c. cum cãm. & c. in noua. optime respondet glo. in verbo, socientur. pro ista litera in ver. prohibemus. & ver. de cætero, quasi secus fuerit ante hoc cap. Secundo oppo. ꝙ imo possint sociari homines diuersæ professionis. nam in eadem causa possunt esse testes vel procuratores vel arbitri vel iudices religiosus & non religiosus. de procur. c. 1. lib. 6. de testi. tam literis. de elect. cum in veteri. de renunc. veniens. de arbit. per tuas. dic ꝙ non debeant sociari collegialiter vt sint vnum corpus vel collegium, sed vt singuli non prohibentur, vt in contrariis ſm Pau. de quo in c. Ioãnes. de testa. Tertio opp. quia hæc litera a contrario permittit ꝙ quilibet religiosus possit eligi ad prælaturã suæ religionis, cũ tñ solus professus sit eligibilis, præall. c. nullus. e. ti. li. 6. vbi dr̃ requiri expressam professionem. ad idẽ eo. tit. indẽnitatibus, in prin. eo. li. Sol. sta ꝯrio, nec contrarium
6 probatur hic, debet enim hoc c. per illa suppleri. † Quæro nunquid hæc dispositio procedat quo ad moniales. vr̃ ꝙ sic pp terminum cõem hoĩes. In ꝯrium, quia in dispositione sunt termini masculini: ibi, religiosus aliquis. Secundo ad idem, quia hæc dispositio est iuris præcedentis correctoria, scilicet c. nullus. eo. tit. lib. 6. vt dixi in primo ꝯrio, ergo mere debet intelligi in suis terminis. c. ti. statutum. li. 6. gl. 2. tenet primam. & idem Pau. & Genz. per eandem rationem per quam glo. s. quia masculinum cõprehendit fœmininum. quod patebit clarius ex
7 duabus sequentib. q. † Secundo quæro circa id quod dixi in
a proxi. q. nũquid sit verum ꝙ masculinum [a] cõprehendat femininum. Spec. de dispu. & alle. §. post hæc. ver. vel ibi masculinũ distinguit, & eius distinctionem ponit hic Pau. sed sufficit ibi videre. Ipse autẽ Pau. aliter distinguit ſm aliquos ꝙ aut agitur de fauore, aut de odio. Primo casu masculinum comprehẽdit fœmininum. Secũdo casu aut subest casus rationabilis, aut nõ rationabilis. Si rationabilis vt quia agitur de delictis puniendis, tunc masculinum cõprehendit femininum. pro hoc 17. q. 4. si quis suadente. vbi est casus iuncto cap. mulieres. de senten. excom. si autẽ est casus non rationabilis, vt quia agitur de dannando aliquem ex facto alieno, tunc non comprærhendit. l. 1. §. quare. ff. de ven. in pos. mit. quæ fuerunt verba Iac. de Are. & primum membrum ꝙ in fauorabilibus masculinum comprahendat fœmininum, probatur ex notatis per gl. in c. generali. eo. tit. lib. 6. hæc procedunt qñ profertur masculinum sub nomine appellatiuo, sed si sub noĩe proprio, tunc nõ cõprehẽdit fœmininũ, l. si quis ita. §. 1. ff. de testa. tute. & hoc vltimum ponit Pet. & Cy. post eum. C. de ser. fugi. l. quicunque. Vel clarius distingue ꝙ aliquando masculinum profertur per nomen proprium. Aliquando per appellatiuum. d. l. si quis ita. §. primo. cũ sua glo. ff. de testa. tu. fallit vbi profertur a lege, quia nomen proprium alicuius, expressum in dispositione iuris cõmunis, habetur pro non adiecto, vt dispositio sit communis & perpetua, vt in prima constitutione C. circa finem. no. Dy. in regula. quod alicui gratiose. lib. 6. pro hoc omnes decretales quæ diriguntur certis personis, quæ tamen faciunt ius quo ad omnes nisi sint priuilegiantes. Si autem per nomen appellatiuum, quandoque constat de mente proferentis siue sit legislator siue alius, & stamus menti. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. s̃. de ver. sig. in his præterea & c. intelligentia. Aliquando de mente non constat, & tunc aliquãdo profertur in materia differẽti. i. quæ congruit masculo & non fœminæ. Aliqñ in indifferẽti. si differenti, non comprehẽdit fœmininum, pro hoc allegant aliqui. C. de procur. l. alienam. ff. de procura. l. pen. & l. neque. Sed hoc exemplum reprobat Iac. de Are. nam officiũ procuratoris bene potest cadere in fœminam. l. fœminas. ff. de procur. & de cõfir. vti. cum dilecta. de quo in Spec. de ꝓcur. §. 1. circa prin. Exẽplifica ergo p c. noua quædam. de pœni. & remis. per l. fin. ff. de legl. tu. & de re. iur. l. fœminæ. Si aũt in materia indifferenti quæ cõgruit masculo & fœminæ, qñque sumus in casu fauorabili, qñq. odioso. si in fauorabili, cõprehendit. d. l. si ita. de testa.
tute. & gl. in c. generali. si in odioso, distingue, vt supra ſm Iac. de Are. ꝙ aut est casus rõnabilis, aut non rationabilis &c. vt s̃. dixi. & adde quæ dico ȷ. de consan. & affi. cle. vnica. in 5. ꝯrio. &
3 de rescri. significauit. in 3. no. † Tertio quæro, circa hoc quo casu masculinum cõprehẽdit fœmininum, an hoc sit ex proprio significato, an per interpretationem vel per extensionem. glo. in l. 1. ff. de de verb. sig. dicit ꝙ ex mente legislatoris. Ex quo dico ꝙ non bene allegatur per eos qui ea colligunt ꝙ fit per interpretationem. qđ enim est de mente, non est per extensionẽ, sed ex vero significato. nam lex & mens legis idem sunt. quod no. Dy. in regula fin. lib. 6. pro hoc ff. de leg. l. scire. & quod dixi in materia statutorum de cõsue. cũ dilectus. & pro hoc quod masculinum comprehendat fœmininum ex proprio significato, est tex. d. l. 1. ff. de verb. sig. cũ dicit, complectitur, & non dicit extendatur. Dy. tenuit ꝙ hoc fit per interpretationem, & ideo dixit ꝙ in statuto masculinum nõ comprehẽdit fœmininum. pro hoc ff. de ver. signi. l. pronũciatio. vbi dicit ꝙ porrigitur, & sic p extẽsionẽ. dic ꝙ qñque sumus in terminis cõibus, & quæstio est in dubio, quia terminus cõis signat fœmininum æque & principaliter sicut masculinum, vt est terminus, homo. ff. de verbo. signi. l. hoĩs. & quod ibi dr̃ in gl. 2. in prin. Aliquando dispositio fit per terminum non cõem, & tũc aliqñ per terminũ substantiuum, aliqũ per adiectiuum. Primo casu comprehendit per extensionem, vt si dicebat, equus, nõ venit equa, nisi in eo casu quo debet fieri extẽsio. d. l. pronunciatio. Si autẽ est terminus adiectiuus aliquãdo profertur simpliciter sine substantiuo, & comprehendit fœmininum. 17. q. 4. si quis suadẽte, iuncto c. mulieres. de sen. excõ. & est ratio, quia subauditur substãtiuum cõe, vt in d. c. si quis. s. homo suadente &c. Aut profertur cum substãtiuo, & tunc distingue, vt s̃. ꝙ aut substantiuum est generis cõis, aut masculini. nam adiectiuum restringitur ex substantiuo, sicut talia sunt subiecta qualia prædicata permit-
9 tunt. de fide instrum. inter dilectos. † Quarto quæro, quia vidimus qñ masculinum comprehendit fœmininũ, quid e ꝯ? dicit gl. in d. l. 1. ff. de verb. sign ꝙ nunq̃. pro hoc l. si ita sit scriptũ. ff. de leg. 2. Specu. tñ in ver. vel ibi masculinum. allegato s̃. q. 2. ponit ad hoc exceptionem, quam dic vt ibi per prædicta, maxime quæ dicta sunt in duabus proximis quæstionibus. possumus verificare gl. scđam hic, ꝙ quia hic ponitur in ratione decidendi terminus cõis, licet in dispositione ponatur masculinum, tñ ꝯprehendit fœmininũ. Sed difficile est rñdere ad rõnem quã s̃. feci in 1. q. ꝙ debeat restringi hoc c. tanq̃ correctoriũ aliorũ iurium puto tñ cũ gl. vt ratio hic extendat dictum, qa ex ratione legis mẽsuratur eius dispositio. regu. fi. cũ ibi nota. per Dy. lib. 6. & de hac materia qñ masculinum comprehẽdat fœmininum, tractat Arch. in præalle. c. si quis suadente. Cyn. & alij in l. quicunque. C. de ser. fugi. Bart. in d. l. 1. de verb. sign. Quinto quæro, præsupposito ꝙ hoc c. habeat locum in monialibus, quid si monasterium monialium regitur per marem. Solu. vt in gl. 2. & idem Gẽz. Sexto quæro, nunquid in ecclesijs sæcularibus possunt sociari hoĩes diuersæ professionis. adeo ꝙ nõ sit locus huic prohibitioni. gl. 3. dicit ꝙ sic pp verbum, monasteriis. & idem Pau. & Genz. Septimo q̃ro, prout quærit eadem
10 gl. quid de ecclesia S. Ambrosij. & solue vt in ca. † Octauo q̃ro, quid si monasteriũ vnius habitus vnitur monasterio alterius habitus. dicit Pau. ꝙ hæc vnio fieri non poterit, si vtrũque monasterium remanet in suis iurib. ita ꝙ vnio fiat solum quo ad hoc vt habeant eundem prælatũ. nam semper per hoc sequeretur ꝯ hãc cle. ꝙ aliquis alterius habitus & religionis eligeretur. pro hoc ratio cũ non possit vnus & idem esse duplicis religionis vel habitus. de ele. cum monasterium. Et circa hoc prosequitur Pau. quinq; modos vnionis qui notan. in c. 1. ne se. vac. vbi ẽt tãgit glo. & ẽt tenet Pau. ꝙ vnio fit alio modo q̃ p̃dicto, vt quia est vnio transfusiua, quia vnum monasterium ex toto subijcitur alteri, quia tunc talis vnio est possibilis, nam cessat ratio prædicta, cum per hoc non veniatur ꝯ hanc clem. Nono quæro, qđ si superior vniẽdo nõ dixit aliquid de ordinibus vel disparitate habitus, & pone in vnione transfusiua. videretur dicendum ꝙ non teneat vnio, nisi aliunde appareat ꝙ vniens sciuerit naturam beneficiorum, vt quia est eps qui præsumitur scire naturam beneficiorum suæ diœcesis. secus de legato vel Papa qui nõ sic præsumitur scire, pro hoc quod no. Lau. infra de offi. ord. cle. 2. vbi dico in vlt. q. & Io. Cal. de concess. præben. cum nostris. q. 6. vbi dico. q. 16. nã fortasse si sciuissent, ab vnione abstinuissent. quod habui in q. facti. posset tamen dici quod sufficit

ADDITIO.

a Quod masculinum. Adde in c. 2. de rescrip. lib. 6. Bar. in l. 1. ff. de verb. signific. Ioan. de Imo. in 38. consil. incip. in casu præmisso. Petr. de Anchar. in cle. 1. de bapt.

Vinc. God. Adde quando masculinum concipiat fœmininũ, Ruy. consi. 22. nu. 14. lib. 3. & quando non concipiat, Ruy. consi. 145. nu. 12. lib. 3.

sufficit q; de vnione constet. debet enim præsumi omnia fuisse
solenniter agitata, s̄m ea quæ no. de re iudi. sicut. & ff. de verb.
21 obl. l. sciendum. † Decimo quæro cum dicit tex. de præla, quid
comprehendatur sub hoc verbo. Sol. vt in gl. in ver. prælatum.
a & idem Lau. qui dicit comprehendi[a] quemlibet administra-
torem habētem perpetuum officium, etiam si sit talis qui pos-
sit ad nutum superioris amoueri. de sup. negli. præla. cle. vnica.
ad fi. 16. q. 1. de præsentia. Paul. idem etiam cum gl. vt cōprehē
datur prælatus quocunque noīe censeatur. de verb. sig. q̄uis. §.
b ti. pxi. cle. 1. & quod ibi no. & ex gl. illa colligit̄, ministrū[b] fratrū
Minorum & custodem dici prælatos. quod singulariter no. &
per hoc semel obtinui in q. facti, cū opponeretur cuidam pro-
uinciali p̄dicatorum q; non poterat esse procurator, per cle. J.
de procu. religiosus. fuit enim pronunciatum q; sic, quia glo. 1.
22 in d. cle. intelligit de non prælato. † Vndecimo quæro, nunqd
religiosus vnius religionis possit eligi in monachum alterius
religionis. glo. ea. arguit q; non per principium huius cap. quia
subest ratio disparitatis. Contrarium decidit per verbum, præ
latum, quia in dispositione solum de prælatis prohibet. remit-
tit m̄ ad c. cum singula. vbi distinguitur, vt dicit glo. Lau. Pau.
& Gēz. & Matth. idem, quod intellige cum distinctione, vt di-
xi in c. fi. de elect. Et ad rationem 𝔠trā dic q; rō disparitatis non
vrget, quia qn̄ intrat aliam religionem, cōformat se illi: sed in
prælato vltra rationem disparitatis subest ratio minoris instru
ctionis alterius religiosus. vnde quo ad hoc ratio restringitur
per dictum sicut §. dixi in 4. q. q; aliqn̄ dictum extenditur per
23 rationem. Duodecimo quæro, quid si religiones sint diuer-
sæ, sed sint eiusdem professionis, an procedat prohibitio hu-
ius cle. glo. in verbo, religionis. dicit q; sic, quā no. Ex qua no. di
uersitatem inter religionem & professionem. Item no. melius
q; religiones non diuersificantur ex professione. nam omnes
conueniunt in professione quo ad substantialia de quibus in
c. cum ad monasterium. de sta. mo. sed diuersificantur s̄m di-
uersos fines immediatos. quod plene no. de regula. sane. vbi di
24 xi. † Decimotertio quæro, circa hoc, quid si religiones duæ
sunt per oīa pares, præterq̄ quo ad inuentores, nunquid dican-
tur diuersæ, vt sit locus huic cle. vr̄ q; sic, quia attenditur iden-
titas non respectu rerum, sed respectu personarum. de rescri.
Abbatem. Pau. tenet 𝔠trum, quia quo ad inuētores omnium
religionum possumus dicere vnum esse inuētorem & autho-
rem. s. Deum. de reli. do. c. fin. licet sint diuersi inuentores. s. in-
strumentales. Et quo ad hoc possumus s̄m inuentorem in ca-
su præmisso dicere potius imitatorem primi. 24. qō. 1. Acha-
tius. ad hoc qui. non est curandum de diuersitate nominum,
sed de effectu. C. de hæt. l. quicunque. ibi, dispar nomen, sed idē
sacrilegium. ad idem de hæret. excōicamus. 1. & 2. Decimo-
quarto quæro, qd si nō constat quis fuit primus inuētor. nemo
tangit, dic idem q; in præcedenti q. quia stat ratio, nam reli-
giones non diuersificantur ab inuentoribus, sed a diuerso fi-
ne immediato, vt dixi §. q. 12. vel quo ad casum nostrum diuer
sificantur etiam ex diuersitate habitus. & quomodo intelli-
25 gatur, dic vt in seq. q. † Decimoquinto quæro, quia hic diuersi-
ficatur religio per diuersitatem habitus, per quod cognosci-
tur hæc diuersitas? dic vt in cle. cos. J. de regula. Decimosexto
quæro circa hoc, nunquid diuersitas coloris diuersificet habi-
tum. glo. in ver. vel habitus. notabiliter distinguit q; aliquando
color est de substantia religionis, & tunc diuersificat. & aliqn̄
non. Exemplifica, vt in glo. & tunc non diuersificat. & idē Pau.
pro hoc quod no. Arch. 16. q. 7. in noua. & no. singulariter istā
glo. Decimoseptimo quæro, nūquid hæc dispositio suo tpe ha
buit locū quo ad electiones præteritas. glo. in ver. de cætero, di-
cit q; non. Ad quod opp. quia constitutio quæ fundatur super
iure naturali, respicit præterita. de vsur. cum tu. & quod ibi no.
de consti. c. fi. sed hæc cōsto fundatur super disparitate profes-
sionis euitanda, quod fuit etiam prohibitum de iure diuino,
Deutero. 22. Non arabis in boue & asino. Solu. s̄m Lau. fuit de
hoc qō in quodam monasterio diœc. Tholosanæ, in quo post
electionem & ante publicationem harū cle. facta fuit electio
ad prælaturam de monacho alterius religionis: sed dicit quod
verius est primum per verbum, de cætero. dic quod etiam hoc
verbo cessante, idem foret dicendum, cum de natura consti-
tutionis sit concernere futura tantum. de cōstitu. c. 2. & c. fi. Et
maxime, quia hæc constitutio corrigit ius præcedēs, vt dixi §.
in primo contrario, & sic stricte intelligenda. eo. tit. statuimus.
lib. 6. Et ad rationem 𝔠trariam dic q; illud, non arabis &c. fuit mi-
sticum. & intelligitur non s̄m literam, vt exponitur in c. cum
causam. eo. tit. nec prohibet disparitatem, nisi quando est tota-
lis disparitas, prout dicit glo. 4. Decimooctauo quæro, quia in
exemplo posito in quæstione præcedenti fuerat facta electio
post promulgationem harum cle. nunquid dispositio huius
cle. ligauerit statum ante publicationem, & ante duos menses.
vr̄ q; non, per id quod no. §. in proœ. in glo. in ver. de cætero. In
𝔠trium, quia ista cle. habet decretum annexum. & clausula de-
creti afficit ignorātes. de rescript. tibi qui. lib. 6. de præben. du-
dum. & c. si apostolicæ. eo. lib. J. de cōcess. præben. cle. 1. Et hanc
partē tenet Lap. inducēs no. p Arch. 19. di. §. 1. sup gl. 1. & p Pau.
§. in proœ. huius cōpilationis. vbi dixi. Io. de Fan. dicit se de hoc
dubitare. nam videretur s̄m eum q; cum clausula decreti hic
adijciatur per modum constōnis, non debeat afficere antequā
ipsa constitutio, sicut dicimus in priuilegio. not. §. in proœmio
in ver. de cætero. & pōt forte esse ratio diuersitatis inter alios,
quia decretum alias nihil operatur, cum nullitas actus indu-
centis per 𝔠uenientiam esset sine decreto, cum sufficiat legisla
torem aliquid prohibuisse. l. non dubium. C. de legi. maxime
cum alia pœna adiecta nō fuerit, vt no. §. tit. 1. cle. 1. in princ. in
priuilegio aūt secus est, quia licet immediate non liget vel non
operetur, operabitur tamen tēpore quo constitutio cuius natu
ram imitatur operatio. secus si adijcitur ab homine, vt in con-
trarius. s. in d. c. tibi qui. & similibus. Sed ad hanc rationem quā
bene præuidit Lap. respondet ipse Lap. q; hoc decretum licet
sit accessorium trahit ad se principale. i. ipsam cōstitutionem,
& immutat eius naturam, sicut in simili de iureiu. debitores.
quod dictū si sustineri potest, est singulare. Oppo. ad hoc, quia
decretum appositum sub conditione suspenditur in euentum
conditionis. cle. vnica in prin. J. de concel. præben. sed constitu
tio cum promulgatur quo ad vim ligandi est sub conditione si
publicabitur, & si lapsi fuerint duo mēses per rationem supe-
rius dictam, ergo &c. Sol. hæc ratio multum vrget, per quam
puto potius dicendum decretum suspendi. nam in c. tibi qui.
& simi. vbi dicitur decretum afficere ignorantes, semper inue
nies q; dispositio statim tenuit & nullam conditionem tacitā
habuit. Decimonono quæro circa hoc, quid si ante hanc cle.
ex priuilegio vel cōsuetudine obtentum erat, quod vnum mo
nasterium de gremio alterius, quod erat alterius religionis, eli
geret sibi prælatum, per c. cum dilectus. de consue. & per c. ab-
bate. de verb. de verb. sig. nunquid fuit sublata per hanc cle. dic
q; non, secundum Pau. ex quo non fecit mentionem de illa. de
16 consti. c. 1. lib. 6. Vicesimo quæro, circa id quod dixi in proxi.
q. an hodie posset induci talis consuetudo. Pau. q; non, quia es-
set irrationabilis. probat principium huius cle. dic generalius
rationem, quia 𝔠 ius canonicum potest induci consuetudo.
pro hoc cle. sequens. in princ. & rationem quare de iure ciuili
per inferiorem a principe potest induci consuetudo 𝔠 legem
& de iure canonico non potest induci contra canonem, dixi
17 in repetitione c. quæ in ecclesiarum. de consti. † Vicesimopri-
c mo quæro, quia hic prohibetur electio tm̄, an monachus[c] pos-
sit postulari ad prælaturam alterius religionis. glo. in ver. eliga-
tur. dicit q; sic. dum tamen postuletur a Papa. Lau. & Gen. di-
cunt indistincte q; postulari potest per cap. cum monasterium.
eo. tit. & c officij. quæ non multum faciunt. & dic primum ve-
rius, quod etiam tenet Pau. & Steph. quod plenius dico in se.
q. hæc procedunt præterq̄ quo ad mendicantes. hi enim non
postulantur ad aliquam ecclesiam vel monasterium extra suū
ordinem, vt in extrauaganti, dispendiis. Io. 22. Lap. Ex eo autē
quod dixi q; alij religiosi debent postulari a Papa, no. q; infe-
rior a Papa, vt episcopus, non potest dispensare contra hāc cle.
Steph. qui etiā inducit no. per Inn. de temp. or. dilectus. per hoc
quod dixi eo. tit. officij. Oppo. ad hoc, quia si non prohibetur
hic postulatio, ergo a quocunque superiori poterit postulari.
Sol. Doc. hic non considerarunt, tamen puto glo. esse verā pp
18 id quod dicam in seq. q. † Vicesimosecundo quæro, quid si pro-
uidetur per viam prouisionis. gl. eadem subtiliter disputat, tā-
dem decidit de mente huius cle. idem dicendum, quia subest
identitas rationis: & hoc maxime vbi prouidens facit hoc iu-
re deuoluto. quod dic vt in glo. Genz. tam in præcedenti quæ-
stione q̄ in ista, vr̄ sentire idem, quia debemus ponderare men
tem potius q̄ verba. ff. de excu. tut. l. scire §. illud. pro hoc eod. ti.
si postquam §. 1. lib 6. J. de iureiu. cle. Romani §. verum. tamen
in præcedenti q. dixi religionem alterius religionis posse po-
stulari ab episcopo & ab abbate, per cap. 2. 58. distin. per no. per
Inn.

ADDITIONES.

a Qui dicit comprehendi. Adde Inno. in c. Abbate sane. de verb. sign. Docto. in
c. decernimus. de iud. & in c. Romana. §. 1. de foro compe. lib. 6. Archid. in c.
vt animarum. de consti. lib. 6.
Vinc. God. Adde Soc. cons. 213. Cum in præsenti. lib. 2. & cons. 43. circa fi.
2. Maria. Soc. in cons. 25. Visis. & cons. 32. ex his. circa med. lib. 1. & consi.
213. plura lib. 2.
b Ministrū fratrū. Adde quę inf. in cle. dudū. i §. statuimus. ī 1. q. ī apost. de sepul.
Vinc. God. Adde q; ministri comprehendantur appellatione prælatorū, osten
ditur ex dictis Pau. ad Colos. 1. d. factus sum ego Paulus minister. &c. & 1.
ad Thess. 3. 2. Misimus Timotheum fratrem nostrum ministrum Dei.
c An monachus. Adde gl. in §. sed aliud. 61. dist. Inn. in c. 1. de pos. prœl. Doc. in
c. admonet. de ren. & in c. Valētinianus, 63. di. Io. de Fan. in c. pe. & vl. 73. di.
Vin. G. Adde ad quas dignitates promoueri possit Fel. i c. quia nō. de magist.

Inn. de postu. præla. c. si, vnd vr sibi cõtradicere, dicẽs per verbũ
eligatur, cõprçhendi prouisionẽ & non postulationem, cũ tñ
sufficit identitas rationis. Pau. tenet simpliciter cũ glo. nã plus
est conferre q̃ eligere, cum prouisio cõprehendat idem quod
electiu & confirmatio, pro hoc quod no. de cã pos. cum olim.
Quid concludes? dic quod omnis modus assumptionis est prohi-
bitus, quia licet hæc cle. sit restringibilis, tamen iura restringi-
bilia cõprçhẽdunt casum eiusdem rationis. d. c. si postq̃. §. 1. ha
buit ergo tex. respectum ad id quod cõiter sit, quia vbi est con-
gregatio, procedit per electionem. 16 q. vlt. congregatio. ꝫ. de
ele. c. 1. per hoc dico quod quia ratio huius cle. habet locum etiam
in postulatione, verum est quod dicit glo. quod solum a Papa po-
terit fieri postulatio, qui potest contra ius dispensare. de cõces.
præben. proposuit. & sic non a legato etiam de latere. pro hoc
quod no. in Spe. de legato. §. consequenter. ver. & generaliter.
19 † Vicesimotertio quęro, si electio facta contra hãc cle. confir-
metur. gl. in ver. nanc. dicit quod nihil operabitur. Idem Pau. qui
etiam refert circa hoc dictum Compost. de quo in sequenti
quæstione. Idem etiam Genze. quia cum electio sit nulla, con-
20 firmatio nihil prodest, vt no. de cau pos. cũ super † Vicesimo-
quarto quæro, circa id quod dixi in proxi. q. quid si Papa con-
firmet. vr quod teneat confirmatio & approbetur electio quod
est verum, si scienter fecerit, cum possit supplere nullitatẽ sur-
gentẽ ex iure positiuo, quia est supra ius, licet secus sit quando
nullitas surgit ex defectu iuris naturalis, vt quia non interue-
nit consensus eligentium. quod no Compost. ꝫ. eo. quod sicut.
Sed Io. de Lig. hic, & ibi dicit quod etiã supplere potest defectum
iuris naturalis in exemplo præmissũ, quod dicit verum quo ad
hoc vt faciat prælatum eum quem confirmat. Sed hæc cõfir-
matio est potius prouisio, pro hoc quod no. de ele. q̃ sit, in glo.
vlt. in fi. lib. 6. non enim posset supplere vt censeretur iste ele-
21 ctus qui non fuit electus. † Vicesimoquinto quæro. in ver. per
hoc. cum dicit, religiosus. quid de nouitio, & quid de mendi-
cante. solue vt in glo. antepen. & idem Pau. & rationem huius
a quare permittitur religiosus eligi ad ẽpatum, [a] reddit Genz.
pp maius periculum quod est in vacatione ẽpatus, pp multa
quę ita spectant ad ẽpm quod non ad inferiores. pro hoc de
sent. excom. quia periculosum. lib. 6. dicit & alias rationes, vt
22 no. eo. ti. c. nullus. in gl. fi. lib 6 † Vicesimosexto quæro, quia hic
fit mentio de habitu, an religiosus dimittendo habitum ex
quacunque cã sit excõicatus. Sol Matth. quod nõ, sed tunc tãtum
qñ temerarie. ne cleri. vel mona. c. 2. lib. 6. Et intelligo temera-
23 ne prout no. gl. in c. 1. in gl. nũquid. de sen. excom lib. 6. † Vice-
b simoseptimo quæro, nunquid religiosus [b] possit præfici eccle-
siæ seculari citra ẽpatum. ista qõ potest intelligi de ecclesia nõ
curata, & tunc dic quod non, per id quod dr̃ hic in gl. pe. ibi. in ꝯ-
trium facit quod no. Host. & per iura quæ allegat hæc gl. ꝯtrium
tñ vr tenere Matth. dicens quod etiam posset esse canonicus in ec-
clesia sęculari. primũ verius, permittitur enim quod monachus
assumatur ad beneficium curatum propter officium prædi-
candi. de sta. mon. quod Dei. hoc ergo cessante secus dicendũ
est. pro hoc de regula. super eo. vbi tenet Hosti. & de relig. do.
inter quatuor. quod dixi de vi. & hone. cleri. Deus qui. vbi de
hoc in glo. Potest secundo intelligi de ecclesia curata, & tunc
dic quod duplex est cura. quædam proprie, & vulgariter per oẽs
nuncupata cura, vt cura quam habet ecclesia parochialis in
suos parochianos. quædam est cura non sic proprie dicta, vt
cura quam habet prælatus ecclesiæ collegiatæ in illos de colle-
gio. de offi ord. cum ab ecclesiarum. de prima oẽs concordant
quod monachus ad talem possit eligi, per c. quod Dei. de sta. mo. cum
ibi notatis. de secunda cura disputatur hic in glo. quæ factis
hincinde rationibus dicit hoc egere declaratione. Pau. aũt di-
cit fortius ad hanc posse monachum assumi, quia non potest
talis prælatus non habere curam cum habeat curam sui col-
legij. & dicit Pau. quod Host. non intellexit de dignitate principa-
li, cum dixit monachum non posse habere præposituram vel
decanatum, quia semper talis principalis est cura, vt prædi-
xi ratione collegij, sed de non principali quod tenet Io. de Lig.
& sic semel consului Florentiæ. Sed Lap. dicit quod iura quæ di-
cunt monachum posse eligi ad curam, intelligunt de cura pri-
mo modo dicta, scilicet in parochianos. ꝫ. eod. statutum. lib. 6.
ne cle. vel mo. statutũ. eod. lib. nam in tali proprie exercetur of
ficium prædicandi. pro hoc induco c. quod Dei. quod expresse di-
cit de cura parochianorum Item c. statutum. e. tit. lib. 6. vbi dr̃
quod iura disponentia, habentem ecclesiam parochialem tene-
ri ad sacerdotium infra annum, eo. titu. licet canon. lib. 6. non
comprçhẽdunt ecclesiam collegiatam, & rationes ibi red-
duntur & inter cæteras hęc, quia non est tantum periculum
vbi est collegium, sicut vbi est vnus solus. Propterea dicit quod si
ecclesia collegiata non habet curam nisi collegij, potius dicẽ-
dum est monachum ad talem eligi non posse. secus si habet
curam parochię. cõiter tñ tenetur quod indistincte per dispensa-
tionẽ ẽpi possit monachus pręfici ecclesię curatę & nõ haben-
ti aliã curã nisi in collegiũ. qd tenet Ioã. Cald. in d. c. quod Dei.
& Feder. de Senis in consi. 131. & materia in Spec. tit. t. §. cõse-
24 quenter. ver. item dispensat. † Vicesimooctauo quæro, in eo
c quod dicit de habitu, an clerici seculares [c] dicantur habere cer
tum habitum. gl. pen. posset etiã dici, soluit quod non. idem Pau.
Lap. dicit quod satis habent certum habitum, quia non religio-
sum, sed alium, & religiosi religiosum, non alium. vnde no. in-
ter religiosos & clericos sæculares habitus disparitas. primum
verius per id quod ꝯ. ca. q. dico. & no. singulariter hanc gl. in eo
quod dicit clęricos sęculares nõ habere habitum determinatum
ex colore, licet certi colores sint eis prohibiti. nam per hanc gl.
possunt determinari multa dubia, nam ex ea concluditur quod
vt aliquid censeatur determinatum, est necesse vt sit determi-
natio ad quid certum, nec sufficit aliquid de certis esse prohi-
25 bitum. Vicesimonono quæro, si episcopus sepelitur in ecclesia
non cathedrali, puta in monasterio mendicantium, an cano-
nica funeralium debeatur ecclesię cathedrali. Bertr. quęrit, &
est quęstio huc impertinens, de qua dic vt dico de sepultu. cle.
dudum §. verum. q. 19.

ADDITIONES

a Religiosus eligi ad episcopatũ. Quid de Cardinalatu & an monachus vel canonicus regularis possit eligi in Cardinalem, quemadmodum & episcopũ, vide per Bart. in auth. licentiam. C. de episco. & cler. Philip. Franc.

b Nunquid religiosus. Adde Doct. in c. pe. de vi. & hone. cle. Doc. in c. 1. de test. & in cle. 1. de deci. Anta. de Butr. in c. quod Dei. de sta. regu.

c Clerici sæculares. Adde Abb. in c. clerici. el 2. in 5. no. de vi. & hone. cler. & Do. de Sancto Gemin. in c. iudex laicus. in §. idem. in 3. no. de sen. excom.

SVMMARIVM.

1 *Opinio non consona veritati est reprobanda.*
Quid autem sit opinio, vide versi. Quæro quid sit opinio.
2 *Lex superioris quòd non possit tolli per inferiorem, an hoc sit indistincte verum.*
3 *Inferior an possit innuare legem superioris.*
4 *Cœtus, verbum quid significet.*
5 *Papa an possit statuere vt sibi liceat eligere successorem.*
6 *Episcopus an possit statuere vt in electione sui successoris canonici teneantur aliqua obseruare.*
7 *Cardinales an possint aliquid alterare de dispositione c. licet. de elec. li. 6. cum hic prohibeantur aliquid facere contra c. vbi periculum. eod. tit. & libro. vide.*

CAP. II.

a NE Romani. [a] No. pro determinandis opi-
nionibus in ver. indetermina
ta. de quo hic in glo. 2. Secundo no. ex hoc quod ante
determinationem est excusabilis qui sequitur al-
teram de opinionibus. vnde tenuit Pe. de San. de app. vt debi-
bitus, quod habens opinionem vnius Doctoris excusatur ab expẽ
sis. quod est verum, nisi communiter ab alijs reprçhẽderetur.
cum enim cõiter reprçhenditur, non facit probabilitatem li-
tigandi, quę sola excusat. quod plene dixi in c. finem. de do. &
contu. Tertio no. dilationem euitandam in electionibus, sed
maxime summi pontificis. ꝫ. eo. licet, & in c. vbi periculum. in
prin. eo. ti. lib. 6 Quarto no. quod lex superioris per inferiorem tol
b li nequit. [b] de quo in gl. 5. & dico ꝯ. q. 2. & prosequitur Matthę.
illam q. an ex statuto ẽpi eligetur Archiepiscopus. de qua dixi
de rap. c. 1. & no. de consti. c. 2. lib. 6. & in regula, cui licet. eo. lib.
Quinto no. 7. vocabula quæ concernunt septem modos, per
quos disponitur circa aliquid, pro hoc glo. in ver. modificari.
t †Sexto no, quot Cardinales faciunt cętum. [c] & quid sit, dico ꝯ.
c quæst. 4. Septimo no. quod opi. non consonans veritati, est reijcien
da. quare autem hęc, de qua hic, esset non consona, dic vt in gl.
quod ergo. & dico infra ver. irritum. in primo contrario & plu
ribus sequentibus. Quęro quid sit opinio. dicit Lau. quod est
dubia particularis arbitratio quę a Doctoribus alicuius scien-
tiæ authoritatem assumit. dic melius quod opinio est habitus
probabilis cum formidine ad oppositum. & per hoc differt
a fide quę est adhęsio, licet nõ certa, idest non per demonstra-
tionem

ADDITIONES.

a Ne Romani. Vide dicta de citatione in c. licet. de acc. Phil. Fran.
Vinc. God. Opinio tumens imo vehemens veritati consona, idem quod veritas operatur, Ray. consi. 85. nu. 2. & 12. lib. 4. & consi. 206. nu. 3. lib. 1. & cõsil. 20. nu. 14. lib. 2.

b Quod lex superioris per inferiorem tolli nequit. Vide per Pet. de Anch. in c. pe. c. possessore. in 6. & 8 col. Philip. Franc.

c Cardinales faciunt cœtum. An cœtus Cardinalium possit cond re leges vacante sede. Inno. in c. translato. de consti. in fi. vbi notanter. Phil. Franc.
Vinc. God. Et nota quod cœtus est numerus decem personarum, Bar. in l. prætor. la 2. in 1. q. ff. vi bon. rap. Bal. in l. 1. per illum tex. C. de tut. & cur. Illu. persa.

tionem: est scientiam tñ certissima, quia sine dubitatione. supra de summa Tri. cle. vnica. in prin. & prosequere clarius, quid sit opinio, quid sñia, quid præsumptio, & similia vocabula, quæ
2 in iure reperiuntur, vt plene dixi de præsump. literas. † Secundo quæro, nunquid ꝙ dr̃ hic legem superioris non posse tolli per inferiorem, procedat indistincte. gl. in ver. inferiorẽ. ꝙ sic. & dicit Pe. de Anch. ꝙ nec directe nec indirecte hoc potest. de tureiu. venientes. quod facit ad quæstionem an statuto ciuitatis possiot habilitari spurij vt succedant patri. & vr̃ quod non, quia hoc esset tollere legem superioris. sunt & aliæ rationes pcipue, quia vr̃ fauere peccato. de hoc per Bar. ff. de testa. l. testamenti factio. & plene in consiliis Fede. cons. 278. & sequoti. de hoc dic aliter vt dixi, qui fi. sint legi. per venerabilem. ver. rationibus. q. 6. Et hoc ꝙ inferior non possit tollere legem superioris, dicit hæc glo. maxime procedere, qñ potestas inferioris recipitur a superiore. quam glo. no. quia aliqñ potestas inferioris non sic omnino dependet a superiore, nisi quo ad hoc ꝙ subordinatur superiori, vt ab inferiore ad ipsum possit appellari, sicut in iudicibus subordinatis de iure ciuili, imo & de iure canonico in omnibus Prælatis potest poni exemplum cũ habent iurisdictiones distinctas. nam licet eps sit inferior archiepo, non tñ ab eo recipit potestatem. pro hoc quod no. de offi. ordi. pastoralis. in princ. Oppo. ad prædicta & ad tex. sic intellectum. nam de iure ciuili possunt populi facere leges contrarias imperialibus. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Sol. dicũt aliqui ꝙ hoc possunt authoritate illius legis hoc permittentis: ꝙ ergo dicit tex. iste, inferiorem nõ posse, supplendum est nisi ex permissione superioris. Alij dicũt aliud de iure ciuili, aliud de iure canonico, quæ solutio est verior, vt plene declaraui in repetione c. quæ in ecclesiarum. nam præcedetis solutio vult ꝙ ante l. omnes populi. hoc non potuisset, quod non est verum. quæ autem sit ratio differentiæ inter ius ciuile & canonicum, dixi in c. quæ in ecclesiarum. Oppo. ad idem de c. vnico. de æta. & quali. lib. 6. gl. hoc addit. soluit ꝙ ibi inferior tollit legem superioris authoritate illius c. idem Pau. & pro hoc li-
3 tera illius c. in ver. permittimus. † Tertio quæro [a] circa hoc, an
a possit inferior inuare legem superioris. glo. in ver. tolli. dicit ꝙ sic. idem Pau. & Lau. qui dat exempla, quia alicubi per constitutiones episcoporum lata est excõicatio contra violantes. c. denique. 4. di. alicubi ꝯ volentes. cap. cum inhibitio. de clande.
4 despon. † Quarto quæro de intellectu huius verbi, cętu. glo. dicit ꝙ idem importat quod collegium. Lau. dicit ꝙ cætus accipitur multipliciter, aliquando pro Senatu. 16. q. 1. ecclesia habet senatum. & sic pro cætu Cardinalium. alibi pro conuentu vel congregatione. 15. dist. Isido. & c. canones. quod recidit in idem cum gl. alibi pro turba. ff. vi bo. rap. l. prætor. 2. §. 1. Sed in proposito accipitur pro collegio Cardinalium, vt dicit glo. Et hoc no. tex. qui dicit Cardinalium Romanæ ecclesiæ, ad excludendum Cardinales Rauenna. vel sicubi alibi vocarentur
5 Cardinales. Quinto quæro in eo ꝙ Papa hic statuit super elec. Papę, an Papa possit statuere vt sibi liceat eligere successorem. Io. in c. his omnibus. 8. q. 1. tenet ꝙ non, quia nec Moyses hoc fecit. 8. q. 1. Moyses. Pau. qui dicit ꝙ aliud est, quod Papa cum Cardinalibus faciat constitutionem super modo electionis Romani pontificis, quod potest. 23. dist. in nomine domini. s. eo. licet. & præalle. c. vbi periculum. Aliud ꝙ creet sibi successorem, quod non licet, sicut non licet ex testamento sibi ascribere dignitatem. Et si dicatur de Sancto Petro qui elegit successorem, respondetur hoc non trahendam ad consequentiam, vt no. gl. in c. si transitus. 79. dist. quod etiam dixi eod. tit. licet.
6 † Sexto quæro, si episcopus facit constitutionem ꝙ in ele. successoris canonici teneantur aliqua obseruare, an possit illud. & videtur ꝙ sic, quia generaliter sibi licet statuere. de consecr. dist. 3. c. 1. 3. q. 4. nullus. de maio. & obed. c. 2. de offic. ordi. licet. Pau. tenet contrarium, & hoc si faceret constitutionem quæ in aliquo immutaret. c. quia propter. eo. tit. quia cum sit consilium, & lex superioris non potest per inferiorem tolli, vt hic. Item talis constitutio respicit tempus quo est futurus non iudex. ff. de iurisd. omn. iud. l. eum qui. dicit tamen Pau. ꝙ in his quæ sunt suæ iurisdictionis, & per quæ directe non præiudicatur alteri, potest episcopus statuere, dummodo fiat de consilio capituli. de his quæ fi. a ma. par. ca. c. 1. & fi. Et dicit Host. de his quæ fi. a præla. quanto. ꝙ sufficit ꝙ episcopus requirat consilium capituli etiã si non sequatur. sequi enim non tenetur nisi in alienationibus & aliis maioribus. de hoc 18. dist. in sum. & ibi per Archi. Et ꝙ episcopus non possit per suam constitutionem priuare canonicos iure eligendi vel potestatem arctare, bene facit quod no. Inn. & Archi. de sup. negl. præla. grandi. lib. 6. vbi dicunt ꝙ reges non possunt filios & alios consanguineos priuare regno sola voluntate, licet Papa vel alius superior hoc possit ex causa. de voto, licet. de re iudi. ad apostolicæ. lib. 6. de hoc in d. c. Moyses. Pau. & hoc procedit quãdo regnũ debetur per successionem. Pau. Ex his infertur ꝙ episcopus super sua electione potest non veniendo ꝯ c. quia pp. aliqua sta-
7 tuere. † Septimo quæro, quia hic prohibetur omnis alteratio quam facerent Cardinales contra dispositionem c. vbi periculum, de elec. lib. 6. quid de consti. c. eo. tit. licet. Pau. arguit ꝙ cũ hic specialiter dicatur de consti. c. vbi periculum. secus sit de illa c. licet. contrarium tamen tenet, quia in c. vbi, confirmatur c. licet. Ex hoc infert ad quæstionem, an Cardinales possint renunciare illi c. licet. quod dic vt hic in glo. sed nunquid. & dico infra quæst. 8. Et idem potest quæri de forma c. vbi, si non seruata forma illius c. Cardinales eligunt Papam. Pau. infra ead. cle. ver. irritum. dicit ꝙ si concordant duæ partes, tenebit electio per c. licet. eo. tit. pro hoc quod no. 79. dist. si quis pecunia. vbi dicit gl. ꝙ postq̃ Papa est electus, non potest deponi, si accusatur de simonia etiam ea probata. pro hoc d. c. licet. vbi dicit ꝙ nulla obstante exceptione ille habeatur pro Papa, qui a duabus partibus Cardinalium electus fuerit. Oppo. ad hoc de hac cle. in ver. seq. quia decernit irritum quicquid Cardinales contrafecerint. Et in hoc principio statuit ꝙ nihil possint immutare de forma c. vbi periculum. Sol. Pau. ꝙ in ver. irritum. decernit irritum solum id quod Cardinales fecerint de his quæ pertinent ad Romanum Pontificem dum viuit, vt ibi dicitur. Electio autem Papæ non est de prædictis. non enim pertinet ad Papam, sed ad Cardinales. Opp. ad idem, quia Papa potest statuere aliquid quod sit de forma in electione Papæ, vnde statuendo formam de conclaui, vr̃ hoc esse de substantia. & sic circa electionem Papæ sunt aliqua substantialia præuenientia .i. quæ sunt præmittenda vt illud de conclaui. de quo in c. vbi periculum. imo plus videtur ꝙ si omnes Cardinales simul per inspirationem eligerẽt vnum in Papam ante ingressum conclauis, posset dici ꝙ non tenet electio tanq̃ facta non seruata forma illius cap. ibi enim statuitur ꝙ Cardinales præsentes teneantur expectare absentes 10. diebus. Si ergo prius eligunt, electio facta est contra ius, & sic non valet. x. di. vides. C. de le. non dubium. Solu. qñ & quomodo teneat vel non id quod fit contra legem, plene dixi de postula. præla. c. fi. Et in proposito dic ꝙ expectatio absentium non est de forma, sed de solennitate, & potius concernit ius expectãdorum quam ius publicũ. vnde sicut aliæ electiones tenent non citatis citandis, de elec. quia pp. & quod ibi no. eod. tit. ꝙ sicut. & c. ecclesia. 2. ita ẽt tenet electio Papæ non expectatis absentibus, dum tamen sit facta a duabus partibus Cardinalium. & tenet Archi. in c. vbi periculum. in princ. in ver. teneantur. per c. licet, eo. tit. quia nulla exceptione obstante &c. & dixi in præcedenti ꝙrio. imo plus dicit gl. in d. c. vbi periculum. in ver. decem diebus. in fi. ꝙ non expectatus non potest agere de contemptu, quod est notandum. Ex hoc dico ꝙ si intra decem dies ante ingressum conclauis omnes Cardinales pñtes cõiter eligunt per inspirationem, tenet electio. nam prouisio conclauis fuit vt reducerentur ad concordiam, quod cessat ex quo sunt concordes. Sed circa inspirationem magis difficile est tenere ꝙ teneat electio duarum partium, tñ satis potest defendi, ex quo tenet facta in conclaui, ergo fortius prius, vt puideatur quam citius potest, quod intendit illud c. vbi periculum. & ca. licet. & omnia iura similia. Oppo. ad hoc, quia ex quo sequitur ꝙ si in loco in quo debet fieri electio, sint præsentes pauci Cardinales, & sint plures absentes, qui tñ venire possent intra decem dies, ꝙ nihilominus valebit electio facta per duas partes pręsentium, & sic si soli tres essent præsentes, valebit electio duorum, q̃uis decem vel plures absentes sint in loco, tamen de quo venire poterant intra decem dies, quod vr̃ absonum. Sol. Satis vr̃ fuisse de mente c. vbi periculum. ꝙ intra decem dies nihil fiat de electione. tamen quia non omnino probat hoc esse ita de necessitate ꝙ nõ teneat electio aliter facta, ideo veriora sunt præmissa. nec procedit absurdum statim dictum, quia non facile continget, quin cum Papa sit maior pars Cardinalium. Item etiam si cõtingeret, sufficit ꝙ satisfit iuri, nam ex quo Cardinales non tenentur citare absentes, sequitur ꝙ in præsentibus est totum ius collegij, per d. c. licet. obseruant tñ Cardinales formam c. vbi periculum. & intra decem dies non eligunt vt patuit in electione Vrbani Sexti, & Bonifacij ix. Posset etiam aliter responden ad absurdum pręďictum, & dici quod electio pręsentium tenet, ita tamen ꝙ pręsentes sint tot ꝙ faciant duas partes collegij.

ADDITIO.

a Inferior a Principe ciuitatibus & populis exemptis statuta contra ius commune condere non potest, Ruy. consi. 109. nu. 10. lib. 4. Nec potest inferior contra ius commune statuere, nec vti clausula, non obstante, nisi habeat facultatem a principe, vel ipse teneat locum principis, Ruy. consi. 187. num. 5. & 9. li. 2. & inferiores a principe nedum possunt contra leges statuere, sed nec etiam contra consuetudinem inducere, Ruy. conf. 208. nu. 3. lib. 1. dixit etiam illud in conf. 38. nu. 11. eo. lib. Inferior quo casu possit venire contra dispositionem superioris, idem Ruy. consi. 106. nu. 9. lib. 1.

legij. & ita loquitur Arch. in d.c. vbi periculum. verius tñ puto ꝙ soli præsentes dicuntur habere ius collegij totius, ex quo nō tenentur absentes vocare, nam & alias in actibus in quibus vocantur absentes, in numero absentium non computantur, nisi hi qui dēnt vocari. eo. titu. quia pp. in ver. debent. & sic cū dr̃ ꝙ de iure debent duæ partes collegij esse præsentes. ff. ꝙ cuiusque vni. l. plane. ff. de decre. ab or. fa. l. 3. cōputandæ sunt duæ partes ita ꝙ in parte absentium non cōputantur illi qui vocari non debent. ita no. Inn. eo. titu. ecclesia. 2. in ver. contemptum. quæ no. Octauo quero vt quærit glo. in ver. reprobamus. & solue vt in ea. & idem Pau. intelligendo tamen ꝙ omnes Cardinales sint concordes ita ꝙ vno ɔ̃dicente, hoc non possent, per regu. in re cōi. l. 6. & ff. coi diuid. l. Sabinus, quod placet, quia ex quo c. licet. cod. lib. 6. disponit de certa forma seruanda, quam vult non posse tolli nisi maior concordia intercesserit, interest cuiuslibet ex Cardinalibus vt ab ea non recedatur pro quodam interesse singulari. & sic stant iura statim inducta. de hoc etiā dico eo. tit. licet. q. 9. Nono quærit Pau. de quibusdam quæstionibus quas posui in c. licet. prælleg. s. nūquid electio Papæ spectat ad Cardinales, & quid si sunt tantum duo Cardinales. & quid si ex illis duobus alter in alterum compromittit, an possit compromissarius eum eligere, Item quid si nullus Cardinalis superest, quæ omnia dixi in d.c. licet.

SVMMARIVM.

1 *Potestas & iurisdictio qualiter differunt.*
2 *Cardinalium cætus an possit aliquem restituere famæ.*
3 *Cardinalium cœtus an possit compellere aliquem Cardinalem vt eat pro defensione fidei sede vacante.*
4 *Cardinalium cætus in communi an sit cum iurisdictione: & si sit, cum quali iurisdictione sit.*
5 *Papa mortuo, an aliquis possit concedere indulgentias.*
6 *Iurisdictio Papæ quæ, & qualis est.*
7 *Cardinalium numerus an sit determinatus.*
8 *Vicarius Papæ an possit cognoscere de causis ecclesiasticis clericorum & laicorum qui sunt subditi titulis Cardinalium.*
9 *Quid de rectoribus fraternitatis Romanæ in vrbe, an possint de supradictis cognoscere.*

1 Irritum. † No. differētiam inter potestatē & iurisdictionem: quia ponūtur hic vt diuersa, nam potest esse potestas sine iurisdictione, sicut potestas cōferendi beneficium vel simile, cum multa sint non iurisdictionalia quę sunt tm̃ ptãtis, & similis dr̃ia sit inter ptãtē & offm̃. de off. & po. iu. dele. in rub. Secundo no. ꝙ per obitū Papæ potestas cætus Cardinalium in nullis diminuitur, quin possint ea quæ prius poterant: nam solum prohibetur hic ne exerceant pertinentia ad Papam dum viuit. Tertio no. de clausula decreti, de qua aliqd dixi §. c. proxi. in 4. no. vbi remisi ad locum vbi plenius dicitur. Opp. ꝙ cætus Cardinalium debeat succedere Papæ, sicut collegiū inferiorū ep̃is, qa non vr̃ ratio dr̃iæ. & vbi eadem rō, idē ius. de transla. c. 2. de confir. vti. cū dilecta. Confirmat hoc multis rōnibus quas fecit Hosti. ad hanc partē, quā tenuit, quas ponit gl. de schisma. c. vnico, in ver. sede vacāte. So. vt in gl. in pced. mlo. in ver. nō cōsonā. Scdo op. ad idem de c. si qs pecunia. 79. di. vbi dr̃, ꝙ si quis se intrudit in Romanā sedem, pnt Cardina-
a les talem anathemanzare.[a] So. ſm Lau. illud restringitur ad casum c. vbi periculum. vult dicere, ꝙ illa anathematizatio fit vt possint Cardinales eligere seruata forma c. vbi periculum. vel solue melius, quia hic solum prohibetur ne exerceant aliquid de his q̃ pertinent ad Papā dum viuit, quod dixi s̃. in 2. no. Sed p anathematizationē mō prædicto nihil exercet de pdictis, cū tñ possint Cardinales anathematizare tanq̃ priuati. i. habere illum intrusum pro anathematizato. quod sonat c. si quis pecunia. quia dicit nō tm̃ a Cardinalibus, sed ab aliis catholicis ēt laicis talē intrusum debere anathematizari. gl. tñ ibi dicit referendo singula singulis, s. vt Cardinales anathematizent & laici illi non cōicent tanq̃ anathematizato, quod tenendo dicere possumus, ꝙ Cardinales illud faciunt ex potestate sibi competente ex vi illius c. & tūc stat solutio præcedens. Tertio opp. ad idē, qa si vacante sede Apostolica remanet aliquis Cardinalis legatus in aliqua prouincia, eius iurisdō non tollit. de offic. leg. c. 1. & 2. li. 6. So. Lau. ꝙ p hoc nō impedit electio Papæ, cum illa iurisdōnem extra curiam exerceat. dic ꝙ hoc non meruit signari pro ɔ̃rio, quia hic solū dr̃ de pertinentibus ad Papam cum viuit, vt dixi in proximo ɔ̃rio. Sed officium legationis est iurisdictio per se distincta. Quarto opp. ad idē de eo quod no. Hugutio. 79. di. nullus. 1. solue vt in glo. in ver. ptãtis. Et ad illud quod tangit gl. ꝙ qui potest plus, pōt & minus. ad quod gl. rñdet dando instantiam. quod sufficit. 1. q. 1. sicut vrgeri. de celeb. mis. cum Marthæ. dic & aliter, ꝙ q̃ potest plus &c. hoc est verū in eodē genere potentiæ, qñ minus continetur sub pluri, alias non. de quo in reg. plus. lib. 6. at in casu nostro potestas creandi Cardinalē non sunt eiusdem generis, nec vnū sub alio ɔtinet.
2 † Quæro, an cætus Cardinalium[b] possit aliquē restituere famę
b vacante sede? vr̃ ꝙ sic, quia hoc pōt simpliciter, vt no. Inno. de re iud. cum te. ergo & vacante sede, qa nihil immutatur de pertinentibus ad ipsum, vt dixi s̃. in ɔ̃no. Contrarium tenēt aliqui per istū tex. In. de Lig. dicit, ꝙ iste tex. pōt ītelligi in his, quę sūt iurisdictionis contentiosæ, vt illa sint prohibita, nō alia. p hoc verbū iurisdictionis. Sed hoc reprobatur p verbum potestatis, quod comprehendit etiā ea quæ sunt non iurisdictionalia, vt s̃. dixi in 1. no. Bert. petit hoc declarari. dic ꝙ pōt sicut viuente Papa per rationem factam ad hanc partē: nec iste tex. in aliquo resistit, qui solum interdicit pertinentia ad Papam vt nūc
3 dixi. † Scdo q̃ro, si pro defendenda terra ecclesiæ cætus Cardinalium vult mittere vnum Cardinalē sede vacante, qui non consentit, an poterit eum compellere. vr̃ ꝙ sic, sicut ep̃s pro vtilitate ecclesiæ potest præcipere clerico vt peregrinetur, vt no. 7. q. 1. quamuis. pro hoc, quia non est hic interdictum. In ɔ̃riū, quia nemo est priuandus iure suo sine culpa. de consti. cap. 2. quod contingeret in isto si cogi posset. Pau. dicit, ꝙ si voluntarie vult ire, potest & habet iurisdictionem tanquam legatus, non tamen generaliter. sed non potest cogi, quia par in parem non habet imperiū. de elec. innotuit. dictum placet, non ratio. nam cætus Cardinaliū non est par, imo superior ad singulos. de off. or. irrefragabili. §. excessus. sed veriores sunt aliæ rōnes, quia non debet priuari iure suo sine culpa. Itē potest dici hoc esse de pertinentibus ad Papam qui habet imperiū immediate super Cardinales, maxime in arduis talibus. Et per hoc ad id quod dicit Pau. ꝙ si voluntarie accedit, intelligitur legatus, dico ꝙ potius est nuncius, nec habet iurisdictionem, sed solum nudā tuitionē seu defensam. Tertio quæro circa prædicta,
4 † nunquid potestas Cardinalium in communi vel singulari sit cum iurisdictione. & si sit, qualis est. Ad primum dic per cap. his quæ, de ma. & obe. cum si. ibi alle. nā probat ibi, ꝙ etiā singuli tituli Cardinalium habent iurisdictiones in capellas sibi subditas. ad idem de elec. querelam. de ca. mo. dilectus. Ad secundum qualis sit iurisdictio de cætu Cardinalium: dic ꝙ est talis qualis in iure permittitur, maxime enim hoc est determinatum sede vacante, per c. vbi periculum, §. idem quoque. Sed de titulis Cardinalium singularium quidam dicūt quod habentur loco episcoporum: quod tenet Io. Mon. vt refert Mat. pro eius opinione inducitur: quia tituli tales habent sub se capellas & parochiales ecclesias. d.c. querelam, & d. cap. his quæ, & d.c. dilectus, de cap. mo. & in tales ecclesias habent iurisdictionem quasi episcopalem quam non habēt tituli inferiores citra episcopos. pro hoc quod no. Inn. in d.c. dilectus. Item parochiæ Cardinalium habentur loco dioecesum, nam & parochiæ ponuntur loco dięcesium. de temp. or. nullis lib. 6. 9. q. 2. Lugdunen. & q. 3 si autem, & c. nullus. 71. dist. ca. 1. Item dicit tex. in c. quamq̃. 2. q. 7. ꝙ Augustinus fuit minor Hieronymo, tamen Augustinus fuit episcopus, & Hieronymus presbyter Cardinalis. probatur idem exemplo, quia in prouinciali. i. in libro in quo prouinciæ describuntur qui est approbatus a sede apostolica, primo nominantur omnes Cardinales quā alij prælati. In contrarium est quod no. Inno. & glo. in d.c. dilectus. Item quia Cardinales aliqui sunt episcopi, aliqui non, quod esset frustratorium si omnes tenerent locum episcoporum. Mat. dicit ꝙ tenent locum episcoporum quo ad iurisdictionem, non quo ad pontificalia quæ non possunt. vnde secūdum eum licet viuente Papa videantur non haberi loco archiepiscoporum, tamen mortuo Papa funguntur vice archiepiscoporum, si sint episcopi Cardinales, cæteri non episcopi funguntur loco episcoporum. ad hoc 23. distin. cap. primo. & §. nulla. quod dictum non bene consonat cum præcedentibus. Sed frater Aluarus, vt refert Mat. tenuit quod capellæ Cardinalium subsunt titulis Cardinalium tanquam matricibus seu baptismalibus ecclesijs per cap. primū. 13. quæst. 1. & de eccle. ædifi. ad audientiam. 1. quod redarguit Mat. quia solum tituli Cardinalium de iure communi habent sub se ecclesias quo ad iurisdictionem. d.c. querelam, his quæ, & dilectus. dicit ergo ꝙ matrix ecclesia potest sumi dupliciter. aliquando pro cathedrali.

ADDITIONES.

a Anathematizare. Anathematizati & excommunicati an & in quo differant inter se. Adde in c. nemo episcoporum. 11. q. 3. ex glo. in ver. anathematizati. in c. ad apostolicæ. de sent. & re iudi. lib. 6.
Vinc. God. Anathema quid sit & vnde dicatur, ponit Fel. in Rub. de sen. excommu. ad fin.

b An cætus Cardinalium. Adde Marti. de Lau. in trac. de Cardinalibus. quæst. trigesimaquarta.
Vin. God. Adde Fel. in c. cum te, col. 5. de re iud. qui tenet quod sic.
Vinc. God. Cardinalium cætus vocatur senatus ecclesiæ. Barb. in tract. de præst. Card. quod habetur in lib. 10. trac. fol. 139. in 1. par. num. 11.

thedrali.de off. Archipsby.c.fi.de pscrip.c.1.de ver.sig.venera-
bili.& hoc mõ põt tituli Cardinalium comparari matricibus.
Scdo modo dr matrix ecclesia.i.baptismalis, vt sunt ecclesiæ
baptismales ẽt extra ciuitatem in diœcesibus. de quibus in d.c.
ad audientiam.& de præscri.ex transmissa. & de sen.exc.cap.1.
lib.6. & tales forte possunt habere ecclesias sub se de iure com
muni. Sed tamen obstare vr cap.omnes basilicæ. 17.q.7.vnde
potius habent sub se de iure spāli, quod est verius.per quæ con-
cludo ꝙ tituli Cardinalium comparantur ecclesijs episcopa-
libus, quia habent iurisdictionem quasi episcopalem in suis
parochijs. quod dixi in c. his quæ. de alijs ecclesijs matricibus
ꝙ non habeant iurisdictionem de iure communi, dixi in c.cū
5 ab ecclesiarum. de offic.ordi. † Quarto quæro, nunquid mor-
tuo Papa possit aliquis concedere indulgentias. Matt. s.ea.cle.
in princ. dicit ꝙ talis potestas remanet penes ecclesiam Ro-
a manam, quæ mori non potest, nec vnq̃ potest esse nulla. a 24.
q.1.pudenda. Ex quo infert ꝙ exercitiū talis potestatis interim
6 dormitat, seu est sine executione. † Quinto quæro in eo quod
hic dicit de iurisdictione Papæ, qualis est iurisdi. pa. & in quo
consistit. dicit Matth. ꝙ est duplex. vna generalis, alia specia-
lis. generalis est quā hẽt in omnes prælatos mundi, & eorum
subditos. de fo.compe. c.fi. de priuil. l.antiqua. de quo in Spec.
de lega. §.4. & per hanc potestatem cognoscit de causis prædi-
ctorum etiam per simplicem querelam. 9.q.3. §.sola.& c.anti-
quis.& c.aliorum.& c.cuncta. etiam ex officio, vt eccle.benefi.
c.vnico.ver.& ideo. Et hanc habet ex plenitudine potestatis. j.
vt lite pen.cle.si duobus.de re iud.cle.vnica.ad fin.ver. Sabina.
pro hoc de conces.præben.proposuit.de præben. licet. lib.6. &
quod ibi not. Archid. & secundum hanc cæteri prælati vocati
sunt in partem solicitudinis.de vsu pal.ad honorem. 2.q.6. qui
fecit. Secunda iurisdictio quæ est specialis, est multiplex. Vna
quam habet Papa in exemptos. de pri. si Papa. lib.6. & per to-
tum. Alia quam habet in eos qui sequuntur curiam. de fo.cō-
pe.c.fi.de præ. c.præsenti. lib.6. Alia quam habet in terris quæ
sunt de patrimonio beati Petri.de app. duobus. Alia est quam
habet in eos qui non recognoscunt superiorem, quod etiam
procedit in laicis.de re iudi.cle.vnica, qui fil.sint legi.per vene-
rabilem. Alia quam habet in multis ecclesijs & capellis quæ
sunt in vrbe, vel alibi, quę immediate subsunt Papæ.de ca.mo.
dilectus. Alia quā habet in episcopos constitutos in prouincia
vrbis, in quos habet iurisdictionem tanquam Patriarcha. hic
dr Patriarcha vrbis. 23.distin.in nomine domini. Et sicut orbis
habet quatuor sedes patriarchales principales. de priuil. anti-
qua. 22.dist.c.pen.& fi. sic & vrbs quæ est ad instar orbis, habet
b quatuor sedes b patriarchales.s.basilicam beati Petri, sanctæ
Mariæ Maioris, sancti Pauli, & sancti Laurentij foris muros.
Item in vrbe est ecclesia Lateranen. quę est Papalis, quia Papa
ibi frequentius residere debet. 23.di.c.1. de quo dr in chronicis
ꝙ Cōstantinus palatium Lateran.i.basilicam Saluatoris con-
struxit, & censuit eam in toto orbe esse matrem ecclesiarum.
Et hæc sola gaudet priuilegio centenario in præscrip. de præ-
scri.cum nobis.& no. Archid. 1a.q.1.c.futuram. ibi tamen glo.
tenet ꝙ ecclesia beati Petri est caput & non Lateranen. sed pri
mum cōius. Ioā.de Lig. dicit ꝙ Papa habet ẽt quandam pote-
statem generalissimam quæ fuit transfusa a Christo in Petrū
& successores. 21.dist. in nouo. de transla. cap.1. & sm hanc est
dominus orbis in spiritualibus & temporalibus. 9.q.3. per prin
cipalem.& c.cuncta. quod bene declara, vt dixi de iudi. nouit.
de elec. venerabilem.& qui fi.sint legi. per venerabilem. in qui-
bus c.fecit rationes ad prædicta, maxime in cap.venerabilem.
7 † Sexto quæro in eo quod dicit de cætu Cardinalium, de qui-
c bus etiam dixi s.q.3. nunquid sit certus numerus Cardinaliū. c
dicit Matth. sic, ad instar numeri discipulorum, de quibus 21.
dist. in nouo. & de his aliqui sunt episcopi, vt dixi in dicta q.3.
alij presbyteri, alij diaconi. Tituli episcopales sunt sex, de qui-
bus. de confir. vti. examinata. inter quos est Portuen. cui vnitus
est titulus sanctæ Ruffinæ, vt dicit Matth. qui ẽt dicit ꝙ debet
esse certus numerus psbyterorū Cardinalium, & certus diaco
norum. & ꝙ ecclesiæ vrbis diuiduntur p titulos & diaconias,
qa psbyteri Cardinales scribuntur per titulos. s. talis tituli san-
ctæ Cęcilię presbyter Cardinalis. diaconi scribūtur a diaconis
8 s. sanctę Marię in porticu diaconus Cardinalis. † Septimo quę-
ro an vicarius Papæ possit cognoscere de causis ecclesiasticis
tam clericorum q̃ laicorū subditorum titulis Cardinalium.
frater Aluarus, vt refert Matth. tenuit ꝙ sic, sicut potest Papa,
quia habet idem auditorium. de consue. non putamus. lib.6.
de app. Romana. eo.lib. pro casu inducitur, quia non habet iu-
risdictionem extra vrbem. de offi. vi. sua. ergo a contrario intra
vrbē habet. Matth. tenet ɔtrium, quia Papa habet cognoscere
de subditis Cardinalium per iurisdictionem generalem, de
qua s.q.5. sed vicarius in vrbe non habet illam generalem. ad
cap. sua. respondetur ꝙ ibi hoc non dr ꝙ in subditos Cardi-
nalium vicarius habeat iurisdictionē, nec procedit argumen-
tum a contrario eo modo quo inductum est: non enim se-
quitur ex eo, ꝙ vicarius Papæ habet iurisdictionem in vrbe ꝙ
habeat in omnes de vrbe, sicut nec sequitur, eps habet iurisdi-
ctionem in sua diœcesi, ergo in omnes de diœcesi, cum non ha
beat in exemptos. & dicit Matth. quod sic vidit seruari in vrbe,
quia subditi Cardinalium remittuntur ad vicarios ipsorum
Cardinalium. Oppo. ad hoc, quia legatus Papæ habet in pro-
uincia iurisdictionem etiam in subditos episcoporum. de off.
leg.c.1. Sol. Mat. ꝙ aliud in legato, dic rationem quia hoc repe
9 ritur iure expressum. † Octauo quæro, nunquid rectores frater
nitatis Romanæ in vrbe possint cognoscere de supradictis? vr
ꝙ sic per c.dilectus. de exces. prela. Contrarium dicit Matth. qa
nec Vicarius Papæ hoc potest, vt in præced.q. ad c.dilectus. re-
sponde ꝙ ibi non dicitur dispositiue ꝙ habeat potestatem, vel
forte ille sacerdos erat intitulatus in aliqua ecclesia Papali.i.
immediate subiecta Papæ, & non alicui titulo Cardinali. dic
ẽt ꝙ potestas talium rectorum est facti, & tanta quantam con
cessit eis consuetudo præscripta, & a talib. cum sint citra Pa-
pam potest ad vicarium Papæ appellari, sicut ad Papam quo
ad illa quæ immediate subsunt Papę ex iurisdictione speciali
quam habet in vrbe, cum in his sit consistorium vicarij. de cō-
sue. non putamus. lib.6. Matth. dicit ꝙ bonum esset ꝙ quęstio-
nes de quibus supra, in pluribus quęstionibus determinarētur
per Papam propter confusionem & diuersitatem iurisdictio-
num quę sunt in vrbe.

ADDITIONES.

a Quæ nunquam potest esse nulla. Adde glo.1. in c.pudenda. 24.q.1.gl.in ver. mystica.in c.vnico.de sac.vnc.glo.in versi.nec deficiat.in c.maiores.de bapt.

b Quatuor sedes. Adde glo.in ver.in patriarchis.in c.cleros.21.dist.Spec.in tit. de dispen.in §.sunt quoque.in 1.col.ver.quod not.
Vinc.God. Adde Alc.in l.2.de verb.sig.ꝙ vrbs intelligitur.s.Roma.

c Nunquid sit certus numerus Cardinalium. Adde c.de causis. de offic.dele.& l.1.in fi.ff.de iure delib.& Doc.hic, & in c.vbi periculum.de ele.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiarij Papæ habent istud priuilegium quod creditur eorum literis in foro pœnitentiali.*
2 *Camerarius Papæ quod officium habet, & quæ sit eius potestas.*
3 *Auditor cameræ an sit auditor camerarij, an Papæ.*
4 *Maior quis sit in curia post Papam.*
5 *Pœnitentiarius maior quod & quale officium habet, & quam potestatem.*
6 *Cardinalium cœtus si aliquid possit expedire, an illud possit expediri per maiorem partem cœtus.*
7 *Papa si mandat alicui collegio ꝙ concorditer aliquid faciant, si vnus discordat, an sit satisfactum mandato.*
8 *Cardinalium cœtus an possit augere numerum pœnitentiariorum, nullis tamen pœnitentiarijs deficientibus.*

1 Eo tamen prouiso. † No. de pęnitentiariis mi-
noribus qui sunt plures, vt
probat tex. ex pluralitate, ibi pœnitentiariis. & dicit Pau. quod
istorum literis creditur in suo officio de cōsuetudine. pro hoc,
quia non agitur de pręiudicio alicuius, cum non habeant po-
testatem nisi in foro pęnitētiali. pro hoc quod dixi de proba-
tio. post cessionem. vbi dixi credi literis episcopi in casibus nō
præiudicialibus. Et ꝙ dixi de pęnitentiariis, eorum literis cre-
di de consuetudine, procedit quo ad minores pęnitentiarios,
sed quo ad maiorem qui solet esse Cardinalis, si ita fit, vr ꝙ de
iure credatur, per c.nobilissimus. 97.dist. de ap. constitutus. sed
per ibi no. etiam Cardinali creditur potius de obseruantia cu-
rię quam de iure. Secundo no. casum in quo vt teneat gestum
a capitulo, requiritur ꝙ nemine discordante, probatur hic in
a ver. concorditer. a iuncto eo quod dicit glo. in ver. cætus. Idem
Pau. pro hoc quod no. eo.tit.lib.6. vbi periculum. §.ijdem quo
que. in gl. in ver. singulis. & de hoc j.q.8. Opp. in eo quod dicit
maiorem ex pęnitentiariis habere officium sede vacāte, cum
tamen soleat esse Cardinalis, & sic includetur in cōclaui cum
aliis. non ergo poterit officium exercere. Solu. vt in glo. in ver.
maiorem. Secundo opp. ꝙ debeat officium camerarij & pœ-
nitentiariorum expirare per obitum Papę re integra, cum
sint delegati, quia nemo citra Papam habet ordinariā in Ro-
mana ecclesia. supra eo.tit. 1.cle. auditor. vbi no. sol. vt in gl. hoc
pęniten-

ADDITIO.

a Concorditer. Adde gl.in c.singulis. & in c.vbi periculum. de elect.in 6. Doct. in c.1.de maio.& obe. & per Abb.in c.in causis.in 4.col. ver.potest.de elec. glo.in c.ad aures.ꝙ metus cau.
Vinc.God. Adde Alex.in cons.124. lib.2.& per Felyn. in c.non potest. de re iudi.ꝙ illud dicitur fieri concorditer quod fit nemine discrepante, non quod fit a maiori parte.

penitentiariis, quæ ponit duas opi. Vna est ꝙ et alij a Papa ha-
bent ordinariam in curia, quos enumerat glo. in prin. addens
de marescallo, de quo in tex. nil dr̃. & illius officium cõcernit
proprie causas criminales, & sm hanc opi. non procedit obie-
ctio. Aliam opi. ponit ea. gl. in ver. sed quid. ꝙ isti sint delegati,
& tunc obstat obiectio. sed gl. respondet hoc induci per istum
tex. Et hæc opi. est verior, quã tenet et Pau. inducens simile de
inquisitore hæreticæ prauitatis, cuius officium per obitum Pa
pæ non expirat. de hære. in fidei. lib. 6. pro hoc quia talis iurisdi
ctio etiam si sit delegata, est ad vniuersitatem causarum, &
sic comparatur ordinariæ, vt no. gl. in c. cum causam. de appel.
2 † Quæro quid pertinet ad officium camerarij. Responde vt
in gloss. in ver. camerarium. quod est in erogando temporalia
pauperibus quam glo. no. & vtinam seruaretur. pertinet et sm
Pau. vt conseruet libros. de præscri. ad audientiam. quod intel-
ligo de libris pertinentibus ad reditus cameræ, ita loquitur il
lud c. hodie, etiam, vt dicit gl. magnum est eius officium con-
tra omnes debentes cameræ, & secundum gl. habet auditorẽ
ad hoc, ex quo vltimo infertur solutio sequentis quæstionis.
3 † Secũdo quæro, an auditor cameræ sit auditor camerarij, an
Papæ. gl. ca. ex eo quod dixi in proxi. q. decidit ꝙ camerarij, de
quo fuit nuper magna quæstio in Romana curia inter came-
rarium & auditorem, qui auditor certabat vt pronunciaretur
auditor Papæ, quod inuestigare pendet ex facto, & ideo stan-
dum stylo curiæ in hoc. Tertio quæro ad idem, an officium
huius auditoris cameræ duret sede vacante. dic ꝙ sic, sicut du-
rat officium camerarij. quod sentit ea. gl. in ver. quam puto. &
4 idem Pau. † Quarto quęro, quis sit maior in curia post Papam.
Et hoc propter verbum, maiorem. quod tamen si referatur ad
verbum, ex pęnitentiariis, prout refertur, non vrget, vt statim
dicam. dic quod maior est vicecãcellarius, qui hodie sic dicit,
licet olim diceretur cancellarius. sed quia in aliquibus conten
debat quasi de pari cum Papa, ideo sublatum fuit illud officiũ,
secundum Laud. simile quod dicitur de pę. dist. 2. principium.
Alij assignant aliam rationem ꝑꝑ reuerentiam beati Lauren-
tij. sed beatus Laurentius potius fuit camerarius qui bene ob-
seruauit quod dixi s̃. q. 1. de camerario in erogando tempora-
lia pauperibus. vnde respondit tyrãno, thesauros quos quęris,
manus pauperum deportauerunt. tene ergo rationem præce-
5 dentem. † Quinto quæro, quid sit officium pęnitentiarij ma-
ioris. Respondeo ꝙ absoluit in casibus pęnitentialibus etiam
arduis & reseruatis Papæ, secundum Gen. & Matt. Sexto quæ-
ro, quid est officium pñiariorũ minorum. dicit Gen. & Mat.
ꝙ possunt absoluere et in casibus in quibus non absoluunt pa-
rochiales sacerdotes, vt in casibus reseruatis ep̃is, quos no. Hos.
in sum. de pęni. §. 2. & no. in c. 2. de pęni. li. 6. & in Spe. tit. 2. vide
licet tit. de dispensa. & dicunt vterque, scilicet Gen. & Matth. ꝙ
tales poenitentiarij absoluere possunt a sententijs ordinario-
rum si latæ sunt per modũ statuti, secus si in vim sententiarũ,
pro hoc quod no. Specu. titu. 2. §. nunc dicamus. ver. quod autẽ
dicitur. Septimo quæro, qua ratione hic disponitur vt non ex-
piret offm camerarij vel pęnitentiarij maioris. So. de camera-
rio dic ꝙ est ratio duplex. Prima, vt non negligantur reditus
tpales ad Romanam sedem pertinẽtes, sine quibus spiritualia
diu esse non possunt. 1. q. 3. si quis obiecerit. pro hoc de præscri.
cum ex officij. de præben. cum secundum. Alia ratio propter
sustentationem pauperum, ne interim famæ moriantur. 85.
dist. pasce. de poenitentiario maiori & minoribus est ratio, ob
euitandum periculum animarum. ar. ne se. vac. c. 1. in fi. de se-
6 pul. c. 1. lib. 6. † Octauo quęro, an quod hic pmittitur cætui Car
dinalium, possit expediri per maiorem partem cætus. glo. in
ver. cętus. soluit optime. quam ampliando dic quatuor ca-
sus. Primus in subrogando camerarium. Secundus in subro-
gando pęnitentiarium maiorem. Tertius in subrogando pę-
nitentiarios minores loco deficientium. Quartus in augen-
do numerum pęnitentiariorum minorum. quo ad tres casus
primos dic quod sufficit maior pars cætus. de vltimo casu glo.
dicit requiri quod nullus Cardinalis discordet. idem etiam
dicit gl. j. eod. §. versi. concorditer. idem etiam Pau. & pro hoc
verbũ, concorditer. ver. si hoc. quia ille ver. concernit solum
hunc vltimum casum. qđ no. Archi. eo. tit. nulli. lib. 6. & hoc et
dixi s̃. in 2. notab. Oppo. ad hoc qđ dr̃, cõcorditer factũ a cętu,
qđ fit a maiori parte. 56. dist. apostolica. de elec. cũ nobis olim.
& c. coram. nec debet curari de vno vel duobus ꝯdictoribus. 7.
q. 1. denique. de postu. præl. bonæ. 2. Sol. sta primo dicto, quia
hoc expresse probat litera in versi. si hoc. alias ille versic. nihil
speciale induceret; quod tamen inducit. nam & in tribus pri-
mis casibus oportet ꝙ fiant subrogationes a maiori parte cæ-
tus: non enim diceretur alias factum a cætu, si a minori parte,
de elect. quia propter. & c. ecclesia. pro hoc est simile cod. titu.
nihil. vbi permittitur vltramontano electo in cõcordia, vt ad-
ministret ante confirmationem. & intelligitur nullo discor-
dante. ad idem eo. tit. cupientes. lib. 6. §. ad hæc. & quod ibi no.
gl. licet quidam. ad idem quod no. cau. ad aures. non enim di-
ci potest concorditer cũ antiqui ꝯdicunt. ad ꝯria dicit Paul ꝙ
cum dicunt electionem cõcordem factã a maiori parte, debet
exponi cõcors. i. canonica. pro hoc quia verbũ, cõcorditer, so-
nat relationẽ ad singulos de cætu, cũ sit sensus, cõcorditer, id
est ꝙ corda omnium ad hoc conueniant, nec potest referri ad
cætum qui est vnum corpus mysticum & repræsentatum, nec
habet animã neque corpus de sent. exc. Romana. §. in vniuersi
tate. lib. 6. pro hoc quod dixi de simonia. dilectus, per hoc de-
7 ciditur quæstio sequens. † Nono quæro circa id qđ dixi in pro-
xi. q. pone, mandat Papa alicui collegio, vt cõcorditer aliquid
faciant. dic ꝙ si vnus discordet, non erit paritum mandato. qđ
no. quia pôt multum facere ad verba statutorum & synoda-
8 lium cõstitutionũ. † Decimo quæro, nũquid nullis pęnitentia-
tus deficiẽtibus possit cætus Cardinaliũ augere numerũ pęni-
tentiariorũ. gl. in ver. de hoc. dicit ꝙ nõ, inhærendo verbis tex.
qđ tenet Pau. & pro eis est ratio quã sentit gl. quia generaliter
omnis potestas Papæ est interdicta cætui, vt in ver. irritum. a
qua prohibitione receditur in certis casibus hic expressis, er-
go in aliis stat prohibitio. de transla. c. inter. Gen. tenet ꝯriũ ꝑꝑ
periculum animarum, quod æquè subest nullis deficientibus,
sicut deficientibus. Item quia in c. vbi periculũ. §. idem quoq;
reseruãtur cætui ea quæ exigũt celeritatem, & in quibus emi-
net periculũ, cui oportet statim succurri. cõstat autem nullũ pe
riculum esse maius q̃ animarũ. quã opi. Io. de Lig. dicit ęquio-
rẽ, & placet Bertr. dic & veriorem per rationes prædictas. Item
quia aliquos deficere ex poenitentiariis, solũ inducit, vt possint
suppleri deficientes: sed cum sunt suppleti, & si nullus deficit,
nulla ratio subest quare possit numerus augeri, quæ non sub-
sit et si nullus deficiat, nec in hoc debemus nec in aliis plus põ
derare verba quam rationem. Item pro hoc quo ad casum de
augẽdo numerum, facit quidam ver. cum sua limitatione ibi,
vel ampliori &c. qui versiculus cum habeat suam clausulam,
non expedit vt terminetur a clausula posita quo ad alios ca-
sus. pro hoc de do. cum dilectus. & quod ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Papa si moritur extra ciuitatem vbi degit cum sua curia, electio debet fieri in ciuitate.*
Quid si sedes vacet alio modo, puta quia renunciat papatui. vide.
2 *Electio Papæ si fiat in loco interdicto, an teneat.*
3 *Electio an possit fieri in ecclesia interdicta.*
4 *Diœcesis an comprehendatur nomine territorij.*
5 *Statuto disponente quod nullus de ciuitate vel comitatu certum aliquid faciat, an illi qui sunt de districtu & non de ciuitate vel comitatu comprehendantur.*
6 *Diœcesis aut ciuitatis si fiat mentio, an nomine vnius veniat reliqua.*
7 *Quid in literis beneficialibus, an nomine diœcesis veniat ciuitas.*

1 §. Sane. † No. ꝙ si Papa moritur extra ciuitatem, vbi degit
cũ sua curia, electio debet fieri in ciuitate. quod
dicit Pau. procedere, si loci congruentia hoc patitur. Quid
enim si moritur Venetiis? fiet electio in Castello, in cuius dię-
cesi est ciuitas Venetiarũ, & eadem qõ posset formari de alijs
dięcesibus non habentibus ciuitates. Pau. dicit quo ad Castel-
lum ꝙ hodie de obseruantia ipsa ciuitas Venetiarum cẽsetur
pro ciuitate, quæ quondam dicebatur Castellana, & sic fiet
Venetiis, quo ad illud qñ ciuitas non extat, dic ꝙ fiet in vicinio
ri, vt no. co. tit. vbi §. porro. in glo. quid sit. li. 6. Secũdo no. ꝙ no-
mine districtus seu territorij regulariter nõ venit dięcesis. ꝓ-
bat finis istius §. ibi, hoc casu. iuncta glo. in hoc verbo. Oppo. ꝙ
non debeat fieri electio Papæ in loco vbi moritur residens cũ
sua curia, quia in pluribus casibus debet fieri alibi, qui enu-
merantur in c. vbi periculum. li. 6. Sol. vt dicit gl. in ver. regula-
riter. propterea tex. ille vtitur verbo regulariter. s. ꝑꝑ casus exce
ptos in d. c. vbi periculũ. §. porro. Ex hoc no. ꝙ de natura regulę
est, vt patiatur exceptionẽ. de quo in proœ. regularũ. li. 6. ꝑ Dy.
Scđo opponitur ad hoc ꝙ imo indistincte posset fieri extra ta-
lẽ locũ, quia locus non est de substantia electionis. de elect. ꝙ
sicut. Sol. quidã dicunt ꝙ est de substantia in electione Papæ,
vt tenet gl. 23. di. in nomine domini. quę incipit, semper enim.
pro hoc co. tit. cũ terra. & c. bonæ. 1. de ap. qua fronte. cum con
cor. ibi no. Alij tenent ꝯriũ per c. quod sicut. & quod est verius.
& tenet Archi. in c. vbi periculum. & Pau. hic. & dixi in c. ꝙ si-
cut. & cap. cum terra. præalle. Quæro quia hic dicit Papa mo-
riente, quid si sedes vacet aliter, vt quia cedit Papatui. glõ. in
ver. moriente. dicit idem. Ad quod op. de c. susceptum. de re-
scri. lib. 6. vbi vno modo expresso non venit alter. glo. eadem
soluit. hic operatur identitas rationis, quia casus hic fauorabi-
lis, & cessat ambitio quæ est in cõtrario, quia in ꝯrio loquitur
de literis beneficialibus quæ sunt ambitiosæ & restringendæ.
de

a de preb quamuis. 1. li. 6. † Secundo quæro, quia dixi sup. in 2.
ↄrio, locum non esse de substātia, nunquid de loco interdicto
teneat electio papę? vr̄ ꝙ nō, quia prohibetur ibi fieri in c. vbi
periculum, ergo si fit, est ↄ legem, & sic non tenet. de postu. c.
1. de test. c. 2. facit pro hoc quia in loco interdicto prohibetur
exercitium sacrorum preter aliqua excepta. de pen. ꝙ in te. de
sen. exc. i. respōso. Sed in electione fit exercitium diuinorum,
quia cantatur missa spiritussancti, vel hymnus, Veni creator.
fit inuocatio spūssancti. de cau. poss. & propric. cū ecclesia Su-
trina, in princ. nam & qñque fit electio per inspirationem, co.
ti. quia pp. & postquam est celebrata, cantatur, Te Deum lau-
damus, ↄrium tenet Pau. dicens quamlibet electionē factam
in loco interdicto tenere, nā & in loco ioterdicto diuina pos-
sunt & dēnt celebrari clam. de sen. exc. alma. li. 6. ad c. vbi peri
culum, rñdet ꝙ ibi solum dr̄ quad faciendam electionē in loco
interdicto non arctantur Cardinales. ex hoc dicit posse dici ꝙ
si canonici citant absentes ad locum interdictum, venire non
tenentur, quia citari debent ad locum honestum: sed si veniūt
& eligunt, valet electio, & hoc ꝙ electio valeat, teneo ēt per a-
3 lias rōnes in c. i. de postu. p̄la. & de hoc ēt in seq. q. † Tertio q̄ro,
a nunquid ad ecclesiam[a] interdictam potest fieri electio. Pau.
quęrit, sed non procedit de electione papę, quia ecclesia Ro-
mana nunquam est interdicta, sed de alijs electionibus proce
dit, & dicit Pau ꝙ sic, quia expedit ecclesiæ vt hēat prelatum,
qui faciat tolli interdictum. Idem dicit de ecclesia sita in loco
interdicto per c. i. de post. quę ambo dicta sunt vera, quia p in-
terdictum non prohibetur electio, quæ est quasi ↄtus, vt dixi
in d. c. 1. Et ad id quod in præced. q. dicebatur ꝙ fit inuocatio
sancti spūs, Rñ. ꝙ non fiet apertis ianuis s̄m formam c. alma.
nec est de substantia electionis, vt not. in c. quia pp. Quarto q̄-
ro quæ rō mouit papam ad disponendum ꝙ hoc casu nomi
ne territorii vel districtus intelligeretur de dięcesi. So. vt in gl.
in ver. dięcesi. vsque ibi, sed cum locus, & idem Pau. Oppo. ad
hoc de ca. gl. in ver. sed cum locus, & solue vt in glo. & idem
4 Pau. † Quinto quæro quid in alijs casib. extra casum huius c.
an nomine territori veniat dięcesis. vr̄ ꝙ non, per verbū, hoc
casu. ꝙ prosequitur gl. fi. dicens ꝙ ēt alio casu territorium po-
nitur pro dięce. per c. 1. 16. q. 1. & c. 2. de const. li. 6. Sed dic ꝙ ibi
non quo ad omnia ponitur territorium pro dięcesi, alias lo-
cus exemptus ligaretur statuto epi, cuius ↄrium ibi dr̄. Ad hāc
b rōnem nō posset rñderi ꝙ ēt loca exempta[b] sunt in dięcesi. de
off. or. graue. vbi dixi. Dic ergo ꝙ per hunc tex. districtus & dię
cesis sunt distincta: sed districtus & territorium ponuntur pro
eodem, probat dictio, seu, quæ bis repetitur, quæ sonat idē qđ
ibi plene dixi in q. quę incipit, Conradus. inducit hæc Pau. ad
5 seq. q. † Sexto quæro circa id quod dixi in proxi. q. statuto caue
tur ꝙ nullus de ciuitate vel comitatu certum quid faciat, nun
quid cōprehenduntur hi qui sunt de districtu & nō sunt de ci
uitate vel comitatu? Rñ. Pau. ꝙ non, dicens ita sepe obtentum
Bononiæ, pro hoc quia statuta sunt stricti iuris, de iniur. in no-
stra. ergo non extendenda. l. quicquid astringendæ, ff. de verb.
obl. ff. ad munici. l. constitutionibus, & hæc determinatio pla-
cet, sed dicta in præced. q. non faciunt nisi per quandam simi-
litudinē: sed ad determinandū vere hāc qōnem videri opor-
tet quid sit comitatus, & quid ciuitas. de secundo est tex. in l.
2. ff. de ver. sig. & in c. si ciuitas, de sen. exc. lib. 6. de primo, s. co-
mitatu, est tex. in l. vnica, C. qñ imper. īter pupil. & vidu. & 23.
q. 8. si vobis. In quib. capitur comitatus pro curia seu residētia
principis: sed non sic sumitur in terminis statuti præmissi.
quid ergo importat comitatus qñ ponitur in statuto vel alia
dispositione? dic ꝙ importat territorium villarum vel castro-
rum, quod est pertinens ad ciuitatem, ita ꝙ gaudet eisdem pri
uilegiis, & constituit eandem rempublicam, & per hoc potest
contingere ꝙ aliquid est de ciuitate & non de districtu, quia
districtus concernit tantū id quod actualiter a ciuitate distin-
gitur, sed comitatus nō sic stricte accipitur. vnde aliqua castra
sunt de comitatu Imolę quæ sunt de districtu Bononię, & hoc
modo dicimus ꝙ qui est ex vico, ītelligitur de illa ciuitate cui
vicus subest. ff. ad munici. l. qui ex vico. & hęc lex videtur de-
struere præmissa, per quam potest inferri ꝙ omnis qui est de
districtu, dicitur de comitatu, & dr̄ eiusdem reipublicæ. sed de
fendendo determinationem dic ꝙ in statutis & in alijs dispo
sitionibus cum apponuntur verba significationis ambiguæ,
recurrimus ad communem modum intelligendi. de spon. ex
literis. l. cum de lanionis §. asinam, ff. de fun. instr. at Bononiæ
fit illa diuersitas inter comitatum & districtum: alibi autem,
vt hic Padue, quicquid est de districtu, dicitur de comitatu, &
in illis locis nō procederet determinatio prædicta, & pro præ
dictis, quæ dixi de comitatu, est quod dixi de rescript. Rodul-
phus. Et ex his quæ dixi quod aliqui sunt de districtu qui non
sunt de ciuitate vel comitatu, videretur quod terræ recōmen
datę quæ in signum pręeminentię aliquid offerunt alteri ciui
tati, vt sunt plures recommendatæ Florentinis, essent censen-
dæ de districtu. Contrarium tamen tenet Pet. de Anch. & be-
ne, quia tales potius dicūtur confęderatæ. ff. de capt. l. nō dubi
6 to. facit ad prędicta ꝙ no. Bar. ff. de verb. sign. vrbis. † Septimo
quęro, quia de dięcesi & ciuitate facta est mentio, an nomine
c vnius veniat reliqua.[c] vr̄ ꝙ sic. Primo ꝙ nomine dięcesis ve-
niat ciuitas, vr̄ tex. de off. ord. c. 1. & c. significauit. nam & quan
doque dięcesis ponitur pro tota prouincia. 9. q. 2. episcopi. &
ibi gl. ꝙ aūt nomine ciuitatis veniat dięcesis, probatur per c. si
ciuitas, de sen. excom. li. 6. vbi veniunt suburbia & continentia
ædificia sub nomine ciuitatis, quę tamen sunt de dięcesi. pro
hoc, ff. de verb. sign. l. qui in continentib. & l. ędificia. de iudi. l.
insulæ. de censi. l. forma. §. si vero. ad municipales, l. ex vico,
C. de episc. & cle. l. nulli. ad fi. de fer. expor. l. cum pacto. 34. dist.
qñ. 16. q. 7. omnes basilicę. In ↄrium facit, & primo ꝙ nomine
dięce. non veniat ciuitas, est casus de rescr. Rodulphus, ad hoc
concordantię ibi in gl. vide quod no. gl. de æta. & quali. accepi
mus, ꝙ nomine ciuitatis non veniat dięcesis, est, quia ciuitas
murorum ambitu continetur, ff. de verb. sig. l. 2. nec obst. d. c. si
ciuitas, nam speciale est ibi vt illo casu nomine ciuitatis com-
prehendantur continentia ædificia, & non continentur alia
loca dięcesis, ad hoc 12. q. 2. c. vlt. de off. archipræs. c. pe. & fi. &
de testa. relatum. 2. de verb. sign. cum clerici, & c. cum tibi, &
quod ibi not. ff. de arbi. l. si cum dies. §. si arbiter. vbi arbiter as-
sumptus in ciuitate non pōt iudicare in districtu, & sic nec in
dięcesi. Pau. ponit vnam solutionem Pe. de San. & Host. quam
ponunt in c. Rodulphus, de rescr. dicentes ꝙ in statutis, consti
tutionibus & priuilegiis nomine dięce. cōtinetur ciuitas, pro
hoc c. vnicum. de rer. permu. li. 6. & dicit Pau. idem de dona. ꝙ
in priuilegiis, per l. testatrix, ff. si ser. ven. & per l. creditor, in fi.
ff. de act. emp. quæ leges solum probant ꝙ in donatione alicu-
ius rei veniunt quæ accedunt ipsi rei. pro hoc ca. vnicum, de
conse. eccl. vel alta. lib. 6. sed in rescr. dicunt secus per c. Rodul-
phus. ꝙ vltimum dicit Pau. procedere qñ erratur circa substā-
tialia sine quib. iudicium non procedit, vt no. Host. & Cōpost.
de rescr. super literis. quod dic vt ibi dixi, & hæc superiora ver-
ba non explicant perfecte qōnem, quia omittunt membrum
an nomine ciuitatis veniat diæcesis. Insuper non videntur ni
ti rōne: nam quod dicunt de rescrip. dēret procedere ēt in pri
uilegiis quę sunt odiosa vt rescripta, de priuil. porro. & c. fane.
reg. priuilegium, li. 6. & idem deberet dici de omnib. restrin-
gibilibus. Propterea dic perfectius, ꝙ hęc duo vocabula sunt
distincta ita in significato sicut in vocabulis, per hoc, C. de co-
dicil. l. fi. nam ciuitas dr̄ prout dixi per c. si ciuitas, quæ muro-
rum ambitu &c. sed dięcesis dr̄ reliquum territorium quod
pertinet ad regulationem epi qui ciuitati pręest. Et dr̄ dięcesis
quasi disiunctio seu diuisio, eo ꝙ est ab alterius episcopatu. 7.
q. 1. episcopi. 16. q. 3. quicunque, & c. licet, & c. inter. Et per hoc
pone conclusionem ꝙ in dispositionibus non latę interpreta-
tionis in quibus verba debent intelligi in proprio significato
nomine dięcesis non venit ciuitas, nec econuerso: sed quādo
venit vna sub reliqua, hoc fit per extensionem & interpreta-
tionem, de quo dixi in c. Rodulphus. per hoc infero ad quæ-
7 stionem sequētem. † Octauo quæro circa id quod dixi in pro-
xi. q. nūquid in literis beneficialibus nomine dięcesis, venit ci-
uitas. videtur ꝙ nō, sicut nec in rescr. ad lites, d. c. Rodulphus.
& hoc tenet gl. de ęta. & quali. accepimus, in glo. vlt. pro hoc
quia literæ impetrationum ad beneficia sunt odiosę & restrin
gendæ, de præb. quamuis. 1. & c. cui de non. lib. 6. Pau. tenet ↄ-
rium per id quod sup. q. prox. dixi, ꝙ in donationibus nomine
d dięcesis[d] venit ciuitas, quia rescriptum collationis continet
donationem. de præben. relatum, de concess. pręben. quia
diuer-

ADDITIONES.

a Nunquid ad ecclesiam. Adde quod no. & plene per Io. And. in c. 1. in fi. de po
stu. præl. gl. in c. vbi periculum, §. porro. in verbo, interdicta. de elect. li. 6. Ar
chid. in c. 1. 23. dist.
Vin. God. Ecclesia specialiter interdicta, an in ea possint celebrari diuina. Io.
Cald in tract. de interdict. in prima par. numero 18. quod habetur in lib. 11.
trac. fo. 78.
b Loca exempta. Adde gl. in verbo, aut earum, in cle. 1. de fo. compe. & quod ibi
Abb. & Doc. in c. si propter, in 2. co. de rescr. lib. 6. Domi. in c. si pro clericis,
in prin. de præb. lib. 6.
Vin. God. De materia exemptionis ecclesiæ, Dec in consi. 152. In causa exem-
ptionis, per totum, lib. 1.
c An nomine vnius veniat reliqua. Adde gl. in c. accepimus, de æta. & quali. &
per Doc. in c. 1. de off. ord. Doc. etiam in c. dudum, de elec. lib. 6.
Vin Go Vide Fel. in c. Rodulphus, col. 5. ver. 3. conclu. de rescr & Alci. in l. 2.
de verb. sig.
d Nomine dięcesis. Adde Doct. in cap. episcopi. quæst. secunda. Archid. in cap.
statutum, in §. cum vero, de rescri. lib. 6. Abb. in c. dilectus filius, de rescr. &
per eundem, in c. significante, eo. tit. in prin. & in c. cum contingat, de foro
compe. in 2. no.

diuersitatem. & dic ꝙ licet literæ sint odiosę respectu beneficii conferendi, d.c.quamuis.& c.cui de non.tamen non sic respectu personę, de præb.si a sed c. & c. ei cui.li.6. sed pro hoc nõ cũitatur illa ratio restringibilitatis, fit enim restrictio ne nimium prędiudicetur ordinario collatori, quæ ratio locum habet hoc casu. vnde ego tenui primum in c.Rodulphus,& in c. accepimus, pro quo induco casum d.c.quamuis. 1.§. 1. vbi mãdatur prouideri in ciuitate vel dięcesi. quod verbum, in ciuitate, esset superfluum si comprehenderetur sub dięcesi.

SVMMARIVM.

1 *Inspiciendum est aliquando quod est in habitu & non in actu.*
2 *Forsan, dictio aliquando non est nota dubitationis.*

1 Eo tamen. † No.casum in quo inspicitur id quod est in habitu & sine actu, de hoc in gl. in ver.
2 vacare.& idem Pau.† Secundo no.de dictione forsan,[a] q̃ non
a est hic nota dubitationis, simile de renun. nisi.in princ.vbi de hoc in 4.gl.de testa.c.2.vbi de hoc in gl.antep. Quæro de rõne disponendi in vtroque membro huius,§. dic ꝙ in primo casu ratio est, quia cum residentia causarum & literarum apostolicarum est in vno loco, licet papa moriatur alibi, tamen videtur ibi mori vbi est curia, quia fingitur ibi residere propter animum redeundi ad illum locum, pro hoc 93.di.legimus. in fi. de præb.præsenti,§.loca.li.6. quæ autem sit ratio dispositionis in 2.dicto inf.q.3. Secundo quæro de ratione circa id quod dixi in proxi. q.nunquid dispositio illius c. præsenti, procedit in casu nostro, vt si papa moritur in loco distante vltra duas dietas a loco in quo residet audientia, habeat locum ꝙ debeat fieri electio in loco in quo est audientia. Gen.& Matth.tenent ꝙ non est hoc casu locus illi c.præsenti. ꝙ est verum, quia quamtumcunque distet, stat ratio prædicta ꝙ censetur habere animum redeundi. Tertio quæro quæ est ratio dispositionis, & in ver.nisi.dic, quia cum disposuit transferre audientiã etiam si non transtulerit, cessãt ratio de animo redeundi. Op.ad hoc, quia hoc casu ex quo nondum transtulit, videretur non cessare: si autem transtulit, debet fieri vbi transtulit, & sic non erit locus vt attendatur locus mortis. Sol. si deliberauit transferre, sed nondum est ibi vbi deliberauit, nõ potest dici cum effectu ibi esse audientia, nec potest dici ꝙ sit recursus ad locũ in quo prius erat propter deliberationem cõtrariam. Sumus ergo in casu c. vbi periculum, quia non est verum dicere audientiam esse alicubi cum effectu, pro prædictis, ff.de hær.inst.l. ex facto §.rerum, vbi res deductæ in Italiam animo reducendi in prouinciam, non censentur Italicæ. ad idem de lega.3. l.quæsitũ, de pign.l.debitor. Quarto quęro si papa moriatur in loco ad quem deliberauit transferre curiam, dic ꝙ adhuc est locus c. vbi periculum, & isti ver. in fi. ex quo nondum cum effectu est ibi audientia. Lau. & Gen.

ADDITIO.

a Vinc.God. Alibi ista dictio forsan, est nota dubitationis, Virgil. 1. Aenei. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Et Terent. in And. Aliquis forsan me putat non putare hoc verum.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales cũ sunt in actu electionis papæ si exeunt conclaue nõ facta electione, possunt cõpelli per dominum temporalem iterum intrare.*
2 *Cardinales plures sunt.*
3 *Cardinales an poterunt compelli personaliter vt redeant in conclaue.*
4 *Quid si Cardinales nolunt intrare conclaue allegantes metum.*
Et quis cognoscet, an metus sit iustus. Et quid si habent dominum temporalem suspectum, & nu. 5. & 6.
7 *Et an ciuitas incurrat pœnam huius clem. si non compellat Cardinales intrare conclaue.*

1 §. Porro. † No. ꝙ si Cardinales omnes exeunt cõclaue, compelluntur intrare per dominum tpalem, probat hic §.cum c.vbi periculum,§.præterea. Ex quo not.casum in quo laicus habet potestatem in clericũ. Alii casus not. 23.q.5.princeps, in gl.2. ex quo not.hoc casu ꝙ laicus compellens clericum, non erit excommunicatus per c.si quis suadente, 17.q.4.non.n.peccat, cum authoritate huius iuris faciat.23. q.4.qui peccat C.de adul.l.Gracchus.Ste.& Matth. sed non potest hic bene colligi, aut.n.tu intelligis ꝙ Cardinales possunt cogi distringendo actualiter eorum personas, & hęc non permittitur.in c.vbi periculum, sed potius ibi prohibetur in §.pręterea, & ideo restringentes essent excommunicati. aut intelligis ꝙ compellentur indirecte non distringendo personas, & tunc etiam si iniuste fiat, nõ est faciens excommunicatus per dictum canonem, si quis suadente, qd solum loquitur de inferente iniuriam in personam clerici, pro quo de senten.excom. nuper. & quod ibi not. Quomodo autem possint Cardinales compelli, dico inf.q.2. Secundo no. ꝙ dispositio huius §.procedit tunc tantum, quando Cardinales omnes exeunt cõclaue: si enim aliqui exeunt, remanet potestas in remanentes, vt hic
2 in gl.2.† Tertio no. ꝙ Cardinales sunt plures, probat verbum, omnes. Et dicit Matth. ꝙ aliquando fuerunt ducenti triginta sex tempore Pontiani papæ qui non ponitur in cathalogo san
a ctorum, vt habetur in chronicis.[a] vbi etiam dicitur ꝙ Marcellus papa constituit 15. Cardinales Romæ esse propter baptisma & sepulturas hominum, de his 79.di.c.1.& c.oportebat, & c.si quis ex epi.& c.si quis pecunia, 23.dist.c.1.93.dist.a subdiacono, 2.q.4.præsul.quæ officia hodie nõ exercent, sed est summus gradus in ecclesia post papam, pro hoc de offi.lega.c.i. & 2.lib.6.cum ibi not. Opp.in eo quod dicit Cardinales exeũtes conclaue cogẽdos reintrare, nisi infirmitas corporis aut debilitas excuset, videtur enim idem si sola voluntate exeunt per §.sane, in c.vbi periculum. Sol. Lau.& Genz. instant, dic ꝙ aliquando exeunt non omnes, & procedit contrarium, quia tũc non coguntur intrare etiam si sine causa exeũt: sufficit enim ꝙ in remanentes recidit tota potestas, per dictum §. sane. qñque exeunt omnes, & procedit iste tex. vt cogantur reintrare, nisi infirmitas aut nota debilitas excuset, & secundum hoc intellige gl.in ver.omnes. Secundo opp.ad hoc quod etiã si tantum aliqui exeant, procedit ea dispositio: nam si essent pręsentes, possent alios reducere ad suam sententiam fortasse meliorem, arg.ff.de arb.l.si in tres, de arb.c.2.lib.6. Sol.aliud in arbitris de quibus loquitur l.si in tres, quia habent potestatem, vt singuli. Item de iure canonico non procedit illa l.per d.cap.2. Sed Cardinales eligunt iure collegii, vnde si vnus solus remaneret in conclaui, habet ius totum collegii, per dictum §. sane. per hoc deciduntur duæ quæstiones quas format glo.in versi. compellant. Prima est, si exeuntes conclaue egrediuntur territorium, quomodo proceditur contra eos ad compulsionem. Secunda est, nunquid remanẽtes possint eligere: dico.n.ad secundum quod sic, vt in §. sane, qui hoc permittit siue aliquis non intrauit conclaue, siue exierit sine manifesta causa infirmitatis. Isti autem qui reintrant sunt in isto statu ac si nõ exissent, vt hic, per hoc patet so. pręcedentis q. quia de recedentib. extra territorium non curabitur. Quęro quid si omnes egrediuntur territorium? dicit eadem gl. soluendam q. per no.sup. §.sane, in gl. iustum, vbi dicit ꝙ poterit esse locus remissioni, vt iudex loci vbi est conclaue petat a iudice territorii vbi sunt
3 Cardinales vt eos remittat. † Secundo quęro, nunquid poterunt Cardinales personaliter compelli vt redeant, vel pone ꝙ sunt præsentes. & nolunt intrare cõclaue, poterunt ne ad hoc personaliter compelli. dicit Lau. ad secũdum posse dici quod omnes sunt priuati illa vice potestate eligendi per §. sane, in c. vbi periculum, quod nõ est verum, nec ipse tenet, quia §. sane, loquitur tantum, quando aliqui sunt extra conclaue, nõ quando omnes. dicit etiam Lau. ꝙ cogentur intrare per requisitionem verbalem, non per intrusionem corporalem per §. præterea, in c.vbi periculum, vbi dicitur dominum temporalẽ non posse compellere vel arctare Cardinales vltra quam permittitur in eadem cõstitutione, sed de corporali compulsione nulla mentio fit ibi, & idem videtur dicendum ad primum & ad tertium. Opp.ad hoc, quia secundum hoc poterit electio papę in perpetuum differri, si cętus Cardinalium totus nemine discrepante recusat intrare conclaue, quod est absurdissimum, & contra mentem c. vbi periculum, & contra tex. huius §. in ver. compellant, quod sapit violentiam, de his quæ vi met. ve causa fiunt, in rub. & nigro. Ego itaque dico ꝙ sicut Cardinales postquam sunt in conclaui, compellũtur expedire electionem indirecte per subtractionem victualium s̃m formam ca. vbi periculum. §. verum. ita & fortius poterunt cogi per easdẽ pœnas vt ingrediantur ab initio, vel si sunt egressi vt iterũ ingrediantur: non.n.debet esse melior conditio Cardinaliũ nõ parentium & non se offerentium ad ingrediendum cõclaue quam se offerentiũ, cum non dẽat esse melioris conditionis contumax quã obediens, de postu. præla.c.i. Itẽ permisso cõsequẽti permittitur añs. de off. dele.c.i.& c.præterea, & hoc tenementi. puto aũt ꝙ alio mõ non sunt restringendi personaliter ad

ADDITIO.

a Vt habetur in chronicis. Adde gl.in ver.Vrbano, in clem 1.de reli. & ve.sanc. gl.in ver.Bononiam, in clem.de mag. Arch.in proę. libri 6. & eundem, in c. fundamenta.de elect eo lib. 1o. And.in addi. Spec.tit.de instru.edi §.videndum, versi.19. Adde in c cum causam, in 3.col.de prob.
Vin Go. Adde Bar.in l.1.& ibi Doc.ff.si certum pet. & Paris.in consi, 1. nu. 50.lib.1.

ad ingrediendum nec per alias pœnas, ꝙ bene probat. §. prætе
rea. Ex hoc infero ad id, quod dixi sup. in 1. no. hodie autem di
citur mitigatam esse dispositionem dicti §. verum. & in qui-
busdam aliis immutatam dispositionem illius c. vbi periculū.
4 per extraua. ele. 6. † Tertio quæro si Cardinales aliqui nolunt
intrare conclaue, allegantes iustum metum. gl. ea. in ver. com
pellant, format, & non soluit. potest dici standum esse. §. sane.
vt ij, qui non timent ingredientes, possint eligere, sicut & alii
possunt, quamuis aliqui egrediantur ex causa rationabili, vt
infirmitatis. Quarto quæro si omnes Cardinales allegant me
tum dicentes nō sufficere dominum temporalem ad eorum
defensam. dicit Lau. ꝙ inuocabitur auxilium vicinorum, 23.
q. 2. dominus. de treu. & pa. c. 1. Idem Ben. per l. properādum,
5 §. sin autem, C. de iud. † Quinto quæro si dubitatur an metus
sit iustus, quis cognoscet de iustitia metus? gl. eadem format,
& non soluit. videtur dicendum ꝙ ipse dominus temporalis
cognoscit per potestatem sibi traditam per c. præterea, quod
6 tenet Lau. & Gen. † Sexto quæro si Cardinales habent ipsum
dominum temporalem suspectum ne faciat impressionem,
videtur ꝙ possint recedere & eligere locum tutum. de app. ex
parte. Et hæc quæstio pro parte incidit q schismatis, & ego teti
gi in c. licet. in fi. eo. tit. posset dici non verisimiliter posse time
ri impressionem si dominus temporalis se offert ad obseruan
dum formam c. vbi periculum. tūc enim in facto apparet con
trarium ꝙ potius intendit iuridice procedere, & adde quæ di
7 xi in d. c. licet. † Septimo quæro quia hic puniuntur nō com-
pellentes Cardinales ad intrandum, nunquid ciuitas incurrit
etiam pœnas de quibus in §. ciuitas. in c. vbi periculum. glo. in
ver. incursuri. dicit ꝙ sic per rationem notabilem, quia pœna
ciuium, & rectorum est punitio ciuitatis, & pœna ciuitatis vi-
detur inferri ciuibus, idem Pau. & pro hoc quia verum est di-
cere non seruatam fore dispositionem c. vbi periculum, cum
iste §. porro. addat hunc casum sub eisdem pœnis, & est hęc di
spositio interpretatiua illius, ideo procedit in illa.

§. Cæterum. Quæro quid si opponitur Cardinali
de notoria hæresi? videtur exceptionē
hāc audiendam per no. per Inn. de sen. exc. sacris. sic alle. Lau.
a voluit allegare c. si vero. vbi dicit ꝙ clericus hæreticus [a] potest
percuti sine pœna canonis, si quis suadente, quasi censeatur
non gaudere priuilegio clericali. Contrarium tenet Lau. &
Gen. nam excōicatio non obstat, vt hic, & tamen excommu-
nicatus appellatur hęreticus. 4. q. 1. ꝙ autem. quæ ratio nihil
vrget, quia non dicitur hæreticus nisi large. vnde licet percu-
tiens clericum hæreticum non sit excommunicatus, vt pręedi
xi, secus si clericum excommunicatum, vt dicit Inn. in d. c. si
vero. & no. in regula, delictum, in q. lib. 6. Sed melior ratio est,
quia c. licet. eo. tit. dicit quod electus a duabus partibus est pa-
pa, nulla exceptione obstante. Item licet papa possit accusari
de hæresi. 40. dist. si papa. non tamen potest contra eum exci-
pi vt ab electione repellatur, vt no. Inn. in d. c. licet. sicut ergo
non obstat electo, ita nec electoribus.

ADDITIO.

a Clericus hæreticus. Adde tex. in c. de minorib. eo. tit. gl. in c. deinceps. 17. q. 4. gl. in c. si quis 24. q. 5. gl. in c. 2. ne cler. vel mo. li. 6. Io. And. in regula, indultum, de reg. iur. lib. 6. in mercuria.

SVMMARIVM.

1 *Effundendis verbum, denotat largitatem.*

2 *Prouisus si sit aliquis de episcopatu per papam, deinde papa moritur, an iste prouisus teneatur accedere ad curiam, vel expectare vt alius papa creetur.*

§. Verum. Not. ꝙ electio papæ est negotium Dei, ibi,
eius negotio. quod intellige immediatius
quam sint negotia aliarum electionum per rationē positam
in c. licet. in fi. eo. tit. quia in aliis potest recurri ad superiorem.
1 † Secundo no. de verbo, effundendis, [a] ꝙ not. largitatem, vt in
a gl. Opp. ꝙ citatus ad curiam non teneatur venire vacante sede
per no. in c. licet, de accusa. gl. antepe. remittit ad ibi not. Pau.
dicit ꝙ citatus ex quacunque causa. f. beneficiali tenetur ire ad
curiam sede vacante, vt hic, & sic restringit hanc literam ad
causas beneficiales, & tunc ad contrarium dic ꝙ potest proce
dere in causa non beneficiali. Sed hanc restrictionem nō pati-
tur hæc litera quę generaliter & cum termino vniuersali lo-
quitur ibi, ex quacunque causa. vnde dic aliter vt dixi in d. c. li
cet. aut enim est quis citatus vt veniat ad Papam habito respe
ctu ad personam, & non tenetur venire coram successore nec
vacante sede. aut vt veniat ad curiam vel ad sedem apostoli-
cam, & tenetur, vt hic, & sic dicit iste tex. ibi, ad sedem aposto
2 licam. † Quæro quia hic dicit de electis, quid de prouisis per
papā, & pone in terminis, Papa prouidit cuidam Abbati exi-
stēti extra curiam de episcopatu, & misit ei bullas clausas hoc
indicantes, interim papa obiit, quęrebatur in qōne facti an te
neretur accedere? vř ꝙ sic, quia non potest administrare in epi
scopatu ante habitas nullas & præstitum iuramentum, secun
dum formam extrauag. Bonifacii, iniunctæ. Contrarium te-
net Lau. quia talis prouisus nulla citatione iuris vel hominis
ad hoc arctatur. debet ergo expectare vt papa creetur, & tunc
accedat, nec interim vacant prima beneficia, per c. cum in cū-
ctis. sup. eo. quia non est in mora. de concess. præb. quia diuersi-
tatem. dic ꝙ tempus de consecrandis sibi currit, quia per istū
§. tempus vacantis sedis quo ad eos qui pro aliquo debent ad
eum accedere, habetur pro tempore vtili ac si non vacaret, &
hoc per rationem in tex. expressam. licet alias sit contra per ti.
ne sede vacan. in rub. & nigro. Secundo quæro qui arctantur
ad accedendum ad curiam? gl. pen. exemplificat.

ADDITIO.

a De verbo, effundendis. Adde gl. in ver. sanguinis effusionem, in c. cum illorū, de sen. excom. tex. in c. reuertimini ad me. 16. q. 1. Io. And. in add. Spe. in rubri. de accu.

Vin. God. Adde Fel. in d. c. cum illorum, col. 3. in fi. & late Aret. in trac. malefi. ver. sanguis, & versi. statim de sanguine, & ver. 51.

SVMMARIVM.

1 *Tempus aliquando datur arbitrarium ad purgandum moram.*

2 *Per, dictio denotat perfectionem.*

3 *Occasio dicitur causa non sufficiens.*

4 *Appellari an debeat per scripturam authenticam, an vero sufficiat scriptura priuata.*

5 *Electio, postulatio, prouisio, quod & quale est vnumquodque istorum, & qualiter differant, vide remissiue.*

6 *Appellatio an possit intimari appellato per procuratorem.*

7 *Item cui procuratori sufficiat intimari, an ei qui est in partibus vel ei qui est in curia.*

8 *Appellare aliquis vult in præsentia sui aduersarij vel eius procuratoris, sed cum se parat ad legendum ille recedit, an sufficiat quod appellans inceperit legere.*

9 *Appellationis intimatio an sit necessaria quando appellatur in præsentia aduersarij vel eius procuratoris.*

Quæ autem sit forma interpositionis appellationis, vide.

10 *Appellans an in causa appellationis debeat iustificare appellationem suam.*

11 *Quid autem si tantum appellatus prosequatur appellationem, an teneatur eam iustificare.*

12 *Mensis statutus ad intimādam appellationem appellato, qualiter computatur.*

13 *Mensis quot dies habet.*

14 *Intimatio appellationis cuius expensis fieri debet, appellantis an appellati.*

Adde ad idem versi. sequenti, Vigesimo secundo quæro.

15 *Quid si facta porrectione appellatus non acceptat eam.*

16 *Copia intimationis appellationis quomodo peti debeat.*

17 *Et intra quod tempus debet dari copia petita quando fit intimatio appellationis.*

18 *Scriptura vt sit authentica, quid requiritur.*

19 *Intimatio appellationis an debeat fieri iudici a quo, sicut solet fieri appellato.*

CAP. IIII.

a Causam. Fortis reputatur propter intricatio-
nes [a] surgentes ex c. 1. & c. cupiētes.
eo. ti. lib. 6. & ex no. in eis. Et habet materiā vtilem
& valde practicabilē. diuiditur per gl. 1. in partes.
5. vt sunt 5. §. 2. in §. ꝙ si. tertia in §. verum. quarta in §. intima-
tio. 5. in §. idem quoque. hoc principium in summa dicit. Ap
pellatio causam electionis postulationis seu prouisionis tunc
tātum deuoluit ad papam, cum in appellati vel procuratoris
specialis ad cām præsentia fuerit interposita vel eorum alte-
rius quam cito commode fieri poterit ſm formam in tex. ex-
b pressam intimata. No. ibi, vel saltem, de aduersatiua, vel, [b] cui
quando

ADDITIONES.

a Causam &c. Vide no. per dominos de Rota in decis. 168. inc. In causa beneficiali. & in dec. 82. incip. In causa beneficiali. & in dec. 228. inc. Voluerunt & ordinauerunt, & in decis. 268. inc. Si episcopus, & in deci. 139. inc. In causa beneficiali, & in dec. 78. incip. Si post lapsum. Philip. Fran.

Vin. God. Causa legitima quæ sit. Ruy. consi. 2. nu. 1. lib. 4. & causa rationabilis in papa præsumitur. Ruy. consi. 156. nu. 9. lib. 4.

b De aduersatiua vel. Adde Doc. in c. cum decorem, de vi. & ho. cle. Io. And. in regula, in alternatiuis, de reg. iur. li. 6. in mercu. Bal. in l. inter, ff. de aqua plu. arcen. & Ant. de But. in consi. 76. inc. statuto cauetur.

Vin. Go. Adde Fel. in c. inter cæteras. col. 7. de rescr.

quãdo adiicitur dictio, saltem. vt hic, significat diminutionẽ.
de rescr. statutum, §. cũ vero. li. 6. secundũ Pau. pro hoc de do.
inter vi. & vxo. c. pe. in ver. vel saltem, quem tex. ibi ad hoc sin-
gulariter notaui, & collegi ibi quod hæc sit alternatiua ordi-
nis, ꝙ operatur dictio, saltem. de quib. alternatiuis de præben.
1 mandato. li. 6. & in regula, in alternatiuis. eo. li. † Secundo no.
casum in quo datur tempus arbitrarium ad purgandum mo
ram temporis determinati. de quo in gl. in ver. commode. pro
sequitur autem Pau. multiplex tempus, nam duplex est princi
paliter, s. continuum & vtile. Item vtile subdiuiditur, ꝙ dic vt
in gl. in cle. vnica, infra de in inte. rest. in ver. cõtinuum. & ibi
2 dico. q. 23. † Tertio no. de dictione, per,[a] in verbo perlecto. quę
a denotat perfectionem. de quo in gl. in hoc verbo. Quod facit
pro capitulis & positionibus, & pro dictis testium, cum dicitur
aliquem possedisse a xl. annis & citra. & per ipsum tempus. in-
telligitur enim per hoc continuitas quæ alias non intelligetur
3 de prob. licet. vbi dico. † Opp. quia dicit occasione &c. nam oc
casio est causa non sufficiens. de ma. & obe. solitæ. ergo de ipsa
non debuit curari. metu contrarii gl. 4. exponit. i. propter cau-
sam. Habuit tamen glo. alium respectum prout dicam in 5. q.
4 † Secundo opp. in eo quod requirit scripturam authenticam,
sufficit enim appellari etiam per scripturam priuatam. de ap-
pellatio. lib. 6. Sol. quandoque appellatio porrigitur iudici, &
procedit contrarium, quandoque appellato, & procedit hic
tex. Ratio diuersitatis, quia appellationis emissio patet iudici,
sed asserenti se appellasse nullus tenetur credere, quia sæpe ad-
uersarii suis aduersariis mentiuntur, vt ff. de questioni. l. 1. §.
præterea. de in integ. rest. ex literis. pro hoc quod not. Spec. de
citatione. §. sequitur. vers. quandoque per notarium, secũdum
Pau. sed hæc differentia non est hic in tex. nam respectu inter-
positionis nihil dicit de scriptura authentica, sed tãtum respe
ctu intimationis, sed etiam eo casu quo appellatur a iudice in
eius absentia, vt de appell. si iustus. in faciendo intimationem
debet seruari hæc forma. pro hoc inf. §. fin. Quæro nunquid in
appellatione extraiudiciali procedat ista cle. videtur quod nõ,
per tex. in prin. in versi. causa. & infra. in ver. causa. quia causa
est in iudicio. de verborum sign. forus. In contrarium, quia
hæc cle. venit ad declarandum c. 1. eo. tit. lib. 6. & illud proce-
dit in extraiudiciali tantum. eo. tit. constitutio. lib. 6. Pau. tenet
ꝙ locum habet. & exponit tex. de procuratore dato in causa. s.
inchoanda. & pro hoc quod no. Spe. de appell. §. qualiter autẽ.
5 ver. taliter enim. & ver. seq. † Secundo quæro, quia hic dicit ele
ctionis, postulationis, seu prouisionis, quid est vnumquodque
istorum. Aliqui hic diffiniunt vt Lau. & Matth. dic vt in glo. c.
vnico. de post. præla. lib. 6. & quid sit electio, dixi de elec. cap. 1.
pro prædictis, quod no. Arch. in d. c. 1. de el. c. lib. 6. Tertio quæ-
ro quid si litigatur de beneficio non vacante, & ob hoc appel
latur, vt quia vnus dicit appellationem collationem vel ele-
ctionem ad se spectare, alter econtra, an erit locus huic clem.
Pau. refert id quod not. Compost. in c. 1. eod. tit. lib. 6. vbi dicit
esse locum illi c. & sic seruatum fuisse tempore suo, licet tem-
pore Ale. aliquando seruatum non fuerit, sed postea etiam ip-
se seruauit. quod dicit Pau. satis æquum, vt ille qui de proui-
sione facienda etiam de beneficio non vacante appellat, cer-
tus possit esse de iure suo, & diu sub expectatione nõ maneat,
& dicit Pau. hoc maxime procedere quando appellatus prose
quitur appellationem, tunc enim non potest iuste conqueri si
causa finiatur, arg. C. de reb. credi. l. generaliter. Ex hoc infert
Pau. quod etiam locus est hoc casu huic clem. cum sit appella
tum occasione electionis seu prouisionis. dic quod non est lo-
cus c. 1. præalleg. Et idem dico de hac cle. quæ interpretatur il
lud c. quia exorbitant a iure communi, ergo non prorogentur
ad casum non expressum. 16. q. 1. hinc etiam. ff. de reg. iur. l. ꝙ
contra, & regula, quæ a iure. lib. 6. pro hoc quia fauor tollendæ
vacationis qui dedit causam illi c. 1. vt sentit gl. 4. hic in fi. ces-
sat hoc casu. Quarto quæro, pone quod prælatus assignat ali-
quid annuum alicui vsque ad suum beneplacitum, nunquid
est locus huic cle. videtur quod sic per verbum, prouisionis.
quod est generale. dic secundum Pau. hoc debere intelligi qñ
sit prouisio in titulum beneficialem quodcunque sit benefi-
cium, sed assignatio de qua prędixi, potest fieri sine titulo. de
rescrip. ad audientiam. Quinto quęro, nunquid in quacunque
appellatione occasione electionis &c. interpositæ procedat
hęc cle. gl. in ver. occasionem. dicit quod sic, dicens quod c. 1.
eo. tit. lib. 6. habet locum non tantum in prima appellatione,
sed etiam in secunda. quod dic vt in glo. ex qua infertur idem
de hac cle. Idem Pau. dicens etiam ꝙ hęc constitutio cum lo-
quatur generaliter, debet generaliter intelligi de dignitatibus
episcopalibus, præbendis, & beneficiis quibuscunque. Itẽ not.
inf. §. intimatio. in gl. quod ergo. & ibi dico in 1. q. Sexto quęro
quid si appelletur a confirmatione. Inn. & Host. in c. 1. eo. tit. li.
6. dicunt non esse locum illi c. & sic sequitur quod nec isti cle.
quia cesset ratio periculi vacationis. de ele. transmissam. de ap.
oblatæ. Pau. hic contra, quia negare nequit, quin confirmatio
fiat ex causa electionis. quod teneo in d. cap. 1. ex alia ratione,
quia non est verum ꝙ cesset periculum vacationis, maxime
hodie. quia confirmatio fit in forma iudicii. eo. tit. c. fin. lib. 6.
appellatio ergo casu suspendit quoad omnem effectum. de
iureiur. venientes. Septimo quæro an in appellationib interpo
sitis ad inferiorem a papa procedat ista cle. gl. in versic. sedem
apostolicam. dicit ꝙ non. idem Pau. per rationem quam dixi
sup. q. 3. quia exorbitat a iure communi, ergo restringitur ad
casum quem exprimit regula, quę a iure. lib. 6. Lau. tenet con-
trarium, quia subest eadem ratio vtrobique, ergo sit idem ius.
de app. si duobus. pro hoc inducit c. vt circa, eo. tit. li. 6. quod ge
neraliter loquitur, & est gl. illius c. 1. Idem Ben. Bertran. tenet
cum gl. & tenet idem, inf. de ap. in cle. 1. in 3 1. q. quam dicit ve
riorem propter maximam expressionem quam ponit hic tex.
ibi, sedem apostolicam, & ibi, sedem eandem. quod tenet etiã
Io. de Lig. vt verba aliquid operentur & eis stetur. ff. de leg. 3. l.
non aliter. de deci. ad audientiam. Est enim in papa fortior ra-
tio quam in aliis propter viarũ distantiam, cum de toto mun
do ad eum appelletur, est ergo maius periculum diuturnæ va
cationis, & ideo fortius prouidendum. eod. tit. vbi periculum.
lib. 6. Octauo quæro si non seruatur forma hic expressa, an te-
neat appellatio. gl. in ver. deuolui, hoc tangit, & Pau. plenius.
sed quia gl. remittit inf. §. pe. vbi latius dicit in verbo, deuolu-
ta. vbi dicam in 2. quæst. & dicit Lau. quod eo casu quo tenet
appellatio quo ad deuoluendam causam, deuoluitur ipsa cau
sa. i. de quo est causa quo ad ipsius expeditionem, nõ autem ip
sa beneficia super quibus quæstio deuoluitur. simile eo. tit. cu
pientes. in prin. lib. 6. de app. Romana. §. cum autem. eo. lib. Di
cit etiam Lau. differentiam esse inter causam & litem, de quo
remittit ad not. C. de transac. causas. in gl. 1. quæ dicit ꝙ causa
est post litem contestatam. Item lis est ante & post. Nono q̃ro
si appellatio in casu isto interponatur contra capitulum, quo
citabitur capitulum vt congregetur, gl. in verbo, appellati, re-
mittit ad c. bonæ. eo. ti. vbi glo. in verbo, singulares, & ibi dixi,
sed melior quę reperiatur in c. si capitulo in sexto, in 6. glo. ad
quod remittit hæc gl. aut ergo appellatur cõtra collegium, &
serua id quod dicitur in illis glo. aut contra singularem perso-
nam, & tunc planum est de mõ per hanc literam, dicit autem
Spe. ꝙ nomen appellati debet in appellatione exprimi. ita no.
de app. qualiter. versi. hoc etiam no. Decimo quæro si quis de-
dit plures procuratores ad causam electionis, & iudex eligit
idoneiorem, an sufficiat appellari coram illo. dicit Pau. quod
sic, & ꝙ nõ sufficeret post electionem iudicis appellare coram
6 aliquo aliorum. pro hoc c. si duo. in fi. de proc. lib. 6. † Vndeci-
b mo quęro, nunquid sicut sufficit[b] intimari procuratori, ita suf
ficiat intimari per procuratorem. gl. in ver. specialiter, dicit ꝙ
sic, dum tamen procurator habeat speciale mãdatum ad cau
sam. quam glo. not. quia nil allegat quod directe probet, vnde
posset dici ꝙ quia talis casus nõ est in iure exceptus, sufficeret
procurator generalis, quia iste non est in casibus exigentibus
speciale mandatum, qui notantur in c. qui ad agendũ, de pro-
cu. li. 6. tamen pro gl. est similitudo rationis, quæ est inter pro-
curatorem appellantis, & procuratorem appellati, & ideo cũ
7 ea sto, & eam signa pro singulari. † Duodecimo quęro si curia
est Romę, prout est, & appellatum est ad papam, & habet ad-
uersarius duos procuratores, vnum in partibus constitutum
ad causam illam, alium in curia constitutum ad tractandum
omnem causam deuolutam per appellationem, an sufficiat
intimare ei qui est in curia? videretur ꝙ sic, quia ipse est ꝓprie
constitutus ad hanc causam, ex quo est deuoluta, imo videtur
alteri prohibitum, C. de procu. l. maritus, de pręsumpt. nonne.
licet enim procurator causę principalis posset & debeat appel
lare, de proc. non iniuste, & etiam prosequi possit, vt ibi, illud
tamen habet locum, cum non est alius deputatus super appel-
latione. Pau. tenet contrarium, dicens quod debet intimari
procuratori causę principalis, & de tali intelligitur tex. hic, ibi
procuratoris in causa specialiter constituti. Et similiter debet
intelligi id quod sequitur eorũ alteri, quod est verũ, nec quę-
stio

ADDITIONES.

a De dictione per. Adde glo. in c. si constiterit. de accu. Doc. in ca. cum vigesi-
mum, de off. dele. Doc. in l. 1. ff. de leg. 1.
Vin. Go. Adde S[illegible]c. in consi. 42. In causa restit. ver. Sed in artic. lib. 1. idem So
ci. in l. non putabam. de cond. indeb.
b Nunquid sufficit. Adde Inn. in c. cum in iuuentute de præsump. Bar. in l. 1. in
1. col. ff. de liber. & posthu. Bar. in l. de pupillo. in §. cum procuratorio, ff. de
ope. noui nuncia.
Vin. Go. Vide Mar. Soc. in consi. 24. visis. versi. 30. princ. cum seq. lib. 1. & Fel.
in c. cum contingat. col. 4. versi. 6. conclusio, de rescr. & in c. cum M. colu. 23.
versi. 4. concl. de constit.

stio est multum dubia quo ad hoc quod non sufficiat intima-
ri ei qui est in curia, cum non esset specialiter constitutus in il-
la causa: sed si esset specialiter constitutus ad prosequendam
appellationem illius causæ, tunc procederet dubium propter
rationes prædictas: tamen adhuc puto idem, quia non est cau
sa deuoluta nisi seruata forma hic expressa, ergo adhuc datus
ad prosequendam causam deuolutam non habet se impedi-
8 re.† Decimotertio quæro, pone quod tu vis appellare in præ-
sentia aduersarii vel procuratoris specialis, sed cum te paras ad
legendum, ipse recedit. dicit Pau. ꝙ sufficit quod inchoasti le-
gere ante recessum eius, & ꝙ tãtum legisti, & quod certus est
de appellatione, dic ꝙ etiam si nihil legeris, dum tamen dixe-
ris te velle legere, & quod appellas prout continetur in instru
mento publico vel etiam priuato quod tecum habes & para-
tus es legere, si non expectat, imputetur sibi, sicut & is qui im-
pedit ne ad eum perueniat citatio, habetur pro citato, vt lite
non contest. quoniam §. porro. sed si omnino nihil expectauit
ita quod non potuisti certificare quid velles facere, tunc opor
tet recurri ad remediũ intimationis, obseruata forma de qua
9 in tex.† Decimoquarto quæro cum interponitur appellatio
in præsentiá aduersarii vel procuratoris specialis, an sit neces-
saria intimatio de qua in ver. vel saltem. gl. in verbo, interposi-
ta. quod non. pro hoc quia qui certus est & c. regula, cum qui.
li. 6. frater Aluarus tenuit oppositum per §. quod si. inf. eod. sed
ille §. nihil facit, quia loquitur quando interponitur appellatio
in absentia aduersarii vel procuratoris. & ideo gl. est verior, cũ
qua tenet Pau. Gen. & Matth. pro hoc ver. vel saltem exponen
do vt dixi in primo notab. Decimoquinto quęro de forma
interpositionis. Sol. distingui oportet, aut in iudicio, aut extra
iudicium. Et si in iudicio, aut ab interlocutoria, aut a diffiniti-
ua, prout habes de ap. c. 1. & c. non solum, & c. Romana, in plu
ribus §. ad hoc etiam ca. vt debitus, & cle. appellanti. Et proce-
dunt hæc, quando interponitur appellatio in præsentia aduer-
sarii vel procuratoris: sed si in absentia de forma interpositio-
nis, dic, vt dixi de app. c. fi. de forma vero intimationis remittit
10 gl. in ver. specialiter. in fi. & satis colligitur hic in litera.† Deci-
mosexto quæro, nunquid appellãs habet in causa appellatio-
nis iustificare appellationem docendo de causa iusta? videre-
tur quod non, vt sufficiat quod fecit quod hic dicitur. s. ꝙ inter
posuit corã aduersario vel procuratore, vel saltem intimauit.
dic cõtra, nisi appellatum fuisset in iudicio, & obtulisset appel
lans se paratum probare coram iudice a quo, & non fuerit ad-
missus de appellatione interposita, & hoc saluo quod in casu
capituli, quamuis. eo. ti. lib. 6. sed si appellatio fuit extraiudicia-
lis, debet doceri per appellantem de veritate causæ appellatio-
nis, per cle. appellanti. pro hoc eo. ti. cum nobis. & quod ibi no.
11 Inn.† Decimoseptimo quęro si appellatus tantum prosequi-
tur appellationem, videtur quod non teneatur eam iustifica-
re, quia tẽdit ad eius impugnationem, de natis ex li. ven. c. vni-
co. a contrario, ff. de iu. fis. l. deferre, §. item eos. Item fauore ap
pellati inductum est ꝙ appellans seruet solemnitates de quib.
hic, ergo in eius læsionem retorqueri non debet. C. de legi. l.
quod fauore. regula, quod ob grauami. lib. 6. Tertio quia si ap-
pellans foret præsens, non posset impugnare suam appellatio-
nem, quia per hoc veniret contra factum suum, & allegaret
suam turpitudinem, quod non licet. de concess. præben. cum
super. de do. inter. ff. de adoptio. l. post mortem, at absentia ap-
pellantis non debet sibi prodesse cum sit contumax. de postu.
cap. primo. de dolo. contingit. ff. de dona. inter virum & vxo. l.
3. §. 1. In contrarium, quia appellatio non defert causam ad cu
riam, nisi seruentur solẽnitates, de quibus hic, vt probatur in-
fra §. intimatio. & hic. quamuis ergo appellãs non possit suam
appellationem impugnare, iudex tamen ex officio debet sup-
plere & cognoscere an teneat. C. de tempo. app. l. a. §. vlti. quia
alias non posset esse iudex. Sol. Compo. in cap. primo, eo. tit. li.
6. tenuit primum. Sed Pau. hic distinguit, quia aut loquitur in
appellatione interposita ad papam, & verum dicit Compost.
quia papa est iudex omnium. 9. q. 3. cuncta. & sic in eo non po-
test esse defectus iurisdictionis: aut fuit appellatum ad inferio-
rem, & aut detulit, aut non: si sic, adhuc idem, cum ratione
delationis causa deuoluatur ad superiorem etiam si appella-
tio fuerit frustratoria. de appellatio. cum appellationibus. libr.
6. Si autem non detulit, aut appellatus petit pronunciari male
appellatum, aut petit procedi in principali. Primo casu non te
neretur iustificare appellationem respectu formę. Secundo ca
su oportet quod iustificet, quia alias causa erit deuoluta per ra
tiones ad hanc partem factas pro hoc. eodem ti. cum dilectus,
in fin. Et quod not. Spec. de app. §. de officio. ver. pe. dicit posset
primum membrum non procedere, quando est appellatũ ad
papam, quia licet papa cognoscere possit per simplicem que-
relam, tamen hoc non intendit nisi appareat. defende tamen
per cap. primũ, de app. lib. 6. & intellige prout ibi dicitur. Item
aliud membrum quando fuit appellatum ad inferiorem qui
detulit, intellige quod fit deuolutio quo ad hoc vt cognosca-
tur de articulo appellationis: sed negotium non deuoluitur si
appellatio non tenet, ex eo quia negotium non erat corã pri-
mo iudice, vt si erat nõ iudex. sicut enim potuisset opponi co
ram eo, ita poterit opponi corã iudice ad quem, vt tenet Spec.
de ap. qualiter. in fi. & est no. per hoc, quia appellatio hoc casu
redditur frustratoria tanquam facta a non iudice. Item istud
membrum quando est appellatum ad inferiorem, non est ad
propositum huius cle. quo ergo ad casum huius clem. de app.
interposita ad curiam, dic quod aut extra iudiciũ, aut in iudi-
cio. primo casu tenebitur appellatus prosequens appellatio-
nem iustificare. alias papa se non intromitteret. pro hoc hęc
cle. ex qua dico quod si auditor deputatus pronũciaret in prin
cipali, non discusso, an fuerit obseruata hæc solennitas, non te
nebit processus, nisi aliud appareret ex forma commissionis.
sicut hodie sępe fit, quod cum impetratur auditor super appel
latione, petitur etiam sibi committi per modum querelæ: si
autẽ in iudicio, aut a diffinitiua, aut ab interlocutoria, primo
casu articulus appellationis non est separatus a causa princi-
pali. de app. non solum. lib. 6. quod declaro in c. significauerũt.
de exce. sed si ab interlocutoria, distingue, an obtulerit se pro-
bare, an non, secundum c. interposita. & procedit hæc distin-
ctio an a diffinitiua, an ab interlocutoria respectu terminorũ
quęstionis in forma vt iacet. Sed si quęras an expediat docere,
solennitatem, de qua hic, fuisse seruatã? dico indistincte etiam
si a diffinitiua sit appellatum, quod sic, quia alias nõ deuolui-
tur, quia est articulus pręiudicialis an sint seruata quę hic di-
12 cuntur, ergo prędiscutiendus. de ot. cog. tuaos.† Decimoocta-
a uo quæro qño computatur mensis [a] de quo hic, vel tempus ar
bitrarium per verbum, quam cito commode. gl. in verbo, in-
terpositione. dicit quod de momento ad momentum. ex quo
infertur quod dies interpositionis computabitur. pro hoc gl.
inducit c. quod ad consulrationem, vbi decem dies ad appel-
landum currunt statim a die prolatæ sententiæ: sed fortius fa
cit, quia regula est vt omne tempus sit continuum, nisi probe-
tur esse vtile, not. gl. ff. de diuer. & temp. præscr. in rub. pro hoc
quod dixi de app. super eo. Idem Pau. & de hoc in Spec. de ap.
§. restat. ver. sed nunquid hoc tempus, & versi. seq. & dicit Pau.
hoc procedere quod fit computatio decem dierum a die latæ
sententię siue sit diffinitiua siue interlocutoria vel habẽs vim
interlocutoriæ. eo. tit. cum dilectus. de re iud. quod ad consul-
tationem. vt si iudex dixit excep. non ob. respondendum esse
libello, vel aliquid pręcepit vel mãdauit, hoc eum habet vim
interlocutoriæ. arg. ff. de arb. qualem, ff. mand. l. 2. C. cõmunia
de leg. l. 2. Si vero cõminatur vel grauat tali grauamine quòd
non habet vim interlocutorię, quia non omnis vox iudicis iu
dicati authoritatem continet, C. de sen. l. ex stipulatione. sem-
per potest appellari, si iudex requisitus grauamen non reuo-
cat. Vnde si iudex assignat locum non tutum & requisitus vs-
que ad mensem nõ reuocat, licite appellatur. Idem si commi
natur nisi coram eo consentiat litigare. de ap. cum cessante. &
dicit Pau. quòd de grauamine extraiudiciali est expeditum,
de ap. concertationi. lib. 6. & illud c. videtur obstare præmissis,
quia ibi dicitur quòd etiam a grauamine extraiudiciali debet
appellari intra 10. dies. Sed dic quod dictum præcedens in eo
quod dixi quòd si vsque ad mensem iudex requisitus non re-
uocat, potest appellari, procedit, quia non videtur pars graua-
ta in effectu ex comminatione, nisi cum apparet quòd iudex
13 persistit, & sic intelligendo est dictum notabile.† Decimono-
b no quęro, quot dies habet mensis? [b] gl. ea. remittit ad ca. quam
sit. eo. ti. lib. 6. vbi tenet gl. quod habet tot dies, quot mensis in
quo incipit, quod tenuit in ca. 3. de sup. negli. pręla. Vicesimo
quæro, quantum tempus datur vltra mensem in eo ꝙ permit
tit post lapsum mensis intimationem fieri quam cito cõmo-
de potest. glo. in verbo, commode. dicit hoc esse arbitrarium.
Idem Pau. ex quo non est diffinitum, ff. de iu. delib. l. 1. de off.
deleg. de causis. de elec. quam sit. & c. cupientes, §. cæterum, de
sup. neg. pręla. si episcopus. de præb. cũ in ecclesiis. eo. lib. inf. de
pęn. cle. vlti. Opp. ad hoc quia datur mensis tantum omnibus
quorum interest ad iter arripiendum a die obiectionis, eo. tit.
c. 1.

ADDITIONES.

a Quomodo computatur mensis. Adde gl. in c. quam sit, de elect. lib. 6. Io. And. & Mod. in c. licet. de sup. negli. præl. Bar. in l. cum bissextus, ff. de verb. sign. Bal. in l. si ante, ff. sol. mat.

b Quot dies habet mensis. Adde in l. cum bissextus, ff. de verb. sign. gl. in c. quã sit. de elect. lib. 6. auth. iubemus, C. de iud. in gl. in verbo, sexaginta, in l. sancimus, C. de iu. delib.

Vin. God. Adde Iac. a Can. in tract. de repræsal. in 3. par. nu. 1. quod habetur in lib. 11. trac. fol. 30.

c. 1. lib. 6. ergo necessarium est ꝙ appellatio sit intra mensem
intimata. non. n. posset iter arripere, qui non esset informatus.
Sol. de intellectu illius c. 1. quando computetur mensis ad iter
arripiendum, fuerunt variæ sententiæ, de quo inf. §. pe. pro gl.
in ver. deuoluta, in prin. & pro gl. id quod ibi dicetur, patet. So
lu. ad hoc, dic ergo verum, ꝙ tempus erit arbitrarium ēt vltra
mensem, pro hoc, quia quandoque non potest vllo mō fieri
intra mensem, finge enim appellantem distare a curia vltra
xxx dies, puta xl. & appellatum esse in curia, nec dimisisse pro-
curatorē in partibus, tunc non arctabitur appellans intra men
sem, ꝙ esset impossibile, sed ad tempus quam cito commode
facere potest, ꝙ intelligo computato mēse, quia non cedit si-
14 bi lucro, ꝙ vidi de facto. † Vigesimoprimo quæro, cum fit
intimatio appellationis, an expensis appellantis, an appellati
fieri debet? glo. in verbo, porrecto. ꝙ expensis appellantis sicut
in libello. quod dic, vt in gl. & idem Pau. de libello. Idem not.
Spe. de libel. obla. in ver. actoris. pro hoc de fi. instru. contingit,
in fi. In contrarium, quia testes producuntur expensis produ-
centis 4. q. 3. §. venturis. de rescr. statutum, in fi. li. 6. Item acto-
rum datur copia expensis petentis. de prob. quoniam contra.
ita ergo hic expensis appellati, ad cuius commodum fit inti-
matio. Item non debemus aggrauare appellantem vltra id qđ
hic exprimitur ne grauetur in pluribus: sed hic non dicitur, ꝙ
suis expensis pro hoc, quia fortealias appellans dimitteret ius
suum indefensum, ne solueret expensas. Ad hoc etiam ff. ex
qui. cau. in pos. ea. l. 2. §. defendi. & quod ibi no. & C. de ero. mil.
anno. l. cum sæpe. li. 12. Item cum quis tenetur alere, sufficit ꝙ
copiam faciat describendi, ff. de eden. l. 1. §. edere. de tab. exhi.
l. 3. arg. de lib. no. exhi. l. 3. §. ait prætor. frater Aluarus, vt refert
Math. tenuit hanc partem, illa ratione, quia intimatio fit
ad commodum appellati, ergo sentiat etiam onus, regula, qui
sentit, li. 6. Genz. idem cōcordando cum opi. dicit, ꝙ aut quæ-
ritur de porrectione, & hoc fit expensis appellantis, quia fit ad
suum commodum, & est eius onus, vt porrigat, vt hic: aut de
copia appellationis porrectæ, & sumetur expensis appellati p
rationes factas. Et hoc dictum vř esse sine intellectu, nam por-
rectio hoc habet, vt porrigatur tenor appellationis, vnde pars
expensarum porrectionis est conscriptio, quia nō posset porri
gi quod nō esset, igitur tenenda est gl. nam regula est, ꝙ copia
fieri debet expensis eius ad cuius commodum fit. pro hoc §.
defendi, præal. & d. l. de erog. mil. anno. cum seq. & C. de statuis
& imagi. l. fi. vbi not. sed hic fit ad commodum appellantis ad
inducendam deuolutionem ad curiam, ergo eius expensis. Vi
cesimosecundo quæro, quid si eligit appellans non porrigere
tenorem, sed perlegere, quo casu tenetur facere copiam si pe-
titur, an tunc idem vt expensis suis faciet. vř ꝙ non, vt hoc ca-
su qui petit præstet expensas. Item cum sit differentia inter ca
sum, quo fit porrectio, & casum quo tenor perlegitur. Pan. ta-
men ēt hoc casu tenet idem vt appellans det copiā suis expen
sis. nam ipse notarius non tenetur scribere gratis, quia non dēt
suis stipendiis militare. de rescri. cum ex officii, quę ratio non
sufficit. sed pro hoc quod no. Spe. de instr. edi. §. videndum. ver
si. & no. quod placet per tex. ibi, mō consimili, qui probat ꝙ si-
cut cum fit porrectio, fit expensis appellantis, ita & cum perle
gitur tenor, & tunc dico, ꝙ non est differentia an fiat porre-
ctio, an perlegatur, quia hoc vltimo casu non datur copia nisi
15 petitū fuerit. † Vicesimotertio quæro, qđ si facta porrectione
appellatus eam nō acceptat. dic ꝙ sibi imputabitur, ex quo nō
stetit per appellantem, & propterea cautus aduocatus cum du
bitat aduersarium appellasse, debet informare clientulum, vt
omnē scripturam porrectam ab aduersario recipiat. vidi. n. ali-
qñ, ꝙ noluit recipere, & tunc est sibi magnum pręiudiciū, qa
16 cā deuoluitur, & non scit super quo. † Vicesimoquarto quæ-
ro, vbi & qūo debet peti copia pręmissa. dico ꝙ loco & tēpore
competenti, alias non pręiudicatur non danti, eo. ti. cum in ve
teri, de app. vt super. & c. ab eo. li. 6. vtile autem est, vt dicit gl. in
ver. petita. ꝙ de petitione conficiatur instrumentum. Et ppea
cautum est appellato cum sentit aduersariū appellasse, & p eū
fit sibi intimatio, quia regulariter ducit appellans notarium
17 vt roget eum de hac petitione. † Vicesimoquinto quæro, in-
tra quantum tempus debet dari copia petita. dicit Pau. quam
cito commode fieri pōt, & ꝙ non tenetur statim dare, quia
non tenetur venire cum sacco paratus. ff. de sol. l. ꝙ dicitius. ꝙ
procedit in vltimo casu, qñ perlegitur tenor, sed non in præce
18 denti, quando porrigitur. Vicesimosexto quæro, † quia debet
esse scriptura authentica, vt hic, quid requiritur vt sit authen-
tica. gl. in verbo, auth. remittit ad ca. post cessionem. quod dic
vt ibi plenissime dixi, & quo ad hunc tex. puto sufficere literas
sigillatas sigillo authentico, ēt sine inscriptione testium, prout
sentit etiā hęc gl. Sed rationem dic, quia iste est casus, in quo
non requiritur probatio necessario concludens, sed sufficit p̄-
sumptiua, cum appellatio hoc casu habeat vim citationis ad
curiam, & in citatione ad hoc vt arctetur citatus ad veniēdū,
sufficit ꝙ constet de ipsa præsumptione ipsi citato, sicut suffi-
cit ꝙ mittatur copia delegationis, vt no. de dila. c. 2. Sed in ca-
su, in quo requiritur probatio necessario concludens, non suf-
ficit sigillum authenticum sine inscriptione testium. probat
c. 2. de fide instr. ꝙ comparat scripturam cum sigillo authenti-
co publico instrumento, tunc tantum quādo habet testes in-
scriptos ad instar instrumenti. Itē & si habeat testes inscriptos,
dic ꝙ habet vim publici instrumenti tantum in his ad quę de-
putatum est sigillum, per c. significauit, de app. quę declara per
19 ea quę dixi in c. post cessionē. † Vicesimoseptimo quæro, nūquid sicut ītimatio fieri debet appellato, ita & iudici, a quo ap
pellatur. videtur quod sic per id quod dixi supra in vltimo cō-
trario. Item quia si non intimetur, iudex a quo, non impedi-
tur procedere. de app. si duobus. In contrarium, quia hoc non
est iure cautum. Item si hoc fieri debet, hoc maxime procede-
ret quando appellatur in absentia iudicis, vt in casu c. si. de ap-
pell. nam si appellatur in iudicis præsentia vt regulariter fieri
debet, intimatio non est necessaria, cum per interpositionem
sibi intimetur, sicut nec intimatur appellatio cum in eius præ
sentia vel procuratoris specialis eius interponitur vt hic. sed
hoc dici nequit: quia ex culpa iudicis venit, qui non facit sui
copiam vt liceat appellari eo absente. Item iudex debet scire
an grauauerit. de app. si a iudice. li. 6. Sol. Genze. & Mat. tenent
vltimam partem, quæ placet eo casu, quo ex iudicis culpa in
eius absentia appellatur: sed si sine eius culpa vt cōtingere pos
set, puta quia aduersarius detinet iudicem in vinculis, videre-
tur secus dicendum: tamen quia causam deuolui non concer
nit iudicis præiudicium, sed tantum appellati, indistincte puto
quod propter intimationem non factam iudici non impedi-
tur deuolutio, sed tenebit processus iudicis ignorantis appella-
tionem sine sua culpa. d. c. si duobus. & secundum hoc intelli-
ge quod dixi in vltimo contrario.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatus si abest, nec inueniri potest, qualiter & vbi fit intimatio appellationis.*
2 *Clericus beneficiatus potest habere domicilium alibi quam in ecclesia, & an tale domicilium debeat attendi.*
3 *Ecclesia, & beneficium, quomodo differunt.*
4 *Appellatus quando dicatur abesse.*
5 *Appellatus si habet duplicē domum, an in vtraque debeat fieri intimatio appellationis.*
6 *Esse in remotis quando quis dicatur.*
7 *Intimatio cum dicatur fieri debere in ecclesia, an sufficiat quod fiat in cimiterio vel claustro &c.*
8 *Quid si beneficium de quo est quæstio, sit in campis & loco solitario.*

1 § Quod si forsan. † Si appellatus abest, nec inue-
nitur eius specialis p̄curator,
ad domum habitationis appellati, vel si est in remotis in eccle
sia cathedrali sub qua est beneficium de quo agitur, & vtroq;
casu in ipso beneficio est appellatio intimanda, & copia mō
in pręcedenti responso expressa, est facienda. No. ꝙ attenditur
habitatio, & sic non refert an domus sit sua, an aliena, vt dicit
glo. etiam. attenditur tamen non quæcunque habitatio, sed
communis, quod dic vt in gl. in verbo, communiter. Secundo
no. ex remotione locorum induci ius diuersum. de quo in gl.
2 in ver. remotus, & infra. in 3. contra no. † Tertio not. ꝙ etiam
beneficiatus potest habere alibi quam in ecclesia domiciliū,
& illud debet attendi cum citatur, probat tex. qui considerat
domum habitationis, cum tamen ageretur de beneficio vel
ecclesia. de quo inf. in 4. contra no. Quarto no. ꝙ omnes de dię
cesi vel ciuitate censentur parochiani ecclesiæ cathedralis in
eo ꝙ hic permittitur certo casu in ecclesia cathedrali citatio-
nem fieri. pro hoc de offic. archi. officium. 13. q. 2. vbicunque.
permittitur autem hoc propter maiorem populi frequētiam,
quę ad ecclesiam cathedralem solet confluere, ar. de conse. di.
1. & hoc. ne præ. ui. cum de diuersis. lib. 6. Et dř cathedralis ob
honorem episcopalis cathedræ cuius occasione recipitur ca-
thedraticum. 10. q. 3. illud. de offi. or. conquerente. de dona. pa-
3 storalis. † Quinto no. ꝙ aliud est ecclesia, aliud est beneficium,
probat alternatiua, vel, ibi vel beneficio, quæ debet cadere in-
ter diuersa sicut & copula, &, vt no. gl. in rub. ff. de itt. & fac. ig.
dicitur autē ecclesia multis modis, vt no. ne præ. vi. suas. quere
lam. de ver. sig. cum olim. 7. q. 1. scire. beneficium autem potest
accipi tribus modis. Primo large pro omni eo quod gratis tri-
buit, & hic dicimus ꝙ beneficium dēt large interpretari & vt
sit māsurū & iuuet cū cui tribuitur. de cōmo. c. vnico. de do. cū
dilectus.

dilectus. regula, decret. lib. 6. Dicitur secundo stricte pro prebenda beneficiali et si in ecclesia non sit distinctus numerus, vt in casu c. ex parte. de concess. præben. Dr tertio strictius pro titulo beneficii ecclesiastici per se distincti, sic accipitur in regula, beneficium. li. 6. pro hoc 1. q. 4. ex mulris. vltra medium. ver. quia propter. vbi accipitur pro canonicatu & præbenda. quo ad casum nostrum sumitur beneficium secūdo & tertio mō, tamē quia iste terminus per se non infert nomen rectoriæ, iō adiecit de ecclesia. pro hoc de præben. c. fi. Op. q in domo appellati non possit fieri intimatio, quia fieret sibi iniuria ingrediēdo domum eo inuito. l. plerique. & l. se. ff. de in ius vo. Sol. vt in gl. in ver. domo. & idem Pau. & de hoc in Spe. de citatione. §. seq. ver. sed an reo. Secundo op. q ēt si fiat in domo, non arctet appellatum, nam par in parem non habet imperium. de elec. innotuit. Solu. q arctetur appellatus ad eundum ad curiā, prout dr in c. 1. eo. ti. li. 6. hoc operatur authoritas illius c. & istius, sm Lau. Tertio opp. q ex remotione non debeat induci ius diuersum. C. de temp. in integ. rest. l. superuacuam. So. hæc procedit in arbitrariis sm Genz. secus vbi statuitur certum tps quod reputauit legislator ad omnia sufficere vt in ꝯtio, pro hoc quod no. de rest. in integ. cum ex literis. io gl. pe. Quarto opp. q nō sit opus intimare in domo habitationis, sed sufficit in beneficio de quo agitur, quia ibi dr clericus habere domiciliū. de rescri. dilectus. 3. de fo. compe. postulasti. de priuil. ex ore. & quod ibi no. Inn. pro hoc quod no. Inn. de eo qui mit. io pos. c. fin. sol. vt dixi in c. fi. quia illud procedit qñ agit ecclesia ꝯ beneficiatum, secus si alius. Item non semper est verum q beneficiatus hēat domicilium in beneficio, sed distinguitur, vt no. in d. c. ex ore. vnde qñ constat de habitatione clerici quam facit alibi quam in beneficio, potius ibi dr habere domicilium, vt hic. vel dic q hæc est forma specialis cui stare oportet, prout iacet, precedēs
4 tamen solutio est verior, licet ēt hoc posset tolerari. † Quæro quia dicit abesse, qñ dr appellatus abesse? vr q sit arbitrarium per id quod dicit gl. in ver. in remotis. ex quo nō est iure determinatum. ff. de iu. delibe. l. 1. de offi. deleg. de causis. & strictius de ver. obl. l. continuus. & per no. in c. cupientes. sup. eo. in ꝯtrū q debeat dici abesse qui est extra prouinciam, & non alio mō. de dolo. causam. & c. cum olim. ad fi. qui ma. ac. pos. c. 1. 4. q. 2. quisquis. vel saltem oporteat q absit per duas dietas. de rescri. nonnulli. inf. de fo. compe. cle. quamuis. aliis ēt modis dr quis abesse sicut ēt per ꝯtrium præsens dr multis modis. ff. de procu. l. si præsens. q dico de testi. c. causam. Sol. quo ad casum nostrū dicit Pau. appellatum abesse cum non apparet in ciuitate, castro vel villa, vbi habitare consueuit, vel in loco illi vicino, vel in loco vbi iudicium exercetur, licet in alio loco remoto publice appareat. ff. de dam. infe. l. 4. §. abesse. Nam naturaliter abest qui non est in loco. ff. de verb. sig. l. absentem. Mat. & Gen. intelligunt abesse eum qui est extra ciuitatem & diœcesim, vbi facta est electio, postulatio, & prouisio, qa ibi debet causa inquiri. de elec. postquam. & c. scriptum. vet. verum, in fi. eo. ti. c. fi. li. 6. 22. dist. illud 24. q. 1. pudenda. dic q hoc dubium deciditur per ea quæ dixi de eo qui mi. in pos. c. fi. vbi per c. causam. & c. cum olim. de dol. dixi posse defendi de iure canonico quo ad effectum, vt procedi possit ad diffinitiuam, nec alias potest citari ad domum: sed ad effectum procedendi ad missionem in possessionem, dixi sufficere q a ciuitate, vbi iudiciū agitur, absit, per auth. de exhi. reis. §. si vero quidam. quod plene prosequere, vt ibi dixi. At in casu nostro appellatio legitime intimata citat appellatum ad effectum procedendi, per ca. 1. eo. tit. & eod. lib. ergo requiritur q absit a prouincia, pro quo est ratio, quia agitur de magno præiudicio. tamen vt dixi, in d. c. fi. sufficit q fiat perquisitio in loco vbi consueuit cōmorari. de foro compe. ex parte. ibi, cōsueuerit cōmorari &c. & si non inuenitur ibi, censetur absens, q est verius. Secundo quæro qualiter iste §. dēt intelligi vt subordinetur præcedenti responso. Solu. sensus est vt per præcedens rñsum primo intimetur appellatio dño vel procuratori speciali, sed si hoc fieri nequit pp absentiā dñi qui non dimisit procuratorem, vel si dimisit, nō tñ inuenitur, tunc fiat in domo habitationis appellati, si nō est remota: sed si est remota, fiat in ecclesia cathedrali sub qua est beneficium de quo agitur, & vtroque casu fiat in beneficio de quo agitur, i. tam in casu in quo fit ad domum habitationis, quā in casu quo fit in ecclesia cathedrali. pro hoc gl. in versi. vtroque casu. & dicit Pau. q hunc ordinem turbare non pōt pars, alias nō tenet appellatio. arg. de rescr. cum dilecta. de resti. spo. Pisanis. inducit simile in citatione, quia patet, imo citatur principalis si inuenitur. secundo si nō inuenitur, citatur procurator si quem dimisit. tertio fit citatio ad domum si procuratorem nō dimisit, & requiruntur consanguinei & noti. Tertio quæro, nemine veniente proceditur contra eum tanquam contra contumacem. C. de anna. excep. l. vt perfectius. §. si autem. de dolo, causam. & c. fin. ex his videretur q cum principalis facit sui copiam debeat semper personaliter citari, nec sufficit citatio ad domum. quod tenet Host. in d. c. causam. pro hoc quod no. Spe. de citatione. §. sequitur. versi. sed nunquid. sufficit. dicit tamen Pau. q vbi vir agit cōtra vxorem, vel ecclesia ꝯ prælatum, sufficit citatio ad domum, vt no. Innoc. de eo qui mit. in pos. c. fi. & dic vt ibi dixi. In quo ēt c. dicit Host. q vtile est q cautele premissæ obseruentur, vt citetur ad domum, & in ecclesia in qua est beneficiatus, vel cuius est parochianus præsente populo, & consanguinei & vicini admoneantur vt eum defendant. arg. ff. de inst. l. sed & populus de clan. despon. c. fi. qui ma. ac. poss. c. fi. de sen. exc. sacro. Pet. tamen & Cyn. C. de bo. anth. iud. pos. cum proponas. dicunt citationem amicorum nō esse de necessitate nisi cum procederet ꝯ minorem. Pau. de hoc vl
5 timo dicit melius, vt dico inf. de iud. cle. 1. q. 6. † Quarto quæro, si appellatus habet duplicem domum habitationis, vr q in
a vtraque debeat intimatio[a] fieri per iura quæ allegat gl. in ver. cōiter. sic enim & alias fit in c. cum quis. de sepul. lib. 6. vbi fit diuisio canonice funeralium inter ecclesias vtriusque domicilij. dic contra quod sufficit in altera domorum fieri, vt dicit ea. gl. & Pau. licet dicat tutius q fiat in vtraque, hæc procedūt cum æqualiter habitat in vtraque, secus si non æqualiter, quia tunc fiet vbi magis habitare cōsueuit, vt in gl. & idē Pau. qui dicit quod fiet in loco vbi tunc habitare consueuit, & ad cap. cum quis, respondet Pau. q loquitur quando tractamus de iure ipsorum domiciliorum: sed hic non tractamus de aliquo iure dando vel quærendo ipsis domiciliis, sed de appellatione deducenda ad notitiam appellati, q potest fieri in vno loco sicut in pluribus. vel dic formalius q quotcunque domicilia qs habeat, illa censentur pro vno quo ad ea quę cōcernunt personam, sed quo ad alios effectus, vt quo ad diuidendam canonicam, vel quo ad soluendum onera municipii, non, vt in ca. cum quis. Quinto quæro, quid de nō habente habitationem,
b qui dicitur vagabundus,[b] vt dixi in ca. fi. de eo qui mit. in poss. dic q citabitur prout ille qui habet habitationem in remotis, secūdum Pau. quod placet, quia habitatio quę est in remotis,
6 habetur pro nō habitatione, vt probat litera. † Sexto quęro, quando dicitur esse in remotis. dic vt in gl. in versi. in remotis,
7 in fi. quod est arbitrarium, q tenet Pau. & alii. † Septimo quęro, cum debet fieri intimatio in ecclesia cathedrali, nunquid sufficit q in cęmiterio vel claustro, vel intra septa ecclesię. videtur q sic, quia continentia ędificia cēsentur vnum cum eo cui cohærent. ff. de ver. sig. l. 2. & l. ędificia. & l. qui in continentibus. pro hoc 17. q. 4. si quis contumax. de consec. eccle. vel al. c. vnico. in prin. li. 6. de sen. excom. si ciuitas. eo. lib. & quod not. de priu. c. 1. eod. lib. Pau. dicit quod si potest intrare ecclesiam, non sufficit, qa stricte sumpto vocabulo id quod cohęret, non est idem cum eo cui adhæret. d. c. si ciuitas, a cōtrario. pro hoc diuersitatis ratio, quia in ecclesia cathedrali cōsueuit esse magnus populi concursus, ex quo facile poterit appellatio deduci ad notitiam appellati, quod sic nō contingit in cæmiterio, & aliis continentibus ędificiis quæ sępe sunt loca solitaria & occulta, quod placet: tamen præsupposito q posset audiri in ecclesia, satisfactum esset menti huius c. & cessaret ratio con-
8 traria. † Octauo quęro, si beneficium de quo agitur, est in campis & loco solitario. gl. dicit in verbo, beneficio, q nihilominus ibi fiet, pro quo est ratio, quia est quid imputetur appellato, qui non tenuit aliquem in beneficio qui posset nunciare. per hoc infert Pau. q hæc cle. procedit tantum in appellatione interposita in causa beneficiali, non in alia causa reali vel personali, quia tunc nullo mō posset fieri hęc intimatio, quod dictū procedit, sed non per illam rationem, sed per aliam, quia in principio hæc clem. se restringit ad causas beneficiales, ad quas etiam restringitur per c. 1. eo. tit. lib. 6. quod hæc interpretatur, alias tamen etiam in causis non beneficialibus cum agitur reali, citatur reus appensa citatione in ędibus etiam campestribus, vel ad prędium. l. 4. §. abesse. ff. de damn. infec. & quod ibi no. & quod dixi in pręall. c. fi. de eo qui mit. in poss.

ADDITIONES.

a Intimatio. Adde gl in ver. singulares. in c. bonæ. el 1. de ele. glo. in c. si capitulo. de conces. præben. lib. 6.
Vin. Go. Vide de hac intimatione per Bonincont. in trac. de app. §. 1. nume. 7. quod habetur in lib. 8. trac. fol. 235. & per eundem in eodem trac. & lib. fol. 238. §. 4. nu. 1.
b Qui dicitur vagabundus. Adde tex. & glo. in l. 4. ff. de dam. infecto. & ibi Barto. circa fin. text. cum gloss. in l. si tutor constitutus. ff. de admini. tuto. glo. in l. eius qui. §. fin. ff. ad munic. Barto. in l. secunda. C. vbi de crim. agi oportet. Specu. in tit. de compe. iud. in §. primo, versi. 40. Io. de Ana. in c. i. de tap. in 1. col.
Vinc. God. Adde de ista materia vbi vagabundus citari debeat, & quis dicatur vagabundus, per Petr. a Biaxio, in tractatu Directorium electionum. quod habetur in libro octauo trac. fol. 22. capitulo 29. per totum illud capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio appellationis si non potest fieri sub forma a iure requisita propter metum vel potentiam aduersarij, qualiter fieri possit vel debeat.*
2 *Sui, quantum ad intellectum cle. causam. de elec. qui dicantur esse.*
3 *Vt praefertur, verbum quid significet.*
4 *Metus vel potentia aduersarij si impedit appellantem ad intimandum appellationem, non tamen impedit eius procuratorem, quid iuris.*
5 *Intimatio si potest fieri procuratori appellati, sed nō domino, quid, vide.*
6 *Locus publicus, quis dicatur.*
7 *Solennitas quae requiritur in intimatione appellationis.*
8 *Et quis debet talem solennitatem probare.*

1 Verum. Si propter metum vel potentiam appellati vel suorum nō pōt intimatio fieri sub forma praemissa, sufficit ꝙ fiat solēniter in loco publico, de quo ad appellatum vel procuratorem possit verisimiliter peruenire. & latis tex. sc summat. Nota ꝙ inspicitur verisimilitudo. concordantiae sunt in gl. fi. Et dicit Lau. & Gen. ꝙ ēt est arbitrarium an potuerit verisimiliter peruenire, arbitrabitur aūt iudex ex coniectutis; de quib. inf. q. 9. Secundo no. ꝙ metus non excusat simpliciter ab intimatione, quin debeat fieri in alio loco. Sed si cōtingat ꝙ metus sit tantus ꝙ quis non audeat facere ēt in alio loco, videretur appellantem excusari intimatione. arg. eius ꝙ no. de app. c. fi. vbi si pp metum quis non audet appellare nec protestari, excusatur, ēt si nō protestetur, vt sentit ibi Io. And. & hoc aequum, cum tutius sit tenere ꝙ appellatio non deuoluat, vt in §. seq. & maxime quia in hoc ꝙ appellatio deuoluat, appellans certat de lucro, vt inf. q. 1. vnde debet stare verbis huius literę. & §. seq. Opp. in eo quod dicit metum. non. n. sufficit quilibet metus, ꝙ met. cau. cum dilecti. Sol. vt in glo. 1. ꝙ debet intelligi de iusto. Secundo opp. ꝙ sit inculcatio & superfluitas in eo quod dicit metum vel potentiam, ꝯ id quod habetur supra. in proemio Greg. Sol. ſm Lau. metus pōt respicere timorem de longinquo, quasi tenens mentē, potentia de proximo, ita ꝙ statim immineat impressio. & de potentia est simile de rescr. statutum. §. cum vero. lib. 6. de re iud. cle. pastoralis. ver. Pisana. quae dr̄ia non procedit, nam metus cum sit iustus debet esse praesens. l. metum. ff. ꝙ met. causa. vnde Lau. forte de hoc dubitans stat ꝯrio dicens ꝙ idem sonant metus & potentia. arg. c. 1. ꝙ met. cau. quod non placet, quia late differunt. probat hoc diuersitas rubricarū. C. ne lice. poten. & C. quod met. cau. Item diuersitas vocabulorum. pro hoc C. de codic. l. si idem. Item vt haec vocabula sint hic cum ministerio. ff. de leg. 1. l. si qn̄. de priui. si Papa. lib. 6. intelligo igitur prout iacet, & dico ꝙ potentia sapit vim praecisam, metus vim compulsiuam. pro hoc de his quae vi met. cau. facris. & ꝙ stent vt distincta, sentit Pau. qui dicit verbum suorum, posse respicere verbum potentiam, & tūc litera est plana. sed si refertur ad verbum metum, subaudit maxime, quia idem non suorum. si. n. habet inimicitias capitales de quibus merito perhorrescit, licet nō sint consanguinei, vel amici appellati, tamē habet locum tex. si metus est cōis domino & procuratori, ſm no. eo. ti. bonae. 1. sed si metus non cōis est procuratori, plane stat litera. ſm hoc dictū nō
2 est bene clarum, sed declarabo inf. q. seq. † Quaero, qui dicūtur
a sui,[a] quantum ad hunc tex. Genz. intelligit suos, omnes fauentes in hac parte, licet alibi aliter sumatur. C ad Turp. l. si qualias si foemina. de testi. de caetero. Pan. in dicto loco recitato in pcedēti ꝯrio potest intelligi sentire idem. potest ēt intelligi vt sentiat aliter, dictum tamen eius intelligo sic vt dicere velit, ꝙ qn̄ incurritur metus, nō refert per quem causetur, ēt si fiat per personam quę non facit vt faueat appellato, vt si appellās hēt inimicitias capitales in loco ex alia cā. sed quatenus dicit de potentia, tunc vult Pan. ꝙ expediat vt causetur ab appellato, vel a suis. i. volentibus appellato fauere. haec tamen distinctio Pau. non procedit, cum tex. coniunctim ponat de metu vel potentia. Item nulla subest diuersitatis ratio. Insuper id quod dicit, ꝙ si metus non est cōis domino & procuratori, non esse locū huic textui. an hoc sit verum, dico inf. in q. Item subest identitas rationis in metu & in potentia, quare nulla facta distinctione intelligo tex. coniunctim prout iacet, & dico verum esse ꝙ id quod dicit suorum, concernit omnes suos qui hoc faciunt vt faueant appellato. de test. cōstitutis. 1. per quem tex. dico ꝙ omnes sui per quorum potentiam vel metum impeditur appellās, videtur hoc facere fauore appellati, nisi hoc prohibeat, secus si prohiberet. de simonia. sicut. de homi. Petrus. Opp. ad hoc ꝙ non sit cutandum an fauore vel contemplatione appellati fiat impedimentum. sufficit enim ꝙ subest, dum tamē non ex culpa appellantis qui sine culpa puniri non debet, regula, sine culpa. lib. 6. Sol. hoc contrariū quod reddit intellectum tex. valde ambiguum, nemo tangit. propterea instando latius, confirmo contrarium, quia de iure cōi permittitur grauato vt appellet ēt extra iudicium, de app. cum sit. & c. bonae. fouet ergo appellans causam fauorabilem, ergo late intelligatur haec dispositio. Item ex quo per eum non stat, sibi non imputetur. sufficit enim ꝙ facit ꝙ in eo est, vt quia publicat in loco publico, prout hic dr̄. In contrarium est, quia appellans certat de lucro captando, vt appellatio causam deuoluat; appellatus de damno vitando, an frustra vexetur, seu saltem non de lucro. & non est par ratio, damna euitare & lucra nō capere. C. de codicil. l. fi. Secundo ad idem, quia standum est verbis claris & apertis. 6. q. 3. scriptum. sed hic solum ꝓuidetur qn̄ propter metum vel potentiam appellati vel suorum, ergo secus qn̄ aliunde surgit impedimentum. Tertio quia posset surgere magnū incommodum appellato sine sua culpa vel causa, vt si appellatio non perueniret ad suam notitiam, & tamen deuolueret. Quarto quia dato ꝙ appellans non habet remedium appellationis, remanet sibi firmum remedium ordinarium vt citari faciat appellatum coram iudice competenti. & isti vltimę parti adhaereo per rationes suas, ex quib. patet sol. ad rationes con
3 trarias. † Secundo quęro de intellectu verbi, vt praefertur. Sol. vt in gl. 2. vsque ibi, si autem dn̄s. cuius est sensus quod ad hoc vt sit locus huic §. expedit ꝙ intimatio non possit fieri ſm formam positam in hac cle. in prin. & in §. ꝙ si. ex hac glo. cū tex. no. ꝙ debet fieri relatio nō tātum ad proxima, sed ēt ad remota, etiam si sint sub diuersis particulis seu §. quod procedit qn̄ subest necessitudo vel identitas. de app. secundo requiris. hoc autem operatur necessitudo rationis hic, quia iste §. cum sua forma venit in subsidium. est ergo necessarium ꝙ neutra de
4 duabus formis praemissis obseruari possit. † Tertio quaero circa hoc, quid si metus vel potentia appellati vel suorum impedit appellantem, sed non impediret eius procuratorem, quin posset ad locum tutum accedere. gl. 2. in ver. si autem. dicit nō locum esse huic §. per rationem. de qua in seq. q. In cōtrarium, quia non debet quis cogi vt constituat procuratorem. de procu. c. 2. est enim quid imputetur appellato, si ex eius causa impeditur dominus tute accedere, ergo fit locus huic §. quod tenet Genze. arg. l. 1. §. sed & si quis. ff. quod vi aut clam. ne vis fiat ei. l. fi. de no. ope. nun. l. prętor. §. si quis paratus. ver. hoc. ne appellatus ex sua malitia commodum reportet. de iudic. intelleximus. Lau. vr̄ idem tenere, sed non persistit, & tandem tenet cū gl. ꝙ hic subest fauor reipublicae ne beneficia ecclesiastica vacēt. pro hoc supra eo. cum inter vniuersas. & c. ne pro defectu. quę ratio plus debet attendi quam malitia appellati. extra hūc casum dicit forte secus. quasi tūc velit veram esse opinionem Genze. arg. de ap. ex parte. & quod ibi no. sed Genze. improbat hanc rationem vacationis pp magnum praeiudicium quod fit appellanti instituendo procuratorem. Item quia satis arctatur per hunc §. appellans ad intimandum solenniter & in loco publico. dic gl. veriorem per rationem quam tangit, ꝙ declaro in seq. q. Quarto quęro, quid econuerso si dominus potest ire personaliter & non per procuratorem. glo. ea. dicit idem, s. non esse locum huic §. sed ꝙ intimatio debet fieri ad domum prudentius dixisset ſm alteram de formis duabus praemissis. dicit autem gl. ꝙ determinatio huius quęstionis & etiam pre
b cedentis probatur per verbum, vt pręfertur,[b] quod est subtile videre. Sed intellige hoc mō, dicit tex. si non potest fieri intimatio vt praefertur, i. ſm alteram de duabus pręmissis formis, quia sic debet referri vt dixi sup. q. 1. at in prima forma potitur ꝙ fiat intimatio per dn̄m vel procuratorem specialem, & ꝙ fiat appellato vel procuratori speciali. in secunda ēt oportet ꝙ fiat per dominum vel procuratorem specialem ad domum appellati &c. vt in §. ꝙ si forsan. vt fit locus huic §. expedit ꝙ nullo praedictorum mōrum fieri possit. & tunc responde ad rationem Genze. positam in pręcedenti qōne, ꝙ appellans nō arctatur cōstituere procuratorem, sed si vult vti remedio appellationis vt deuoluat cām, cogitur seruare quod hic disponitur, & sic nō praecise, sed cātiue cōpellitur, & ad suum cōmodum. posset. n. omittere si vellet, exemplum tamen raro cōtingit in facto ꝙ dn̄s possit per se ire & non per procuratorē, sed econuerso facile contingere pōt. pro praedictis est, quia maximus est rigor, qui ponitur in hoc §. verum. ꝙ appellatio alibi intimata citet appellatum, ergo solum in subsidiū est ad hanc formam recurrendum, quod expresse voluit tex. declarādo vt sup.

ADDITIONES.

a Qui dicuntur sui. Adde gl. fi. in c. studeat. 1. distin. Bart. in l. si ita. §. ea lege. de verb. oblig.
Vinc. God. Adde, sui qui dicantur & quod suum non semper denotet dominium. Soc. in consi. 92. circa 1. ver. 2. li. 1. Fel. in c. 1. col. 5. de spons.
b Vt praefertur. Adde gl. fi. in c. a nobis. de simo. gl. in cle. ne in agro. in §. Abba. de statu regu. Car. Ale. in c. saepe. in notab libus. 30. dist.
Vinc. God. De hoc per Fel. in c. cum Ioannes, de fi. instr.

5 s.ea.q.† Quinto quæro, quid si potest fieri intimatio procura-
tori appellati, sed non domino. dicit Lau. ꝙ sufficit, & impu-
tet sibi appellatus, qui ex culpa sua est absens: nam habetur
pro præsente in suum præiudiciũ. de app. si iustus. hoc proba-
tur ex principio c. quia sufficit, ꝙ fiat procuratori speciali. &
in §. ꝙ si. Et pro hoc dico idem ex parte appellati in duabus
præcedenti. quæstionibus, vt sine posset fieri intimatio appel-
lato, & non procuratori, siue econuerso procuratori nõ appel
lato, non est locus huic §. per superius dicta. Sexto quæro, an
cum sit intimatio sm hunc. §. expediat, ꝙ fiat in locis pluribus.
glo. in ver. loco. dicit ꝙ non, per hunc tex. vult dicere, ꝙ vtitur
verbo singularis numeri, pro hoc regula, pluralis. cũ sua ma-
6 teria, lib. 6. † Septimo quæro, quia dicit publico, quis dicatur
a locus publicus. [a] gl. in vers. solenniter, respondet dando exem-
pla. Pau. dicit hoc arbitrarium. Idem Genze. & in eo ꝙ gl. p lo
co publico exemplificat de missa populosa, vel sermonibus, p
hoc de foro compe. cle. vni. §. si vero. & quod ibi no. gl. quid si.
de reli. & vene. san. cle. si dominum. in fi. Et dicit Paul. ꝙ sic de-
bet intelligi, quod no. Inn. & Host. eo. tit. ca. 1. lib. 6. in eo quod
dicunt ꝙ appellatio publice emissa arctat ignorantes. & intel-
ligitur publice. i. in actu populoso. vel debet intelligi ꝙ arctet
ignorantes, non appellatum, sed alios quorum interest. & idẽ
no. j. §. seq. in gl. quod ergo. in princ. Octauo quæro, quare vo-
luit fieri in loco publico. & responde, vt in gl. in ver. publico, &
7 idem omnes. † Nono quæro, quæ solennitas requiritur in eo
quod dicit, solenniter. dic, ꝙ est arbitrarium, sed modus arbi-
trandi est, vt iudex videat ex coniecturis, an sit verisimile, ꝙ po
terit peruenire ad notitiam appellati. Et pro vna de coniectu-
ris ponit gl. in ver. solenniter. ꝙ fiat in loco viciniori. dicit etiã
Genze. ꝙ versatur in hoc solennitas, vt fiat alta voce, & distin-
cte sic, ꝙ ab astantibus possit intelligi, arg. qui ma: ac. pos. c. fin.
ff. de insti. sed & si. §. proscribere. & iuxta idioma & capacitatẽ
8 astantium. arg. q. 8. t. oportet, ff. de his quæ in testa. delen. l. 1. †
Decimo quæro, cui incumbit onus probandi solennitatem ta
lem. Dicit Lau. & Genze. ꝙ appellanti, Inst. de fideius. §. 1. ff. de
proba. l. ei qui. eo. tit. vt circa. lib. 6. & est rõ, quia hæc est solẽni-
tas extrinseca quæ non præsumitur dictis iuribus. & ff. de pub.
l. quæcunq;. §. fi. de verb. obl. sciendũ qd no. Inno. de eo qui sut.
or. recc. innotuit, & ꝙ dixi de testi. significauit, & c. Alber. & de
re iud. sicut. Vndecimo quærunt aliqui, an possit fieri intima-
tio procuratori reuocato, & quomodo oporteat de reuocatio
ne cõstare, ad primũ dic, ꝙ nõ, si est legitime reuocatus, per ca.
ex parte decani. de rescrip. ad secundũ dic plene, vt dixi in d. c.

A D D I T I O.

a Quis dicatur locus publicus. Adde Spec. in tit. de sent. in §. 5. ver. item quod
sententia est nulla. Bart. in l. 1. §. summa. ff. de his qui deiece. vel effu.
Vin. God. Adde ꝙ loca dicuntur publica duobus modis. Ioan. Balb. in tract.
de præsc. §. his ita præmissis. in 6. casu nu. 4. Quod habeẽ in li. 3. tract. fo. 79.

S V M M A R I V M.

1 *Intimatio non valet si non seruentur formæ super his requisitæ.*
2 *Et an talis intimatio requiratur in electionibus cathedralium ecclesia-
rum, vel regularium, deuolutis ad curiam per appellantem.*
3 *Intimatio si non sit facta solenniter, an appellatio sit nulla.*
4 *Et an sufficiat peruenisse notitiam ad specialem procuratorẽ appellati.*
5 *Notitia plena & certa quæ dicatur.*
6 *Et qualiter notitia probari possit.*
7 *Et quid si notitia appellationis peruenit ad appellatum post mensem.*
8 *Et an appellatus contumax in non veniendo cui facta fuit intimatio,
poterit postea appellare à definitiua.*
9 *Et quid in contumace, qui venit post terminum peremptorium datum
ad articulandum, si iam ad instantiam alterius partis fuit commissa
receptio testium, an sit audiendus.*

1 §. Intimatio. † Non seruatis premissis, intimatio nõ
valet, nec causa deuoluitur, nisi aliun-
de plena & certa notitia appellationis ad appellatum deuene-
rit. Oppono, ꝙ appellatio non intimata deuoluat causam, per
id quod no. Inn. in cap. 1. eo. tit. lib. 6. vbi dicit, ꝙ appellatio ar-
ctat ignorantes, ex quo fuit publice emissa, & ꝙ terminus de
quo in d. c. currit a die appellationis. Sol. vt in gl. in ver. deuolu
ta. vsque ad vers. & hæc omnia. & idem Paul. vt dixi s. §. proxi.
2 in q. 8. † Quæro, nunquid in electionibus cathedralium, & re-
gularium ecclesiarum, deuolutis ad curiam per appellantem,
procedat hæc dispositio, vt requiratur intimationem fieri in
forma hic expressa. gl. ea. in ver. & hæc omnia. vsque ad ver. &
no. ꝙ licet. tenet ꝙ sic, arguẽdo a fortiori, quod dic, vt no. in ea
dẽ. idẽ Pau. vt dixi s. in prin. q. 5. Opp. ad hoc, quia hæc vr quæ-
stio superflua per §. sequentem, qui gñaliter dicit hanc formã
seruandam in omnibus casibus in quibus requiritur intima-
tio. Sol. de intellectu §. illius dicetur in 2. q. quia non indistincte
procederet. adhuc stat quæstio glo. quia dubitare poterant, an
expediret intimationem fieri: præsupposito vero ꝙ expediat,
3 procedit. §. sequens, & tunc seruetur hæc sollennitas. † Secũdo
quæro, an non facta intimatione solenniter, vt hic dr, appella
tio reddatur nulla. quidam tenuerunt, ꝙ sic, prout refert gl. in
ver. deuoluta. in vers. audiui aliquos. & hanc opi. sentit Lau. q
dicit ꝙ intimatio est vnum de substantialibus appellationis,
quo deficiente appellatio est nulla. inducit simile de spons. cũ
in tua. in fi. & per hoc infert, intimationem hoc casu esse plus
necessariam quàm sit publicatio. de qua in cap. quia propter.
in fin. eo. tit. pro hac opi. inducitur ratio quam format glo. hic
in ver. sed obst. quia tenendo contrarium esset in potestate ap-
pellantis eludere. cap. 1. eo. tit. lib. 6. & non deuoluere causam.
gl. tenet contrariũ in ver. & no. ꝙ licet. & vers. mihi placet pri-
mũ. & cum ea idem Pau. hic, & s. ea. cle in prin. quia causæ de-
uolutio & appellationis prosecutio sunt diuersa. Idem Genze.
q a si intimatio esset de substantia appellationis, deberet fieri
intra dies x. sicut ipsa appellatio, & tamen sufficit, ꝙ fiat intra
mensem, s. ead. cle in prin. non omnia, quæ sunt de substantia
actus, debent explicari simul cum actu. ff. de transa. l. cum hi.
§. si prætor. ex quib. cau. in poss. ea. l. Fulcinius, §. quid sit. d. ca. q a
propter. & hæc opin. verior. Ad contraria respondetur. primo
ad illud quod posset elidi c. 1. quod non est verum. quis enim
appellans non intimando præiudicet sibi, quia quo ad eius cõ
modum causa non est deuoluta, non tamen præiudicat appel
lato qui de appellatione sciuit: poterit enim eam prosequi, vt
dicit gl. in ver. solo. & pro hoc quod not. Innocẽ. de app. cordi.
lib. 6. in gl. tunc reputatur, & Compo. in d. c. 1. in glo. sed nun-
quid. & est ratio, quia cum deuolutio sit cõmodum vtriusq;,
non potest appellans ex suo facto eam tollere quò ad commo
dum appellati. regula, indultum. lib. 6. Ipso autem appellato &
appellante non prosequentibus non est locus pœnæ c. 1. eo. tit.
lib. 6. sed pœnæ c. cupientes, sic, vt in hac gl. in fin. per hoc etiã
respondetur ad aliud de quo posset opponi. s. de contemptu se-
dis apostolicæ, quia ex hoc non deluditur sedes apostolica, cu-
ius nihil interest an causa deuoluatur quo ad appellantem, an
non. & hanc partem ꝙ possit appellator prosequi appellatio-
nem sibi non intimatam, tenet Rota Roma. curiæ decisione
6a. Bertrandus autem volens seruare opin. Lau. dicit cum non
intelligere, ꝙ intimatio sit de substantia appellationis inspe-
cto solo tempore quo facta est, sed inspecto toto effectu. s. pro-
secutionis, sed vt ex verbis Lau. s. dictis patet, hæc saluatio nõ
4 procedit, & ideo sta præmissis. † Tertiò quæro, an sufficiat noti
tiam peruenisse ad specialem procuratorem appellati. glos. in
verbo, appellatum. dicit ꝙ non. idem Pau. & Genze. pro hoc
quod not. Dyn. in regula, cum qui certus. lib. 6. & rõ quã sentit
glo. quia non repetit de procuratore, quod dixisset si voluisset
intelligi, C. de cad. tol. l. vnica. §. sin autem. de deci. ad audien-
5 tiam. † Quartò quæro, quæ dicatur plena & certa notitia. [a] gl.
a in verbo, plena. soluit. & cum ea idem Lau. & Genz. vt debeat
esse talis, quòd non indigeat alia certioratione, quia adiectio-
ne non indiget plenitudo. 6. quæst. 1. si omnia. & sic non per fa
mam tantum. & dicit Lau. ꝙ notitia dr a notorio. argu. de re-
scrip. cum contingat. sed potius deberet dici notorium a noti
tia. dicit autem Mat. quod notitia est triplex. Prima de auditu.
nam dicimur scire, quod ab alijs audiuimus. 22. q. 5. hoc vide-
tur. Secunda de visu. vt quia interfui negotio. 3. q. 9. testes. Ter-
tia est iudicialis per testes, vel famam. de testi. per totum. de ac-
cus. inquisitionis. Dic formalius, ꝙ notitia est duplex. quædã
quam habet quis tanquam persona singularis, & hoc varia-
tur, quia quandoque est sufficiẽs, vt qñ fit per sensus corporis.
de testi. cum causam. quandoq; minus sufficiens, vt de auditu
auditus. de testi. licet ex quadam. Alia est quam quis habet,
vt alius, vt sacerdos in foro pœnitentiali qui habet notitiam
de peccatis, vt Deus. de offic. ord. si sacerdos. de pen. omnis. vel
iudex qui habet notitiam ex actis. de of. dele. pastoralis. §. quia
vero. de renuncia. in præsentia. de restit. spol. cum ad sedem. de
proba. qñ contra. de fi. instr. cum Ioannes. hic autem loquitur
de notitia prima quam habet quis in persona singulari, quæ
debet quo ad hoc c. esse plena & certa. & pone exemplum, vt
6 in gl. † Quinto quæro, quomodo poterit probari, ꝙ habuit ta
lem notitiam. gl. ead. in ver. posset autem. soluit, vel dic, quod
probabitur ꝙ ipse erat in loco in quo fuit publicata. de postu.
ca. 1. de clan. desp. c. fi. qui ma. ac. pos. c. fi. vel per testes qui audie
runt eum dicentem ad se peruenisse talem notitiam intra tps,
de quo

A D D I T I O.

a Plena & certa notitia. Adde doct. in cap. cupientes. de elect. lib. 6.
Vin. God. Adde ꝙ notitia partis requiritur, vt sententia transeat in rem iu-
dicatam, nec sufficit notificatio per edictum. Ruyn. consi. 62. num. 10. lib. 3.
& quando notitiam quis dicatur habere rei. Fel. in c. cum contingat, col. 4.
de rescript.

de quo hic.de excess.præla.quam sit.facit quod no.de rescript.
cum contingat.ff.ex quib.caus. in pos.ea.l.Fulcinius,§.quid si.
secundum Lau.& Genz.pro hoc, quia statur tali confessioni.
7 de proba.per tuas.† Sexto quæro, quid si notitia appellationis
perueniat ad appellatum post tempus præmissum.i.post men-
sem,vel q̃ cito commode potest,vt hic,in princ.gl.vlti.dicit,ꝙ
non deuoluit. idem Paul.alias, vt dicit gl.sequeretur s̃m eam
ꝙ post annum,vel quinquennium sufficeret intimare ad effe-
ctum deuoluendi.quod dicit gl.de quinquennio, fuit ex abun
dantia loquendi, nam fatalia finiuntur post annum,vel ex cã
biennium,si non est appellatio terminata.de app. ex ratione.
frustra ergo fieret intimatio etiam si non esset sue tempus li-
8 mitatum ad eam faciendam.† Septimo quæro,quid si appel
latus,cui facta fuit intimatio in forma hic posita,fuit contu-
max in non veniendo, an postea poterit appellare a definiti-
ua.gl.eadem recitat opin.Compo.quam sequitur Paul.sed gl.
vr̃ recedere ab ea dicens,ꝙ audietur appellans,quia satis est,ꝙ
puniatur in processu & definitione causæ, quia proceditur con
tra absentem, vt s̃.ea.cle.in princ.ꝙ autem priuetur appellatio
ne,non est æquum,cum non sit iure expressum,& sic vr̃ velle,
ꝙ iste sit fictus contumax tantum.quomodo quis dicatur ve-
rus contumax,& quis fictus, glo.remittit ad not.in cle.si ante.
de dolo.vbi diceinus.sed per no. ibi videretur dicendum verã
opi.Compo.vt quando intimatio fuit facta personaliter,& sic
fuit apprehensus non veniens, dicatur verus contumax,& sic
9 non appellat. dic tñ vt in d.cle si ante.† Octauo quæro, circa
id quod dixi in proxi.q.de contumace, quid de contumace,q
venit post terminum peremptorium datum ad articulandũ,
cum iam ad instantiam alterius partis super suis articulis fuis
set cõmissa receptio testium ad partes,an audiatur volens arti
culos producere,& super eis etiam remissionẽ fieri,ꝙ sic indu
citur,præsupposito,ꝙ adhuc de facto pars aduersa non recesse
rit,quia res est integra,nec agitur de præiudicio aduersarij, er
go audiatur,ff.si quis cau.l.& si post res. de optione lega.l.mã
cipiorum,& quod no.gl.in cle.sæpe. in verbo,non obstante,j.
de verb.sig.In contrarium tenet Inn.de resti.in integr.corã.&
Compo.de elec.ꝙ sicut.dicens contumacem non audiri post
terminum, nisi per in integr. restit. hæc quæstio fuit in palatio
apostolico,& in ea tenet Bertran. vltimam partem,sed prima
pars est,æquior. de quo plenius dic, vt in cle.sæpe,præalleg.§.&
quia.q.15.& dixi in c.cum dilectus.de fide instru.quædam alia
circa intellectum huius §.dic, vt in cle.seq.§.insuper.

§.Idem quoque. Se summat, sed per alia verba
hoc dicit. vbicunque facienda
est intimatio,debet seruari præmissa forma. Quæro de exem-
plis, qui scilicet sint alij casus, in quibus requirutur intimatio-
nem fieri.gl.in princ.vsque ibi, in casibus. exemplificat indu-
cendo quatuor casus,in quibus requiritur intimationem fie-
ri. vltra illos induxit Pau.de rescr.ex parte,a.& ff.mand.l.si mã
dassem, sed veniunt ad id quod venit e.mandato.quod alleg.
gl.pro hoc etiam,ff.de no.oper.nunc.l.de pupillo,§.nunciatio
nem.& in eo quod hic in litera dicit, casibus. inferunt Lau.&
Genz.ꝙ regulariter secus,& sicut extra casus speciales non ex-
pedit ꝙ fiat intimatio in forma huius cle. sufficit ergo in alijs
appellationibus,ꝙ introducatur appellatio coram iudice ad
quem,& ꝙ ipse partes citet.de app.per tuas. & c.Romana,§.1.
& 2.lib.6. Oppon. ꝙ in casibus præmissis in quibus debet fieri
intimatio,non sufficiat itimatio,sed expediat requirere, vt ꝓ-
bant iura quæ allegat glo.in ver.in alijs casibus.sol.in illis plus
exprimitur.dicit autem gl.in verbo, in quibus. ꝙ tutum est in
illis hunc ordinem seruare,& idem Pau.ꝙ procedit si intelli-
gunt quo ad requisitionem, sed si quo ad intimationem vide
tur non tantum tutum, sed etiam necessarium per verbum,
volumus. in tex. quod est præcepti. Secundo quæro,nunquid
in intimationibus, quæ certis casibus debent fieri Papæ, vt in
iuribus allegatis in gl.ibi,sunt etiam quædam.sit necessaria in-
timatio prout hic dr̃.glo.& Pau.tenet ꝙ non. Oppon.ad hoc,
quia hic tex.loquitur generaliter, & sic indistincte debet intel
ligi.ff.de public.l.de pretio.& de maio.& obed.solitæ. Sol.po-
test tex.procedere in intimationibus, quæ arctant aliquem ad
aliquid sibi præiudiciale, & tunc tantum procedat necessitas
intimationis qñ subest paritas dispositionis,nam videretur ab
sonum,ꝙ si actus qui intimatur,fuit actus nõ exigens scriptu-
ram, sit opus,vt intimetur per scripturam obseruando princi-
pium ea. in verbo,porrecto. vnde quidam Doctores dixerunt
hunc finem procedere tunc tantum,quando intimatur actus
de quo sit scriptura,sicut si debet intimari mandatum procu-
ratoris,vel reuocatio,alias non.quæ limitatio vr̃ notabilis per
rationem quam nunc dixi.præsupponit autem hæc opinio,ꝙ
in mandato procuratoris requiratur scriptura. de quo dixi de
procu.c.1.præsupponit etiam ꝙ in reuocatione procuratoris
requiratur scriptura quod non vr̃ procedere. Quãtum autem
ad hanc cle.huic limitationi inhærendo, vt saluetur glos.dico
hunc §.procedere in omnibus intimationib.siue fiant de acti
bus celebratis in scriptis, vel reductis ad scripturam, siue non
reductis, dum tamen subsit identitas rationis, quæ est in casu
huius cle.ꝙ ex reductione actus ad notitiam alicuius,ille obli-
getur ad aliquid præiudiciale,tunc procedit hic §.& subest ma
gna æquitas,vt intimatio ĩ scriptis fiat plena & certa.alias pos
set fieri verbo & minus perfecte,per quod multum præiudica
retur parti,quæ nõ est plene informata.Et per hoc dico, quòd
intimatio, quam fecit emptor venditori de lite sibi mota in
casu c.si.de empt.& vend.de rigore iuris, vt arctetur venditor
debet fieri sub hac forma, & idem in similibus. quod perpe-
tuò nota, quia hic versi. communiter ignoratur, & raro bene
intelligitur,& hactenus semper dubitaui:sed si notitia de actu
tali fit per quem non præiudicatur parti,vt quando fit intima
tio Papæ, vel in omnibus similibus in quibus nihil arctatur is
cui fit intimatio, tunc secus.nam cum cesset rõ identitatis hu
ius dispositionis,cessat & hic §.& sic intellige & recorderis.

S V M M A R I V M.

1 *Extraneus an possit opponere de iure tertia ecclesiæ.*
2 *Forma libelli petendi beneficium sibi collatum, vel petendi sibi debi-
tum, an sint diuersa.*
3 *Quid autem si quis petit beneficium vt suum, & probat de canonica
institutione,post conclusionem autem producit literam de ordinibus,
quid iuris.*
4 *Dispositio cle.constitutionem.de elect.an habeat locum in beneficijs.*
5 *Electio si obijciatur ꝙ administrauit ante confirmationem,an talis obie
ctio sit in formam, vel in personam.*
6 *Quid si obijciuntur plura quorum alterum tantum probetur, quod suffi
ciat ad cassationem electionis.*
7 *Electio an possint opponi crimina de quibus electus egit pœnitentiam.*
8 *Episcopus quando iurat,an teneatur tangere sacra.*
9 *Electo si opponitur,ꝙ non sit potens in patria, quid iuris.*

C A P. IIII.

a COnstitutionem. a Nota pro allega-
tione spãli, vt nomi
netur principiũ c.in verbo,vt circa. de quo in Spe.
de disputa. & alleg.§.nunc videndum,de hoc.j.in
1.& 2 contrario.Secundo no.vt in glo.in verbo,directe, & idẽ
Pau.qui alleg.de præscri.ad audientiam. Tertio not.differen-
tiam inter competitorem, & oppositorem,& quis sit compe
titor,dic,vt in gl.eandem. Oppositor autem est qñ electus est
vnicus,vt lit.pend.c.1.& 2.lib.6.& dicit Lau. ꝙ concordantur
illa iura,quia c.1.loquitur de competitoribus. c.2.de excipien
te voluntario,sed tñ ibi etiam de cõpetitore,vt ibi patet. Opp.
ꝙ sufficiat allegatio generalis.C.ad l.Falc.authẽ. sed cũ testõr.
Insti. de pœn.temere liti.in si.2.q.1.in primis. Sol. illa iura potius
consonant.Secundo oppo.ad idem de c.vestra. de coha.cle.de
præben.c.2.1.q.1.vt euidenter.6.q.3.scriptum. So.vt no.in d.c.
vestra.vbi dixi in primo ꝯtrario.& dicit Lau. ꝙ est cautela, vt
nominetur lex, vel canon, ne instruatur aduersarius. de prob.
c.1. quod procedit ante causæ conclusionem: nam post con-
clusionem non est periculum, cum nihil consistens in facto
fieri possit.de fide instru.cum dilectus,& conclude,ꝙ sufficiat
allegationem esse talem per quam certificetur is cui fit. 28.q.
1.sic enim.in fin.& quod ibi no.gl.in verbo,diligentius. Quæ-
ro, nunquid per hanc dispositionem limitetur in aliquo de-
cre. prima.& decre.cupientes.eod.tit.lib.6.gl.a.dicit,ꝙ non,&
idem Genze.& quo ad c.cupientes.idem Pau. rationes dic, vt
in gl.Secũdo quæro de exẽplis huius principij,quando ea quæ
opponuntur,respiciunt ius ecclesiæ, ponit duplicem modum
intelligendi hoc verbum,opponentis.potest enim intelligi de
ecclesia quacunque quæ se opponit.potest secũdo intelligi de
ecclesia ad quam facta est reformatio. de secundo ponit glos.
exemplum ver. secundo si loquitur. de primo ponit exempla in
verbo,puta.vsque ad illud verbum, idem, & quò ad exempla
de quibus in hac glos.& quo ad alia de quibus.infra.q.4. dicit
Paul.

A D D I T I O.

a Constitutionem. Adde notanter dominos de Rot. in deci.78. incip.fuit du-
bitatum &c. Et per eosdem in deci.131.incip.appellans in causa beneficia
li,&c.Vin.God.Constitutionem Papæ vel concilij. quomodo cognoscatur,
Dec.in c.1.in princ.de iud.Constitutio concilij dicitur semper habere taci-
tam regulam derogatiuam ad rescripta,hel in cap.nonnulli.col.4 de rescri.
& quando constitutio conciliaris dicatur, Dec. remissiue. in c.at si clerici.§.
de adulterijs, col.5.de iud.& quando constitutio priuilegians, quæ assumi
naturam priuilegij,ligat etiam antequam publicetur, Alex.in l.omnes popu
li.col.8.de iust.& iure.

& tunc dic, vt in gl. qd̃ fuit omissa forma, quia nõ iurauit, vt
dicitur in c. vt circa. Duo enim sunt de forma. Vnum ꝙ fit ex-
pressio circunstantiarum. Secundum ꝙ debito modo iuret,
quod plene dic, vt hic in gl. 1. ibi, item scias. Octauo opp. in eo
quod iste repellitur super expressis, & super alijs, quia de sepa-
ratis non est illatio. l. Papinianus exuli, ff. de mino. Item si ver-
bum, alijs, exponitur de nõ expressis, id quod sequitur in ver.
ꝑterq̃, non habebit debitam relationem. glo. in ver. alijs. & in
ver. ꝑterq̃. soluit. Lap. in quadam additione plenius declarat,
dicens prout dicit glo. in ver. præterq̃. in casibus non respicit
verbum expressis. s. positum. sed illud, & alijs. nam super ex-
pressis

pressis, in quibus non est seruata forma c. vt circa, non auditur
per viam appellationis. eo. tit. is qui. lib. 6. sed super exprimen-
dis sic. d. c. vt circa. ver. nisi aliquid. vbi ergo audiretur, vel non
audiretur appellaos prosequendo appellatiooem, audiretur
vel non audiretur, per simplicem querelam, quod dicit verũ
quando fuit appellatum, & minus debite. s. non seruata for-
ma, vt hic. & sic præclusa appellationis via, per cõsequens pre-
clusa est via simplicis querelæ, secus si non fuit appellatum, qa
tunc non appellans potest vti via simplicis querelæ. de ap. cõ-
certationi. lib. 6. Et per hoc videtur ꝙ vbi quis appellat ex ali-
qua causa, & succumbit, non potest ex eadem causa impugna
re per querelam id in quo succumbit, licet si non appellasset,
audiretur secundum Lau. dic. ꝙ hoc ꝓcedit in casu huius cle.
sed in alijs si appellans extra iudicium desistit anteq̃ incipiat
prosequi, non per hoc tollitur via simplicis querelæ: nam talis
appellatio non habet vim citationis, sed est tantum prouoca-
5 tio ad causam, de ap. cum sit. † Quæro circa id, quod dixi sup.
eo. §. in 1. & 2. ↄrio. nunquid per non obseruantiã temporis de
quo in c. 1. eo. tit. lib. 6. inducatur appellationis desertio. iste ar-
ticulus est multũ dubius, & Io. de Lig. eum prosequitur valde
extense, inducendo rationes pro, & contra. Et primo ꝙ non sit
deserta, inducitur gl. Compost. de qua hic in gl. 1. in ver. quere-
læ, & quod no. hic Pau. in ver. repellitur. qui idem sonat. Indu-
citur etiam, quod notauit Bertran. dicens, ꝙ post lapsa tempo
ra prædicta auditur prosequens in eo casu in quo inuenit cau-
sam. Item pro hoc potest induci, quod no. Inn. in d. c. 1. in ver.
intra mensem. cuius dictum ponam statim in secunda rõne
partis ↄriæ, quia inducitur etiam ad partem ↄtrariã. Pro hac
parte sunt ea, quæ dixi in primo & secundo cootrario ꝓdictis.
In ↄnum, quia quando datur tempus ad iter arripiendũ, ob-
seruans tempus deserit appellationẽ. de ap. cum sit. & ca. per-
sonas, sed tempus c. 1. datum est ad iter arripiendum, vt ibi di-
citur. haoc rationem soluunt tenentes primam partem, quod
procedit in tempore dato ab homine, sed non in dato a lege,
quia mitius agitur cum lege q̃ cum ministro legis, ff. de arbi. l.
Celsus. Quem modum respondendi impugnat Ioan. de Lig.
quia imo durius agitur cũ lege, q̃ cum homine. ff. de iurepat.
l. si libertus, vbi alienatio facta in fraudem legis ipso iure non
tenet, sed facta in fraudem hominis tenet, licet possit reuoca-
ri. propterea Cyn. C. de transa. l. si quis maior. & de iurisdi. om.
iudi. l. in criminali, dicit, ꝙ durius agitur cum lege q̃ cum ho-
mine, qui non est minister legis, & sic loquitur l. si libertus.
a sed mitius [a] agitur cum lege q̃ cum homine, qui est legis mi-
nister, vt d. l. Celsus, quæ loquitur de arbitro qui est minister
legis, quod reprobat Bar. in l. amplius, ff. rem ratam habe. quia
secundum tempora ꝓfonum, arbiter nõ erat minister legis, cũ
ex dictis eius nõ surgeret actio, vel exceptio, quæ hodie surgit.
C. de arbit. l. cum antea. de arbit. per tuas. quę redargutio non
placet: nam negari nequit quin secundum tempora ꝓfonum
potestas arbitri in multis fuerit limitata, & tradita forma pro
cedendi per eum, vt patet. ff. de arbi. per totum. Vnde conclu-
ditur, ꝙ etiam tunc erat minister legis, & ꝙ eius potestas erat
legitima. i. a legibus introducta. nam & de iure ꝓforum proce-
dit, ꝙ arbitria sunt ad instar iudiciorum, ff. de arbit. l. 1. potest
ergo tolerari dictum Cy. per rationem, quia qui contẽnit mi-
nistrum legis, contẽnit & legem, & ministrum, nõ mirũ ergo
si durius cum eo agitur q̃ si contẽnit legem tantum, quæ ra-
tio cessat in homine, nõ legis ministro. Bar. aũt in d. l. amplius.
dicit, ꝙ quo ad inducẽdam actus nullitatem, durius agitur cũ
lege, per ꝓdictam l. si libertus. Sed quo ad pęnam extrinsecam
durius agitur cum homine. d. l. Celsus. per quod clara doctri-
na non habet̃, nec apparet ratio diuersitatis. nisi dicas ꝙ quo
ad inducendam actus nullitatem ratio est, quia lex põt indu-
cere formam substantialẽ, qua omissa actus nõ tenet. de elec.
quia propter. secus est in homine, quia factum ↄ præceptum
hominis non est nullum, sed contrafaciens tenetur ad pœnã,
de præben. dilectus. 2. pro hoc C. de leg. l. non dubium. Hęc tñ
differentia non procedit qñ traditur ab homine potestas cum
forma: tunc enim ↄ formam etiam est nullum. de rescri. cũ
dilecta. de elec. cum in veteri. & vtrobiq; dixi pro hoc cle. 1. de
iurepa. & quod ibi no. gl. in verbo, inhibentes. vnde possumus
stare cum dicto Cyn. regulariter loquendo, licet qñq; possint
inueniri casus diuersi in iure, sed ratio diuersitatis patet in eis,
& ex prædictis tollerur ratio ista. Secundo inducitur dictum
Innoc. in d. c. 1. in ver. intra mensem. vbi ponit duas opi. vnam
quorundam dicentium, ꝙ post mensem non auditur prose-
quens per c. personas. præalleg. & aliorum, qui vt vr̃ Inno. me-
lius dicunt, dicentium, ꝙ etiam vltra terminum auditur pro-
sequens, dummodo res sit integra. ergo secundum vtranque
opi. si est non integra, non auditur. & dic, ꝙ dr̃ integra si nihil
est innouatum per quod, si audiretur prosequens, ageretur de
tollendo ius q̃situm aduersario, pro hoc quod not. in cle. sępe.
de verb. sig. in ver. non obstante. Intelligit autem Ioan. de Lig.
rem non integram si aliquid in electione est processum, non
autem ex eo ꝙ in causa sit processum, vt si comparuit appella
tus, vt patuit sup. clem. proxi. §. intimatio. & in gl. in ver. deuo-
lutam, & ibi dixi in 2. q. & petijt pronunciari appellationẽ de-
sertam, sed an posset hoc petere, pendet ex nostra q. Tertio in
ducitur c. licet. de sent. excom. lib. 6. vbi dr̃ appellationẽ deseri,
si appellans non fuit prosecutus intra tẽpus a iure, vel ab ho-
mine statutum, quæ verba dicit, de iure debent intelligi secun
dum Ioã. de Lig in tempore iuris dato ad iter arripiendũ, vel
ad se ꝓsentandũ, sicut id ꝙ dicit de tempore dato ab homine,
quia non potest ab homine dare tempus ad finiendũ. de app.
ex insinuatione. non potest autem exponi secundum eum, vt
ꝙ dicit ab homine, intelligatur de tempore ad se præsentan-
dum, vel iter arripiendum. & quod dicit a lege, intelligatur de
tempore ad prosequendum & finiendum, quia vna determi-
natio concernens duo determinabilia, debet ea determinare
pariter, & secũdum eundem sensum. C. de impu. & ali. substi.
l. quamuis. ff. de vulg. & pupi. l. iam hoc iure. §. sed si aliter. & l.
Lucius Quano inducitur l. præsens, C. de app. & c. ab eo. de ap.
lib. 6. In quibus si apostoli non petuntur intra tempus datum
a iure, deseritur appellatio, ergo idem in tempore dato per d.
c. 1. ad iter arripiendum. Sol. partem vltimam tenet Ioann. de
Lig. & dicit ad contrarium ꝙ dictum Compo. & glo. 1. hic &
in verbo, querelæ, non sunt contraria solum, nam probant, ꝙ
nõ prosequens auditur per simplicem querelam, non autem
ꝙ audiatur super appellatione. hoc autem referunt, quia per
querelam nõ fiet reuocatio attentatorum, sed per appellatio-
nem fie. pro hoc c. cum nobis. eo. tit. & quod ibi not. Inn. quod
ibi plenius dixi in 2. ↄrio. s. ꝙ etiam appellatio extraiudicialis
parit reuocationem attentatorum, non ꝙ pronuncietur ipso
iure nulla, sicut fit in appellatione iudiciali. de ap. non solum.
lib. 6. etiam si sit appellatio ab interlocutoria, vt dixi de testi. ex
parte. Sed attentata post appellationem extraiudicialem so-
lum reuocantur tanq̃ facta lite non pendente, cum talis appel
latio habet vim citationis ad causam. de ap. cum sit. quod ma-
xime procedit in appellatione in causa bñficiali, per c. 1. eo. tit.
lib. 6. Citatio autẽ inducit litis pendentiam, ↄ. vt lite pen. cle. 2.
Oppon. contra hanc determinationem, quia si appellatio est
deserta, nõ debet audiri prosequens, nisi citato aduersario, qa
perinde est ac si non fuisset appellatũ. Item non deberet Papa
se intromittere, ex quo causa remanet noo deuoluta. Sol. de-
fendendo hanc partem posset notabiliter responderi per id ꝙ
no. Inn. in d. c. 1. in ver. intra mensem. vbi dicit, ꝙ per appella-
tionem deuoluitur causa appellationis & ipsum negotiũ prin
cipale, per d. cap. 1. quamuis ergo sublata sit appellatio, poterit
fieri prosecutio negotij principalis, & non refert secundum
Innoc. quomodo fiat prosecutio, an ꝑ appellationem, an sine.
quod intellige sane, ꝙ nõ refert quo ad causæ decisionem, sed
quo ad alios defectus sic. Ex his sequendo hanc partem cõclu
das vnum mirabile, ꝙ licet appellatio deseratur in causa bene
ficiali, nõ tñ tollitur effectus per eum inductus, quin negotiũ
remaneat deuolutum. Et ratio põt reddi, quia in talibus non
tantum attendimus partium interesse, sed etiam iuris publici.
Vnde superior ex suo officio procedere potest etiam opponẽ
te respõso. d. c. cum nobis. vel negligente. ad ap. oblatæ. Ex hoc
limita gl. in cle præcedenti, §. intimatio. in verbo, deuoluta. in
fi. cum dicit appellante & appellato nõ veniẽtibus nõ esse lo-
cum pęna c. 1. vt procedi possit in partis absentia. Dico enim
ꝙ verum est, nisi superior ex officio procedere velit, & potest
omni casu quo appellatio deuoluit per superius dicta. per hæc
possumus tenere viam mediam, iuxta illud, medio tutissimus
ibis. vt dicamus, ꝙ nõ prosequens per omnia dr̃ deserere quo
ad suum ꝓiudicium, adeo ꝙ appellatus veniens potest petere
appellationem desertam pronunciari, & cõdemnari opponẽ
tem in expensis. per hoc nõ tollitur quin per viam querelæ po
tuisset audiri secundum dictum Compo. positum in gl. 1. sed
pp talem desertionem nõ desinit negotium esse deuolutum,
quia quo ad effectum inductum in quo vertitur interesse etiã
publicum, nõ potuit pręiudicari ex facto non prosequentis, &
sic posset Papa ex officio procedere. quod non est dubium in
Papa. sed si essemus in casu in quo ad inferiorem a Papa esset
facta deuolutio, adhuc idem esset dicendum ꝑ eandem ratio-
nem, & ꝑ hoc poterit audiri appellãs & appellatus prosequens
appellationem officio iudicis, sed iure actionis non, cum quo
ad eos qui nõ fuerunt prosecuti debito tempore, sit deserta, &
hæc via, quæ est noua, vr̃ tuta ab omnibus ↄrijs. Sed ei obstat,
quod dixi s. eo. §. in 2. ↄrio, in eo quod ibi dixi ꝙ ante lapsum
fata·

ADDITIO.

a Vinc. God. Adde in hac propositione, quod mitius agitur cum lege quam cum homine, tradita per Ias. insti. de act. §. item si quis. nu. 11.

fatalium non inducitur desertio, & illud videtur probabilius. & si vis illud tenere ꝙ nullo modo sit deserta, dic ꝙ sufficit ꝙ non est iure expressum. Sicut & alias dicimus, ꝙ iudex a quo licet possit statuere tempus ad faciendum fidem de prosecutione appellationis, tamen si non fiet, non ex hoc deserta erit appellatio, quia non reperitur iure cautum. quod dixi in d.c. personas & c.ex insinuatione. & per hoc dicimus, ꝙ licet non arripiens iter intra tempus datum ab homine deserat appellationem, secus erat in tempore dato a iure, quia solum de tempore hominis est expressum in iure. & si dicas, ꝙ subest eadem ratio, dic ꝙ imo non subest, quia durius agitur cum homine ministro legis, q̃ cum lege, vt dixi s̃.c.q. in 1.ratione secundæ partis. Item in hoc posset aliter responderi. & dicas ꝙ c.1. ponit certam pœnam contra non seruantem tempora expressa. s. vt possit procedi in eius absentia. non ergo imponatur alia pœna desertionis. de iud. at si clerici. & tunc ad rationes contrarias responde. Ad primam per statim dicta, quia aliud est in tempore legis q̃ hominis. Ad secundã, cum inducitur dictum Inn. in ver. intra mensem. dic ꝙ nõ erit standum illi dicto, tenendo hanc partem, sed potius dicendum ꝙ siue res sit integra siue non, admittetur prosequens. Ad c.licet. de sent.excom.lib.6. dic ꝙ nihil facit. & ꝙ verbum a lege ibi positum debet intelligi de tempore iuris dato ad prosequendum & finiendum. & ad rationem contrariam, quia vna determinatio concernens duo determinabilia, &c. dic ꝙ illa verba in c.licet, ponuntur exemplificatiue. nam & alio modo potest deseri appellatio q̃ per non prosecutionem, vt si appellans expresse renunciet. Item non est ibi aliqua determinatio, sed simpliciter ponuntur ibi verba, quæ licet sint singularia, habent sensum pluralem, cum dicitur ibi de non prosequente intra tempus iuris, vel hominis, & tunc apparet diuersitas determinabilium & determinationis, quia aliud est tempus iuris, aliud tempus hominis, & alterius rationis, vt patet ex prædictis. & vere loquendo ibi non est determinatio vnica. alias autem dictum est verum & notabile, ꝙ determinatio vnica concernens plura determinabilia debet ea pariter determinare. pro hoc de ap. secundo requiris. cum ibi notatis. Ad c.ab eo. & ad l.præses. dic ꝙ loquuntur in alio tempore s.petendorum apostolorum. de quo est iure expressum, ꝙ non obseruãs appellationem deserit. quia tamen hæc via posset pati, & alia contraria, tutior est præcedens opi. eligendo viam mediam. Secundo quæro, quia in principio, quid de adhærente dicit de appellante in glo. in ver. appellans. dic idem & cum ea idem Pau. qui etiam concordat cum glo. in eo ꝙ dicit de non appellante nec adhærente. Tertio quæro de intellectu ver. præterq̃ in casibus. responde vt in glo. in ver. præterquam. & dixi supra in decimo contrario. Quarto quæro circa hoc, quæ est ratio quare in casibus hic exceptis auditur. Lau. dicit ꝙ si appellãs vltra expressa sciebat in appellatione aliqua legitima ad opponendum, & se tunc posse probare, & non opposuit, cum aliis videtur malitiose tacuisse: ideo non debet amplius admitti. arg. c.exceptionem. de excep. secus tamen si tunc ignorabat, vel non habebat probationes, quia tunc nõ præsumitur fraus: ideo admittitur. Quinto quæro, an cum admittitur in exceptis, tenetur iurare agendo per viam simplicis querelæ ac si per viam appellationis prosequeretur. Lau. & Genze. quod sic, per id quod dicitur in c.vt circa. eo.titu. lib.6. vbi exprimitur de iuramento. Lap. de Castigliunchio dicit contrarium, quia iuramentum non est inter illos casus exceptos, nec de ipsorum substantia. Primum videtur verius, quia simpliciter dicitur quod iuret in dicto cap. ergo omni casu. vel melius, dic quod c.vt circa. procedit quando quis se opponit appellando, vt probatur ibi, quia copulatiue dicit, & propter hoc contingeret appellari. vnde in opponente qui non appellat, non procedit c.vt circa. vt tenent ibi Archid. & Io.And. quod est verum ratione prædicta. & sic verius est, quod dicit Lap. sed non per suam rationem, sed per rationem statim dictam. si autẽ formaretur quæstio in eo, qui prosequeretur appellationem, an cum vult admitti super exceptis sit opus, vt iuret in forma c. vt circa. dic ꝙ tunc deciditur per tex. illum in ver. super huius.
6 vbi dicitur quod sic. † Sexto quæro, nunquid appellatus, qui occultat appellationem, possit cogi eam exhibere. de appellante bene probatur hic, ꝙ si occultat appellationem, & appellatus vult eam repellere, ꝙ expedit, vt doceat ipse appellatus appellatum esse. nunquid ergo eodem modo tenetur appellatus docere de appellatione instante appellante, & hoc petente? videtur ꝙ non. est enim quid imputetur appellanti, qui debuit suam appellationem taliter formare, vt posset de ipsa fidem facere, quod est verum. pro hoc cle. proxi. in prin. & de hoc etiam in seq.q. Septimo quæro, si appellatus occultat sententiam, nunquid cogitur eam procedere. Genz. dicit quod sic, qui etiam dicit, ꝙ appellatus cogitur exhibere appellationem. quod non procedit, vt dixi in q. præcedenti. nisi tunc tantum quando vult aliquid consequi, vt in hoc §. Sed de sententia verum est. per notata per Innoc. de fide instru. G. perpetuus. nam si appellatus interrogatus an pro eo lata sit sententia hoc negaret, pronunciabit iudex ad quem, illam sententiã quatenus lata sit pro eo vires non habere, arg. l.non alienum. ff. de interro. act. vt dicit Innoc. in d.c. quod est notabile. & hoc nisi reuocetur confessio prætextu erroris, quod quãdo liceat, dixi in c.fi. de confes. Octauo quæro circa hoc, si interrogatus non responder. dicit Mat. quod habebitur pro confesso. l.de
7 ætate. §. qui tacuit, ff. de interro. act. de confes. c.2. lib.6. † Nono quæro, quæ fides debet de appellatione fieri? glo. pen. dicit plena. ad quod opponit de eo quod no Compo. eo. tit. c.1. libro 6. quod dictum ponit Spec. de procu. §. vt autem. versi. sed nunquid per vnum. Sol. vt in glo. & idem Pau. & ratio differentiæ est secundum eum, quia in casu quem ponit Compo. de quo
a in gl. hic non agitur de finali præiudicio, [a] sed tantum de præiudicio quo ad processum in absentia partis faciendum. hic autem agitur de finali præiudicio, vt ex toto repellatur. quod
8 est notandum. † Decimo quæro, circa hoc, q̃uo fiet hæc plena probatio. dicit Lau. Genze. & Mat. ꝙ poterit fieri etiam per testes, quod sentit hic glo. in eo, ꝙ dicit vnum testem non sufficere. secus ergo in duobus, quia parem vim habet cum instrumentis. de fide instr. cũ Ioannes. & idem sentit Pau. qui ex hoc notat ꝙ id in quo faciendo debet interuenire scriptura, non probatur per solam scripturam, sed etiam per testes. quod no. Cõtrarium tamen no. Host. de priuileg. cum olim. 1. vbi tenet primum, dummodo probetur casualis amissio instrumenti per l. testium. in fi. C. de testi. Oppo. ad prædicta, ꝙ non sit opus vt appellatus producat testes. nam semper poterit facere fidem de appellatione per copiam, quæ debet sibi tradi. s̃. clem. proxi. Solu. s̃m Mat. copia non fuit petita, quo casu non tenetur appellans eam dare. s̃. cle. proxi. in princ. vel secundum eũ dic melius ꝙ non tenet appellatio in commodum appellantis, nisi detur copia si petatur. d.clem. proxi. sed in damnum eius, & commodum appellati sicut hic. vel tertio dic ꝙ semper traditur copia, vt cum appellatur in præsentia appellati. d.clemen. proxi. in prine. dic ꝙ etiam dato in absentia licet nõ tradatur copia, nõ per hoc appellatio est nulla, sed solum impeditur deuolutio quo ad commodum appellãtis, sed in eius præiudicium, tenet d.cle. §. pe. & ibi gl. in verbo, deuoluta, vbi dixi in 2.q.

A D D I T I O.

a De finali præiudicio. Adde Abb. in c.veniens. in 2. & 5. col. ver. nunc restat. infra de testi. Abb. in cap. ex ratione. in 6. col. versic. sed aduerte. de appellationibus.
Vinc. Gog. Adde de præiudicio finali Io. Lecier. in trac. de primogenit. q. 25. nu. 6. quod habetur in lib. 12. tract. fol. 127.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicium quandoque non tenet, & tamen in eo gesta valent. exempla ponit. Adde ad idem. nu. 2. & 3.*
4 *Statutum dictat ꝙ bannito non reddatur ius, bannitus si agit contra Titium, & non fuit opposita exceptio, an processus teneat.*
5 *Iudex ordinarius, vel delegatus cui constat de obiectis forma tamen c. vt circa. non seruata, nunquid potest pronunciare.*
6 *Appellãs extra iudicium, an possit prosequi aliquam causam in appellatione non expressam.*
7 *Exceptio competens propter formam non seruatam sit dilatoria.*

1 § Illius. † Nota casum in quo iudicium non tenet, & tamen valent facta in illo vt confessiones, & probationes. Ita colligit Lau. & de confessione verum dicit, quia dicit etiam facta in iudicio seu processu nullo. de restitu. spol. c.fina. vbi dicit de probationibus aliis non est verum, vt statim dico in primo contrario, nec colligitur hoc, vt ibi dicam. Op-
2 pono, quia si omittitur forma c.vt circa. obiiciens repellitur a iudicio, vt hic & ibi, ergo probationes si quæ factæ fuerint, nõ tenent ex quo iudicium non tenet, quia si non tenet principale &c. regula accessorium. lib.6. Item pro hoc vt lite non contest. in rubro & nigro. Solu. tex. iste in duobus variatur. primo in modo exemplificandi cum dicit de omissione formæ, & in hoc instar glo. in verb. formæ. secundo in alio, quomodo, & qua ratione teneant probationes factæ eo casu quo appellans erat repellendus. quo ad primum glo. 1. ponit duplex exemplum. Vnum quod fuit omissa forma, quia non fuit iuratum, & hoc dicit esse planum. ratio est, quia cum omittitur iuramentum, in omnibus repellitur omittens, vt probatur in c. is qui. eo. titu. lib.6. & no. supra §. proxi. in glo. in verbo,

expressis. & ibi dixi in octauo contrario. Secundo ponit glo. aliud exemplum de omissione formę, quia non fuit facta specificatio, & hoc non procedit indistincte, vt dicit glo. sed cum distinctione posita in §. praece. in gl. 1. Lap. intelligit tertio modo de omissione formæ quo ad vtrunque, vt quia indebite specificauit, nec debite iurauit. si intellexit Lap. quod ad repellendum appellantem requiratur missio vtriusque: hoc non est verum, vt probat cap. vt circa. si autem intellexit vt magis puro, quod dispositio huius §. procedat siue fuerit omissa forma specificationis siue iuramenti siue vtraque, verum dicit, quia hic loquitur generaliter in verbo formæ. quantum autem ad secundam variationem quomodo probationes hic tenent dupliciter legitur hic tex Vno modo quod tenent non quo ad fauorem appellantis, sed ex officio iudicis qui etiam repulso appellante poterat de causa cognoscere. & hoc tenet Lap. & idem Lap. pro hoc c. cum nobis. co. titu. de appel. oblatæ. & quæstio disputata super regula infamibus. lib 6. secundũ hunc intellectum respondetur ad contrarium, quod tenent probationes, quia iudicium est validum respectu iudicis, & sic respectu appellantis non infertur iudicium tenere. Lap. posuit alium modum saluandi probationes etiam præsupposito, ꝙ iudicium non teneat, quia ea quæ concernunt factũ, vt sunt attestationes, valent, quamuis iudicium pareat. C. de testi. l. fi. de arb. cum a nobis. de testi. præsentata. pro hoc, quod no. Inn. de testi. causam. & de elect. per inquisitionem. ego bene fateor, quod probationes tenent perempto iudicio, dummodo iudicium tenuerit. de quo vide infra in clemen. 2. de testi. in 4. quæst. & ita debet intelligi glo. Inno. in cap. causam. sed si non tenuit, nec probationes aliæ, quam per confessionem tenent, vt est casus de testi. causam in fi. vbi requiritur, vt approbentur ab aduersario, quod frustra requireretur si tenerent. de ipsa vero confessione videtur quod teneat, de restit. spol. Pisanis. quod dic vt ibi. & prosequitur Lau. ea quæ de cõfessione no. Innocen. de elec. per inquisitionem. Alio modo legitur hic §. quod probationes tenent, quia iudicium non est nullum. & hoc sentit glo. in verbo, legitimæ. licet non aperte in eo quod intelligit probationes fuisse factas de consensu aduersarij, dicens quod si inuito appellato fierent, non deberent sibi nocere. & intelligo inuito & appellante. si enim non appellaret, haberetur pro consentiente. paria namque sunt non excipere vel non appellare ab exceptionis reiectione. de elect. cum dilecti. & dixi de rescript. cæterum. & intelligo glo. de consensu etiam tacito per id, quod dicit appellato inuito. sufficit ergo ꝙ non contradicit. ergo necesse est glo. intelligi quod iudiciũ tenebat: nam si non teneret, ad validandum probationes, requireretur expressus consensus aduersarij. d. c. cum causam. & c. veniens. 2. ante finem. & hoc quod iudicium teneat, aperte vult glo. vlt. in eo quod alleg. de accusa. c. 1. & 2. lib. 6. vbi licet ante inquisitionem debeat præmitti discussio infamiæ, tamē si non præmittitur nec excipitur, valent probationes & iudicium. & hoc videtur tenere Lap. dicens quod hoc casu non est pœna appellantis in hoc quod appellatio reddatur nulla propter omissionem formæ, sed solum in hoc quod appellãs non seruata forma non auditur in his in quibus formam non obseruat, præter quam in tribus casibus ibi exceptis. supra §. proxi. tenet ergo appellatio, & causam deuoluit, secundum Lap. qui in hoc subtiliter dicit, sed videtur contradicere sibimet in eo quod supra dixi secundum eum, quod probationes tenent hoc casu, vt iudex procedere possit ex officio non ad instantiam appellantis. Si enim dicimus quod appellatio deuoluit, & iudicium tenet, sequitur quod ex quo non fuit expulsus, tenent probationes etiam in suum fauorem, & imputet appellato, qui non excepit. & hoc sentit Pau. dicens in verbo, infirmat. quod hoc inducit impossibilitatem, quia ex quo constat de articulis, repelli non possunt. imputet ergo sibi appellatus, qui potuisset repellere appellantem, quia ex quo non repulit, procedit obiectio, quia hic concernebatur fauor personæ. s. appellati. secus autem in casibus in quibus subesset exceptio peremptoria quo ad personam, vt quando monachus fuit in iudicio tanquam procurator, quo casu semper potest opponi incapacitas, vt no. de procur. in nostra. & pro hoc de postul. cap. 1. & 2. & idem de iudice & procuratore excommunicato. de re iudi. ad probandum. idem dicit in exceptione in qua exuberat officium iudicis. eo. tit. ab eo. lib. 6. de excep. exceptionem. Aliud autem dicit esse in dilatoria, vt in milite constituto procuratore. nam post litem contest. non opponitur talis exceptio. ff. de procura. l. filius, §. veterani, C. de procu. ra demum de quo per Hosti. de procura. in nostra. & in Spec. de excep. §. secundo. ver. hoc quoque. vult ergo Pau. quod exceptio competens contra appellantem qui formam non seruauit, sit dilatoria, & per consequens ante litem contesta. opponenda. de quo infra quæst. 4. Et in eo quod Pau. dicit, ꝙ hic inducit impossibilitatem, vt dicere quod hæc litera videtur ponere impossibile in eo quod dicit, ꝙ formæ remissio repellit a propositis, & proponendis, & a probatione facienda, & postea dicit quod probatio facta non infirmatur. Si enim nõ admittitur probatio, non potest haberi probatio facta. Sed dic vt dixi supra eo. contrario. & dico etiam in sequenti, quod licet non debuisset admitti probatio, tamen si admittatur, valet.

3 †Secundo opp. ad hunc intellectum ꝙ non possit vllo modo procedere, nec iudicium ad instantiam appellantis, non seruata forma, vllo modo tenere, quia ex quo non seruauit formam, appellatio redditur nulla propter defectum formæ. de elect. quia propter. pro hoc etiam quod tenet Io. Mo. in d. c. vt circa. vbi dicit ꝙ hæc exceptio de forma potest opponi ante litem cont. quia est de re finita, & infert nullitatem appellationis. Sol. iste articulus minus plene fuit discussus, & in eo sunt varietates prædictæ. & in illam partem ꝙ appellatio sit nulla, sentit glo. in c. is qui. in verbo, audiendus. & in c. qui contra certam. in glo. fin. eo. tit. lib. 6. & idem tenet Io. And. in c. vt circa. inhærendo verbis Io. Mo. supradictis. Sed illam partem quam tenuit Lap. & Abb. vt dixi in proxi. ɔtrario, confirmat Lap. de Castigliunchio per clem. præcedentem, quæ dicit simpliciter causam deuolui post intimatam appellationem. sed nihil facit, quia debet intelligi, quod appellatio sit alias legitime interposita. Confirmat secundo per §. sanc. ẽ. eo. cap. vbi tex. pręsupponens formam fuisse omissam, dicit ꝙ appellans prosequebatur qđ esse non posset, nisi appellatio tenuisset, & causam deuoluisset. sed adhuc ille §. non facit, quia intelligitur ꝙ prosequebatur de facto, vel quo ad ea in quibus seruauerat formam, vel de appellante eo casu, quo non tenebatur ad formam, vt ibi dicitur in glo. in verbo, prosequente. & ibi plenius dixi in primo contrario. mihi placet, quod appellatio est nulla, per multa quæ dixi in §. præcedenti. in 1. q. maxime, quia in tali iudicio exuberat officium superioris. & sic quamuis appellans sit in casu repulsionis, non propterea tollitur, quin iudex possit procedere ex officio. vel melius sufficit, quod non fuit repulsus, & ꝙ non est iure expressum, ꝙ appellatio non teneat, sed solum quod appellans repellendus est a prosecutione, vt dixi in proxi. contrario. Ad contraria cum dicitur, ꝙ ex quo est omissa forma, non tenet appellatio. dic ꝙ forma c. vt circa non est substantifica. quod patet, quia procedit illud ca. præcipiendo vt seruetur illa forma, & non seruanti pœnam imponit, ergo contra factum tenet, ne inducatur duplex pœna. l. non dubium, C. de legi. quod declara per ea, quæ dixi de postu. c. fi. Ad dictum Io. Mo. & ad glo. in c. is qui. & in cap. qui contra certam. posset responderi, ꝙ tenuerunt aliam partem, quæ non est vera. vel salua ꝙ intelliguntur, ꝙ appellatio redditur nulla. s. in effectu quo ad commodum appellantis, quia repelli potest, vt d. c. vt circa. & d. c. is qui. & qui contra certam. & per hoc apparet, quare probationes hic tenent mero iure. qđ singulariter no. & induco tex. hunc, ſm intellectum statim dictum ad quæstionem pridie disputatã quæ sequitur.

4 † Quæ-
a ro circa proxime dicta, pone, dictat statutum, ꝙ bannito [a] non reddatur ius, bannitus egit contra Titium, nec fuit opposita exceptio, an teneat processus & sententia. Iac. de Are. disputando tenuit ꝙ non, per l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu. quod sequitur Bal. in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. eccl. facit autem. l. si seruus, hoc modo. quia dicitur ibi, ꝙ si seruus fugit a domino ad ecclesiam, potest dominus eum trahere de ecclesia, & si ille resistit, & in hoc fingit concertatio in qua dominus interfecit seruum, de noxa. i. delicto, non potest cognosci contra dominum. & debet intelligi illa l. eo casu quo licet domino propria authoritate trahere seruum de ecclesia. & intelligit ibi glo. quando seruus, qui grauiter læserat dominum, aufugit ad ecclesiam. In contrarium est casus hic secundum prædicta quæ plenius declaro quantum ad hoc. nã dicitur in c. vt circa. quod appellans qui non seruat formam repellitur a prosecutione. & in cap. is qui. præalle. dicitur quod non est audiendus & in hac cle. idem dicitur. & supra §. proxi. tamen si proceditur, tenet iudicium, vt hic, quia alias probationes non valerent, vt dixi in præcedenti contrario. pro hoc quia excommunicato denegatur audientia si agit in iudicio. de iudi. intelleximus. ẽ. de excep. exceptionem. adeo ꝙ officio iudicis repelli põt d. c. exceptionem. in fi. tñ si nõ repellitur tenet iudiciũ. de excep. c. 1. ad l. si seruus. rñdeo ꝙ qñque ius disponit resistendo facto quo ad natiuitatē, & procedit illa lex & dictũ Iac. de Are. ita loquiť tex. l. si seruus. quæ disponit non esse

ADDITIO.

a Quod bannito. Adde diffuse per Nellum in tract. de bannitis.
Vinc. God. Bannito ius redditur in bonis, Alex. in l. 1. de exhibi re & si non debet audiri ex forma statuti, sententia pro eo lata est nulla, Alexã. cons. 81. libro 1.

esse delictum illo casu. non enim potest tenere iudicium su-
per non ente. quandoque ius non resistit natiuitati, sed solum
denegat audientiam, ita quod potius resistit prosecutioni, &
tunc solum dicitur inducere exceptionem, vt probant c. & ra
tiones prædictæ, quæ perpetuo tene menti. Induco etiam
prædicta secundum alium intellectum præsupponēdo, quod
quando non seruatur forma c. vt circa. appellatio non teneat
5 ad q. sequen. †Secundo quæro, nunquid iudex ordinarius vel
delegatus coram quo cōstat de obiectis, licet forma c. vt cir-
ca. seruata non fuerit, possit pronunciare. Genze. quod sic,
qui dicit, quod per illam probationem electus vel similis per
iudicem repellitur. pro quo inducit dictum Innoc. de fideius.
peruenit. & de iureiuran. c. si. lib. 6. Idem Mat. qui alleg. no. per
Archi. in d. c. si. dic quod hoc dictum Genze. & Mat. non con-
firmatur per dictum Innoc. quia Inno. loquitur de eo, qui erat
iudex, & si appellatio non tenuit, per consequens causam non
deuoluit, ergo iudex ad quem non est iudex. & hoc nisi es-
set alias iudex, sicut est Papa vel alias adibilis per querelam.
Item dictum Innoc. est verum in ordinario, non autem in de-
legato, cuius iurisdictio non extenditur ad non commissa, vt
dixi de confes. c. 2. vbi respondi ad cap. peruenit. de fideius. per
quod se fundat Innoc. quod ibi ex mandato Papæ potuit de-
legatus vel alter, vt prædixi in d. c. 2. Sed pro dicto Genz. &
Mat. est quod dixi in primo, & secundo contrario, quia hoc
casu appellatio non est nulla, quod videtur verius. Induco
6 etiam dicta superius ad aliā quæstionem. quæ sequitur. †Ter-
a tio quæro circa prædicta, an appellans [a] extra iudicium possit
prosequi aliquam causam in appellatione non expressam. dic
quod sic, quia vt dixi in primo contrario, vt probatur in §. pro-
xi. & in c. vt circa. appellans in casibus exceptis in d. c. vt circa.
admittitur prosequendo appellationem, & illi casus continēt
prosecutionem exceptionis non oppositæ, & in appellatione
non contentæ, vt quæ de nouo fuit exorta, vel de nouo ad no
titiam peruenit. Oppo. ad hoc de clem. appellanti. de appel.
Solu. Lap. quod est speciale in dictis casibus exceptis, per c. vt
circa Et specialitatis ratio est, quia appellans non fuit in culpa.
b Dic melius, quod duplex est appellatio [b] extraiudicialis. quæ-
dam est quæ interponitur a iudice, quædam quæ a parte. de
prima procedit cle. appellanti. de secunda nō, quod probatur
ibi in verbo, iudicis. & per id quod no. glo. ibi in dicto verbo.
nam appellatio extraiudicialis interposita a parte potest iusti-
ficari ex futuro grauamine, vt no. Innoc. de appel. ad audien-
tiam. Et potest interponi generaliter. de app. bonæ. vbi dixi,
quod non liceret in appellatione iudiciali ab interlocutoria,
vel extraiudiciali a grauamine iudicis. de appel. vt debitus. &
eo. tit. cordi. lib 6. & pro hoc quod no. Inno. in d. cap. cordi. in
princ. per hoc dico, quod procedit decisio præcedens sine vlla
specialitate. & hoc quantum ad clemen. appellanti. quia non
7 habet locum hoc casu. †Quarto quæro (præsupposito illo in-
tellectu) quod appellatio non seruata forma c. vt circa, non sit
nulla, & per consequens; quod exceptio competens propter
non seruatam formam sit dilatoria, vt dixi supra, in primo
contrario in fin. vsque ad quod tempus potest opponi. dicit
Pau. quod vsquequo non sunt factæ probationes, nisi appel-
latus expresse consensisset. prius mouetur, quia hoc casu non
fit litis contestatio cum sit causa spiritualis, infra de iudi. cle-
men. dispendiosam. & de verb. sig. clem. sæpe. per hoc infert id
quod ponit hic glo. vlti. de articulis, quod debet instari, vt non
recipiantur impertinentes, licet consueuerint admitti saluo
iure impertinentium, & non admittēdorum. quod dicit Pau.
verum, quando habent longum tractum. dic contra, primo
quo ad primum dic, quod ex quo appellatus non excipit, &
permisit appellantem producere articulos probatorios, & da-
ri dilationem probatoriam, intelligitur renunciasse exceptio-
ni, semper præsupponendo quod sit dilatoria. & videtur idem
tenere Pau. vt dixi in primo contrario, in fi. probo per notabi-
lem & singularem theoricam quam ponit Innoc. de elec. ca. 1.
lib. 6. & ibi glo. in verbo, absentium. vbi dicit quod vbi proce-
ditur lite non contesta. statim cum processum est ad aliquid
de his, quæ solent fieri solum post contestationem in aliis li-
tibus in quibus lis contestatur, præcluditur via omnibus expe-
diendis ante litem contestatam: sed dilatio probatoria est de
expedibilibus post cōtestationem, vt l. non conte. in rubro. &
nigro. ergo &c. Item in alio cum dicit instandum in articulis
ne recipiatur, quod sint impertinentes, dic quod potius verū
est dicere, quod potuit appellans excludi a toto processu, sed
ex quo non est exclusus sunt pertinentes. Item in alio cum di-
cit clausulam saluo iure impertinentium procedere in haben
tibus longum tractum, dic quod imo procedit in omnibus,
quæ non statim sunt manifesta. secus si manifesta, vt quoniā
capitulum ex sua forma est ineptum sed in terminis huius c.
dic q̄ non sufficit clausula: imo præsupposito q̄ iudex ad quē
eum tali clausula admisisset cum capitulis appellantis, qui po-
terat repelli, non propterea appellatus poterit postea dicere
non standum probationibus tanquam impertinentibus, quia
sunt pertinentissimæ, ex quo appellatus sua exceptione nō est
vsus, vt proxime dixi.

ADDITIONES.

a An appellans. Adde Imo. & Doc. in c. consuluit. el 2. de appel. & gl. in cap. 1. de appel. lib. 6. Spec. in tit. de appel. §. qualiter. ver. in summa. Bart. in l. fin. ff. de appel. Bal. in margarita. in verbo, appellatio. ver. 47.

b Quod duplex est appellatio. Adde Innoc. in cap. venerabili. de censi. in glo. Io. And. in c. pia de excep. lib. 6. Io. An. in c. inter canonicos. de elec. & eundem in c. dilectus de appel.

Vinc. God Qualiter differant. Fel. in c. lectis. de app. & in c. cum sit. eo. titu. Bar. Soc. in cons. 45. visa appellatione. vers. circa lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ cathedrales debent habere facultates quæ dicuntur præsidiū earum.*
2 *Clerus & populus qualiter differunt.*
3 *Episcopi possunt serenissimi appellari.*
4 *Pastor, verbum comprehendit proprie episcopos & superiores.*
5 *Ecclesia cathedralis si habet clerum tantum, aut tantum populum, an possit habere episcopum.*
6 *Ecclesia an sit dignior ratione maiorum facultatum, vel ratione maioris populi.*
7 *Ecclesia quæ dicatur cathedralis.*
8 *Religiosi quare magis appetunt exaltari quam alij.*
9 *Religiosus quicunque si appetit dignitatem, an peccet mortaliter.*
10 *Electio seu prouisio ecclesiæ cathedralis ad quem vel quos spectet.*
11 *Et quid si ille qui debet prouidere, est negligens.*
12 *Supplere negligentiam alterius, an quis possit eo non citato.*
13 *Episcopatus an sit ordo.*
14 *Mendicantes religiosi qualiter impediuntur prodesse, vt expediret.*
15 *Religiosus vagabundus sine licentia sui prælati est excommunicatus.*
16 *Quantumcunque, verbum quid importet.*

CAP. VI.

1 IN plerisque. †No. q̄ ecclesiæ, maxime cathedrales, debent habere
facultates, & facultates dicuntur earum præsidiū,
ibi, præsidio facultatum. nam sine temporalibus
spiritualia diu esse non possunt. 1. q. 3. si quis obiecerit. de vita
2 & hone. cler. vt quisque. & c. quoniam. †Secundo no. q̄ clerus
& populus sunt diuersa. de quo in glo. 4. in prin. Ex quo infert
Genze. & maxime in odiosis, q̄ vnum non comprehendit re-
liquum. arg. de rescri. sedes. de senten. excom. si ciuitas. lib. 6. &
quod no. Hostiē. de priuil. ex parte abbatissæ. In fauorabilibus
a nomen populi [a] comprehendit clerum. per c. dilecti. de foro
compe. & Instit. de iure natu. §. plebiscitum. quæ vtra non fa-
ciunt, loquuntur enim in alio nomine appellatiuo. patet in d.
c. dilecti. in verbo, Anglicis. quod nomen æque conuenit cle-
ricis & laicis. Secus hic, quia nunq̄ nomine cleri venit popu-
lus, nec econuerso, & si qua contraria inueniantur, speciales
ponunt casus. Tertio no. q̄ in episcopis opprobriosa est men
b dicitas. [b] pro hoc glo. in verbo, opprobrio. ad hoc de renuncia.
3 ad supplicationē. Quarto no. q̄ epi possunt appellari serenissi-
mi, probat verbum serenitatem, pro hoc, quia nil beatius. 40.
dist. ante omnia. & J. de pœ. cle. si quis suadente. ver. nec super
4 hoc. †Quinto no. verbum pastor. comprehendit proprie epi-
scopos & superiores, licet alibi latius sumatur. de quo in gl. in
5 verbo, de pastore. †Quæro, quia dicit de ecclesia cathedrali ca
rente clero & populo Christiano, quid si habet alterum tātū.
gl. in verbo, populo. disputat, & alij Doc. eam extendunt. & quia
sunt intricationes, videnda sunt motiua ad vtrāque partem.
& primo quod non sit locus huic c. inducitur, quia ad verita-
tem copulatiuæ requiritur vtrāque partem esse veram, ff. de
verbo. oblig. l. si quis ita. & l. fin. Instit. de hæred. instit. §. pen. de
rescrip. cap. 2. ergo vt sit locus huic c. expedit, vt ecclesia careat
vtroque: nam copula, &, repetitur, quia primo dicit clero, &
populo Christiano. secundo dicit clero, & subditis Christia-
nis. pro prædictis, ff. de conditio. institutio. l. si hæredi plures.
de leg.

ADDITIONES.

a Nomen populi. Adde Doc. in c. 1. de præbend. Doct. in c. si sententia. de sent. excom. lib. 6. & in c. duo genera. 12. q. 1. Io. Andr. in c. fundamenta. de elect. lib. 6. §. ne autem.

Vinc God. Adde Dec. in c. 1. de præb. & dignit.

b Mendicitas. Adde glo. in c. 1. de relig. domi. & per Do. So. in c. diaconi. 93. distin.

de leg. 3. l. ea tamen adiectio. ꝟ. eo. is qui. lib. 6. Secundo quia si aliter diceres, quod non requireretur, vt careat vtroque, nō esset differentia inter coniunctam, & disiunctiuam, & idem esset ꝙ tex. diceret carenti clero & populo, ac si diceret clero vel populo, quod est absurdum. ad hoc de rescrip. inter cæteras. de spon. ex literis 1. ff. de leg. 3. l. non aliter. quæ dicunt stādum propriæ significationi, vt probat d. l. non aliter. & cap. ex literis. sed contra propriam significationem est, quod coniuncta habeat vim disiunctiuæ, & absurditates seu improprietates sunt excusandæ non sequendæ. de verb. sig. præterea. vbi gl. notabi. Tertio, quia si ecclesia habet clerum tantum, vel habet populum tantum, absurdum est, ꝙ non prouideatur episcopo, q̄ ratio, vt dicit gl. multum vrget. In contrarium, quia debet attendi mens conditoris, qui voluit præcludere viam prouidæ prouisioni superiorum, & temeritati petentium. dicit autem Genz. ꝙ hæc improuidentia & temeritas sic locū habere possunt, & facilius in ecclesia habente clerum tantum vel populum tantum, q̄ in carente ecclesia vtroque. mens autem præferenda est verbis. l. scire. §. aliud. ff. de excu. tu. ꝟ. eo. si post q̄. lib. 6. J. de iureiur. cle. Romani. §. verum. Item quia carere est nō habere, sed si dixisset si ecclesia non habeat clerum & populum, requireretur, ꝙ haberet vtrunque. quam rationem declara, vt in gl. & pro hac est illa ratio de copulatiua, quæ requirit vtrāq; partem. præterea inducuntur iura. ꝟ. eo. cum in cunctis. de æta. & quali. eam te. quæ inducit gl. inducit etiam Genz. quia clerus & populus non copulantur hic simpliciter, sed inter ea ponitur verbum, carentibus. in princ. vbi clero carentibus & populo Christiano. & J. ibi, clero careat, & subditis Christianis. inde potest esse sensus clero careat. s. tātum & post copulam, & sequentem repetetur relatiuum, quæ, præcedens, vt sit sensus. quæ ecclesia careat populo, & subditis Christianis. s. tantum. & sic illa duo distributiue ponantur, quia melius intellectui conueniunt. pro hoc argu. de priui. vt priuilegia. circa fi. In hac q. gl. tenet primam partem licet dicat ꝙ egeret declara-
a tione. Idem sentit Pau. dicens ꝙ verbum careo,[a] inducit priuationem, quæ cum requiritur in duobus coniunctis, non perficitur altero habito. sic verbum habeo, inducit effectualem impletionem, ff. de ver. sig. l. nomen filiarum, §. habere. quæ nō est nisi vtrūq; habeatur, & sic verbum carere, & verbum non habere, non important idem si de duobus coniunctim proferantur, sic dicimus, ꝙ in alternatiuo negato neutrum fieri debet, & in affirmatiuo sufficit alterum propter disiūctiuam. de mu. peti. c. 1. de reg. iur. in alternatiuis. lib. 6. & ꝙ non idem significet carere, & nō habere, patet: si enim dico careo filio & filia, si habeo filiam, non careo vtroque. Genze. tenet primam partem contrariam per rationes pro illa parte factas, & per l. cum eiusdem, ff. de ædil. edic. vbi qui vendunt comedos. i. qui recitant comedias simul si fuit constitutum precium pro pluribus simul, quia erāt eiusdem officij, si vnus est morbosus, oēs redhibentur, & rescinditur venditio, licet secus foret si pretiū foret constitutum pro singulis singulariter consideratis, vt ibi dicitur. Pro quo induco quod ad idem dicit in §. illius l. de eo, qui vendit mulas pares pro eodem officio alicuius quadrigæ, quia vna morbosa omnes redhibentur. Idem de aliis iumentis paribus, & idem in casibus similibus. eo. ti. l. plerunque. & l. si plura. & l. ædiles. §. si iumenta. & §. si forte. & §. cum autem. & sic vt locus sit huic præcepto, sufficit ꝙ subtrahatur altera de qualitatibus, vel quia ecclesia non habet populum, vel quia non habet clerum. Ad idem induco, quod no. Archidiac. de elec. si forte. ver. cæterum. lib. 6. vbi dicit tex. ꝙ si exitus examinis de quo ibi docuerit oppositiones veritate destitui puniendus est opponens, vt ibi dicitur. dicit autem Archid. ꝙ si quis opposuit plura & ꝓbat aliqua, sed non omnia, locus est pœnæ, & sic dicit clare sonare tex. sed Io. And. dicit ꝙ non est sibi clarum & ꝙ illa dubitatio incidit in hanc quam sequitur. & contra Archi. & pro eo quod tenet gl. & Pau. est, quod no. Innoc. Host. & Compo. eo. tit. c. 1. li. 6. & ibi gl. in verbo, defeceris. quæ dicit opponēntem plura euadere pœnam si probat alterum, quod sufficit ad cassationem. sed opin. Archi. præsupposita pro vera facit pro hac parte. ad idem de rescri. c. 2. & c. olim. & est similis intricatio ea quæ no. de verb. sig. cle. sæpe. in princ. in verbo, & figura. vbi gl. non facit differentiam, an verba illa simpliciter de plano, & c. ponantur cum copula an sine. quod facit pro opi. Genz. secundum quem ad contraria primæ partis respondē. Ad primā de copula, quod hæc copula habet vim disiunctiuæ, vt sæpe fit. d. c. 2. de rescri. ad illud de proprietate consequenda dicit ꝙ frequenter fit interpretatio contra propriam significationem verborum vbi res salua esse nequit iuxta mentem proferentis, vt no. in c. intelligentia. de verb. sig. ad tertiū de absurdo quod est non prouidere ecclesiæ si habet alterum tantū, dic ꝙ illud cessat in constitutione prohibitoria & pluribus consideratis vt coniunctis, vult dicere ꝙ non debemus extendere istam prohibitionem extra suos terminos, quod esset absurdum. dic ꝙ Papa vel alius de eius mandato potest tali ecclesiæ prouidere. Ber. distinguit, quia aut ecclesia caret clero tantum, aut populo Christiano tantum. si clero tantum, habet locum hæc prohibitio, quia populus solus non potest prouidere de episcopo, nec metropolitanus, nisi in casibus a iure expressis & permissis, vt per deuolutionem ratione negligentiæ. ꝟ. eo. ne pro defectu. quæ negligentia non cadit, ex quo ecclesia non habet clerum, qui posset eligere. Si autem caret populo, & nō clero, clerus qui ante habuit ius eligendi, potest eligere, quia electio spectat ad clerum & nō ad populum. ꝟ. eod. Obitus & sublatis omnibus de clero præter vnum solus retinet ius eligendi. de postul. c. 2. hæc procedunt, secundum eum quā ecclesia prius erat epalis. secus si nunq̄ fuisset ibi eps, quia tūc prima institutio epatus spectat ad Papam. de consec. dist. 1. de locorum. pro hoc de offi. leg. nisi. & c. translationem. de ma. & obed. cum inferior. ne sede vac. c. 1. de exces. præla. sicut vnire. & quod ibi no. quando autem ab initio ecclesia habuit episcopum recedentibus parochianis, aut recedunt animo nunquā redeundi, & desinit esse parochialis, & cathedralis, aut animo redeundi, & non desinit esse, secundum Bertran. quod vltimum incidit in quæstionem, de qua dixi de præbend. de mul-
b ta. an desinat ecclesia parochialis[b] esse parochialis, vel curata recedentibus parochianis, de quo per Archi. eo. tit. licet canon. & quicquid alij tenuerunt, tenui in c. de multa. ꝙ non, quia esse parochialem, vel curatam, non pendet a parochianis, sed a superiore. de parochiis. per totum. sed quo ad quæstionem nostram distinctio Bertran. non videtur procedere, nam fortior deberet esse prohibitio, quando ecclesia habet clerum, & non populum, quam quādo econuerso. nam tunc fortius subest ratio, de qua in tex. ꝙ episcopus non potest prodesse, vt expediret. Ex his quæstio remanet intricata. Sed pro claro intellectu, sciendum quod propositionum, seu rationum alia est vnica & simplex, quæ habet vnum subiectum, & vnum prædicatū, vt homo est asinus. & talis dicitur apud logicos cathegorica. Alia est composita cōtinens plures orationes, quæ dicitur hypothetica, pro hoc no. ff. de acquir. rer. domi. l. quæsitum. in gl. fi. & hæc habet plura subiecta & plura prædicata, vt Petrus est homo, & Petrus est animal. hæc multiplicitas propositionis fit diuersimode. quandoque per copulam &, quando per disiunctiuam vel, aut quid simile. & de materia copulatiuæ dixi, de rescri. c. 2. de disiunctiua. eod. titu. inter cæteras. pro nunc prosequitur de copulatiua, &, de hac no. quod quandoque copula ponitur inter orationes, & tunc facit propositionem duplicem seu hypotheticam, vt in exemplo posito, & in d. c. 2. de rescript. quandoque ponitur inter terminos seu dictiones, vt si dicatur. Petrus est bonus, & albus. primo modo facit propositionem copulatiuam. secundo facit propositionem de copulato extremo, idest subiecto vel prædicato. & est vnica propositio, & sic cathegorica. Ideo dico de disiunctiua, quod quandoque est disiunctiua. quandoque de disiuncto extremo, idest subiecto & prædicato. quod dico de verbo. signifi. clem. sæpe. in prin. q. 9. vbi de hoc in glo. no. vbi est intricatio, vt hic. & quo ad copulam eo casu, quo ponitur inter terminos, subdistinguea termini, seu dictiones inter quas ponitur sint substantiui vel adiectiui. quod dixi in d. c. 2. de rescript. In proposito copula in c. nostro ponitur inter terminos substātiuos a parte prædicati, & talis est propositio, nullus sine licentia Papæ prouideat ecclesiæ cathedrali carenti clero & populo Christiano. & sic de vi verborū vera est opi. Genz. quia ecclesia carens clero, licet habet populum, est de carentibus clero & populo coniunctim, ex quo nō habet vtrunque. & argumenta quæ facit gl. in princip. cum dicit, ꝙ habēs codicem non includitur sub carentibus decreto & codice, procedunt quatenus non facit vnam propositionem de copulato extremo, sed vnam copulatiuam, vt sit sensus quod habens codicem non est de his, qui carent decreto, & qui carent codice. tamen verum est, quod de carentibus decreto & codice coniunctim. quia non habet vtrunque. sed in c. nostro dic ꝙ copulatiua q̄uis ponatur inter terminos, tū facit propositionem

ADDITIONES.

a Quod verbum careo. Adde per Abb. in c. nihil deest, in 5. col. de elect. & in c. quod super his. de fide instru. & glo. fin. in c. nouit. de his quæ fi. a præla. & c. ad aures. in ver. vires volumus obtinere, de rescrip.
Vinc. God. De isto verbo, carere, Fely. in c. ex tenore, col. 8. de rescr. & in c. Rodulphus, col. 19. eo. tit.

b An desinat ecclesia parochialis. Adde Cardi. in cle. 1. & 1. q. de offi. vica. idem Zaba. in c. de multa, de præben. in 3. q. vbi alleg. consi. Feder. de Senis. consil. 130.
Vin. God. Adde consilium quod incip. Viso puncto, ante consilium Alexā. 58. lib. 4.

tionem copulatiuam ac si esset posita inter orationes, ex quo sunt termini substantiui, pro hoc quod dixi in c.a. de rescri. & est sensus, ecclesiæ carenti clero, & populo. i. carenti clero, & carenti populo. seu exponendo verbum carere, pro non habere, carenti. i. ecclesiæ non habenti clerum, & non habenti populum. modo ecclesia habens alterum tantum, non est de his quæ non habent clerum, & non habent populum. vel breuius dicendo, quæ non habet clerum nec populum. & hoc vltimũ sentit Lap. in additione dicens, ꝙ ista carere clero & populo non æquipollet isti, non habere clerum & populum. pro prædictis, ff. de reb. dub. l. si, qui ducenta, §. vtrum. qui facit pro & contra, vt dicit hic gl. & facit pro, quatenus copula ibi stat proprie. Facit contra quatenus stat pro disiunctiua. pro hoc intellectu sunt rationes factæ ad hanc partẽ in iure, vt requiratur vtranque partem coniunctim esse veram. d. c. a. de rescri. & sic intelligendo non eget declaratione, & contraria procedunt solum. quia glo. non bene exponit verbum carenti, cum dicit ꝙ est sensus, ac si diceret non prouideatur ecclesiæ si non habeat, vel nisi habeat clerum & populum, nam debet negatio poni solum a parte prædicati, vt sit sensus, non prouideatur ecclesiæ si est de ecclesijs non habentibus populum. quamuis enim negatio præcedat verbum habentibus, tamen negat solum prædicata. & est sensus ꝙ nõ prouideatur ecclesię, si est de non habentibus clerum, & non habentibus populũ, & sic ista propositio, si est de non habentibus, &c. est mere affirmatiua prætereq̃ a parte prædicati. at ecclesia quæ habet alterum tantum, non est de non habentibus clerum & non habentibus po-
5 pulum, vt ad sensum patet. † Secundo quæro, si clerus, & populus Christianus nouiter est expulsus, an habeat locũ hæc constitutio. videtur ꝙ sic, quia nunc ecclesia dicitur carere clero & populo Christiano. Item per hostilitatem locus desinit esse sacer, cum est ab hostibus occupatus. ff. de relig. l. cum loca. sicut remotis psonis collegij desinit esse collegium, ff. de colle. illicitis. l. 3. Item episcopus talis ecclesiæ potest obtinere alium episcopatum. 7. q. 1. pastoralis. de licentia Papæ secundũ Vinc. qui hoc no. de transla. c. 1. Pau. videtur sequi hanc partem ad quam opponit de cle. quamuis. ꝭ. de foro compe. Soluit ꝙ ibi quando episcopus tantum expellitur, non quando expellitur clerus & populus Christianus. vel secundum eum episcopus expulsus cum clero & populo bene poterit alibi iurisdictionẽ exercere, vt in cle. quamuis. sed eo mortuo non poterit de alio episcopo illi ecclesiæ prouideri, vt hic. Quo ad id autem quod fuit argutum ꝙ locus occupatus ab hostibus desinit esse sacer. glo. 1. in ver. Christiano. tenet contrarium, & idem Lau. qui respondet ad l. cum loca. ꝙ dicitur desinere esse locus sacer, quia viduatus est ministris. sed tamen vera sacramenta possent ibi ministrari, nec coinquinatur, propter hostes. arg. 1. q. 1. ꝙ quidam. de cohab. cler. vestra. Et de hoc remittit glo. ad notata. 7. q. 1. pastoralis, in fi. dic & aliter ꝙ desinit esse sacer secundum ius ciuile per l. cum loca. ff. de reli. & sump. fune. sed non de iure canonico, quia ius ciuile ponderauit factum, an de facto possent ibi exercere sacramenta, sed de iure canonico debet ponderari ius. vnde nisi authoritate legitimi superioris sit destructa, non desinit esse cathedralis. pro hoc quod no. in d. c. 2. de no. ope. nun. quantum tamen ad hanc clem. attenditur factum. vnde sufficit in casu nostro quod de facto ecclesia non habeat clerum & populum, quandocunque hoc fit, vel per occupationem hostium, vel alio modo, vt dicit glo. in verbo, Christiano. in fi. & idem Pau. & est ratio, quia ibi ponũtur verba concernentia factum, scilicet verbum, carentibus.
6 & verbum, careat. † Tertio quæro, an ratione facultatum vel maioris populi, vel minoris ecclesia fiat dignior. dic ꝙ non, secundum Steph. quod probatur. 93. distin. legimus. ad quod op. de c. episcopi. & c. seq. 80. dist. Solu. ibi solum dicitur ꝙ non in castris & modicis villis, sed in amplis locis sunt constituen-
7 di episcopatus. pro hoc de priuileg. c. 1. † Quarto quæro, quia
a dixi de ecclesia cathedrali, quæ dicatur cathedralis. [a] dic ꝙ ea, quæ habet episcopum, de qua loquitur 50. dist. postq̃. 63. dist. obeuntibus, ꝭ. eo. quia propter. & c. ne pro defectu. vnde dixi notando, & ponit glo. in verbo, de pastore. hæc vocabula, pastor & ecclesia cathedralis, licet alicubi ponantur late, hic restringuntur ad episcopales & superiores. Quinto quæro, quare specialiter expressit de religiosis. glo. in verbo, religiosos, soluit. & secundum Lau. & Pau. maxime concernit mendicantes in quibus habet locum, quod dicit glo. Laqueus contritus
8 est &c. † Sexto quæro, quia ex gl. prædicta in verbo, religiosos, & secundum ꝑdicta apparet, ꝙ magis appetunt religiosi exaltari quã alij, vnde hoc surgit. Sol. hoc est problema quod pertineret ad naturales & morales. Sed dicit Lau. quod faciunt ad instar senum in quibus licet cætera vitia cõsenescant, auaritia iuuenescit, vt no. de præsum. cum in iuuentute. nam videntes isti se destitutos bonis seculi, quia mendicantes dicuntur, a mene, ꝙ est defectus, magis appetunt, quod non habent. 45. distin. omnes. dat simile de Anglicis, & Scotis, qui plus appetunt vinum quo carent, quam alij. ad hoc 32. q. 1. Moyses.
9 † Septimo quæro circa id, de quo in proxi. q. an religiosus qui-
b cunque [b] appetens dignitatem peccet mortaliter. videtur ꝙ nõ per c. qui episcopatum. 8. q. 1. vbi dicitur, qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. ad hoc de renun. nisi. in fi. In contrarium, quia religio est bonum quodammodo incommutabile, quod isti commutant pro temporalibus, ergo peccant mortaliter. de regu. licet. 19. q. 2. duæ sunt. pro hoc quod no. 16. q. 1. monachi. in glo. Lau. & Mat. tenent secundum. & ad c. qui episcopatum. respondet Lau. quod qui desiderat episcopatum, desiderat bonum opus, quod est de se bonum, sed desiderium non est bonum. pro hoc est, quod dicimus quod Deus est remunerator aduerbiorum, non nominum. no. glo. de collu. c. 1. vel aliter, qui episcopatum desiderat bonum. ibi punctus, opus desiderat. 40. dist. ante omnia. quia istæ dignitates plus mœroribus afficiunt, quam honores tribuant. 12. dist. nerui. Concludit Lau. quod si appetitus istorum concordat in omnibus cum appetitu Moysi, de quo. 36. dist. si quis vult, non peccant, alias sic, vt dictum est. Octauo quæro, de quibus superioribus intelligitur qđ dicit, improuida superiorũ, &c. glo. in verbo, superiorum. intelligit de quibuslibet quo iuris iure spectat ad eos prouisio, maxime si sunt quatuor principales
10 patriarchæ. † Opp. ad hoc, quia non ad superiores prouisio, sed ad canonicos spectet, electio ad ecclesias cathedrales. de elect. c. 1. Sol. tex. habuit relationem ad id quod erat de facto, quia ibi non erant canonici. dicit autem Lau. quod hodie omnis prouisio episcopatuum & episcoporum spectat immediate ad Papam, nisi specialiter iure vel cõsuetudine concedatur inferioribus. de offi. ordi. duo. de cler. ægro. c. vnico. lib. 6. dicit etiam se non videre quo iure hic hoc faceret patriarcha, ideo sublatum est, quia quod ratione caret, &c. 68. distin. corepiscopi. dic tamen, quod posset competere sibi de iure speciali, vt dicit glo. prædicta. in verbo, superiorum. & idem Pau. dicens in verbo, superiorum. quod ad istos spectabat de consuetudine vel priuilegio speciali, vel de iure communi, propter defectum collegij, cum de collegio nullus esset. facit quod no. de iure patro. postulasti. & per Archid. 9. q. 3. cum simus. vbi autem esset collegium, eius negligentiam non supplet superior, nisi in casu expresso in iure. pro hoc quod dico infra q. 9. Et de quatuor patriarchalibus sedibus dicit glo. in verb. Christianis. prouisum per extrauagantem, sancta Romana, vbi dicitur quod quãdiu sunt sub infidelibus canonici ipsorum, nullo modo procedant ad electionem vel postulationem, nisi primo deducant ad notitiam sedis apostolicæ, & decernitur irritum quicquid fuerit contra factum, & reuocantur consuetudines & statuta contraria etiam iuramento, vel confirmatio-
11 ne sedis apostolicæ reprobata. † Nono quæro circa id, quod dixi in proxi. q. quid si habens prouidere est negligens. Solu. per id quod dixi supra quæst. proxi. & dicit Pau. quod regulare est, ꝙ nullus supplet alterius negligentiam, nisi in casu in iure expresso. 89. dist. c. 2. de concess. præbẽ. quia diuersitatem. vbi no. Innoc. & de elect. cum ecclesia. Pau. quod singulariter no. Ad hoc opp. de sup. negl. prælat. in rubro & nigro. Sol. qđ dicit Pau. procedit quo ad hoc, quod ipso iure nõ fit deuolutio, nisi vbi est iure expressum. sed requiritur, quod superior moneat inferiorem assignato termino, quo elapso ipse supplet, vt no. in
12 d. c. cum ecclesia. † Decimo quæro circa hoc, si datur alicui licentia supplendi defectum alterius, an poterit hoc non citato illo. Vin. in c. in cunctis. eo. titu. vbi melius cadit in fine. & Pau. hic dicit, quod aut suppletio fit propter defectum inferioris in faciendo minus prouide, & tunc quia deliquit inferior, statim pœna committitur. d. c. cum in cunctis. & non est necessaria citatio. sed si inferior deliquit omittendo, necessaria est citatio iuris vel hominis. An in præcedenti q. dic ꝙ præcedens membrum debet distingui, an pœna sit imposita ipso iure, an non ipso iure, vt primo casu procedat ꝙ dicunt, secundo casu non. vel dic verius ꝙ etiam si ipso iure, tñ requiritur citatio anteq̃ pronuncietur pœnam esse commissam, quia potest subesse legitima defensio. de præben. licet. 2. lib. 6. de hære. cum secundum. lib. 6. no. de censi. cle. præsenti. in glo. parte.

quo

ADDITIONES.

a Quæ dicatur Ecclesia cathedralis. Vide Abb. in c. ex parte. de rescri. Doct. in c. 1. & in c. ex transmissa. de rescri.
Vin. God. Ecclesia cathedralis non venit in literis, nisi exprimatur. Fely. in c. in nostra. 19. col. de præscript. & in c. quamuis. de prob. in 6.

b An religiosus quicunque. Adde Doc. hic & tex. in c. ante omnia. 40. distin. & an appetens episcopatum, vt præsit non vt prosit, peccet. dic ꝙ sic, vt est glo. 2. in c. multi sacerdotes. 40. dist. & an liceat appetere episcopatum vel non, vide eleganter per Sanctum Tho. secunda 2. q. 135.

quo tamen ad pœnam quæ imponitur ipso iure ad hoc, vt in-
currarut, procedit distinctio an pœna imponatur facienti, an
omittenti, vt in primo casu ipso iure incurratur, secundo nō,
nisi certum tempus intra quod fieri debet, sit a iure statutum,
pro hoc quod not. Inn. notabiliter de præben. extirpādæ. §. qui
vero. quod dic, vt ibi dixi. Dicit Pau. ꝙ is cui conceditur licen-
tia supplendi, hoc poterit sine authoritate alicuius superioris.
13 65. dist. si forte. †Vndecimo q̄ro, quia dicit pontificatus hono-
a rem, & nō dicit ordinē, an pōtificatus. i. episcopatus sit ordo,[a]
quod nō videtur hic tex. quia hic vocatur honor in verbo, ho-
norem. & ꝫ. in ver. ꝙ si. in verbo, honore. pro hoc de episcopo
qui renun. epi. c. 1. vbi etiam dicitur honor. Item quia alicubi
dicitur dignitas, vt hic, ibi, pontificalis dignitatis. In contrariū
21. dist. cleros. 93. dist. diaconos. 89. dist. cum in prætorio. dicit
Lau. ꝙ inquantum ordo accipitur pro officio quod habet epi
scopus qui habet sacrare presbyteros, qui sunt duces in corpo-
re mystico. i. ad conficiendum eucharistiam. de summa trini.
c. 1. in fi. Item & alios sacros ordines confert, episcopatus dici-
tur sacer ordo, quia per ipsum episcopus facit sacros actus. de
elec. ꝙ sicut. §. preterea Si autem ordo accipitur pro sacramen
to, episcopatus non est ordo, sed quatuor minores sunt ordi-
nes. excludit ergo Lau. psalmistatum seu primam tonsuram,
& ponit tantum septem ordines concordantes in hoc cum
Theologis dicentibus ꝙ episcopatus est quædam præeminen
tia seu dignitas vel honor. Ego in c. cum contingat. de æta. &
quali. vbi probatur de psalmistatu ꝙ est ordo, dixi considerā-
dum ꝙ si ordo accipitur solum quatenus habetur respectus
ad conficiendum eucharistiam, solum septem sunt ordines
præter psalmistatum, & episcopatum, qui hoc respectu non
sunt ordines, sed consideratis omnibus sacramentis ordines
sunt nouem. nam sunt aliqua sacramenta quæ non exercen-
tur nisi per episcopum, vt confirmatio in fronte, & collatio
ordinum. vnde dico ibi ꝙ psalmistatus est ordo perfectiuus,
14 de quo ibi plenius. †Vndecimo quæro, vnde impediuntur isti
maxime mendicantes prodesse, vt expediret. Solu. secundum
Pau. hoc prouenit ex ignorantia iuris positiui in experientia
facti, & quandoque ab eorum calumniosa dissolutione, quia
soluti a laqueo religionis discurrunt vndequaque. 16. q. 1. si cu
pis. & tanquam deficientes a regula, onere damnoso quæsito
pessimi esse probantur. facit 47. distin. quantumlibet. quærunt
etiam vicariatus, & officia aliorum episcoporum quāuis sint
episcopi, & maxime habentes laxas diœceses, & vt plurimū si-
monizare non metuūt. hæc quæ dicit Pau. procedunt habito
respectu ad verbum vagationis, & ad verbum religiosos, sed
habito respectu ad principalem decisionem, ratio est in tex.
quia qui præsunt ecclesiæ non habenti clerum neque populū,
15 non habent cui prosint. † Decimotertio quæro, quę pœna sit
religiosi vagantis extra religionem. dic ꝙ est excommunica-
tus si sine licentia prælati discurrit per eum as principium. infra
de sta. mona. clem. 1. & contra eum debet procedi, vt ibi in §.
quia vero. Decimoquarto quęro, an clem. hæc habeat locum
in non religiosis. Sol. sic. sed maxime in religiosis, probat prin-
cipium ibi, religiosos præsertim. exponendu præsertim ꝓ ma-
xime, vt fieri debet ꝑ id quod dixi de excess. præl. c. 1. Decimo-
quinto quæro, quid de promotis ante hanc clem. Pau. dicit in
eis non esse locum huic dispositioni per verbum, decætero. &
sic prouisus ante hanc cle. non incidit in pœnas de quibus se-
quitur. dic idem si non esset verbum, de cætero. per c. 2. de cō-
16 sti. hæc tñ quæstio est superflua, quia nulli tales sunt. † Deci-
mosexto quæro, quid importat litera cum dicit, quantūcūque
dignitate præpollens. glo. in verbo, quātuncunque. exponit ꝙ
hoc dicit propter patriarchas scilicet quatuor principales, qui
habent priuilegia similia cum domino Papa. 22. dist. renouan
tes. in Auth. de ec. ti. §. 1. col. 9. pro hoc. 3. q. 5. quia. Pau. videtur
dicere, ꝙ hoc comprehendit etiam laicos habentes potestatē
prouidendi ex priuilegio. pro hoc quod no. 10. dist. imperium.
63. dist. Hadrianus. 16. q. 7. in summa. & idem dic generaliter
de quocunque citra Papam non habētem specialem potesta-
tem vt exprimit litera. & intellige specialem. i. contra hanc di-
spositionem, vt sentit glo. in verbo, speciali. non tamen est ne-
cesse ꝙ de hac cle. fiat mentio, quia non habet clausulam de-
rogatoriam. pro hoc quod no. de rescri. nonnulli. de statu mo.
ex parte. Et dicit Pau. in verbo, prouideat. ꝙ licet ex hoc videa
tur ꝙ eligere possint hi ad quos. de præbend. cum in illis. lib. 6.
contrarium tamen putat & sic intellige verbum, prouideat,
generaliter, vt etiam comprehendat electionem, & quemcū-
que modum reformādi ecclesiam. Decimoseptimu quæro,
quia dicit, subditis Christianis, an sufficiat ꝙ sint duo subditi
Christiani. videtur ꝙ sic, per regulā, pluralis. lib. 6. Pau. contra,
quia præmisit de populo ad quem faciendum requiruntur
ad minus decem, ff. vi bon. rapt. l. prætor. 10. q. 3. vnio. pro hoc
quod no. de elec. c. 1.

A D D I T I O.

a Episcopatus sit ordo. Adde Abb. in c. ex literis. in vlt. no. de excess. præl. & Anto. de But. in c. cum contingat. in 1. col. ver. quęro, an, de æta. & quali. & Do. de san. Gemin. in c. cleros. 21. distin. Archid. in c. diaconos. 93. dist. & glo. in ver. de episcopis. in c. quia periculosum. de sent. excom. lib. 6.

§. Nullus. Nota quod religiosus non debet consentire
electioni sine licentia prelati. pro hoc co. tit.
si religiosus. lib. 6. hoc autem casu etiam cum licentia consen
tire non potest, vt no. ꝫ. in ver. seq. in glo. etiam. Quæro quid si
prælatus etiam licentiat, contra hoc præceptum. dicit glo. ꝙ
punietur pœna arbitraria &c.

S V M M A R I V M.

1 *Consecrari se permittentes non coacti, an recipiant caracterem.*
2 *Episcopus consecratus contra dispositionem cle. in plerisque, si agat pro ecclesia, an sibi possit opponi quod nō habet actionem prohibente dicta clementina.*
3 *Episcopi promoti beneficia vt vacent, an requiratur adeptio possessionis pacificæ.*
4 *Episcopi promoti in curia, vbi vacent eius beneficia.*

Quod si licentiatus. No. ꝙ punitur hic, qui
permittit se consecrari.
Ex quo infert glo. in verbo, permiserit. ꝙ in absolute coacto
cessaret pęna, quia nec imprimeretur caracter. Secundo no.
ibi, in religione sua, ꝙ non censetur prohibitus in aliena. argu.
ff. de pęn. l. interpretatione. regula, in pęnis. lib. 6. iuxta cle. 1. ꝫ.
eo. Gēz. sed hoc contradicit literæ quæ sequitur ibi, vel extra.
Tertio no. ꝙ hoc casu non valet consuetudo contraria. & di-
cit Lau. ꝙ non valet, quia irrationabilis & ecclesiæ grauis. de
consuetudine, c. 1. & dicit Genze. per verbum quacūque, hoc
procedere etiam si esset consuetudo, de cuius contrario non
esset memoria, ex quo est irrationabilis. de consue. c. fi. Authē.
vt nulli iudi. §. 1. col. 9. & dicit Pau. ꝙ hic minus potest consue-
1 tudo quam priuilegium. concor. infra eo. statutum. †Quæro,
a nunquid permittentes se consecrari[a] non coacti præcise reci-
piant caracterem. videtur ꝙ non per literam quæ decernit ir-
ritum & inane. Contrarium sentit glo. statim inducta, ex quo
dicit tantum de coacto, & expressius hoc tenet in verbo, vel
aliquod. pro hoc, quia sacramenta quæ per se sortiuntur effe-
ctum sicut baptismus, confirmatio, & ordo, collata etiā cōtra
pręceptum superioris, dumtamen concurrat debita materia,
& forma, & intentio agentis & patientis, imprimunt caracte-
cterem. de sacra vn. c. vnico. de bap. maores. de conse. distin. 5.
manus. vbi glo. pro hoc quod no. 9. q. 3. ordinationes. 1. q. 1. qđ
quidam. Sol. Lau. hoc vltimum tenet. & hoc quando ordina-
tio competit alicui ratione ordinis quem habet, sed si hoc fa-
cit ex mandato superioris, sicut Papa aliquando dedit sacer-
dotibus potestatem confirmandi in fronte. 95. dist. peruenit.
69. dist. cap. vno. tunc prohibitus nihil agit, secundum Lau. &
idem no. de consue. quanto. vel aliter secundum cum si dici-
mus, ꝙ tota potestas, quam habet episcopus vltra presbytera-
tum, sit supra corpus mysticum. & ad hoc tendat eius effectus
ad ponendum duces, id est sacerdotes supra corpus Christi
mysticum ordinando eosdem, tunc Papa propter plenitudi-
nem potestatis, quam habet supra corpus Christi mysticum
potest concedere ex certa scientia non habenti hanc potesta-
tem seu officium, vt possit hoc facere, sicut in d. c. peruenit. &
eadem ratione potest ex toto prohibere, vt in c. manus. secus
autem de illis officiis, quæ habent suum effectum super cor-
pore Christi mystico, sicut sūt sacerdotes. de hoc dixi plenius
in d. c. quanto. nam considerata generali potestate videretur
dicendum, ꝙ clausula decreti omnino irritetur, alias videre-
tur frustra apposita. sed tamen non est frustra, qa dato quod
teneat ordinatio quo ad effectum, habetur pro non ordina-
to. Ad prædicta est præalleg. glo. hic in verbo, vel aliquod. quæ
tenet, ꝙ tenet ordinatio quo ad impressionem caracteris. &
dicit ꝙ quo ad aliquid clausula decreti locū habet. & pro hoc
etiam quod dicit glo. in verbo honore. & idem Pau. qui dicit
ꝙ iste erit episcopus nullius episcopatus, & erit sine executio-
ne, & sic minus poterit q̄ alter episcopus nullius episcopatus,
pro hoc de ordi. ab episcopo qui renun. episcopa. c. 1. Dicit etiā
ꝙ si episcopatus ad quem consecratur, non esset in rerum na-
tura, tenet consecratio quo ad caracterem. sufficit. n. ꝙ est cō-
secratus quo ad ecclesiam gn̄alem quę est vnica. 24. q. 1. loqui-
tur, & c. dicimus. 4. q. 5. quisquis. de transla. inter. in fi. & quod
2 no. in d. c. manus. † Secundo quæro, si consecratus ꝫ hanc cle.
agit nomine ecclesiæ & opponitur ꝫ eum de hac cle. videtur
ꝙ non

A D D I T I O.

a Nunquid permittentes se consecrari. Vide plene per Doct. in cap. prouida. de elect. in 6.

ꝙ non sit audiendus agens, qa infertur nullitas tituli, nec pro-
dest possessio. & talis nullitas opponi potest etiam agenti pos-
sessorio vti possidetis, ff. quod vi aut clam. l. 1. cui etiam obstat
exceptio quod vi aut clam, vel precario possidet, d. l. 1. sic & in
causa liberali opponitur ꝙ fuit seruus. C. de ord. cog. l. 1. 2. & 3.
Sic etiam petenti hæreditatem obstat exceptio ꝙ non sit fi-
lius vel hæres, C. quor. bo. l. 1. potest ergo excipi etiam ante li-
tem contest. sicut opponitur exceptio falsi procoratoris. C. de
procu. l. licet. tali enim solui non potest tanquam intruso. de
quo in c. in literis. de resti. spol. Item prælatus agit nomine ec-
clesiæ tanquam procu. de dona. c. 2. non ergo admittatur, nisi
doceat se legitime ordinatum. de procu. c. 1. sicut tutor debet
se ostendere legitimum administratorẽ. C. de tuto. qui non sa-
tisde. l. fi. C. arbi. tut. l. fi. Idem in syndico actore & œconomo. ff.
quod cuius. vniuer. l. nulli. Compo. in c. nihil. eo. tit. Et Pau. hic
refert & distinguit, aut aliquis agit nomine suo petendo hære-
ditatem etiam si agat iure cessio, & talis non habet docere de
suo iure ante litem contesta. sicut agens rei vendicationenon
ostendit se dominum ante litem contestatam. de li. conte. c. 1.
lib. 6. & ad l. primam. ff. fa. erc. quæ dicit ꝙ obstat exceptio, tu
non es hæres. Respon. ꝙ ibi speciale, ne fiat præiudicium hære
ditatis petitioni quæ de sui natura debet procedere. & idem
in aliis præiudicialibus, quæ de sui natura debent præcedere,
vt si dicatur seruus vel filius. C. de or. cog. l. 1. & 2. Insti. de act. §.
præiudiciales. & istæ ponuntur ante litem contest. C. de adult.
quoniam. quia debet ostendere de suo mandato præterq̃ in
prælato secundum quosdam. Alij distinguunt an opponatur,
tu es prælatus, & non admittitur. an dicatur, tu non es præla-
tus, nec hæres pro prælato, nec es in possessione prælationis.
admittitur. & hoc tenet Compost. in c. nihil. & Spec. in tit. de
actore. ver. sed pone. & Archid. 12. q. 2. alienationes. 42. distin.
quiescamus. Idem dicit Compo. si excipitur de tali facto per
quod apparet eum legitime confirmatum, vt si dicatur in-
a trusus[a] per superiores vel potentiam laicalem. & si dicatur ꝙ
potuit intrudi & postea confirmare, respondetur quod proba-
tio intrusionis transfert in eum onus probandi, vt ee. bene. c. 1.
per hoc dicit Pau. ꝙ in casu nostro obstat exceptio, quia si ec-
clesia nõ habet clerum neque populum, potest hoc indirecte,
& ea probata constat istum non esse prælatum, nec in posses-
sione prælaturæ. quod est verum, quia nõ est qui possideat nec
posset doceri per aliquod exercitium de quasi possessione per
3 modos de quibus dixi post Inno. de rest. spo. in literis. † Tertio
quæro, quia hic dicit ꝙ si promotus remanet sub suo prælato,
quæ est ratio. dicit Pau. ꝙ ad hoc vt vacent beneficia promo-
ti in episcopũ, duo requiruntur, possessionis pacificæ adeptio,
& consecratio. eo. tit. cum in cunctis. 92. dist. si qui episcopi. &
c. præcedenti. sed iste non habet possessionem nec habere po-
test. Ex hoc infert ꝙ si erat abbas, non desinit esse abbas. q̃uis
enim remaneat sine spe promotionis quo ad alia beneficia, vt
hic dicitur, non tamen priuatur beneficio quod prius habe-
bat, sed per superiorem posset priuari propter tale delictum.
J. de regu. cle. vt professores. Idem dicit Pau. de clerico secula-
ri recipiente talem episcopatum ꝙ priora beneficia non per-
dit, quia possessionem episcopatus non habet nec habere po-
test, adeo ꝙ etiam si infideles admitterent eum ad possessio-
nem, non per hoc dicitur adeptus possessionem, quia nec te-
net prouisio, ex quo nõ est ibi clerus nec populus Christianus,
vt hic. Oppono ad prædicta de præben. si beneficia. lib. 6. Solu.
Pau. ꝙ ibi de eo, cuius beneficia, quæ sponte dimisit, vt acce-
ptaret alia non sibi debita, alteri sunt collata. & idem esset si
iste consentiret ꝙ prima beneficia conferentur, quia hoc po-
test etiam antequam vacent, & ante adeptam possessionem
eo casu quo potest acquiri, vt supra eo. tit. cũ in cunctis. & pro-
sequitur Pau. in hoc quædam alia quæ no. in d. c. cum in cun-
ctis. Mihi videtur verius ꝙ perdat prima beneficia, dummodo
faciat in tali episcopatu aliquid habens simile adeptionis pos-
sessionis, vt si intronizatur in sede episcopali. non enim est ve
rum ꝙ non possit acquiri possessio, ex quo non habet clerum
neque populum, quia imo potest modo præmisso, & sic ha-
bet generalis consuetudo prout dicit Inno. in c. in literis. de re-
sti. spol. Item supposito ꝙ ecclesia talis non haberet locum vbi
fieret intronizatio, dumtamẽ fiat aliquid simile, potest idem
dici ne sit melioris conditionis iste contumax quam obediẽs.
de præben. eum qui. lib. 6. Nec ob. quod no. de elec. commissa.
lib. 6. in gl. quid si. vbi dicitur, ꝙ dicitur adeptus possessionem,
cum habet liberum curæ exercitium, quod hic habere nõ po-
test, cum nulla sit talis cura. illud enim ꝓcedit in ecclesia ha-
bente curam de facto. Infert autem Pau. per prædicta ad quæ-
4 stionem sequen. † Quarto quæro circa prædicta de promoto
in curia, vbi vacent sua beneficia. Solu. Pau. recitat opin. Ar-
chid. quam reprobat. & per omnia idem dicit, prout dicit glo.
J. vt li. non contest. cle. 1.

ADDITIO.

a Intrusus. Adde quot modis dicatur intrusus. Primo modo, vt in c. eum qui. de præben. lib. 6. & c. ad aures. de excessi. prælato. Secundo vt per Inno. in c. nihil est. in ver. ad miserum. de elec. Tertio, vt per Innoc. in c. qualiter. el 2. in fi. 4. col Quarto, vt in c. 2. & ibi Abb. in 1. col. de resti. in integrum. Quinto, vt per glo. secundam in c. cum super. de causa posses & proprietat. Vltimo, vt in c. tanta. de excessi. prælato. & ibi Anto. de Butr.
Vin. God. Adde Fel in c. in nostra. col. 9. de rescrip. & in c. meminimus. col. 2. de accu. Deci. cons. 121. in fi. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Electio, verbum potest accipi actiue & passiue.*
2 *Voces quandoque computantur in electione quæ de iure non valent.*
3 *Discordia, verbum qualiter debet accipi.*
4 *Electio si ab initio fuit facta in concordia, deinde superuenit discordia, quid iuris.*
5 *Et quid econuerso si primo facta fuit in discordia, deinde superuenit concordia.*
6 *Voces facti sicut computantur ad nocendum, an ita ad prodessendum. Adde ad idem. nn. 7 & 8.*
9 *Voces absentium non vocandorum, & voces eorum qui non sunt in sacris, an debeat computari.*
10 *Fictio quid sit.*
11 *Fictio a quo iure fiat.*
12 *Fictio quotuplex est.*
13 *Fictio super quibus versatur.*
14 *Fictio quare non versatur super his quæ sunt iuris.*
15 *Fictio quare non versatur super facto ad effectum facti, sed iuris tantum.*
16 *Fictio vnde causatur.*
17 *Fictiones duæ, an possint concurrere circa idem.*
18 *Fictionis quis sit effectus.*
19 *Fictio an præferatur veritati.*

CAP. VI.

QVod circa. Breue & vtile, vt dicit glo. 1. sed
materiam habet intricatam, vt
patet ex glo. magna. sed per singula declarabitur.
communiter non summatur, quia breue, sed per
alia verba, quæ dicit ꝙ c. quorundã. eo. tit. lib. 6. quo ad discor-
diam & minoritatem numeri, intelligitur quo ad voces facti,
non secundum fictionem. Non diuiditur, quia continet vnum
1 constructum. pone casum per id quod dicit glo. 3. & 4. † No. ꝙ
a electio[a] dicitur actiue & passiue. pro hoc glo. 2. quæ dicit intel-
ligi de passiua. & idem Pau. pro hoc quod no. eo. tit. illa. & pro-
batur de ele. exc. mi. c. fin. Secundo no. pro allegatione generali
ibi, Bonifaciana constitutione. alibi pro speciali. J. eo. cle. con-
stitutionem. in princip. vbi de hoc dixi in primo notabili, &
in primo & secundo contrario. Tertio nota casum in quo
consideratur factum & non ius. simile de spon. commissum.
vbi sufficit matrimonium contrahi, quamuis sit caritutum
effectu. sed melius ad hoc ff. ad Trebel. l. hæredibus, §. fin. sic
etiam sufficit conditionem impleri de facto, ff. de condi. insti.
mulier. de sta. libe. l. Stichus. super quo remittit Gen. ad no. per
Cy. C. de proba. l. siue possidetis. Quarto no. quòd fictio est iu-
2 ris effectus. quod dico infra qõ. 15. † Quinto no. casum in quo
computantur voces in electione quæ tamen de iure non va-
lent. & est casus specialis quo ad c. quorundam. in duobus casi
bus ibi positis & hic, licet breuiter enumeratis. Item & quo ad
cap. indemnitatibus. §. sane. alias regulariter contra eo. titu. si
quando. lib. 6. Venio ad materiam & primo expediam mate-
riam specialem huius c. secundo materiam fictionum. Circa
primum primo quærendum esset de exemplis huius c. sed qa
glo magna in princip. hoc quærit, reseruo ad q. 6. sequendo
ordinem glossarum & tex. Quæro primo, quia dicit, religio-
sorum, de quibus religiosis loquatur. Solu. patet ex c. quorun-
dam. & ex eo quod dicitur in glo. 3. & 4. Secundo quæro, quia
dicit, electiones. quid de postulationibus prouisionibus vel
aliis dispositionibus. glo. 2. dicit idem. & idem Pau. quia hæc
æquiparantur quo ad decre. quorundam. pro hoc c. nullus.
3 eo. titu. lib. 6. † Tertio quæro de intellectu verbi discordia, &
verbi minoritate numeri. Solu. ad primum, vt in glo. 3. exem-
plificando in mendicante electo ad prælaturam extra suum
ordinem. Oppo. ad hoc de cle. 1. J. eod. quia generaliter prohi-
betur electio de religioso alterius ordinis. Solu. potest poni
exem-

ADDITIO.

a Electio. Quantum iuris conferat electio, vide Fely. in c. super his. ver. nota vlterius. de accusa.

exemplum de electione facta ad ecclesiam cathedralem, per
d.cle.1.in fi. Ad secundum de minoritate numeri, responde vt
4 in glo.4. † Quarto quæro circa hoc de discordia, quid si fuit ab
initio facta in concordia, deinde superuenit discordia. dicit
5 Steph. ꝙ non est locus cap. quorundam. nec huic cle. † Quinto
quæro, quid econuerso. dic ꝙ erit locus prædictis iuribus, nec
sufficit hæc superuenientia cõcordiæ. arg. l. si vt proponis. C. de
nup. pro hoc, quia speciale in electione Papæ vt sufficiat con-
cordia superueniens. eo. tit. licet. Item speciale in electione mo
nialium vt etiam sufficiat. eo. tit. indẽnitatibus, §. si autẽ. lib. 6.
ergo regulariter cõtra. Opp. ad prædicta de eo quod no. eo. tit.
cupientes. §. si vero. lib. 6. Sol. etiam in illo casu sufficit concor-
dia superueniens, sed vt prædixi regulariter contra. pro hoc qđ
no. eo. tit. nihil. ad fi. vbi quo ad casum illius c. dicitur non suffi
cere superuentionem concordiæ. Sexto quæro, de qua consti-
tutione Bonifacij loquitur tex. cum sint plures. glo. 5. soluit ꝙ
de c. quorundam. quod probat rationibus. & idem per omnia
Pau. & quod dicit glo. in ver. fateor. tamẽ declarabitur ↄ. q. seq.
Septimo quæro de exemplis huius c. gl. magnæ, in princ. soluit
quam diuido in partes quatuor. Primo quærit de exemplis hu-
ius cap. Secundo ibi, sed quæro. quærit quo ad decre. quorun-
dam. & soluit indubitanter. Tertio ibi, sed in casu decre. quæ-
rit quo ad c. indemnitatibus, & soluit petens declarationem.
Quarto ibi, & etiam circa voces. quærit quid de non vocãdis
vel vocatis venire contemnentibus, & quid de non constitutis
in sacris. & soluit etiam petens declarari, vsque ad fi. Venio ad
primam partem glo. de exemplis. & gl. exemplificat primo de
mendicãtibus. deinde ibi, item si ex decem. de non mendican.
eadem exempla ponunt Lau. Pau. & Mar. Sed quo ad id quod
glo. exemplificat de excommunicatis, & vult ꝙ vox excom-
municati cõputetur in numero facti. Opp. de c. nomen. 2. q. 1.
vbi excommunicati supprimuntur. Solu. secundum Pau. po-
tius facit pro, quia ibi dicitur ꝙ excommunicati supprimun-
tur, sed depositi de numero raduntur. de facto ergo remanent
excommunicati in numero. & hoc no. gl. ibi, sed per hoc non
tollitur contrarium, quia si supprimuntur durante suppres-
sione non computantur. & sic de facto pro hoc tempore non
sunt de numero. propterea alij soluunt ꝙ aut excommunica-
tio est notoria, & nõ computatur excommunicatus in nume-
ro etiam facti. aut non notoria, & computatur. & sic debet gl.
intelligi de non notorio. Ratio primi, quia non fuit de inten-
tione c. quorundam. nec huius cle. ꝙ cogerentur non excom-
municati communicare excommunicato, quod iura prohi-
bent. & hoc placet per id quod dixi eo. tit. illa. & quod dico in-
fra q. 11. in fi. secundum hoc conclude ꝙ procedit c. quorũdã.
& hæc cle. vt computentur voces in facto & non in fictione. &
exponit Pau. fictione. i. subductione & vocis annullatione, &
sic supprimit vocem non numerum. & in hoc dicit Pau. quod
quædam priuantur voce tantum, non numero, vt in eo qui
priuatur voce capituli, iure tamen canonicali vel alio ex quo
vocem habet permanentem sicut ille qui elegit scienter indi-
gnum, eo. tit. cum in cunctis. quædam excludunt non tantum
a voce, sed etiam a numero, vt si dicit eligens intrusus in be-
neficio cuius ratione eligit, talis enim non computatur in nu
mero etiam de facto, cum careat titulo. & potest poni exem-
plum quandocunque quis priuatur beneficio ipso iure, vt in
c. pro humani. de homici. lib. 6. vel alia de causa, ita ꝙ non te-
net canonicatum de iure nec de facto, vt intrusi. vel qui renun
ciarunt in manibus superioris consentientis vel quid simile,
secundum Pau. secundum quem id quod hic dicit, ꝙ atten-
duntur voces quæ in facto, non quæ in fictione consistunt, in-
telligitur primo modo, quãdo quis excluditur tantum a voce,
non a numero, non autem secundo modo quando etiam a
numero. & hoc idem vult gl. in vlt. parte. quod dico ↄ. q. 12. Ex
prædictis no. ꝙ necesse est electo hoc casu probare possessio-
nem eligẽtis quo ad hoc vt non sit exclusus a numero. an au-
tem expediat ꝙ probetur bona fides in possessione? vr̄ sentire
ꝙ non, dic cõtra per no. de in integ. resti. cum venissent. & hoc
quãdo ius commune est contra ipsum, vt ibi dixi. non enim
quis præsumitur possidere bona fide, licet p̃sumatur bonus.
de quo tamen dic vt ibi dixi. & prædicta latius declarantur in
6 tribus seq. q. † Octauo quæro, nunquid sicut voces facti com-
putantur quo ad præiudicandum, ita cõputentur quo ad pro-
dessendum, & hoc quo ad casum c. quorundam. pone exem-
plum, si eligitur religiosus nõ mẽdicans per quatuor, & colle-
ctus per sex, & in collegio sunt tantum x. habentes vocem, &
sex prædicti omnes vel tres ex eis sunt excommunicati. glo. in
secunda parte dicit aperte dicendum ꝙ non, quia hoc non est
iure expressum. Item quia sequerentur absurda ꝙ si ex 20. ca-
nonicis 18. elegerunt mendicantem, duo alium, ꝙ valeret ele-
ctio facta per duos: sed hoc absurdum sequitur solum præsup-
ponendo ꝙ eligentes mendicantem in discordia sint priuati
iure eligendi. & tunc non est absurdum imo verũ, per c. con-
gregato. eo. titu. quia in duobus manet totum ius capituli. po-
test tamen sustineri, quod dicit glo. quia sequitur absurditas
præsupponendo ꝙ indistincte procedat c. quorundam. vt ex
eo ꝙ vitiat electionem mendicantis facta in discordia per hoc
approbat factam de non mẽdicante, & ex eo ꝙ reprobat ele-
ctionem religiosi factam a minori parte numeri per hoc ap-
probat factam de coelecto non religioso, quia si hoc esset ve-
rum, sequeretur absurdum prædictum, vt in glo. quæ sic intel-
lecta est clara. Inducit glo. & aliud absurdum, quia sequeretur
præsupposito quod dixi ꝙ si ex 20. electoribus nouem elege-
runt professum, valeat electio facta per 11. subaudi qui elege-
runt non professum, contra quod inducit gl. c. scriptum in fi.
& c. indemnitatibus, §. si vero. & §. si qua vero. esset autem hoc
absurdum præsupponendo ꝙ contra illud nulla exceptio pos-
set admitti, cum tamen dicant illa iura ꝙ confirmari possit si
est canonica, sed nõ est canonica si est facta a non habentibus
voces. & cum hac gl. concordat Pau. per eandem rationẽ quã
ponit glo. quia hoc non est expressum in c. quorundam. & cor-
7 rectio iurium est vitanda. † Nono quæro, quid si ponimus ca-
sum conuersum, vt pone exemplum ex 8. electoribus ex qui-
bus tres sunt excommunicati 8. ex non excommunicatis cum
illis tribus excommunicatis elegerunt religiosum nõ mendi-
cantem. 7. elegerunt alium. dicit Pau. ꝙ tenet electio religiosi
vt censeatur electus a maiori parte capituli. Idem dicit de ele-
ctione mendicantis, puta ex 12. electoribus 11. elegerunt men
dicãtem, vnus aliũ, cassabitur electio facta de mendicãte, quia
in discordia, & alterius, quia a minori parte. licet enim electio
mẽdicãtis non teneat, nõ propterea eligẽtes priuati sunt iure
eligẽdi. pro hoc quod no. eo. tit. auditis. & hoc vltimum dictũ
est verum per id quod dixi in q. præcedenti. sed de dicto præ-
cedenti dic vt seq. q. Decimo quæro in eo quod dixi ŝ. q. proxi.
de electione religiosi nõ mẽdicãtis, quæ est ratio. Respondeo
ꝙ est, quia quomodocunque computes, remanet electio facta
a maiori parte capituli. nam tres excommunicati in exem-
plo illo nõ possunt computari contra religiosum illum quem
elegerunt. oportet ergo ꝙ vel non computentur in numero,
& remanet electio facta a maiori parte, quia ab octo, & con-
tradicentes sunt tantum septem. aut si computant pro reli-
gioso, & adhuc idem vbi trado talem theoricam ꝙ voces con
sistentes in facto computantur quo ad nocendum, vt in exem
plis datis ŝ. q. 7. quo ad prodessendum autem non, quando per
hoc veniretur contra communes regulas, vt in absurdis posi-
tis. ŝ. q. 8. sed quando non venitur contra communes regulas,
non surgit varietas iuris, & refert an computentur, an non, vt
in exemplo statim posito pro prędictis, quia cap. quorundam.
est contra omnes regulas & nihil aliud ponit simul cum hac
clemen. nisi quòd ad hoc vt teneat electio mendicantis requi-
ritur ꝙ non sit facta in discordia. & dicitur in discordia facta
si aliquis habens vocem etiam de facto tantum contradicit.
Similiter quo ad non mendicantem professum requiritur ꝙ
sit facta a maiori parte capituli, ita ꝙ sit maior pars totius nu-
meri. non autem sufficit ꝙ sit maior pars habentium vocem
eligendi de iure. Extra ergo istos duos casus stat dispositio iu-
ris communis vt non computentur voces eorum qui de iure
8 communi non habent vocem. eo. tit. si quando. lib. 6. † Vnde-
cimo quæro, quo ad tertiam partem gl. nunquid voces com-
putentur quo ad factum tãtum respectu c. indemnitatibus, §.
sanc. & §. si vero. & §. si qua vero. lib. 6. glo. disputat, & clara est.
concludit autem opus esse declaratione. Pau. idem per omnia
dicens quod electus a duplo maiori parte in casu §. sanc confir
mabitur nulla facta discussione numeri. & sic etiam quo ad
prodessendum computantur voces in facto tantum. dicit au-
tem Pau. quod aliud in electione monialium in quibus mul-
ta specialia statuuntur, vt patet in d. c. indemnitatibus. & est
ratio, quia non tenentur habere iurisperitiam. 16. q. 1. legi, in
fi. no. infra q. 4. §. vlti. 38. dist. in summa. concludit Pau. opus es-
se declaratione, vt etiam dicit glo. Genze. idem tenet, scilicet
ꝙ electio fit a duplo maiori parte nulla obstãte exceptione. Ex
hoc dicit quòd hoc casu minor pars priuatur iure suo sine cul
pa. simile vt lite non contesta. quoniam, §. si autem de Cardi-
nali. Ex prædictis etiam infert partem inhabilem alteri noce-
re & sibi non prodesse, quod procedit quantum ad hoc cap.
& quo ad ea quæ dixi in proxi. q. & dicit Genze. quod hoc con
tingit ex iuris dispositione statuentis, ad certum numerum
vel concordiam respectum fore habendum, & sic stari opor-
tet, ff. de verb. sign. si qua pœna. ff. qui & a quibus, l. prospexit.
19. distin. in memoriam. sicut actioni iuris fingentis esse quod
non est. de spon. is qui. vel econtra, vt in fictione postliminij.
quod dico infra q. 3. inducit Genze. & alia similia in quibus
quis alteri nocet, & sibi non prodest. C. vnde vir & vxor. l. 1. de
natu. lib. auth. licet, ff. de leg. 1. l. planc. de adi. lega. legatũ. 10 si.

Lau.

Lau. de Pynu dicit ꝙ fiet computatio vocum quæ sunt in facto, dummodo tot remaneant qui possint computari de iure quod electio possit dici facta a maiori parte capituli, alias non confirmabitur, ponit exemplum. 18. elegerunt, quatuor erant excommunicatæ, cum ex 18. 13. elegissent vnam, sex aliam, & inter 12. erant illæ quatuor excommunicatæ, modo remaneret electio facta tantum ab octo, quæ non sunt maior pars capituli, non debet confirmari: sed si extarēt decem habiles quæ sunt maior pars capituli, vt si tantum duæ de 12. essent excōmunicatæ, confirmabitur, hoc recidit in id quod dixi s̄. q. præce. secundum Pau. Ego simpliciter puto verum ꝙ confirmabitur nulla obstante exceptione, vt est tex. c. indemnitatibus, qui ponit diuersitatem inter electam a duplo maiori parte & electam a non duplo maiori, quod expresse intendit vt patet ex diuersitate §orum, pro hoc de postu. c. vnico, lib. 6. & quod ibi no. vel plenius circa c. indemnitatibus, & circa c. quorundam, & hanc cle. Potest dici aut prouenit inhabilitas ex facto seu ex sñia iudicis vel hominis, vel ex sñia iuris. primo casu voces non computantur, vt si a iudice interdictum est alicui ne eligat. secundo computatur ratio diuersitatis, quia primum est clarum, secundum potest esse dubium, nam sñia iudicis facit notorium iuris, de coha. cle. c. fi. Item mitius agitur cum l. quam cum ministro legis. ff. de arb. l. Celsus. hæc distinctio per aliquos fit, & videtur placere Io. de Lig. quam plenius declaro in q. seq. Concludo autem secundum id quod prædixi statim quo ad c. indemnitatibus, §. sane, sed quo ad cap. quorun-
9 dam, prout dixi in q. præcedenti. † Duodecimo quæro quoad vltimam partem gl. quid de vocibus absentium non vocandorum vel vocatorum venire contemnentium, & quid de voci-
a bus non constitutorum [a] in sacris. gl. sentit ꝙ non computentur, vt sit mens literæ ꝙ alias habens vocem qui per fictionem iuris posset excludi, non excludatur, sed de facto, pro hoc quod dixi s̄. q. 7. & idem Gen. & aliqui alij, alias sequeretur ꝙ in electionibus mendicantium si qui forent non constituti in sacris vel in non mendicantibus, ꝙ impedirent electionem habentium vocem, præsupposito ꝙ maior pars non esset constituta in sacris: & idem absurdum sequeretur si maior pars reuocata non veniret vel esset absens in loco de quo vocari non deberet. per hæc & per ea quæ dixi in tribus præced. q. potest con-
b cludi ꝙ. illi qui nunquam habuerunt vocem, vt impuberes, [b] per c. ex eo, ꝙ. & c. indemnitatibus. t. respon. eo. ti. lib. 6. vel non professi. eo. ti. nullus. li. 6. vel non constituti in sacris ℑ. de ęta. & quali. cle. vt hi qui. vbi de hoc in glos. 2. & ibi etiā dico, in prin. q. 5. vel mendicantes qui transiuerunt ad alia monasteria. inf. de regula. cle. 1. omnes illi non computentur, qoia nec de iuris fictione nec de facto vocem habent, & hoc tam in monasterijs monachorum q̃ monialium, sed illi qui iam habuerunt vocem, sed nunc non habent iure prohibente vt excommunicati, interdicti, suspensi, irregulares, vel similes, computantur in vtrisque monasterijs: quo ad numerum tamen differunt, quia in monasterijs virorum vota talium non afferunt suffragium, & possunt opponi exceptiones per id quod dixi s̄. q. 8. 9. & 10. sed in monasterijs monialium si facta est electio a duplo maiori parte, computantur & afferunt suffragium, vt dixi in q. præcedenti, d. c. indemnitatibus. §. 1. & §. cæterum. sed si electio est facta a non duplo maiori, obstant exceptiones præmissæ & similes. d. c. indemnitatibus. §. si vero. & §. si qua vero. Insuper declarando distinctionem factam sup. q. proxi. nam an sit priuatio vocis facta a iure an ab homine, etiam de priuatione hominis, dic ꝙ quandoque obstat talis exceptio per quam potest quis repelli vt ad eligendum non admittatur, & tunc si admittitur, habetur pro non admisso. talis est omnis exceptio de qua facile patet, & sic siue sit exceptio, quia non est constitutus in sacris, siue quia est excommunicatus notorius qui debet repelli. eo. ti. illa. vbi plenè dixi, siue alia similis, talis nunquam computatur, quia non potest dici de numero eligentiū ex quo debuit excludi ab electione. si autem per talem exceptionem non debuisset excludi ab electione, licet posset opponi ne confirmetur, sicut quando excommunicatio vel similis exceptio non est notoria nec de ea facile constare potest, tunc computatur in numero, quia tunc dicitur esse de numero antequam hoc discutiatur. hanc distinctionem probo per hunc tex. nam omnis exceptio quæ facit aliquem posse excludi ab electione, est consistens non tantum in fictione, sed etiam in facto, quia verum est, dicere quod de facto non erat computandus in numero capituli, tunc etiam de facto potuisset excludi. sed exceptio quæ non excludit ab electione, sed solum imperficit vocem istam, proprie consistit in fictione, quia de facto iste fuit de numero. sed per fictionem & iuris effectum excluditur a computatione tanquam inhabilis. Per hoc concludo quòd voces absentium non vocandorum non computantur, quia quo ad hanc electionem habetur ac si non essent de numero. de elec. quia propter, & c. cum vniuersas. Idem de vocatis qui venire contempserunt, quia contemnendo fecerunt se extraneos, eo. ti. cū nobis. vbi singulariter hoc probatur vt ibi dixi. Venio ad secundum principale, ad materiam fictionum,
c & quæro de quatuor, primo quid sit fictio. [c] secundo quotu-
10 plex. tertio vnde causatur. quarto de fictionis effectu. † Decimotertio quæro, quid sit fictio. ad quod dic præmittendo ne equiuocemus ꝙ fictio pluribus modis accipitur in iure. qñque significat idem ꝙ simulatio, de qua simulatione hētur quod me. causa. c. 1. in gl. 3. de regularibus. vidua. C. plus valere quod agitur. in rubro & nigro, & hæc simulatio aliquando est licita, aliquando damnabilis, vt no. in d. c. 1. aliquādo fictio est idē ꝙ præsumptio. sic accipit gl. 50. di. ferrū. ff. quod me. cau. l. non est verisimile, & de præsumptione dic vt dixi de pręsump. literas. de spō. is qui. vbi etiam tetigi de fictione proprie sumpta. sed hic plenius dic. aliquādo & tertio accipitur fictio proprie sumpta pro quadam iuris dispositione per quam ex causa receditur a veritate facti, & de hac loquitur hæc cle. possent, & alij modi fictionis assignari, sed prædicti sufficiant. Hoc præmisso licet varie definiatur fictio, vt dixi in d. c. is qui. ego sic definio. Fictio est iuris dispositio, per quam non verum possibile, tamen esse verum pro vero accipitur. iuris dispositio. ponitur genus, quia omnis fictio est iuris dispositio, & non econuerso, & hęc est magis propria assignatio generis q̃ assignationes aliorum definientium, vt Cyn. in l. siue possideris, C. de proba. & Bar. in l. si is qui pro emptore, ff. de vsuc. pro emptore, & Io. de Lig. hic dicentium quod ex cōtrarijs veritatis pro veritate acceptio. quod verbum, acceptio, sapit potius factum q̃ ius, nec proprie est genus. Dixi non verum, quia fictio est super eo quod certum est esse falsum, per quam reuersus ab hostibus fingitur nunquam fuisse captus, ff. de captiuis & postli. reuersis. l. postliminij. & per totum. per quam etiam fingitur mulierem stipulatam fuisse dotem sibi reddi, cum tamen stipulata non fuerit, C. de rei vxo. ac. l. vnica. in prin. sic etiam fingitur excommunicatum non esse de numero eligentium, cum tamē sit, quia excommunicatio non excludit a numero in facto, vt dixi. s̄. q. proxi. pro hoc quod dicimus de omnibus priuatis voce eligendi, eo. ti. cum Vintoniē. & c. congregato, & eo. ti. si qñ. lib. 6. Dixi possibile tamen esse verum, quia super impossibile nō cadit fictio, sicut nec cadit iuris dispositio, de pac. c. fi. quod intellige sane. i. nulla dispositio quæ habet substantiam iuris, potest fieri super impossibili. d. c. pro hoc ff. de lib. & posthu. l. Gallus §. si eius. & ibi gl. ff. ex qui. cau. ma. l. denique. item quia ars imitatur naturam, non enim cadit figura vbi non subest veritas naturæ, de cele. mis. in quadam. fictio autem est artis & iuris, non ergo cadit super impossibili secundum naturam.
11 † Decimoquarto quæro circa hoc, cuius iuris sit fictio. i. a quo iure fiat. dicit Bar. in d. l. si is qui. ꝙ fictio non fit a iure naturali, quia illud est commune omnibus animantibus etiam irrationabilibus, ff. de iusti. & iure. l. 1. sed fictio fundatur sup æquitate, vt dico. inf. q. 19. quæ æquitas non cadit, nisi quoad vtētes ratione, sed secundum eum fingit iusgentium vt in fictione postliminij præalleg. Item ius ciuile. d. l. vnica. in princi. de rei vxo. act. & hoc siue sit ius commune siue municipale, vt statuta & consuetudines quæ inducunt ius ciuile, ff. de iusti. & iu. l. omnes populi, arg. de consti. c. 1. lib. 6. Io. de Lig. reprobat hoc, dicens fictionem cum causetur ab æquitate, fieri non a re inanimata vt est lex, sed a re animata idest ab habente potestatem legis condendæ. hæc reprobatio est verbalis, nam hæc fuit etiam intentio Bar. vnde dic ꝙ cum, vt pędixi, fictio sit iuris dispositio quatenus est in inducēdo, semper fit ab habente rationem, vt a conditore legis communis vel municipalis vel consuetudinis, sed quatenus est in inducto esse, fit a lege, imo est ipsa lex vel canon. de iure autem naturali dico verum esse quod non procedit fictio nō tantum accipiendo ius naturale generaliter vt accipit Bart. sed etiam accipiendo specialiter prout est. dic tamen rectę rationis, prout dixi in proęmio decretalium, nam hoc respectu cum solum duo pręcepta locum haberent, non expediebat vti fictione, & frustratoria fuisset.

† De-

ADDITIONES.

a Quid de vocibus non constitutorum. Adde cle, vt hi qui. de æta. & qua.
Vin. God. Vox etiam competens non dicitur esse apud dimidiam partem collegij in partem vel in totum. Ruy. consi. 50. nu. 6. lib. 5.

b Nunquam habuerunt vocem vt impuberes. Adde gl. in cle. si. de æta. & quali. Doc. in c. super inordi. de præben.

c Quid sit fictio. Add. gl. in cle. quamuis. de fo. compe. Io. And. in c. literas, de temp. ordi. Doc. in l. siue possidetis, C. de pro. & in l. non est verosimile. ff. quod metus cau. Bar. in l. si is qui pro emptore, ff. de vsuc. Bal. in ru. C. de proba. idem in ver. quòd verosimile, de præsump.
Vin. God. Adde eundem Bal. in l. siue possidetis. C. de prob. & vide Ruy. in consi. 27. nu. 16. lib. 3. quòd fictio non habet locum in dispositione stricte interpretanda, & vbi aliquid pro forma requiritur.

12 † Decimoquinto quæro, quotuplex est fictio, & est secunda quæstio principalis. Bat. in d.l. si is qui. ponit triplicem, quia secundum cum quædam est inductiua, quędam priuatiua, quędam translatiua, quod declarat. nam homo triplici modo agit. exemplifica in contractibus, aliquando agit contractum faciendo, aliquando destruendo, vt per acceptilationem, quãdoque transferendo vnum contractum in alium, vt per nouationem vel delegationem vel similes modos. Io. de Li. reprobat hanc distinctionem, aut enim ſm eum vocat inductiuam, quia inducit factum, & hoc non est verum, quia factum non aliter se habet: aut quia inducit ius, & tunc etiam priuatiua & translatiua sunt inductiua fictionis qui induxit ius. vocat ergo Io. de Lig. alijs vocabulis, quia quædam est fictio existentiæ q̃ Bart. dicit inductiuam, quædam non existentiæ quam Bat. dicit priuatiuam, de translatiua conuenit cum Bar. Alij ponunt decem genera fictionum secundum quod sunt decem prędicamenta, de quibus in lib. prędicamẽtorum Arist. ita dicit Az. in sum. C. in princ. & Lau. hic, & dant exempla. fingitur enim in prædicamento substantiæ aliquis esse qui non est. 22. q. 2. §. item opponitur. In prædicamento qualitatis fingitur esse qualis non est. 23. q. 5. si homicidium. In prædicamento quantitatis fingitur quis esse minor q̃ sit. 2. q. 7. quamq̃. In prędicamento relationis fingitur esse pater qui non est. 25. q. 2. §. iuxta. In prædicamento actionis fingitur agere qui non agit. de senten. exc. mulieres. In prædicamento passionis fingitur pati qui nõ patitur. 32. q. 5. proposito. In prædicamento vbi fingitur quis esse in loco in quo non est 7. q. 1. mutationes. In prædicamento quando, fingitur esse in alio tempore quam est. de pę. di. 1. periculose. In prædicamento situs, fingitur esse situs qui nõ est. 13. di. duo. quod nihil facit, sed facit ea. di. nerui. in fi. vbi dicitur de eo qui murorum ambitu clauditur, & sic situs est intra muros. In prædicamento habitus fingitur non habere qui habet. 16. dis. Nicena. Mihi videtur ꝙ cum dispositio iuris sit prodita ad regulandos humanos actus, in eo. procęmio Gregoriano, & in actibus humanis sit tantum duplex variatio, vna ratione substantiæ, alia ratione accidentium, omnia enim composita ex his duobus constant. de cele. mis. cum Marthæ. §. quæsiuisti. Ideo duplex tantum fictio ponenda sit. respectu substantię, vbi subdiuiditur fictio, quia quædam est affirmatiua, quædam negatiua. Affirmatiua est, per quam non ens affirmatur esse, & secundũ hoc fingitur stipulationem intercessisse pro dote quę non intercessit. C. de rei vxo. ac. l. vnica. in princ. fingitur esse in ecclesia qui non est. de cle. non resi. ad audientiam. Negatiua est, per quam negatur esse id quod est & disponitur de iure ac si non esset, vt quando ecclesia habet prælatum inutilem, fingitur non habere, de transac. c. 2. versi. sed neque, & hoc respectu substantiæ. licet exemplum quod dedi per c. ad audientiã, posset concernere accidens. Alio modo fit fictio vt dixi respectu accidentis, & hęc subdiuitur ſm varietatem accidentium, & posset fieri variatio nouem modis ſm nouem prædicamẽta omisso decimo scilicet substantiæ, vt in exemplis præmissis.

13 † Decimosexto quæro circa hoc, super quibus versetur fictio, nunquid enim versantur in his quæ sunt iuris, & nunquid potius in his quæ sunt facti? text. noster videtur velle ꝙ in his quæ sunt iuris, ibi, quæ in facto, non in fictione vel iuris effectu. & hoc tenet Lau. dicens quod iura fingunt quo ad ea quæ sunt iuris, vt prælatum inutilẽ non esse. i. quia disponunt ac si non esset prælatus, sed non fingunt in facto, quia in veritate facti est. Io. de Lig. hoc reprobat: potius enim fictio versatur in his quæ sunt facti quam in his quæ sunt iuris, quod etiam tenet Bar. in d.l. si is qui. quod patebit in sequentibus exemplis. Sed primo oporteret respõdere ad hunc tex. ad quem non respondet Io. de Lig. quia nec Laud. pro ię inducit. vbi dico ꝙ refert quærere, an iura induxerint fictionem ad destruendum factũ, quod est, vel ad inducendum factum quod non est. vel ad alterandum in alia natura, & tunc fictio non propriè versatur in facto, quia de facto hæc non fiunt idest ſm essentialẽ veritatem, alias non esset fictio, & ideo quando requiritur veritas facti, sicut in his quæ sunt facti, non habet locum fictio sicut est in possessione, non captus ab hostibus reuersus non fingitur retro possedisse. ff. ex quib. cau. ma. l. denique. quæ possessio habet plurimum facti, vt ibi dicit gl. de quo no. gl. de conces. pręben. cum nostris. Item quo ad casum l. denique. cessat æquitas super qua fundatur fictio vt dico ӡ. in 3. principali q. nam non est æquum ꝙ vsucęperit quis acquirendo & alteri præiudicando. si vero non possedit, vt quia fuit captus ab hostibus & fingendo eum retro possedisse, esset præiudicare ei, cuius possessio interim non fuit apud alium. & sic non potest de negligentia notari. Aliud est quærere, an fictio versetur in his quæ sunt facti. i. super his potius q̃ in his quæ sunt iuris. & dico ꝙ sic, & ꝑ hoc cõcordant opin. quia primo modo procedit tex. noster & opi. Lau. secundo modo procedit opi. contraria quam decla-
14 ra plenius in duabus se. q. † Decimoseptimo quæro, quare fi-
a ctio[a] non versatur super his quæ sunt iuris. R̃ndeo quia fictio in his nõ est necessaria. In his enim quæ sunt iuris, liberam potestatem habet legislator, sicut in hoc ꝙ minor habeat personam standi in iudicio, vt de iure canonico in spiritualibus maior 14. annis habet personam maioris 25. de iud. c. fi. li. 6. de restit. spo. ex parte. non expedit hoc casu dicere ꝙ sit fictio, quia nec est. non. n. receditur ab aliqua veritate facti, sed potius iuris dispositio alteratur. ab hac doctrina excipiunt Bar. & Io. de Lig. casum, q̃ñ surgeret iuris repugnantia, tunc dicunt etiã in his quæ sunt iuris, fictionẽ procedere, vt pone, dicit ꝙ filiusfamilias in castrensibus habet personam patrisfamilias, hoc est per fictionem, cum quo ad alia duret patria potestas: vel pone factus clericus quo ad ea quę acquirit, nõ est sub patria ptãte, ꝙ dixi in c. cum decorem. de æta. & quali. tñ non desinit esse sub patria ptãte quoad alia nisi fieret eṗs. qui fi. sint leg. per venerabilẽ. Ego dico exceptionem nõ necessariam, & ꝙ potius verum est dicere ꝙ alteratur natura illius actus qui est iuris vt in exẽplis positis, quia de iure est ꝙ filiusfamilias acquirit patri, sed alteratur natura patriæ ptãtis in casibus pręmissis. & est verũ dicere ꝙ patria ptãs non habet tales effectus de veritate iu-
15 ris. † Decimooctauo quæro circa id q̃d dixi ӡ. q. 16. quare fictio nõ versatur super facto ad effectũ facti, sed iuris tñ. So. patet ex q. precedẽti q̃ & amplius declara. In his. n. quę sunt facti, impossibile est ꝙ nõ fuerint si fuerũt, vel ꝙ fuerint si nõ fuerunt, vel ꝙ fuerint sub vno modo si fuerunt alio. non. n. facta pñt non fuisse. 6. æthicorum. l. in bello. §. factæ, ff. de capti. & postli. reuersis 32. q. 5. si Paulus. non põt ergo legislator nisi ꝑ fictionẽ circa talia disponere, fingit aũt prout dixi. ӡ. q. 15. Vbi aduerte ꝙ quia fictio est iuris dispositio seu iuris effectus, vt in tex. & ꝑ ꝯsequẽs est artis, ideo dẽt imitari naturã. Insti. de adop. §. minorem. ex hoc datur regula ꝙ fictio versetur circa facta fingendo ea non fuisse, & sic circa impossibile ſm naturã. sicut. n. dicit lex ꝙ non põt quis adoptare in filiũ eum qui ſm naturam nõ posset esse filius, vt quia non est tot annis minor adoptãte, vt in d. §. minorẽ. Ita in similibus nõ posset fingi hodie de mortuo iã trecentis annis ꝙ viueret, pro hoc Insti. de excu. tu. §. sed si in bello. ita dicimus in electione ꝙ si non fuit valida ex consensu, non p̃t confirmari per papã, quia non pñt induci substãtialia iuris super eo ꝙ nunquã fuit, de quo dixi in c. ꝙ sicut. de elec. pręcedens tñ exemplũ est melius. Ita ẽt posset exẽplificari in his qui sunt inhabiles ad electionem, fit. n. per fictionem vt finguntur non esse de numero, cũ tñ sint. & hoc quia ſm naturã esse possent. sed si essent mulieres quæ sunt incapaces sacramentorũ actiue, de ma. & obe. dilecta. in his in quibus quæreretur de tali incapacitate, frustra fingeretur. posset tñ exemplum hoc calumniari, quia mulierem esse incapacem, potius est per iuris dispositionẽ. sed alia plura exempla dari possent.

16 † Decimonono quæro & est tertia principalis q̃ō, vñ causatur fictio. Bar. in d. l. si is qui. dicit ꝙ ab æquitate. pro quo est tex. optimus, ff. de cap. l. postliminiũ. in prin. quia dicit ꝙ ex æquitate fingitur nunq̃ fuisse captum qui ab hostibus est reuersus. Opp. ad hoc ꝙ imo aliq̃ñ fictio surgat ex odio. fingit. n. lex dãnatũ in metallum & deportatũ esse mortuum licet viuat, ff. de contra tab. l. 1. §. plerunque. Sol. subest æquitas vt delicta puniãtur, ff. de iniur. l. nõ solum, §. 1. ita soluit Bar. in d. l. si is qui. Sed ita dicendo de omni iuris dispositione, dici posset ꝙ surgit ab æquitate, q̃d non est verũ capiendo æquitatem stricte, de quo dixi de transac. c. fi. Dic ergo ꝙ fictio fundatur ex aliqua speciali ratione mouente legislatorem, quod põt apparere in omnibus dispositionibus iuris, in quibus proceditur per fictionem, & hoc est, quia per specialem rõnem receditur a communi dispositione de pręb. de multa. in fi. Bar. tñ in d. l. si is qui. in 6. q. princ. ad probandum dictum suum, inducit exempla. nam cessante ęquitate cessat fictio. ff. de sta. homi. l. qui in vtero. ponit & alia exempla quę omitto, sed quod dixi est tutius & non põt pati calumniam. Ex prædictis infertur ad quæstionem se.

17 † Vicesimo quæro, an duæ fictiones[b] circa idem concurrere
b possint? dic ꝙ sic. vt duo specialia circa idem concurrunt, C. de dotis promis. l. 1. & quod ibi not. gl. ff. de iure dotium. l. cum post §. gener. & quod ibi no. q̃d tenet Gui. de Cu. ff. de pac. l. ab emptione, & intellige, quando sunt duę fictiones ęque principales,

ADDITIONES.

a Vin. God. Adde quòd fictio nullum locum habet, nec habere potest in flammis, Ruy. consi. 114. nu. 9. lib. 5. Nec locum habet in dispositione stricte interpretan. & vbi aliquid pro forma requiritur, Ruy. consi. 17. nu. 16 lib. 3.

b An duæ fictiones. Adde l. 1. & ibi Doc. C. de dot. promis. Bar. in l. singularia, in princ. ff. si cer. pe. in l. si vero, ff. mand. & in l. si post, §. gener. ff. de iur. dotium.

Vinc. God. Adde Cor. in cons. 23. viso. litera n, & o. lib. 1. Et scias quòd fictio prævalet veritati, quando concurrit cum veritate esse idem. Ruy. consi. 115. num. 18. lib. 3.

pales, secus si vna veniret ad consequentiam alterius, tunc.n.
concurrere possent. Insti. quib. mod. ius pat. pot. sol. §. si ab ho-
stibus, ff. de sol. l. sub conditione. Item intellige quando nõ sur
gunt ex fomitibus, tunc proprie procedit l. cum post. §. gener.
& pro hoc, ff. de polli. l. si quis rem. §. 1. coniuncta l. fi. C. de sa-
crosan. eccl. & quod no. gl. C. loca. l. qui rem. Ad prædicta indu
co casum c. fi. de spon. vbi id quod disponitur in c. is qui. eo. ti.
ꝙ per sequentem copulam sponsalia de futuro transeant in
matrimonium, non habet locum nisi copula vere interueniat
& non sufficit nixus ad copulam, quia essent duæ fictiones, al-
tera per quam fingeretur consensus de præsenti, altera per q̃
fingeretur voluntas seu nixus pro facto. & ad hoc ille tex. est
28 optimus, quod etiam ibi dixi. † Vicesimo primo quæro, & est
4. prin. q. de fictionis effectu. respondeo ꝙ habet effectum veri-
tatis vt probat definitio tradita sup. q. 13. & adeo habet effectũ
veritatis ꝙ non admittitur probatio in contrarium, de spon.
is qui. quod tamen c. licet. in præced. q. induxerim ad materiã
fictionum, proprie loquitur de præsumptione. sed gl. ibi inter-
misit exempla de fictione, & quo ad hoc subest identitas ra-
tionis, imo fortior, quia necessarium est dicere ꝙ fictio habea-
tur pro veritate, quia alias frustra esset quod procedit quo ad
omnia quæ surgunt ab illo qui fictionem inducit. vnde si ciui-
tas concedit alicui ꝙ habeatur pro ciue, sicut hic concessum
est scholaribus, iste habetur pro ciue in omnibus quæ potest
concedere ciuitas. secus in alijs quæ concessa essent a principe
ciuibus, pro hoc ff. de leg. 2. codicillis. §. fi. & de hoc per Bart. ff.
29 de adul. l. si maritus, §. 1. † Vicesimosecundo quæro circa hoc,
an fictio præferatur veritati. ꝙ sic per c. 1. quod metus causa.
In contrarium, C. plus valere quod agitur. in rubro & nigro.
Item quia fictione ius non confunditur nec deletur, C. de iu.
dot. l. in rebus Lau. distinguit, quia aut loquimur de fictione
iuris & de iure. & talis præualet veritati. de spon. is qui. & quod
no. 50. di. ferrum. aut est fictio iuris tantum, exemplum in ve-
lata quæ post annum fingitur professa, & statur fictioni prima
facie nisi plene probetur contrarium, de quo no. quod me.
cau. c. 1. & hoc quo ad fictionem iuris. sed aliquando fictio est
facti, sicut quando clericus assumit habitum laicalem, de vi.
& ho. cleri. clerici. & tunc semper statur veritati nisi probetur
honesta causa fictionis, quia fictio de sui natura est mala, sicut
& simulatio, vt no. d. c. 1. quod me. cau. hæc distinctio & tota q.
non procedit per id quod dixi in præcedenti q. & sup. q. 13.
vt enim apparet ex verbis Lau. non capit fictionem proprie,
sed vel capit fictionem pro præsumptione, quatenus distinguit
an sit iuris tantum, an iuris & de iure. vel capit pro simulatio-
ne. nos autem quærimus de fictione proprie sumpta, & de il-
la procedit quod dixi in quæstione præcedenti, per hæc aperi-
tur via ad totam materiam.

SVMMARIVM.

1 *Emolumentum potest prouenire ex iurisdictione.*
2 *Ecclesia cathedralis, collegiata, & regularis, qualiter differunt.*
3 *Iurisdictio ecclesiarum tam cathedralium quam aliarum (defuncto prælato) ad quos deuoluitur.*
4 *Declaramus verbum positum in l. vel c. denotat iuris veteris declarationem, non noui inductionem.*
5 *Commodum an prouenire possit ex sigillo.*
6 *Recipiens aliquid confidens de opinione alicuius doctoris famosi, an & qualiter excusetur.*
7 *Ecclesia collegiata qualiter fit, & qualiter cognoscitur.*
8 *Dispositio cle. statutum, de elect. an procedat in bonis communibus prælato & capitulo.*
9 *Capitulum, si vacante sede constituit aliquem officialem, an ille habebit salarium de bonis pertinentibus ad prælatum.*
10 *Capitulum si dat delegatum ad vnam causam, an talis habeat salarium de bonis ecclesiæ vacantis.*
11 *Quid si aliqua esculenta & poculenta dantur capitulo sede vacante.*
12 *Sede vacante si ad singulares personas pertinet iurisdictio cum emolumento, an verbum personis, intelligatur de personis ipsorum collegiorum.*
Adde ad idem nu 13. & 14.
15 *Iurisdictio qua ratione potest pertinere ad singulares personas cum emolumento, non autem potest pertinere ad eas ratione suarum personarum.*

CAP. VII.

STatutum. Primo declarat constitutionem Bonifacij, eo. ti. quia sępe.
lib. 6. quo ad collegia. Secundo ibi, cęterum, decla-
rat eandem circa regulares personas. summa vt in
glos. tamen post verbum, cathedralis ecclesiæ, adde, vel regu-
1 laris. † No. quòd ex iurisdictione prouenire potest emolumen-
tum, & dicit Lap. ꝙ emolumentum proprie est lucrum mo-
lendini, licet generaliter accipiatur pro qualibet commodita-
te. Malachiæ 3. & ꝙ emolumentum quia custodiuimus præce-
pta eius. de hoc in glo. idem verbum, & in ea. in fi. de testamen.
2 si hæredes. † Secundo no. differentiam inter ecclesiam cathe-
dralem, regularem, & collegiatam. quomodo autem dicatur
3 ecclesia collegiata, gl. 2. tangit. & dico j. q. 4. † Tertio no. ꝙ non
tantum ad capitulum ecclesiæ cathedralis fit deuolutio iuris-
dictionis defuncto episcopo, sed etiam ad collegia aliarum ec-
clesiarum deuoluitur iurisdictio suorum prælatorum, secun-
dum Lau. de quo in clemen. ne in agro. j. de statu regu. vbi di-
co. §. Abbate q. 1. & 4. sequentibus. hoc tamen non probatur
hic, quia præsupponit factum. nec quo ad hoc disputat quid
iuris: quamq̃ autem hic generaliter dicat de pręlatis, tamen
dicit Pau. ꝙ intelligitur de pręlatis principalibus per quorum
mortem viduatur ecclesia. quod etiam probatur in c. quia sę-
4 pe. vbi de hoc in glo. 4. † Quarto no. ꝙ hæc constitutio non est
noui iuris inductoria. probat verbum, declaramus, & in hoc
no. principium gl. 5. in hoc verbo. ex qua glos. no. singulariter
differentiam inter corrigere & reprobare. Est enim corrigere,
cum reuocatur aliquid quod prius tenuit. de consan. & affi.
non debet. reprobare, cum declaratur aliquid nunq̃ tenuisse.
Quinto no. ꝙ expensę debent deduci, & illę solę deducuntur,
de quibus de do. & contu. finem. & ibi gl. Sexto no. ꝙ aliquan-
do pręlatus habet iurisdictionem secularem. i. quo ad laicos,
concor. in gl. in verbo, secularis. & idem Pau. & pro hoc ne cle.
vel mo. c. fin. lib. 6. Septimo no. in ver. cęterum, quòd consue-
a tudo dat iurisdictionem [a] etiam spiritualem. de hoc 9. q. 3. con-
questus. de so. compe. cum contingat. Opp. ꝙ ex iurisdictione
non proueniat emolumentum per c. cum ab omni. de vi. &
ho. cle. So. in gl. in verbo, iurisdictione, ponit duplex exem-
plum tex. Primo quo ad emolumentum prouenies ex pęnis
pecuniarijs vel emendis. & hoc est indubitatum, & de hoc in
concordantijs quas gl. alleg. maxime in gl. c. licet, de pęnis. Se-
cundo exemplificat gl. in emolumento. i. in quota litis quę de-
beri potest ex consuetudine, & hoc glos. reprobat per c. cum ab
omni, & idem Pau. qui dicit hoc verum quando emolumen-
tum directe prouenit ex iurisdictione. aliud dicit si detur ali-
quid gratis, puta si officiali capituli pro missione in possessio-
nē aliquid donatur pro sigillo. pro hoc vltimo est quod dico
in sequenti contrario, sed quo ad dictum præcedens Gen. vi-
detur sentire ꝙ sportulę possint de iure peti. per Auth. de iud. §.
ne autem, col. 6. & ad c. cum ab omni. & de rescri. statutum, §.
insuper, lib. 6. respondetur quòd loquuntur in delegato Papæ.
Idem Matth. reprobans opinionem fratris Aluari dicentis idē
in ordinario quod in delegato Papę, per c. 1. ne pręl. vic. suas. ga
sm Matth. est diuersa ratio, quia delegatus Papæ debet gratis
adimplere mandatum specialiter sibi factum, sed ordinarius
non cognoscit de mandato speciali Papæ. Item quia in dele-
gato reperitur expresse prohibitum per d. c. statutum, §. insu-
per, & §. notarium. sed in ordinario non. potest ergo ordina-
b rius [b] habere sportulas vel salarium seu emolumentum, nisi
forte litigantes sint pauperes, de quo in Spe. de salarijs. §. 1. ver-
si. vera consuetudo, opi. glos. & Pau. communiter tenetur in d.
c. cum ab omni. vbi hæc fuit opi. Host quia si delegatus prohi-
betur, ergo fortius ordinarius, in pluribus tamen curijs secun-
da opi. seruatur, & dic ꝙ vbi est consue. possunt ordinarij lici-
te recipere emolumenta. licet enim tutius facerent abstinen-
tes per d. c. statutum, §. insuper. & per rationes s. factas, tamen
non peccant, saltem mortaliter non abstinentes vt habeant
pro se opi. summotum Doc. pro hoc quod no. ff. de re iudi. l.
cum prolatis. de post c. vnico. lib. 6. & hoc nisi consue. esset mul
tum immoderata, tunc enim non valeret, de consue. c. 1. cũ si.
& idem dixi de vi. & ho. cle. cum ab omni. Datur & tertium
exemplum in emolumentis quæ dantur officialibus & nun-
cijs vel scriptoribus vel similibus 14. q. 5. non sane. & quod no.
3. q. 3. offeratur. in gl. 1. quod dicit Pau. intelligi posse in ordina
rio, non in delegato d. c. statutum. §. notarium. quod exempli
non conuenit huic literæ, quia tale salarium est ipsorum offi-
cialium, nec conseruatur successori. Item sic intelligendo non
procedit

ADDITIONES.

a Consuetudo dat iurisd. Adde Abb. in c. quoniam el 1. ne prælati vi. su. & in l. 1. C. de emanci. lib. & Bar. in l. viros, C. de diuer. offi. lib. 12.
Vlric. God. Consuetudo non solum dat iurisdictionem, sed in imponendis oneribus præualet, & seruanda est contra regulas iuris. Soc. consi. 71. nu. 16. lib. 4. & æquiparatur legi scriptæ, eo. consi. 32. num. 14. Consuetudo generalis prouinciæ est seruanda in locis particularibus etiam vbi non viget, Ruy. consi. 19. nu. 9. lib. 5. & in omni obligatione semper intelligitur reseruata, Ruy. consi. 4. nu. 13. lib. 10.
b Non potest ordinarius. Adde in §. si tibi quoque. in Aut. de man. prin. glos. in ver. præter expressas, in c. cũ ab oi. de vi. & ho. cle. Doc. in c. statutũ, de rescr.

procedit præmissa distinctio inter ordinarium & delegatum. nam etiam in delegato permittitur quòd soluatur notario. d. §. notarium. dummodo ipse non participet, vt ibi, vnde intellige hoc exemplum vt dicit Matth. quando de hoc salario notariorum seu aliorum officialium aliquid recipit iudex, & tunc procedit distinctio præmissa inter ordinarium & delegatum, & dicit Matth. q ista salaria dicuntur sportulæ 14. q. 5. non sane. in Aut. de liti. §. ad excludendas. Refert tamen opi. fratris Aluari dicentis q sportulæ dicuntur illæ tantum quæ dantur iudicibus, vt no. 3. q. 3. offeratur. in gl. 1. dic q etiam ea quæ dātur executoribus, dicuntur sportulæ, inter quos executores cōputantur notarij & alij officiales vt nuncij & similes. d. §. ad excludendas. quod dixi in d. c. cum ab omni q. 2. In hoc tamen
5 non est vis facienda in vocabulo. ar. de procur. petitio. † Secundo op. q ex sigillo non possit commodum prouenire. de si. c. 1. sol. contrarium procedit in spiritualibus in quibus non licet ēt pro remuneratione laboris, vt ibi no. & 1. q. 2. placuit. quod tenent hic Pau. Genze. & Matth. vel sm Matth. ibi loquitur qn̄ pactum intercessit ante collationem beneficij de aliquo dando pro sigillo, quod fieri non debet d. c. placuit. hic autem loquitur de eo quod recipitur pro sigillo post collationem quod licet, vt in d. c. placuit. vel solue, vt in gl. in verbo, sigillo, quod potest intelligi de sigillo vel ad vsum causarum vel cōtractuū. Et in primo dicto intellige gl. sm ea quæ dixi in contrario pręcedenti. quo ad sm dictum no. glos. q ex consuetudine potest induci vt scriptura super contractu validetur sigillo, vt si esset confecta per non Tabellionem, quod declara plenius vt dixi de proba. post cessionem. de quo in Spe. de proba. §. vidēdum. ver. 10. vbi notantur casus in quibus creditur literis sigillatis. plus tamen creditur instrō, vt dicit idem Spec. de instru. edi. §. restat. ver. sed cum literis. dic q imo pariter qn̄ de hoc est consuetudo. per c. cum dilectus. de fide instr. Quomodo autem debeat sigillum apponi, & per quē, & de forma sigilli, & an quis
a possit sigillare sigillo alieno,[a] & de multiplici sigillo, prosequitur hic Pau. ea quæ no. Inno. & Host. de fi. instru. c. 1. Concludit autem Pau. quod si emolumentum prouenit ex sigillo apposito nomine prælati vel officialis, habet locum quod hic dicit: secus si officialis sigillum apponat nomine suo proprio & non officij. Item in eo quod dicit de sigillo iurisdictionis ecclesiasticę, dicit Pau. idē si prælatus sigillabat sigillo capituli & offi-
b cialis etiam sede vacante[b] vtitur eodem sigillo 73. di. in nomine. dummodo totum fiat nomine prælati & eius sit emolumentum. Tertio opp. in eo quod reuocat consuetudinem, ibi, consuetudine qualibet contraria non obstante, & nihil dicit, de priuilegiis, vel statutis spālibus, de quibus dicitur in c. quia sæpe. eo. ti. lib. 6. ergo imperfecte declaratur illa constitutio per istam. Sol. vt in gl. in verbo, cōsuetudine, quæ dicit q idem debet suppleri de consuetudinibus vel statutis, quia cum hoc declaret illam, & pars illius vitiet consuetudines & statuta, ergo quod hic reperit de consuetudine, procedit etiam in statutis, & consuetudinibus, & cum hac gl. concordat Pau. & Gen. Ex hac sol. no. Lap. q si alicui statuto fit aliqua additio, idem iuris intelligitur repetitum in additione quod erat in statuto quo ad pęnam & quo ad alia. quod no. singulariter. & est rō, quia id quod venit per modum addendi, fit pars illius cui additur. l. sed si manente. ff. de precario. Idem dicimus in iurisdictione prorogata q habet naturam primæ, vt no. de offi. deleg. Pau. & Genze. & hoc facit ad multa. Vel secundo solue vt dicit eadem gl. q id quod dicit hic de consuetudine cōcernit consuetudinem quæ secuta esset c. quia sæpe. eo. tit. lib. 6. quam tollere voluit hæc constitutio, & alias non fuisset sublata nisi expressisset. de consti. c. 1. lib. 6. Idem Pau. & Genz. sed Lap. reprobat, quia cum c. quia sæpe. reprobaret consuetudines, sequitur
c quod consuetudo non potest induci[c] nec inducta valet, adeo q de ipsa non expedit facere mentionem, pro hoc quod no. de verb. sig. Abbate. in fi. vnde dicit quòd hoc verbum, consuetudine qualiber &c. respicit factum vt tolleret consuetudinem, quatenus de facto inducta foret. hoc idem antequam vidissē Lap. consulueram in quadam quæstione facti. motus, quia ex quo c. quia sæpe. damnat consuetudinem, per hoc infertur q non est rationabilis. causa autem irrationabilis patebit j. in 1. q. si non est rationabilis, ergo non tenet, nec expedit de ipsa fieri mentionem per c. 1. de consti. lib. 6. ibi, dumtamen sint rationabilia. Item induxit verbum deinceps, positum in c. quia sæpe, in fi. quod concernit futura, & per consequens resistit cōsuetudini inducendæ. pro hoc de consue. c. fi. & quod ibi no. in glo. pe. Sed posset rn̄deri q verbum, deinceps, concernit abusū, vt. s. per illud c. prohibeatur in futurum talia fieri etiam si consuetudines prius inductæ hoc permitterēt. Induxi etiam quia clausula generalis, non obstantibus consuetudinibus, &c. quæ ponitur in d. c. quia sæpe. non tantum concernit inductas, sed etiam inducendas, quia lex semper loquitur, C. de hære. l. Arianl. de cuius natura est q concernat futura. de consti. c. fi. & hoc est verius, & not. ad multa. pro prædictis est quod dico inf. de sepul. dudum. ad fi. ver. nos enim, q. 8. & per ibi dicta in aliquo limitantur præmissa. Tertio solui potest sm Genz. vt hæc verba, consuetudine qualibet &c. non referantur ad verbum, declaramus, quod est sup. sed ad verbum, pertineret, proxime præcedens, & sm hoc, non sequitur q per hanc expressionem permittatur q priuilegia, vel statuta post c. quia sæpe. valeant. sed hæc solutio non bene cōsonat textui, quia de natura clausulæ est concernere dispositionem principalem, nō autem accessoriam tantum, de app. secundo requiris. nisi aliqua ratio spęcialitatis inducat sm no. ibi, & eo. titu. inquisitioni. & ff. de verb. obli. l. Titia. in fi. Quæro quæ fuit ratio dubitandi hic. Solu. vt in glo. in verbo, declaramus, fuit enim ratio propter opi. Io. And. positam in c. quia sæpe. tenentis contrarium. Ratio decidendi colligitur ex opi. Arch. ibi posita, quæ omnia prosequitur hæc glo. Et vt aperiantur motiua, principale motiuum Io. An. fuit vt ex quo deuoluebatur iurisdictio, per consequentiam & emolumentum tanq̄ accessorium, ad quam rationem gl. non rn̄det, imo eam iustificat confirmando suam opi. sed Lau. rn̄det q procedit in his quæ sunt iustitiæ & necessitatis, non in his quæ sunt gratiæ & voluntatis, vt hic. Pau. adhuc clarius rn̄det quòd hic plus reperitur in accessorio q̄ in principali, & in accessorio est specialis prouisio quę derogat his quæ ex vi iuris vel significatione verborum poterant intelligi in clausula ad hoc, ff. de eo quod certo loco l. centum Capuæ, & l. fi. de iureiu. debitores, & c. cum contingat. vbi de hoc. & c. licet. lib. 6. nam prouisionem iurisdictionis quæ habet sede vacante iurisdictionem deuolui, restringit alia dispositio dicens fructus debere conseruari futuro successori a qua speciali dispositione recedi non debet per naturam accessorij, quam rationem no. & pro ea. ff. de pęnis, l. sanctio legum, & quod dixi de iudi. at si clerici. in illa q. an clericus possit coram laico conueniri. tenēdo q non, quia dispositio generalis non tollit specialem, vt ibi. Item, vt dicit Pau. potest esse q iurisdictiones exercentur per vnum & emolumentum est alterius vt patet in officiali alicuius qui habet certum salarium & totum emolumentum est principalis, pro hoc 21. dist. si laicus. vbi de hoc, vno ergo concesso non venit aliud, & argumentum de accessorio habet locum in habentibus omnimodam connexionē, quod dic vt dixi in d. c. debitores. Gen. idem sequitur, quia sæpe aliquis habet onus, sicut commendatarius beneficij qui habet onus, & tamen non facit fructus suos. no. Inno. de electio. dudum. & 2. no. de elec. nemo deinceps lib 6. quia non est prælatus, vt ibi no. & 21. q. 1. qui plures. ad instar etiam illius cui procuratio seu administratio libera conceditur qui tamen fructus non lucratur. de elec. is qui. lib. 6. Sic etiam tutor administrat bona pupilli, non tamen facit fructus suos. l. a tutoribus, §. principalibus, ff de admi. tut. dic quòd est emolumentum, & accessorium iurisdictioni, quando iurisdictio non potest aliter ministrari commode, & quo ad illud tantum emolumentum quod oportet expendi pro tali administratione, pro hoc de offi. deleg. c. 1. & c. præterea. nec hoc prohibetur hic, imo expresse permittitur in eo q permittitur deduci expensas rationabiles. quod etiam declaro plenius q. 6. & tribus sequen. per hoc concludo q etiam ante hoc c. verior fuit opi. Archi. non tantum per rationem extrinsecam quam ponit glos. sed etiam
6 per intrinsecam statim dictam. † Secundo quæro circa hoc quid si prætextu opi. Io. An. ante hoc c. aliqui pceperant emolumenta. dicit Lau. q ex vi huius c. in verbo, declaramus. q extenditur ad præterita. de elect. cum in cunctis. §. sane. poterit agi cōdictione huius capituli ad illa repetenda. & illi dicuntur incidisse in pœnam constitutionis. c. quia sæpe. quæ expresse dicit, quicquid &c. & sic nihil excludit. de maio. & obe. solitæ. fuisset ergo tutius eis in tali dubio & tam pęnali q̄ etiam periculoso poti⁹ abstinere. de homicidio, significasti. hoc puto verum

ADDITIONES.

a An quis possit sigillare sigillo alieno. Adde glo. in c. communiter, de re iu. gl. in c. canonici. de off. ordi. lib. 6. Inno. in c. 1. de fide instru. Spe. in ti. de cita. §. iam de citatione, ver. literæ.
Vin. God. Vide Bar. in l. ad testium. de testa. cum apostillis ibi positis.

b Et officialis etiam se. va. Adde contraria opi. est verior secundum Abb. quòd capitulum non succedit in potestate spiritualiter non petente episcopo ratione additamenti, Ab. in c. scriptum, in 5. col. de elect. per gl. ibi in ver. temporis, Domi. in c. 1. ver 11. de ma. & obe. lib. 6.

c Quod consuetudo non potest induci. Adde Pe. de Anch. in c. 1. de rescr. & in c. extirpandæ, in §. 1. de præben. & Ab. in cle. 1. de proba. & Cy. in l. 1. C. quæ sit lon. consuet. & Bar. in l. si mihi & tibi, §. 1. de leg. 1.
Vin. God. Consuetudo quando non dicatur inducta nec probata, Ruy. consi. 119. nu. 10. lib. 4. & non inducitur ex obseruantia iuris communis Ruy. consi. 28. nu. 12. lib. 1. Consuetudo tamen facilius inducitur quam subscriptio, Ruy. consi. 155. nu. 23. lib. 4. Consuetudo autem populi quando inducatur, ponit Cor. consi. 193. mandatas literas. lib. 4.

rum respectu reuocationis occupatorum, quia non fecerunt
ea sua, sed quo ad incurrendam pęnam prædictam, dico secus,
quia poterat esse sine dolo propter opi. Io. And. validaram ra-
tione, pro hoc quod dixi s. in 1. cōtrario. Tertio quæro quid in
7 ecclesijs non collegiatis, vt hic in glos. 2. & idem Pau. † Quarto
a quæro circa hoc quomodo fit ecclesia[a] collegiara, & quomo-
do cognoscitur. dicit Pau. & Matth. ꝙ collegiara est vbi est col-
legium simul viuentium, per id quod no. 12. q. 2. qui manu-
mittitur. & dicit Matth. ꝙ qñque habet ecclesia priuilegium
per quod constituitur collegiata, & tunc planum ꝙ collegia-
ta censetur. aliquando non habet priuilegium, & tunc qñque
constat in ordinatione fuisse statutum ꝙ ibi sint tres clerici vel
plures, & adhuc habetur pro collegiata 10. q. 1. c. 1. de cōse. d. 1.
nemo 1. q. 2. placuit, quod non videtur verum nisi ordinatum
fuerit ꝙ esset tanq̃ collegium. alias potius videntur esse tanq̃
seruientes & vocantur clericatus simplices. de iurepa. postula-
sti. Quandoque a principio nō fuit ordinata ecclesia pro pluri-
bus, & tunc non habetur pro collegiata. nam sufficit quod ha-
buit dotem pro sacerdote, & vno clerico. de vi. & hooe. cle. vt
quisque. de fi. presby. proposuit. & dictis c. placuit. & nemo. sta-
tim allegatis, & hoc nisi in ecclesia sint plures qui sint in pos-
sessione collegij. nam tunc habetur pro collegiata, & defendi-
tur in tali possessione donec aliud probetur. de insti. cum ve-
nissent. Potest autem non collegiata fieri collegiata vel per prę
scriptionem, vel etiam per episcopum. vocatis tamen quorum
interest, alias non tenet epi dispositio. de ma. & obe. inter qua-
tuor. sicut dicimus de vnione, de quo 16. q. 7. monasterium, &
c. si quis vult. & de accu. si constiterit. de exces. præla. sicut vni-
re. de elec. nemo deinceps. lib. 6. tamen in c. nemo deinceps. &
b c. si constiterit. potius dicitur de commenda.[b] sed eadem est
ratio. Refert tamen Matth. contrarium fuisse obtentum, scili-
cet episcopum ex causa posse ecclesiam facere collegiatam in-
uito patrono, & si sufficiunt facultates per c. quoniam. de vi. &
ho. cle. & ita determinauit Pe. de Sanso. quod dico verum, sed
intelligitur collegiata sine pręiudicio patroni. nunquam enim
præiudicari potest iuri singularium personarum nisi citentur,
nec potest eps vel inferior a Papa præiudicare patronis secula-
ribus etiam quo ad collationem. Papa tamen posset per cle. li-
8 teras. de præben. † Quinto quæro an in bonis communibus
prælato & capitulo procedit hęc dispositio. gl. in verbo, dimis-
sis. inducit opi. Archi. tenentis ꝙ non per iura allegata in glo. s
qđ inducit gl. hanc literam ibi, aut alias vndecūque. & cum gl.
videtur concordare Matth. sed Pau. & Genze. tenent opi. Ar-
chi. & ad literam ibi, vndecūque. Dic fm Pau. ꝙ illud generale
restringitur per verbum, quod ad prælatos, quia non dicit ad
collegia. vult dicere ꝙ tex. loquitur de obuenientibus vndecū-
que pertinentibus tamen ad prælatos scilicet solos, alias non
possunt dici talia quæ debeant reseruari successori. pro opi. Ar
chi. faciunt c. vni. ne se. vacan. lib. 6 & c. vlt. de reg. eo. lib. quæ al-
legat gl. faciunt autem sic, quia in illis c. dicitur ꝙ capitulum
succedit in collatione beneficiorum communiter spectante
ad epm & capitulum, sed collatio est fructus iuris conferendi,
& per consequens prælaturæ, cuius ratione competit confer-
re. pro hoc quod no. Inno. de elec. Cumana. de resti. spol. in lite-
ris, de iurepa. consultationibus. sicut ergo in hoc fructu com-
muni succedit capitulum, ita succedit & in alijs cōmunibus.
Ego in quodam consilio dixi distinguendum. nam quando-
que fructus communes cōsistunt in aliquo indiuisibili, & tunc
procedit opi. Arch. & sic loquuntur iura præallegata, quæ di-
cunt de collatione beneficij ꝙ communiter spectat ad præla-
tum & capitulum. nam emolumentum quod est conferre, est
indiuisibile, quia non potest titulus beneficij pro parte tribui.
de præben. maioribus. nec recipit hoc emolumentum aliquā
æstimationem, quia spiritualia per temporalia non æstiman-
tur. de rerum permu. ad quæstiones. ne ergo contingat capitu-
lum priuari iure suo sine culpa, ideo permittitur & de iure di-
sponitur vt sede vacante capitulum succedat. aliquando au-
tem tale emolumentum commune consistit in re diuisibili,
& tunc pars capituli sibi subueniet. pars autem episcopi reser-
uabitur successori futuro. nam quo ad hanc partem episcopi
potest hoc emolumentum censeri non commune. & ita est
pro hac differentia. facit ff. de vsufru. l. vsufructuarij venari. §.
si in viuarijs. vbi vsufructuarius viuarij. i. loci in quo feræ sunt
inclusæ, vt pisces, vel aues, satisfacit finito vsu reddendo tantū-
dem numero etiam si non reddat eadem capita. & hoc per-
mittitur propter difficultatem distinctionis, idest distinctionis
seu cognitionis. ita & in præcedenti membro propter difficul-
tatem separationis fructus communes obueniunt capitulo.
secus ergo erit quando hæc ratio cessat. Sexto quæro, quia di-
cit expensas rationabiles deducendas, quæ sint rationabiles.
gl. in verbo, expensæ. soluit dando exempla de expensis pro sa-
lario quod datur officiali. dat alia exempla. & dicit Pau. ꝙ va-
cante sede soluentur salaria consueta procuratorum & aduo-
catorum, quia licet ecclesia tunc non litiget, ne se. va. cap. si. ta-
men tunc magis indiget consilijs. Idem dicit de syndico quē
debet habere ecclesia. de syndi. c. vnico. dicens ꝙ isti habebunt
salarium etiam tempore quo non litigat ecclesia. ar. de offic.
ord. præsenti. §. porro. lib. 6. dicit etiam Pau. per verbum, dedu-
cantur, ꝙ quo ad expensas rationabiles poterunt illi qui per-
ceperunt emolumenta vti retentione, ff. commo. l. in rebus, §.
possunt, de pig. actio. si necessitas. hac autem deductione dicit
ꝙ dictæ expensæ debent nominatim peti in libello. de hoc in
Spe. de expen. §. 1. ver. & no. in eo autem ꝙ glos. vt prædixi dicit
9 de officiali. dic vt in præceden. q. † Septimo quæro circa id qđ
dixi in proxi. q. quid si capitulum, sede vacante constituit offi-
cialem vnum ex canonicis, nunquid habebit salarium de bo-
nis pertinentibus ad prælatum. videtur ꝙ non per c. quia sæpe.
eo. ti. li. 6. nam si caplm exerceret iurisdictionem suo nomine
& per se, nihil perciperet, vt hic, & ibi, ergo nec iste canonicus
qui est pars capituli, & qui censetur habere iurisdictionē iure
suo, de offi. or. irrefragabili. §. excessus. Item quia gl. dicit sala-
rium deberi officiali, non videtur hoc procedere etiam præ-
supposito ꝙ esset non canonicus, quia talis officialis censetur
ordinarius, vt no. 25. dist. perlectis, & probatur de offi. vica. li-
cet, lib. 6. vbi etiam no. gl. sed ordinarius nihil recipere debet
præter sportulas, in aut. de liti. §. ad excludendas 8. col. 3. q. 3. of-
feratur. de vi. & ho. cle. cum ab omni. In contrarium quia non
debet constitutus vicarius militare suis stipendijs. de præscrip.
cum ex officij. negari enim inquit quin procuretur vtilitas pręn
laturæ per talem officialem. prælatura ergo quæ sentit emo-
lumentum, sentiat & onus, regula, qui sentit. li. 6. pro hoc opti-
me de offi. or. præsenti, §. porro. eo. li. & hoc tenet Pau. ad con-
traria rñdet. ad primum ꝙ non est verum ꝙ si non est canoni-
cus, dicatur habere iurisdictionem, sed potius nomine capitu-
li. Ad aliud rñdetur eodem modo, ꝙ licet sit ordinarius nō est
talis ꝙ habeat iurisdictionem suo nomine. de quo solo loquū-
tur contraria. & dicit Pau. ꝙ in hoc officiali non deducunt ex-
pensæ, quas domi erat facturus sicut dicimus de expensis iudi
cij, vt no. 2. q. 1. in primis. facit de rescrip. statutum, §. insuper, li.
6. ad hunc tex. & c. quia sæpe. respondetur ꝙ potius faciūt pro,
quatenus hic permittitur vt deducantur rationabiles expen-
sę, & tales non possunt dici irrationabiles. est enim commodū
vt deputetur vnus & non exerceatur iurisdictio per totum ca-
pitulum propter difficultatem congregandi capitulum & di-
scordiam quæ posset occurrere inter singulos. ar. de procura. si
10 duo lib. 6. † Octauo quæro quid si capitulum dat delegatum
ad vnam causam, nunquid iste habebit expensas de bonis ec-
clesiæ vacantis. So. Pau. remittit. dic ꝙ sic, & fortius q̃ in casu
præcedenti. de quo in Spe. de salarijs §. 1. ver. porro. & de rescri.
11 statutum. ver. insuper. lib. 6. † Nono quæro quid si sede vacan-
c te aliqua esculenta vel poculēta[c] donantur capitulo. dicit Pau.
ꝙ si ex mera liberalitate, non expedit ꝙ reseruētur futuro suc-
cessori. secus si ratione debiti vel præstationis ad quam tenere-
12 tur tribuens. pro hoc d. c. statutum, §. insuper. † Decimo quæro
in ver. cęterum, nunquid quod dicit de singularibus personis,
procedit in personis ipsorum collegiorum. gl. in ver. singula-
res, arguit pro & contra. concludit tamen ꝙ sic, notans com-
ponentem qui hoc debuisset declarare. Pau. idem & Genze.
quod est verum. nec in hoc debet notari. i. redargui compo-
nens, dico enim ꝙ verbum singulares, solum loquitur de sin-
gularibus personis ipsorum collegiorum, non de extraneis, qa
versi. cæterum. venit exceptiuc, vt s. pręmisit tantum de colle-
gijs, vt ergo exceptio sit de regula fm no. per Dy. in proęmio
regularum, lib. 6. ꝙ dicit singulares personas, necessario intel-
13 ligitur de personis ipsorum collegiorum. † Vndecimo quæro
quid si ad personas singulares pertinet iurisdictio non ratione
dignitatum, sed ratione personatuum vel officiorum. gl. quid
si. sol. ꝙ idem, & cum ea idem Genze. pro hoc quia eadem est
ratio,

ADDITIONES.

a Quomodo fit ecclesia. Adde Host. in c. dilecta. de exces. præla. & Io. An. in c.
nobis, de iure pa. & Inno in c. postulasti. eo. ti.
Vin. God. De ecclesia collegiata vide consilium quod incipit viso puncto,
quod est ante consi. Alex. 58. lib. 40.

b De commenda. Adde de materia commendæ. gl. 1. in c. qui plures 21. q. 1. Ab-
ba. & scribentes, in c. cum nobis olim, de elec.
Vin. God. Adde in Io. Fran. de Lig. in q. 3. 2. par principalis. nu. 7. & 8. quod
habetur in lib. 9. trac. fol. 19. de offi. & pot. cap. sed. vac. & Guido Pap. De-
cis. 49 col. pen.

c Esculenta vel poculenta. Adde in c. cum ab omni. & quod ibi Doct. de vi. &
ho. cle. & in c. statutum, de rescrip. & ibi Doc.
Vin. God. Adde quæ dicantur esculenta, & poculenta, tradit Cicero 2. de na.
Deo. Iam gustatus qui sentire eorum quibus vescimur genera deberet, habi-
tat in ea parte oris qua esculentis & poculentis iter natura patefecit.

14 ratio, de præben. de multa. † Duodecimo quæro, quando perti
net ad eos ratione dignitatum, an referat an dignitas sit in ec-
clesia, an extra ecclesiam. glo. eadem soluit quod non. Idem Pau.
& Genz. pro hoc quia siue in ecclesia siue extra ecclesiam sit,
dignitas est. & hæc litera indistincte loquitur de hoc de priui.
quia circa. de ma. & obe. solitæ. quamquam autem respectu dignitatis
non referat an sit in ecclesia, an extra, tamen respectu collegij
bene refert. licet enim hic prohibeatur collegium eiusdem ec-
clesiæ, non sic alterius, vnde dicit quod si de consuetudine iurisdi-
ctio cum emolumento deuoluitur ad capitulum alterius ec-
clesiæ, locus huic est fini, quia c. quia sæpe. non respicit extra-
neos qui non sunt de eodem collegio: ergo nec ista declara-
15 tio. † Decimotertio quæro quæ est ratio quod ad singulares perso-
nas ratione dignitatum potest pertinere iurisdictio cum emolu-
mento, non autem potest pertinere ad ipsas ratione suarum
personarum. Sol. secundum Pau. ratio est quia de iure communi suc-
cedit capitulum in iurisdictione, ad hoc J. de hereti. cle. 1. & sic
perceptio emolumenti sola versatur in præscriptione seu con-
suetudine, quod prohibetur. sed quando ad singularem perso-
nam siue ipsius collegij siue extra ratione dignitatis deuolui-
tur iurisdictio ex iure speciali, tunc non tantum perceptio emo-
lumenti, sed ipsa iurisdictio est in præscriptione: ad quem er-
go pertinet iurisdictio, potest pertinere & emolumentum, quasi
dicat Pau. quod perceptio emolumenti est inseparabilis a iuris-
dictione, vnde tenet quod non possit præscribi vt percipiatur ali-
quid emolumenti per eum qui non præscribit iurisdictionem.
pro hoc c. quia sæpe. quod no. & ad hoc notanter facit iste tex.
qui dicit de personis ad quas ratione dignitatum spectat iuris-
dictio cum emolumento. Vbi no. quod non sufficit præscribere
iurisdictionem, nisi præscriberetur & emolumentum, pro hoc
gl. in verbo, emolumento. quæ dicit secus si iurisdictio tantum.
quam singulariter no. nam per hanc glo. & per prædicta dico quod
præscribi potest iurisdictio sine emolumento, sed emolumen
tum sine iurisdictione non, quia c. quia sæpe. & istud permit-
tunt hoc solum quando præscribitur iurisdictio cum emolu-
mento. Item pro ratione diuersitatis quare secus quando ad perso-
nas collegiorum pertinet iurisdictio ratione dignitatum. dicit
Genze. quod hæc operatur connexitas & coniunctio quæ est inter
capitulum & prælatum, de testa. requisisti. de his quæ fi. a præla.
nouit. propter quam capitulum dicitur vicarius episcopi sede vacante,
de rescrip. cam te. vbi hoc no. Inn. nam hæc coniunctio opera-
tur quod nec ipsum collegium nec singulares personæ ipsius ra-
tione etiam consuetudinis possunt percipere talia emolumen-
ta, quia non posset habere bonam fidem, quæ coniunctio ces-
sat quando ratione dignitatum, nam & alias videmus quod priuilegia
concessa ratione dignitatum non tolluntur, sed concessa ra-
tione personarum sic. de rescrip. c. si. lib. 6. & alibi mandatum
factum de prouidendo alicui de beneficio spectante ad colla-
tionem capituli communiter vel diuisim, licet concernat colla
tionem spectantem ad singulas, non tamen concernit si ratio-
ne dignitatum pertinet. de præben. mandatum, lib. 6. Item fa-
uorabilius censetur ius competens ratione beneficij quam perso-
næ, ar. c. tam nobis eo. ti. in fi. Genze. quæ omnes rationes sunt
bonæ & pulchræ, sed immediate ratio est quia quando iurisdi-
ctio pertinet ratione dignitatum, singulares personæ quo ad
hoc censentur tanquam extranei, per argumentum de tan-
quam ad alter de conces. præben. postulastis. de appel. a colla-
tione. lib. 6. Decimoquarto quæro vt in glo. in verbo, speciali.
& solue vt in ea. quam no pro exemplis quæ ponit.

SVMMARIVM.

1 *Ambitio reprobatur.*
2 *Via non est aperienda vitijs.*
3 *Volumus, verbum an sit inductiuum noui iuris.*
4 *Licentia non debito modo concessa non meretur dici licentia.*
5 *Clericus secularis an possit obtinere licentiam generalem a suo præla-
to quòd possit præstare consensum cuicunque electioni de se factæ vel
fiendæ.*
6 *Religiosus si eligatur vel postuletur ad aliquam dignitatem a quo su-
periore debet obtinere licentiam vt suum præbeat consensum.*
Adde ad idem nu. 7. & 8.
9 *Licentia quid est.*
10 *Licent ne omnia quæ non specialiter prohibentur.*
11 *Religiosus si postuletur an debeat petere licentiam a suo superiore.*
12 *Religiosus vt possit transire ad religionem laxiorem, cuius licentia re-
quiritur.*
13 *Licentia si detur religioso de consentiendo electioni de ipso facienda
respectu certi beneficij videtur valere.*
14 *Quid si licentia fuit tradita in genere, & electio facta fuit ante tradi-
tam licentiam.*
15 *Quid si religiosus consentit electioni contra formam huius cle.*
16 *Monachus si obtinuit licentiam generalem transeundi ad strictius,
si transiuit, cuius erunt bona quæsita post licentiam; & ante tran-
situm.*
17 *Quid si concedens adiecit quòd non possit abinde stare in tali ciuitate
vel loco.*
18 *Religioso si aliquid sit relictum sub conditione, ante vero conditionis
euentum sit effectus episcopus, cui acquiritur illud relictum.*
19 *Princeps an possit concedere licentiam generalem religioso quòd pos-
sit consentire electioni cuicunque de se faciendæ.*

CAP. II.

CVm concessa. Elicita fuit ex ratione c.
constitutus, de concess. pre-
ben. Lau. & Gen. & se summat, vt dicit gl. 1. vel per
alia verba. Non tenet licentia concessa religioso de
consentiendo electioni si qua de ipsa fiet, hoc dicit quo ad ti-
tulum. Generalius etiam summari posset addendo post verbum
electioni, vel prouisioni, seu cuicunque dispositioni ad beneficium.
Primo constitutionis ratio. Secundo constitutio, ibi nullius.
1 No. ambitionem reprobari. pro hoc 7. q. 1. §. ambirionis. eo. ti.
auaritiæ, & c. quorundam, lib. 6. & hoc maxime in assequendis
beneficijs quæ debent dari non petentibus, 40. dist. ante om-
nia 8. q. 1. in scripturis. vbi de hoc. de elec. qualiter ff. quod cu-
iusl. vniuer. l. item eorum, §. si decuriones, C. de epis. & cle. l. si
quemquam. & hoc maxime in religiosis, d. c. quorundam, in prin.
2 & hoc in gl. antepe. † Secundo no. quod non est aperienda via vi-
tijs, sed potius præcludenda. C. de indi. viduitate. l. a. in fi. si ad-
uer. vendi. l. 1. de mreiur. si vero. & c. cum contingat. vt eccl. be-
ne. c. vnico. in fi. de conces. præben. detestanda, lib. 6. Tertio no.
quod aliquid licet in specie quod non licet in genere. hic enim re-
probatur licentia generalis. ad hoc, ff. de acqui. hæred. l. si quis
mihi bona, §. iussum, ver. sed verum. alibi econuerso. de offic.
ordi. si sacerdos. vbi de hoc in glos. 2. & ibi dixi. propterea tamen
hoc non colligitur hic per id quod dicit gl. in verbo, si quam.
quod J. declaro q. 10. quia etiam licentia specialis concernens
3 futuram electionem reprobatur hic. † Quarto no. quod per ver-
a bum, volumus,[a] inducitur nouum ius, & hoc iuncto eo quod di-
cit 1. gl. dicens hoc esse nouum ius. pro hoc quod no. J. de offi.
vica. cle. vnica, in glos. singulariter hoc probante in versi. volu-
4 mus, & ibi dico in tertio notab. † Quinto no. quod licentia non de-
bito modo concessa non est licentia, & per omnia habetur
pro non existente pro hoc. ff. de reb. dub. l. quoties. de transla. c.
2. & quod no. 23. q. 5. notificasti, & inf. de pe. cle. 2. §. scientiæ. in
5 gl. ita quod. † Quarto quia dicit de religioso, quid de clerico secu-
lari. videtur secus, ex quo specifice dicit de religioso, vt quod
de religioso prohibetur, tacite permittere videtur de seculari.
de præsump. nonne. quod tenet gl. vlt. ibi. per quod videtur quod
subtiliter ponderat quod in clerico seculari. intellige de haben-
te beneficium, alias si non esset tantum dubium, non est ne-
cessaria licentia quo ad consentiendum electioni etiam factæ
ad beneficium alterius diœcesis, sed solum quo ad transitum
faciendum. at de transitu hic nihil dicitur. idem Pau. dicens quod
si clericus secularis transit ad ecclesiam eiusdem episcopatus, suffi-
cit licentia racita. i. quod superior non prohibeat 70. dist. c. 1. & 2.
& quod no. gl. 7. q. 1. placuit 19. q. 2. alienum a 1. q. 2. quoniam,
de quo in c. admonet. de renun. sed si ad aliam diœcesim, tunc
requiritur expressa licentia, licet vt no. in d. c. admonet. de fa-
cto sæpe se transferant clerici non accepta licentia, & tenet
translatio in eorum præiudicium, quia si habens curatum con-
sequitur aliud curatum in alia diœcesi sine licentia superioris,
vacat primum beneficium quo ad ipsum, sed non quo ad supe
riorem primum quin possit reuocari, vt dixi in d. c. admonet.
& pro hoc 7. q. 1. non oportet, & c. si vero. vbi idem no. Oppo.
ad hoc de c. constitutus, de concess. preben. vbi prohibetur con-
cedi potestatem conferendi beneficium vacaturum, ergo pro-
hibetur & licentia acceptandi. Sol. vt in gl. vlt. in fi. quia ibi de
potestate actiua, secus de passiua, quæ aliquando permittitur,
vt in iuribus in gl. allegatis. vel responde melius quod in illis iuri-
bus & similibus licentia acceptandi non potest parare viam
ad vacaturum, quia solum remouet impedimentum, non au-
fecit quicquid in eo fuit. Decimoquinto quæro, de quæstio-
ne quotidiana. impetrat aliquis gratiam super canonicatu, &
obtulit se renunciaturum aliud beneficium quod habebat,
an debet renunciatio præcedere collationem? Archid. tenuit
quòd sic, de præbend. si tibi. lib. 6. & Math. hic dicit in spicien-
23 dam formam literarum. de priui. porro. & c. recepimus. † De-
c cimusexto quæro, an requiratur scriptura [c] ad hoc, vt teneat
renunciatio. dicit Pau. quod non, vt not. 7. q. 1. qualiter. in glos. 2.
Deci-

ADDITIONES.

a Sponte & libere. Adde Innoc. in cap. quod ad consultationem. circa fi. de re iudic.
Vinc. God. Sponte, nomen est ablatiui casus, idem valens quod aduerbium. Cic. Attic. Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. & Virgi. 4. eclog. sponte sua sand. pascentes vestiet agnos.

b In cuius manibus. Adde Doc. in c. admonet. & in dubijs. de renunc. & Host. in c. fin de vi. & hone. cle.
Vin. God. Vide tradita per Cor. consi. 137. licet, per totum. lib. 3.

c An requiratur scriptura. Adde Bal. in c. 2. de resti. spol. & istud dictum Bald. exclamat Ias. Maynus in l. cum proponas. C. de pact. in 1. col. versi. ex lege pactum. tex. & gl. in c. quamuis. 4. q. 1.
Vinc. God. Renunciatio de beneficio, quando veluti pro non facta habeatur, Rayn. consi. 263. num. 5. lib. 3. & renunciatio, quæ sine scriptis non poterit fieri per patientiam facta intelligatur, aut non, Rayn. consi. 267. num. 25 lib. 1.

24 † Decimoseptimo quæro, an renunciatio possit fieri [a] per nun-
a cium. dic, quod sic, quia non est ratio quo ad hoc, pro hoc quod not. C. si quis alt. vel sibi. l. multum interest. & de procur. peti. ad hoc quod not. Spec. de cessio. actio. §. 1. in pen. col. ver. item
25 quæritur. † Decimooctauo quæro, vbi vacat beneficium, an in curia vbi procurator renunciat, an in partibus vbi est dominus. dicit Steph. quod in curia. de hoc dic vt no. in clemen. 1. infr. vt lit. pend. in glo. secus.

ADDITIO.

a An renunciatio possit fieri. Adde gl. in causæ. in §. si. ff. de procur.

De supplenda negligentia prælatorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Prioratus, ecclesiæ, & administrationes, an & qualiter differant.*
2 *Dispono, verbũ comprehendit omnem modum reformandi beneficiũ.*
3 *Committere & conferre qualiter differunt.*
4 *Episcopus habet potestatem in casu super beneficiis exemptorum authoritate apostolica.*
5 *Clementina vnica de supplen. negli. prælat. an locum habeat in prælatis secularibus.*
6 *Prælatus exemptus si non subest Papæ immediate, sed alteri, an fiat deuolutio ad episcopum, an ad abbatem patrem.*
7 *Beneficij nomine quid intelligitur.*
8 *Quid de impetrantibus a sede apostolica, vt prouideantur de dignitate, personatu, vel beneficio.*
9 *Plebanus aliquis habet ius instituendi in capella quæ est in sua ecclesia ad præsentationem patroni; patronus est negligens ad quem deuoluitur collatio capellæ, an ad episcopum, an ad plebanum.*
Hæc est quæstio prolixa quæ durat per tres columnas. Quapropter aperi oculos tuos, & vide diligenter.
10 *Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.*
11 *Institutio beneficiorum, an spectet ad solum episcopum de iure communi, an etiam ad plebanum.*
12 *Prælatus regularis si habeat potestatẽ conferendi beneficia in alia diœcesi, si sit negligens quis supplebit eius negligentiam.*
13 *Episcopus an possit supplere negligentiam de beneficiis vacantibus in curia.*
14 *Episcopus si sit negligens per semestre, an ad alium, & ad quem deuoluatur ius collationis, iuncto ver. decimoquarto quæro.*
15 *Quid autem si exempti impediant episcopum in collatione exemptorum post factam ad episcopum deuolutionem.*
16 *Semestre tempus quando incipiat currere episcopo ad conferendum beneficium.*
17 *Et quando episcopus dicatur scire beneficium vacare.*
18 *Beneficium vt dicatur consuetum regi per regulares quantum tempus requiritur.*
19 *Beneficium spectans ad præsentationem regularium, si consuetum est regi per seculares clericos, an possit præsentari regularis.*
20 *Ecclesia quando dicatur consueta regi per regulares. vide.*
21 *Collator beneficij primus si tenebatur conferre alicui de collegio certo, an is ad quem fit deuolutio, teneatur ad idem.*
22 *Scrutinium electionis si publicatum fuerit & electores nolint eligere, an superior teneatur de illo prouidere.*

CAP. I.

QVia regulares. Diuisio patet per §. vt in gl. 1. versic. & sunt quatuor. Lau. aũt diuidit alio modo, quia hoc principium vsque ad §. eadem. dicit esse duas partes. In quarum prima agitur de negligentia regularium in conferendis beneficijs per diœcesanos supplenda. In secunda ibi prioratus, post verbum, suppleant eorundem agitur de modo supplendi: sed hæc diuisio est potius ad intellectum, quam formalis: nam ver. ille, prioratus, continetur sub oratione præcedenti, vt probat verbum, conferendo. in fi. illius versi. hoc principium summatur in gl. 1. vsque ibi, nec permittunt. vel secundum Pau. hoc dicit. Si regularis prælatus etiã exemptus nõ confert prioratum, vel beneficium, quæ non sunt de mensa intra tempus Lateranensis concilij, diœcesanus confert illis personis per quas sunt solita gubernari, vel secundum Genz. hoc dicit. Regularis prælati in conferendis beneficijs negligentiam supplet episcopus, non conuentus: & in conferendo seruare debet, quod seruare debuit prælatus, si negligens nõ fuisset. & hi omnes summarij sunt boni, sed summarius glos. plenior &
1 magis ad literam. † Not. differentiam inter prioratus, ecclesias, & administrationes, quæ verba exponit Lau. dicens per prioratus intelligi curatos, per tex. huius cle. in fi. per ecclesias intelligi tantum curatas, vt in hoc differant a prioratibus sine cura. pro hoc hæc cle. in fi. ibi, ecclesijs curam animarum habentibus. per administrationes, dicit intelligi administrationes quas habent præpositi, & camerarij circa reditus monasterij, siue in castris, siue in possessionibus, vt decimis, vel alijs. & isti generali vocabulo dicuntur procuratores. 1. q. 3. saluator. ipsum tamen ius administrandi est spirituale. de quo remittit Lau. ad no. per se in cle. 1. §. de rescri. vbi dixi in 6. & 7. q. Et de istis administratoribus dicit Lau. quod si ex officio suspendunt abothecijs, vel beneficijs, vel portionibus, dicuntur habere curam. simile quod no. de ma. & obe. dilecta. in contrarium inducit Lau. quia si aliqua spiritualitas inesset istis administrationibus: hæc fuissent reseruata episcopis eo tempore quo tales administrationes fuerunt concessæ religiosis, vt no. Inn. de priui. dudum. & hoc relinquit Lau. disputationi. dicit Ioan. de Lig. quod tales administratores habent curam fori contentiosi, non pœnitentialis. de elec. dudum. 2. ad no. per Inn. in c. pastoralis, nõ respondet. dic, quod possunt tales administrationes transferri in religiosos etiam quo ad spiritualia, vt no. idem Inn. in d. c. pastoralis. idem forte habuerunt a Papa, vel alias legitimè. Quo autem ad primum dictum de differentia inter prioratus, ecclesias, & administrationes, dic quod hæc verba sæpe variãtur. nam alicubi vocantur prioratus, alicubi præpositura. & quia verbum, ecclesias, & verbum, administrationes, sunt generalia: quodlibet illorum sufficiebat hic ponere, sed habuit compilator respectum ad vulgarem modum loquendi, quia regularem ecclesiam non solemus appellare sub hoc termino, ecclesia, fuit autem intentio compilantis, vt venirent, quælibet beneficia. In quo dic, quod sufficeisset verbum, beneficia, sine verbis præmissis. imo etiam sine illo verbo generali, quæuis
a alia. nam indefinita [a] legis æquipollet vniuersali, de quo in ca. vt circa. de elec. lib. 6. pro hoc singulariter est gl. ∫. de præb. cle. 1. in verbo, quamuis. Et de prioratibus habetur. §. de rescri. cle. 1. & 2. De administrationibus habetur in d. clem. 1. de consit.
2 vti. porrecta. & c. ad audientiam. † Secundo no. quòd verbum dispono, comprehendit omnem modum reformandi beneficium. Lau. pro hoc arg. de præben. licet. 1. in prin. lib. 6. Et hoc dicit Lau. verum posito, quod omnia non sint specificata. non. n. possunt omnia particularia specificari. de procu. qui ad agendum. lib. 6. l. sed & si §. quæsitum. ff. si quis cautionibus. sufficit ergo quòd apponatur clausula generalis: secus si non apponeretur, quia tunc venirent sola specificata. de præben. cum in illis. §. cum autem. lib. 6. secundum Lau. qui tamen videtur sibiipsi contradicere. dicit enim vltra hoc quòd verbum, dispositio, comprehendit omnem reformationem, maxime vbi generalis clausula, siue plenaria, seu vtilis præcedit. argu. cap. solitæ. de ma. & obed. & exponit literam ibi, dispositionem, idest ordinationem. argum. de offic. deleg. super eo. Sed quod dixi in præcedenti notabili, est verius, & probatur in tex. quia dicit, ad eorum dispositionem, nõ adiecto termino aliquo generali; puta omnem, vel quamuis: nec expedit, quia indefinita æquipollet vniuersali &c. vt dixi in præcedenti notabili: quod dic verum in dispositione non odiosa: sed in odiosa, vt in interpretatione, verbum, dispositio, est species distincta a collatione. dict. cap. cum in illis. pro hoc de offic. leg. deliberatione. lib. 6. vbi ponuntur pro distinctis. tamen si etiam in dispositione restringibili apponeretur solum verbũ dispositionem, posset dici omnem modum reformationis venire, etiam electionem, per id quod tenet gl. præal. in cle. 1. de præben. in verbo, quamuis. in fi. gl. licet non affirmet: sed hoc tenet rota Romanæ curiæ. quantum tñ ad hanc clemen. quid veniat sub verbo
3 dispositionem. dic vt ∫. in 1. contrario. † Tertio not. differentiam inter committere & conferre. pro hoc gl. in verbo, committere. idem Paul. dicens quod committere propriè est cum ad tempus: collatio autem cum perpetuo. ad hoc infr. de reli. do. cle. quia contingit. ver. vt autem. & quod ibi not. in glos. si intelligeretur. & est simile de stat. mona. cum ad monasterium. ver. tales, & cap. monachi. §. priores. idem Genz. & Matt. Lau. autem dicit quod idem sunt in effectu in casu isto, propter alternatiuam, quæ sequitur ibi, vel conferre. quod tñ non repugnat præmissis. vult. n. dicere quod ad hoc vt sit locus huic cle. non refert, an committant ad tẽpus cui conferant, an in perpetuum. Genze. &
4 Matth. † Quarto not. casum in quo eps habet potestatem super bene-

ADDITIO.

a Nam indefinita. Adde cap. si Romanorum. 19. dist. in c. vlt. de coniu. lepro. in c. quia circa. de priuil. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1. in c. pastoralis. de do. Bart. in l. si is, qui ducenta. ff. de re. du. in l. si seruis. ff. de ser. vrb. præd.
Vin. God. Indefinita prolata a lege indistinctè, quando æquipolleat vniuersali. Roy. consi. 15. nu. 11. li. 3. & æquipollet vniuersali collectiuè, non autem distributiuè, Roy. consi. 8. nu. 13. lib. 2.

beneficijs exemptorum authoritate apostolica per hanc cle. sibi concessam. concor. de offi. ord. irrefragabili. de hæreti. ad abolendam. ꝭ. de cle. ægro. ca. vnico. lib. 6. & ꝭ. de statu mo. c. 1. lib. 6. & cle. attendentes. & de reli. dom. cap. 2. Quinto no. ꝙ beneficia regularia debent conferri regularibus. non enim vbi sunt regulares, debent præfici clerici seculares: nec econuerso. arg. 16. quæst. 7. in nona. de regul. super eo. ꝭ. de ele. cle. 1. Matt. quod tamen hic non colligitur, sed solum debet obseruari cõsuetudo, ibi, quæ consueuerunt per seculares. dictum tamen est verum præterquam in eo quod dicit, secularibus non præficiendum regularem. posset. n. præfici si est beneficium curatum, vt dico ꝭ. in 6. contrario. Sexto no. ꝙ beneficia vnius monasterij non debent conferri monachis alterius monasterij. ꝯ. cot. in gl. in verbo, monasteriorum, & dico infra q. 26. Opp. ꝙ non semper negligentibus prælatis habẽtibus dispositionem beneficiorum fiat deuolutio ad diœcesa. nam quandoque ha
a bent [a] dispositionem non completam, vt præsentationem, vel
b electionem, [b] quibus casibus propter eorum negligentiã non ad diœcesa. sed habentem confirmare, vel instituere debet fieri deuolutio. de iurepat. cap. 2. & cap. cum propter. & cap. eam te. Item quia non fuit intentionis huius ca. tollere ius alteri legitimè competens, sed solum prouidere, ne propter negligentiam beneficia remanerent nõ reformata, vt probat rubrum, quod debet attendi, vt in procœmio Greg. & quod ibi not. pro hoc ff. de in diem addic. l. Imperator. Sol. gl. in verbo, dispositionem ad tollenda ista contraria exponit. i. collationem, vel prouisionem. Et generaliter intellige glos. dantr, de qualibet dispositione perfecta per quã titulus completus ꝯcedit in beneficio. & sic idem esset de institutione quo ad hũc casum, vel de alio modo simili. secus dicit glo. si ad solam præsentationem, vel electionem, quia tunc deuoluitur ad confirmantem, vel instituentem, siue sit diœcesanus, siue alius. quæ glo. est singularis, & nescio alibi, & facit ad multa. in quo tamen sit singulariter notanda, plenius patebit ꝭ. q. 6. Et cum hac gl. concor. Paul. & Genz. dicens, ꝙ præsentatio non censetur dispositio de beneficio, sed potius per eam paratur via ad disponẽdum, quia præsentatus ante admissionem non habet ius in beneficio, sed tantum habet ius petendi se admitti ad beneficium, de re iud. cum Bertholdus. vbi de hoc. quod patet etiam ex eo quia duobus præsentans tenet institutio secundi. de iurepat. pastoralis. & hoc quando præsentatio per patronum laicum fit. secus si per clericum, quia tunc habet vim electionis, vt no. Innoc. de iurepat. eum autem. quo tamen casu licet non possit variari, præsentatus tamen non habet ius in beneficio, sed tantum habet ius petendi se admitti. arg. de præb. quodam. & de concess. præben. quoniam. lib. 6. & per hoc infertur secundum Genz. ꝙ in nullo præsentato, & in nulla præsentatione procedit hic tex. & per eandem rationem argui põt de qualibet dispositione, ꝑ quam non conceditur titulus completus, vt in electione, quia non potest talis actus dici dispositio beneficij. Lau. autẽ dicit verbum, dispositionem, esse generale & comprehendere præsentationem, collationem, & quamuis aliã dispositionem, ꝑ hoc quod dixi ꝭ. in 2. notabili. sed opin. glo. & sequaciũ verior & plenius parebit. ꝭ. q. 6. & bene probatur rationibus factis ꝭ. in eod. contrario. Secundo opp. ad idem. nam quãdo prælatus regularis negligit, si ad eum solum spectat collatio, non ad episcopum, sed ad suum capitulum debet fieri deuolutio. de concess. preben. c. 2. Solu. secundum Paul. debet intelligi tex. quando prælati regulares habent committere, vel conferre cum capitulo, quod prima facie præsumitur. de his, quæ fiu. a præla. capitulo, & sic vult Paul. standum fore contrario, & literam debere restringi. dicit tamen non esse tutum a litera recedere, quod plenius examino. ꝭ. q. 2. & 3. quia Lau. tenet cõtrarium, vt ibi dico. Tertio oppo. in eo ꝙ assignat tempus Lateranen. concilij, ꝙ est semestre. de concess. præb. ca. 2. nam quandoque sunt talia regularia beneficia in quibus trimestre tantum, per c. ne pro defectu. de elec. gl. in verbo, Lateranẽ. soluit recitans opin. Innoc. in d. c. ne pro defectu. dicentis ꝙ etiam in regularibus, in quibus prouidetur per collationem, habet locum illud c. quæ opin. hic reprobatur. & licet Compo. vt etiam refert gl. limitauerit eam, quod dic, vt in glo. tamen limitatio Compo. hic etiam reprobatur, vt dicit Pau. pro hoc, quia ponuntur in tex. verba concernentia beneficia, quæ cõceduntur perpetuo in verbo, conferre, vel ad tempus, vt in verbo, committere. ꝑ hoc quod dixi ꝭ. in 3. no. Concludit autem glos. ꝙ si prælatura regularis reformatur per electionem, locus est cap. ne pro defectu. & non concilij Lateran. quod etiam tenet Paul. nec ista constitutio attingit illum casum, quia non loquitur nisi de beneficijs, quæ reformantur per commissionem, vel collationem. idem Matt. tractans, nunquid c. ne pro defectu. habet locum in regularibus inferioribus citra abbatias. in quo concludit, ꝙ sic, dumtamen sint prælati, per quorum mortem viduetur ecclesia. quod etiam dixi in d. cap. tractat etiam, nunquid in monasterijs monialium locum habet illud c. in quo tenuit quòd sic, cum prouisione cap. indemnitatibus. de elect. lib. 6.
c Quarto oppo. ꝙ in exemptis [c] non possit diœcesanus se intromittere. eod. tit. ꝙ sicut. de præben. cum singula. in fi. lib. 6. Sol. de iure antiquo ante hoc ca. procedunt contraria, vt hic in gl. in verbo, exemptis, sed per hoc cap. datur hæc potestas diœcesanis, & in hoc est ius nouum, vnde dicit Lau. ꝙ quo ad non exemptos hæc constitutio est iuris veteris declaratoria tam in casu negligentiæ, quàm in casu prouisionis, quæ deuoluitur ꝓpter prouisionem factam de indigno. d. c. sicut. de elec. ne pro defectu. & cap. quamquam. in fin. lib. 6. de offic. ordin. quanto. 18. quæst. 2. §. huic etiam. cum §. seq. Ratio est, quia omnia beneficia inferiora de iure communi subsunt episcopis. 16. q. 7. omnes. saltem in his, quæ sunt legis iurisdictionis. 10. q. 1. & 2. per totum. de offic. ordin. conquerente. & cap. dilectus. nec iura loquentia de deuolutione beneficiorum, quæ fit propter negligentiam, vel propter culpam, distinguunt inter regularia, & non regularia, dumtamen sint exemptæ. Quinto oppon. ad hæc de eo quod no. Inn. de sta. mo. monachi. vbi vr̃ innuere, ꝙ abbas possit bona mensæ suæ, & monasterij diuidere, & monachis suis committere sub annua pensione. hoc contrarium format Lau. sed non apparet esse contrarium ad prædicta, nisi hoc modo intelligas, ꝙ ex dicto Inno. infertur, ꝙ potest abbas committere monachis, itaꝙ non habet locum negligentia & sic ante hoc capi. negligentiam abbatis non supplebat episcopus. Sed dicit Lau. ꝙ dictum Innoc. intelligit ad tempus, non perpetuo, per id quod ipse notauit in cle. monasteriorum. circa fi. ꝭ. de re. eccl. non alie. vbi dico in ver. verum. in 2. & 3. quæ. alias sequeretur, ꝙ posset abbas diuidere, & vnire bona monasterij, quod est falsum, cum hoc semper fuerit officium solius episcopi, ita quod nulli inferiori licet, de excel. præla. sicut. ꝭ. de stat. mon. ne in agro. §. ad hæc. & quod ibi not. quæ limitatio est vera. sed Innoc. non innuit expresse in capi. monachi. id quod dicit Lau. & dato quod ita diceret, non obstaret de præmissis, vt de se patet. de exemptis autem dicit Lau. idem quod glo. ꝙ hæc constitutio est noui iuris promulgatoria, & ideo dic, ꝙ in hoc debet intelligi stricte quod facit ad id quod dico infr. q. 1. per hoc deciditur, an hæc potestas diœcesani de qua hic, quo ad exemptos sit ordinaria, an delegata. In quo dicit Genze. ꝙ est ordinaria, quia datur per hoc ius. ff. de iurisdict. omn. iudi. & qa. quia si esset delegata, expirasset per mortem ꝯcedẽtis. secus de ordinaria. in auth. vt nulli iudi. §. hæc vero iubemus. colla 9. & quod not. de offic. deleg. quoniam abbas. & idem Mat. dic verius, ꝙ est potius delegata. quod etiam tenui in c. ad abolendam. in fi. de hær. & pro hoc quod not. gl. hic in verbo, sua, in fin. & quod dico ꝭ. q. 14. Et ad rationem Genze. responde, vt dixi in cap. ad abolendam. nam non est de natura delegatæ iurisdictionis, quòd sit temporalis. si enim sit dignitati, est perpetua d. cap. quoniam abbas. Sexto opp. ꝙ non debeant diœcesani, ad quos fit deuolutio, teneri ad conferendum religiosis monasteriorum quorum prælati sunt negligentes, vt hic dicit. nam posset contingere, ꝙ ibi nullus esset idoneus. Itẽ ex quo ipsi neglexerunt, & sic sunt inhabiles iuris eligendi actiue fortius & passiue. de cle. excom. si celebrat. Solu. ad secundum per ea quæ dixi de electi. ne pro defectu non enim est verum, quod inhabilis ad electionem actiuè, sit inhabilis passiuè, nec econuerso: sed secundum veritatem inhabilitas dici oportet, quid iuris. Conclude ergo quo ad hoc quòd tãtum religiosis, si sunt solita conferri religiosis, fiat collatio. quod dic, vt in gl. in verbo, religiosis, & in ea ibi, & limitatur per literam, quæ sequitur. vult dicere ꝙ non quibuslibet religiosis, sed illis tantũ qui sunt religiosi monasteriorum, quorum prælati fuerunt negligentes. per quem tex. etiam respondetur ad hoc cõtrarium, quia non fuit hic negligentia monachorum, sed prælatorum. Aliud ꝯrium gl. in verbo, monasteriorum, tãgit & nõ soluit, sed remittit ad no. in c. cum singula. § probibemus. ibi autem not.

ADDITIONES.

a Quandoque habent. Adde in c. 1. de priui. lib. 6. gl. in c. nunc. 9. q. 3. in c. recepimus. de priui. Innoc. in c. cum cappella. eo. tit. gl. & Doct. in cle. dudum. in §. verum. de sepul. Pau. de. Leaz. in cle. 1. de sent. excom
Vinc. God. Ratio adduci potest, quia etiam dispositio generalis restringitur, vbi cessat ratio. Goz. consi. 81. num. 12.

b Præsentationem, vel electionem. Adde Inno. in c. cum autem. in fi. de iurepa. Lap. allegatione. 83. incipiente, dominus noster Papa. ver. sed nunquid domin. post Archi. in c. 2. in 4. col. de proba. lib. 6.
Vinc God. vide Dec. in consi. 117. col. pen. in prin. lib. 1.

c Quod in exemptis. Adde Inn. in c. cum ante. de iurepat. Abb. in c. authoritate. de institu.
Vinc. God. De materia exemptionis late Dec. in consi. 152. In causa exemptionis, per totum. lib. 1.

no. ꝙ tunc eti nullus est idoneus in dictis monasterijs pōt fieri
collatio monachis aliorum monasteriorum, dumtamen non
sint alterius professionis, vel habitus, quia tunc non posset fie-
ri sine licentia Papæ. J. de elect. clem. 1. quod etiã notauit hic
Steph. nam quando nullus est ibi dignus, stat ratio, quia indi-
gnis non debet fieri collatio. de præbē. graue. & c. super mor-
dinata. nec beneficia diu vacare. de pces. præb. nulla. nec colla-
tor sibi retinere potest: ergo alijs conferre. 16. distinc. nullus, &
c. obitum. 18. quæst. 2. quam sit. & idem Paul. dicens ꝙ fit deuo
lutio ad diœcesanum non tantum, quando prelatus regula-
ris conferre negligit, sed etiam quando assignat portionē de-
bitam, vt in casu uecre. de monachis de præben. & probatur
in cle. vt contestatio. J. de iurepat. per hoc infertur ad id quod
not. Host. de sta. mon. c. fi. §. præcipimus, vbi dixit colligi argu-
mentum efficax, ꝙ sicut clericus secularis non potest præfici
in prælatum, vel fratrem ecclesiæ regularis, ita religiosus præ-
fici nequit in decanum, vel fratrem ecclesiæ secularis, quod
ponit hic Lap. Abb. & verum est quatenus dicit monachum
non posse fieri fratrem. i. canonicũ. sed quod dicit, nec decanũ.
nec procedit si est decanus curatus per cap. quod Dei. de stat.
5 mona. & pro hoc, supra dixi, in 5. notabili. † Quæro, quia dixit
in principio regulares. nunquid in prælatis secularibus locum
habet hæc constitutio. gl. 2. dicit, quòd non, inquantum ponit
ius nouum, vel præiudicat priuilegio exemptionis, pro hoc
quod sup. dixi in 5. contrario, quia quo ad hoc debet restringi.
& idem Lau. licet nō expresse, sed videtur idem sentire in ver-
bo regulares. exponit enim regulares, idest quasi relegati sub
aliqua de tribus regulis tantum per sedem apostolicam appro
batis. s. Benedicti Augustini, & beati Francisci. dic idē de alijs,
quæ sunt approbatæ, quia eadem ratio est in eis, ꝓ hoc quod
not. de regu. sane. Pau. autem aperte tenet cum glo. & exponit
literam in verbo, prælati. vt abbates, priores, & similes, qui di-
a cantur prælati [a] oportet, quòd babeant perpetuam dignitatē,
vt no. Innoc. de præbend. de multa. quod dicit Paul. procedere
saluo eo, quod ipse no. de rescript. cle. 2. vbi dixi. quæst. 15. & ꝓ
hoc quòd hæc cle. non habeat locum in secularibus, facit qd
no. J. de deci. clem. 1. in prima gl. & de sentē. excom. clem. 1. in
gl. in verbo, religiosi, & idem Genze. Secundo quæro, si colla-
tio beneficij regularis spectat ad collegium regulare, quod es-
se potest, de regula. cap. fin. lib. 6. dicit gl. 2. ꝙ tunc prius ad præ-
latum, & demum ad diœcesanum fiet deuolutio. & idē Pan.
per c. 2. de conces. præben. Sed Lau. tenet contrarium dicens
in verbo, prælati, ꝙ prælatum intelligit quemlibet qui in con-
ferendo seu disponendo de beneficijs talibus præsit siue sit p-
sona singularis siue collegium seu conuentum, vt hic, & de si-
mon. ex insinuatione. idem Genz. quod etiam latius prosequi
tur ipse Lau. in verbo, in Lateran. vbi generaliter quærit, an ea
dem deuolutio fiat de conuentu ad abbatem, vel viceuersa,
in beneficijs, quorum collatio, seu dispositio insolidum spe-
ctat, & diuisim ad vtrumque ipsorum, sicut fit de episcopo ad
suum capitulum, & econuerso, vt in dict. c. 2. de conces. præb.
& arguit, ꝙ sic, quia iura multa in talibus æquipatant. de elec.
quia sæpe. & cap. statutum, lib. 6. in contrarium hæc litera, quæ
in omni casu dicit deuolui ad episcopum, & ad c. 2. responde-
tur quòd loquitur tantum de episcopis & suis capitulis. & si-
militer loquitur c. de elec. cum in cunctis. §. fin. Item nō est tan
ta communio inter alias ecclesias, & prælatos, quanta inter
episcopum & capitulum suum. de testa. requisisti, & multæ di
sconuenientiæ sunt inter cathedrales ecclesias, & inferiores.
de elec. quamuis. in fin. lib. 6. & cap. quamquam. eod. tit. & lib.
Item non est tātum periculum si cessaret spiritualis iurisdictio
in alijs, sicut in episcopali ecclesia per quā prouidetur toti diœ
cesi, & ideo solus episcopus procedit ordinarie, & solus cōtra-
hit matrimonium indissolubile per inferiorem a Papa, & per
hoc non potest eligi in alia ecclesia propter defectum consen
sus. de transla. c. 2. de renun. nisi, in fin. Item quia in monaste-
rijs carentibus abbate frequenter succedit prior claustralis, cu
ius officium non reuocatur per mortem abbatis. S. ne sede va.
c. 1. in fi. sm Lau. qui dicit hoc procedere de morte naturali, se
cus de ciuili per cle. ne in agro. S. in §. abbate. J. de sta. mon. Qd
vltimum dic, vt dico in seq. q. Sed in proposito quo ad primũ
dictum dicit Bertran. opi. Lau. approbari per palatium Papę.
idest per auditores. Lap. tenet cum gl. per id quod dico in seq.
q. & idem Ioan. de Lig. quod est communius. tamen rationes
Lau. sunt pulchræ & de iuris rigore melius sustentantur. nam
ꝙ fiat deuolutio ad capitulum, videtur contra iura ꝙ negli-
gentiam superioris suppleat inferior. de cōsue. non putamus.
lib. 6. Gen. idem cum Lau. vt dixi. S. ead. q. & dico etiam. J. q. 8.
pro determinatione tamen gl. est, quia suppletio negligentiæ
debet fieri per prælatum immediatum. 9. q. 3. cum scimus. de
elec. cum in cunctis. §. fin. & quod dico in seq. q. & J. q. 6. & per
6 no. in dict. q. plenius hoc aperietur. per hoc infertur ad seq. q. †

Tertio quæro, circa ea quæ dixi in prox. q. pone ꝙ prælatus exē
ptus non subest Papæ immediate, licet alteri, sicut sunt patres
abbates qui habent prælatos sub se. S. de rescr. clem. 1. nunquid
fiat deuolutio ad episcopum, an ad patrem abbatē? dicit Lap.
sequendo præmissam opin. huius glos. de qua in præcedenti. q.
quod ad patrem abbatem, vt nemini fiat iniuria. Intelligit ita
que textum de exemptis tantum qui immediate subsunt Pa
pæ. ad hoc inducit cle. si de beneficio. quam etiam inducit ꝓ-
dicta gl. & facit ad hoc illa cle. in verbo, succedentium. Inducit
etiam Lap. clem. attendentes. 1. respon. J. de stat. mon. pro hoc
etiam est cle. in eo quod dicit ꝙ in exemptis supplent diœcesa
ni apostolica authoritate, sed ex quo exemptus habet superio
rem citra Papam, de iure communi suppletio pertinet ad illũ
& sic fiet deuolutio per gradus. de conces. præben. ca. 2. de sup.
neg. præla. c. pen. & fin. & per totum. non ergo posset diœcesa-
nus supplere apostolica authoritate, ex quo ad Papam supple-
tio non pertinet. quæ ratio magis vrget, quam superius indu-
cta. Oppon. ad prædicta, maxime ad id quod dixi in prox. q. de
priori claustrali in quo plus operatur mors ciuilis, quam natu
ralis, S. quod obstant notata in cap. susceptum. de rescrip. lib. 6.
Sol. ratio dicti huius potest reddi, ꝙ viuente abbate, & impedi
to ciuiliter impeditur officium prioris claustralis, qui est tan-
quam eius vicarius. ar. de offi. vic. c. 1. li. 6. Sed per mortem na-
turalem de iure inductum est ne deficiat officiũ prioris clau-
stralis, per d. c. nouit. ad quod tamen qui teneret contrarium,
respondere posset ꝙ ibi hoc operata fuit specialis Papæ dispo-
sitio, quia tamen fauorabile est monasterijs & religioni, ꝙ nō
expiret officium prædictum, approbo dictum Lau. de æquita
7 tate. † Quarto quæro, in eo quod dicit in tex. beneficia. quid
intelligitur nomine beneficij. glo. 3. dicit ꝙ ecclesiastica. & idē
Lau. dicens, ꝙ intelligitur de beneficijs cuiuscunque conditio
nis sint, dumtamen sint ecclesiastica. pro hoc inducit literam
in verbo, alia, quia supra præmisit de ecclesiasticis tantum.
clausula enim sequens comprehendit ea quæ sunt de natura
præmissorum de procu. qui ad agendum. li. 6. 2. respon. & cle.
non pōt. de procu. Idē Pau. dicit, ꝙ hic non cōprehenduntur
bñficia non ecclesiastica: vt sunt feuda. de præscr. ad audientiã.
de si. ex diligenti. de vsur. c. 1. de eo qui mit. in pos. ca. 1. lib. 6. de
b pœnis. ad aures. pro hoc est quia dictio alius, [b] regulariter facit
relationem eiusdem qualitatis, vt not. de rescrip. sedes. Ex hoc
8 infertur ad seq. q. † Quinto quæro, circa dicta in proxi. q. quid
de impetrantibus a sede apostolica, vt prouideantur de digni
tate, personatu, vel beneficio. dicit Lau. ꝙ licet sub termino be
neficium, possint comprehendi omnia beneficia: tñ debet
gratia intelligi, dum tamen sit beneficium eiusdem generis,
& gradus cuius fuit specificata. arg. 95. dist. illud. secus ergo si
essent diuersi generis, nam curatum non cōprehenditur sub
non curato, nec dignitas sub simplici. de præben. quamuis. t.
& cap. cum in illis. lib. 6. & clem. si dignitatem. infr. de præben.
Ad quæstionem statim positam pro hoc, quia gratiæ benefi-
ciales sunt omnino restringibiles. d. c. quamuis. 1. & cap. cui de
9 non lib. 6 † Sexto quæro, circa id quod dixi in proxi. contra-
rio de eo quod dicit gl. in verbo, dispositionem. in eo quod di
cit, ꝙ fit deuolutio ad instituentem, siue sit diœcesanus, siue a-
lius: nunquid hoc sit verum, & quia hoc inuestigare est valde
vtile: ideo subijcio quæstionem in qua scholaris in Bononien
si studio publicè respondit, quæ quamuis formata fuerit sub
alijs terminis, vt comprehenderet plura dubia, solum refero
quatenus concernit materiam huius glo. Finge ergo ꝙ archi-
presbyter, vel plebanus. i. rector ecclesiæ matricis habet institu
tionem in capella posita intra limites plebis suæ ad præsenta-
tionem patroni qui patronus fuit negligens in præsentando:
ad quem fiet deuolutio, an ad plebanum, an ad episcopum.
Circa hanc q. primo faciam rationes pro & ꝯtra, decurtando
rationes quas in illa q. scripsi. secũdo subnectam decisionem.
Primo igitur quoad plebanum facit hæc glos. in eo quod di-
cit, siue alius, & probo rationibus. Primo sic: cum alicui cōpe-
tat ptās limitata, sublata limitatione, sine facto eius, vtitᷣ eadē
poto-

ADDITIONES.

a Qui dicantur prælati. Adde Doct. in cap. Romana. in §. 1. de for. comp. lib. 6.
& in cap. decernimus. de iudi. in clem. Abb. de verb. sign. Archi. in c. vt ani-
marum. de consti. lib. 6.
Vinc. God. Prælatorum appellatione comprehenduntur episcopi Lap. de
Castil. in Tract. de c ano. port. q. 4. nu. 10 habetur in lib. 11. Tract. fol. 231.

b Dictio alius. Adde l. si fugitiui, C. de ser. fug. Doct. in c. deinde. in 3. colum.
distinct. 27. Eundem in cap. ei cui. de præb. lib. 6. Ant. de Butr. in c. offic. in 2.
no. lib. 6. de pœnis. & remissio.
Vincen. God. Adde Felyn. in cap. sedes, in fine, de rescript. & in cap. cum
non ab homine. de re iudic. & in c. veniens, in fi. de simon. Soc. in consi. 300.
in causa interpellationis, vers. 3. principaliter, lib. 2. & Soc. præceptor meus
in consi. 36. num. 9.

potestate libere. casus est singularis ne sc. vacan c. vnico. lib. 6.
§. vbi vero. vbi ex speciali consuetudine, vel statuto competat
alicui collatio beneficij de consilio epi, & eps sit defunctus,
vel absens in remotis, vt eius cōsilium in breui non possit ha-
bere, potest ipse libere conferre. In qua ratione pondera, q̄ di-
spositio d. c. loquitur, quando de iure speciali competit pote-
stas limitata, & sic fortius si competeret de iure communi,
quia potestas de iure cōi surgens est fauorabilior, & plenioris
interpretationis, de rescript. ad hoc, & quod ibi no. ergo subla
to patrono, idest inhabilitato ad præsentationem, plebanus li
bere instituet. Secundo ad idem de iure communi in capellis
pertinet patronatus ad plebanum, casus est quem nescio ali-
bi, saltem non ita bene, in c. ad audientiam, 1. de ec. ædi. & ibi
hoc tenet gl. in verbo, rectoris, & Inn. in verbo, fundatoris. di-
cens contingere posse, q̄ ecclesia habebit plures patronos, vt si
quis fundat, vel cōstituit capellam intra limites plebis, ipse est
patronus, sed ipsa plebs cuius iura diminuuntur, & in parte p̄
dote capellæ assignantur. est ergo plebs patrona ratione dota
tionis, item & fundationis, quia in fundo intra limites suos si
to, capella construitur: ergo subtracto patrono adhuc ecclesia
habet patronum, scilicet ipsum plebanum, non est ergo varia
ta in aliquo natura modi instituēdi, sed sicut si patronus pre-
sentasset instituisset plebanus, ita subtracto patrono plebanus
vno iure præsentabit, & alio iure instituet, pro hoc quod not.
in fin. de elec. vt circa, in gl. 2. lib. 6. tenet hæc ratio, sicut si plu
res essent patroni, & vnus fieret inhabilis, alij præsentarent, &
hoc de alia inhabilitate, quę non veniret propter negligentiā,
tunc oportet presupponi, q̄ ipse plebanus non fuerit negligēs.
Tertio ad idem sic, quod non licet alicui directe, non licet ei-
dem indirecte. ff. de tut. & cura. l. siue, §. i. de condi. instit. l. quæ
sub cōditione, §. si quis. C. si mancipium ita fuerit alienatum
ne prostituatur, §. fin. nam prohibitum vna via, alia non con-
ceditur, de procu. tu. e. regula cum qui. lib. sexto: sed patronus
non posset expresse priuare plebanum iure instituendi: ergo
nec indirecte negligendo. Quarto delicta sunt personalia, C.
ne ex delic. defun. in rubro. & l. vnica, & quod no. de sepul. c. fi.
non enim insontes puniendi sunt. 56. dist. satis peruersum. de
constit. cap. 2. de his, quæ si. a ma. par. cap. quæsiuit. de sentent.
excom. Romana. §. in vniuersitatem. lib. 6. regula, sine culpa. e.
lib. ergo, &c. Quinto suppletio negligentiæ fieri debet per im-
mediatum prælatum. 9. q. 3. cum simus 63. dist. cap. fi. de elec.
cum in cunctis, §. fi. & c. ne pro defectu. & c. quamquam. lib. 6.
de conces. præb. c. 2. & c. quia diuersitatem pro hoc gl. 3. hic in
verbo, prelati, & quod dixi. ȝ. q. 2. & 3. Sexto, quia propter con-
nexionem vnum connexorum trahit ad se reliquum. de cō-
a sti. translato. cū concor. & specialiter id quod est dignius [a] tra-
hit ad se minus dignum. 13. q. 2. non æstimemus. de conse. ecc.
vel al. q̄ in dubijs. pro hac parte optime est gl. Inn. de exce. cū
venerabilis. in fi. vbi dicit, q̄ si ecclesia non est collegiata, nec
est in parochia alterius & non apparet quis sit patronus, epi-
scopus ponit ibi ministrum. sed hic apparet, q̄ est in parochia
alterius, & q̄ habet patronum: ergo non ad episcopum perti-
nebit. In contrarium gn̄alis potestas competens alicui de iure
communi cōprehendit omnia & singula sub gn̄e cōstituta, ni
si in aliquibus per specialem dispositionem sit detractum. 1. q.
3. saluator. ad. fi. & ibi gl. ff. de alcatoribus, l. 1. §. q̄ aūt. de ma. &
obed. solitæ. de priui. quia circa. & hoc etiā si concessio potesta
tis sit indefinita, quia æquipollet vniuersali. ff. de re. du. l. si is, q
ducenta. §. vtrum. in fi. de leg. 2. l. si pluribus. & l. si ita. d. c. qa cir
ca. de off. dele. venerabili. & ibi glos. de elect. vt circa, & ibi glo.
lib. 6. & eps habet generalem potestatē super oēs ecclesias suæ
diœcesis. 10. q. 1. quasi per totā partē primam. 16. q. 1. cap. 1. 18.
q. 2. monasteria. de offi. arch. cū satis. de off. or. conquerente, &
c. dilectus. de præscr. auditis. & ca. cū olim. de insti. ex frequen-
tibus, & c. authoritate. vnde fundat intentionē in oībus spiri-
tualibus super ecclesijs sibi subiectis. de exce. cum venerabilis.
in fi. & si plebanus quatenus habet institutionem, non potest
habere nisi de iure speciali, vt probant iura præmissa: ergo so-
lum eo casu, & non alio sua potestas extenditur. Est autē alius
casus prouidere nullo præsentante, quā instituere ad alterius
præsentationē. Secūdo potestas ɔcessa sub certa forma, nō pōt
non seruata forma in actū validū educi. de elec. cū in veteri, &
c. prouida. lib. 6. de præb. cui de non. eod. lib. ff. mandati. l. dili-
genter. & hoc si concessa est alias non habenti potestatem. cle.
1. de iure p. & quod ibi no. glo. multū notabilis in ver. inhiben-
tes, sed patrono non ɔpetit de iure institutio, sed epo, vt in ra-
tione præcedenti, ergo cū institutio sit sibi concessa sub hac
forma, vt ad patroni pręsentationem instituat, si cessante pre-
sentatione ea vtatur, actus est nullus. nam formalitas inherēs
substantiæ adeo informat, q̄ nō tm̄ factum ɔ̄ formam est nul
lum, sed etiā si est præter. casus est notabilis iuncta glo. de elec.
sicut cum. lib. 6. Tertio ius concessum in diminutionem iuris
alieni non est extendendū. 16. q. 1. ecclesiæ. & c. quicunq;. nam
diminutio talis odiosa est, & restringenda. ff. ne quid in lo. pu.
l. 2. §. si quis a principe. & §. merito. 11. q. 3. si quis vero. 9. q. 3.
nunc vero. de rescrip. ad hæc. de transla. licet. de autho. & vsu
pallij. ex tuatū. de restit. spol. audita. de fil. presby. c. 1. & 2. lib. 6.
regula, odia. & regula, quæ a iure. co. lib. Sed institutio ptinēs
ad plebanum venit ad diminutionē iuris epi ad quem de iure
cōi pertinet institutio. 16. q. 7. oēs basilicæ. & c. nullus omnino.
de capel. mo. c. 1. de reli. do. de xenodochijs. de hær. cum ex in-
iuncto. in fi. ergo &c. Quarto cōcessio iuris minoris, & minus
pinguis, maius, & pinguius non cōplectitur. de offic. le. nisi. &
c. q̄ translationē. de ele. transmissam. de procu. qui ad agendū.
lib. 6. ff. de pac. l. ɔ̄ iuris. §. fin. ff. de his, quæ in frau cre. l. si pater.
sed ex parte plebani est potestas collationis non liberæ. i. insti-
tutionis. non debet ergo cōprehendere liberā, & præiudicari
collationi liberæ spectanti ad episcopū. Quinto expressio vni⁹
modi prouisionis alium non comprehendit, de rescript. susce
10 ptū. de præb. cum in illis. in fi. & cui de non. lib. 6. † Sexto casus
omissus relinquitur dispositioni iuris cōis. ff. de lib. & posth. l.
commodissime. soluto matrimo. l. si cū dotem. in princ. C. de
pac. conuen. l. fi. d. c. susceptū. vbi de hoc. 40. dist. si Papa. 79. dis.
vtinā. vbi de hoc. 2. q. 5. consuluisti. pro hac parte est cap. q̄q̄. de
elec. lib. 6. vbi in casu negligentiæ ad immediatum superiorē
fit deuolutio, sed non extenditur ad alios casus. ad idem capi.
cum in illis. § pen. & fi. præalleg. quod probat, q̄ si mandat p̄-
uideri de beneficio spectante ad collationem, de beneficio ad
pręsentationem, vel institutionē eius cū alio simul prouideri
nequit. Ita ergo plebanus qui poterat instituere ad præsenta-
tionem patroni: patrono subtracto hoc non possit, sed potius
eps ad quem de iure communi pertinet suppletio negligentię
patronorum. de iure pa. qm̄. & c. si vero. & c. cum propter & c.
cam te. Ad idem est c. auditis. & c. cum olim. de præscrip. vbi si
inferior epo dicit se pręscripsisse iura epalia, debet probare sin
gulariter de quolibet iure, & solum obtinet in his, quæ præ-
scripsit. Ad idem est quod no. Inno. de capel mo. dilectus. vbi
dicit, q̄ pręlatus inferior petens iura epalia, necesse habet illa
specificare in libello, nec admitteretur libellus generalis, quia
ad eum talia iura non pertinent de iure communi. ad idē est,
quod not. idem Inn. in eo. c. in eo q̄ allegabatur ibi aliqua iura
spectare ecclesiæ matrici de iure cōi in capellis, quia dicit ibi
11 Innoc. hoc non est verum, & sic illa fuit allegatio partis. † Sol.
pro declaratione quæstionis primo videndum est, nunquid
b institutio [b] beneficiorum spectat ad solum episcopum de iure
communi, ita q̄ ad plebanum non possit spectare nisi de iure
speciali. & hoc viso ponetur solutio pro plebano. & q̄ de iure
communi possit ei competere, est c. ad audientiam. præalleg.
de eccl. ędi. sm̄ vnum intellectum, qui ibi ponitur, videlicet,
quòd patronus præsentet instituēdum in capella de plebano,
& plebanus instituat institutione collatoria tituli, sed postea
præsentetur institutus diœcesano qui instituet institutione au-
thorizabili. de offic. archid. cum satis ad hoc de capell. mona.
cap. vnico. lib. 6. dic contra q̄ imo ad solum episcopum perti-
net institutio etiam collatoria de iure communi. 10. quæst. 1.
ca. 1. & 2. 16. q. 5. nullus omnino. vbi hoc tenet Archi. qui etiā
notauit. 16. q. 1. plures. 10. q. 1. regenda. 25. distinc. perlectis. pro
hoc de capel. mo. cap. 1. de reli. do. de xenodochijs. de hære. cū
ex iniuncto. & probant iura ad episcopum spectare institutio-
nem liberam, idest collationem nullo præsentante, sed idem
est de institutione proprie sumpta, quæ est collatio non libera
ad præsentationem patroni facta, vt probat cap. cum in illis,
pręalleg. pro prædictis est, quod not. Archid. 72. distin. horta-
mur, vbi tenet idem quod in cap. nullus omnino. Ad c. ad au-
dientiam. dico, quod illa lectura nō est vera, & extorquet tex.
sed vera lectura est, q̄ patronus, & plebanus simul præsentāt,
quia vterque est patronus, vt supra dixi in secunda ratione fa-
cta pro parte plebani. Concluditur ergo quo ad hoc quòd in-
stitutio pertinens ad plebanum, tantum de iure speciali pro-
cedit, quo præmisso videretur verior pars quæstionis pro epi
scopo per rationes factas ad illam partem, & maxime si il-
lud ius speciale competit plebano per præscriptionem. nam
præ-

ADDITIONES.

a Id quod est dignius. Adde gl. in verbo. delegare. in ca. super quæstionum, de offic. deleg gl. 1. ad fi. in cap. contingit. de arbi. gl. in ver. celebrari. in ca. decennio. 76. dist. & in l. quæritur. ff. de sta. hom.
Vinc. God. Adde Ias in l. imperium, colum. 3. ff. de iurisdictio. omnium iudicum.

b Nunquid institutio. Adde cap. omnes basilicæ. 16. q. 7. Doc. in cap. non satis. de off archid Doct. in c. cum venerabilis. de relig. do. Abb. in cap. super eo. circa fi. de off. deleg.
Vinc God. Et quando beneficium dicatur de mensa prelati, Com. consi. 161. litera c. lib. 3.

præscriptio est strictissimi iuris, & non extenditur nisi ad possessa. regula, sine possessione, lib. 6. Et quod not. Innoc. de offi. arch. c. fin. ponens differentiam inter consuetudinem & præscriptionem: quia consuetudo extenditur de loco ad locum, licet non extendatur de iure ad ius: sed præscriptio ad nihil extenditur vltra possessa: tamen vt refert Ioan. And. de instit. c. 2. lib. 6. Ia canonicus Bononiensis, & Ioan. de Monte murlo disputando terminauerunt contrarium ponendo quæstionē quando in capella rector præscripsit præsentationem ad clericatum capellæ, & clericus præsentationem ad rectoratum ad institutionem plebani, si decessserunt rector & clericus an plebanus nullo præsentante libere instituet vtrunque: an vero episcopus? tenuerunt isti ꝙ plebanus: quia ius episcopi est exclusum per præscriptionem per quam excluditur omnis actio. de præscript. ad aures, quæ ratio posset tolli: quia non est præscriptum nisi in certum casum, non autem in istum. pro hoc iura & rationes, supra ad hoc inductæ: quibus attentis habeo quæstionem pro difficillima: sed post longam cogitationem defendendo partem plebani, vel pro fundamento: sciendum, ꝙ præsentatio non est pars substantifica institutionis, sed est tantum quædam seruitus beneficij: quia debet fieri institutio ad præsentationem patroni: alias ipso agente de contemptu, institutio est ipso iure irrita. 16. q. 7. decernimus, cum duobus cap. seq. sed si scit & non contradicit, intelligitur consentire, & tenebit institutio, quod tenet Hostien. in summa de iurepat. ad fin. & est notabile pro hoc: quia istud quod exigitur ex parte patroni, sapit potius consensum quàm authoritatem: sufficit autem ꝙ consensus interueniat in actu etiam ex postfacto, de consue. cum consuetudinis, vbi de hoc no. Inno. & no. de ecc. non alie. c. 1. lib. 6. Si ergo post institutionem factam irrequisito patrono, patronus expresse consensit, tenet institutio: sed si solum non contradixit, an per hoc videatur consentire? istud
a quærere cadit in illam quæstionem: An & quando tacens[a] habeatur pro consentiente, de qua in c. in Genesi, de elec. de præsum. nonne, vbi dixi. & potius videretur non haberi pro consentiente, nisi faceret aliquem actum positiuum per quē approbet institutum, de his quæ fi. a ma. par. cap. ex ore. tñ puto, ꝙ si non præsentauit alium intra tempus iuris, intelligatur cōsensisse: cum sublata sit omnis potestas agendi de contemptu qui durat eo. tpe quo durat potestas præsentandi, nā lapso tpe non pōt dici contemptus: sed potius ipse suum ius cōtempsit. Per hoc infero, ꝙ subtracta præsentatione patroni non immutatur natura beneficij, vt censeatur eius reformatio esse facta alterius speciei, pro quo est ita: quia si mandasset Papa prouideri de beneficio spectante ad collationem plebani, præsupposito ꝙ in casu qōnis reformatio pertineat ad plebanum: nō per hoc tenebitur de hoc beneficio prouidere. non. n. dicitur spectare ad collationem eius, sed potius ad institutionem ei⁹, hoc tenet gl. in cle. si de beneficio, in verbo, capituli, de præbē. potius ergo verum est dicere, ꝙ per subtractionem iuris præsentandi spectantis patrono nullum ius deuoluitur ad plebanum, sed solum ius quod habebat non liberum est factum liberū, sicut si quis dissoluit ligatum, & ipse solutus ambulet, nō ambulat per potestatem nouam sibi quæsitam, sed per candē quam prius habebat: pro hoc quod not. in c. cum aliquib. & quod etiam ibi probatur, de rescr. lib. 6. Pro prædictis etiā est, quia præsentatio patroni non tribuit aliquod ius formale qđ sit pars substantialis tituli habendi beneficium: non enī tunc laicus potest esse capax cum esset ius spirituale, de elec. sacrosancta, & c. Massana, de præscrip. causam quæ. sed præsentato soli competit officij imploratio, vt not. de re iu. cum Bertholdus, pro hoc, quia vnicum beneficium non potest esse duplicis naturæ, quia duplicitas naturæ arguit duplicitatem subiectorum. Hinc dicimus, ꝙ vna & eadem res nō potest duplicis naturæ censeri, ff. de vsuc. l. eum qui ædes, de deci. cum in tua. vbi etiam no. ꝙ si quis præscripsit ius decimandi in prædio in quo toto tpe præscriptionis fuit seminatum granum, & nunq̄ milium, si completa præscriptione seminet milium, debebit præscribenti de milio, quod tenet ibi Host. & Io. And. ex præmissa ratione, ne eadem res censeatur duplici iure. Per hoc ergo concludo ꝙ etiam cum per præscriptionem cōpetit plebano ius instituendi ad præsentationem patroni, subtracto patrono, adhuc instituet, & erit vera instō licet accidentia facti sint in aliquo variata, quia vbi prius instituebat ad præsentationē patroni, nunc instituit libere propter defectum patroni, quia ius plebani non debet immutare ius eius. fortius ergo procedit hæc determinatio si plebano competit institutio per consuetudinem, cum sit consuetudo plenioris interpretationis, q̄ præscriptio, vt prædixi, supra ead. q. Sic & eodem modo si tibi competit per priuilegium: non debet maligne interpretari, de donat. cum dilectus. nec posset aliquod ius speciale esse magis restringibile quam præscriptio, & sic cum probatum sit de præscriptione, infertur idem de quolibet alio iure speciali. Ad rationes factas pro parte episcopi patet solutio ex prædictis, quia non est verum ꝙ ius præsentandi competens patrono, habeat se per viam limitationis, vt faciat beneficium censeri alterius naturæ, quando patronus de facto præsentat, quā quando non præsentat: sufficit. n. ꝙ est beneficium præsentabile: nam quamuis patronus sit priuatus præsentatione respectu reformationis instantis, non propterea desinit esse patronus, quia habebit alijs vicibus præsentare. Et sic soluitur prima ratio, & etiam secunda, quia cū dixi supra ea. q. vt præmisi, præsentatio non est pars substantifica institutionis, alias non posset cōfirmari instō nisi ab initio præsentatio interuenisset, de elec. quia pp. & tñ cōfirmatur per ꝯsensum patroni superuenientem, vt dixi supra e. q. Per hoc etiā patet solutio ad tertiam rōnem, quia non est verum ꝙ ius plebani extendatur. sic & ad quartam, quia non est verum ꝙ ius plebani sit nunc pinguius substantifice, q̄ prius. Ad quintā de c. susceptū, patet eodem mō solutio. Ad sextam de casu omisso, &c. dic, ꝙ iste nō est casus omissus, sed potius inclusus, licet in aliquo variata sint accidentia facti. ad ca. q̄q̄, de elec. lib. 6. dic, ꝙ reformatio, quæ fit pp negligentiam, est alterius naturæ, quā ea quæ fit pp defectum, vt ibi not. Ad c. cum in illis, dic, ꝙ hoc beneficiū est reformandum per institutionem. Et not. solutionem præmissam per quam aperitur via ad multas, & vtilissimas, & arduas qōnes. Septimo quæro in eo, ꝙ dicit de prælatis, qui negligunt conferre intra tpˢ Lateran. cōcilij, quid si ꝯtulit. Sed opponitur ꝙ collatio non tenet, & pone exemplū, prioratus originaliter regularis fuit consuetus regi per seculares per 40. annos: nunc autē commisit regulari: nūquid poterit epˢ supplere, ac si non cōmisisset? vr̄ ꝙ sic, cum debuerat committi his quibus cōsueuerat, vt probat tex. ibi, illa quæ ꝯsueuerunt per seculares, secularibus, &c. Contrarium tenet Lau. dicens qđ facilis est transitus, & conuersio, de secularibus ad regulares, de re. ecc. non alie. possessiones, de do. apostolicæ, de stat. mon. ea quæ. in fin. 12. q. 2. bonæ, & maxime hoc casu, propter reliquias & vestigia pristinæ conditionis, arg. ff. de his qui sui, vel alie. iur. sunt, l. pater, gestat enim effigiem primæuæ originis, ar. C. de nupt. l. & si contra, quia res de facili reuertitur ad propriam naturam, de priui. si de terra. xxxv. distinct. ab exordio. Refert Lau. alios tenentes contrarium, pro quibus est tex. præalleg. ibi, illa quæ consueuerunt, &c. quod tenuit Bertran. Sed dicit Lau. ꝙ ibi loquitur de habentibus conferre iure deuoluto, secus de habentibus iure proprio, quia qui confert iure deuoluto, habet potestatem magis ligatam, per hoc quod no. de elec. in c. ne pro defectu, & quod not. gl. hic in verbo, monasteriorum, & quod dico. j. quæst. 22. & 23. quod puto verum, si is, qui confert, habet potestatem immutandi naturam beneficij, alias nisi sit beneficium curatum, non posset regularis institui, per cap. quod Dei, a contrario sensu, de stat. mona. de quo etiā dixi supra in 6. contrario. Octauo quæro, quia dicit, diœcesa-
b nī, qui comprehenduntur sub hoc verbo.[b] dicit Genz. & Mat. ꝙ episcopi & superiores. 11. q. 1. de persona, vbi de hoc, de offi. ord. c. ordinarij. li. 6. & not. 25. dist. perlectis, in gl. ex hoc videt, in fin. per hoc de off. archipresb. c. fi. vbi de hoc, de for. cōp. cum cōtingat. Inferiores autē episcopo bene aliquando dicuntur ordinarij, de offic. ordin. cum ab ecclesiarum, sed non diœcesani, per hoc quod not. infra de sta. mo. cle. 1. in fin. Per hoc infert Gen. ad quæstionem de qua supra, q. 2. nunquid sicut per negligentiam episcopi fit deuolutio ad capitulum, & econuerso, ita etiam per negligentiam abbatis fiat deuolutio ad ꝯuentum, & econuerso, & tenet quod non per illam rationem, quia non est tanta communio inter illos prælatos, & suos cōuentus, quanta inter episcopum & capitulum, de quo dic ple-
12 nius, vt dixi in dict. q. † Nono quæro, prælatus regularis vnius diocesis habet conferre beneficium in alia, quis supplebit negligentiam eius. Sol. vt in gl. in verbo, locorum, ꝙ episcopus beneficij, idem Pau. per hoc quod not. de pri. c. pastoralis, & ꝙ no. Pau. in cle. 1. in glo. immediate super verbo, proprij prælati, de rebus eccle. non alie. quod ibi dico in prin. in vlt. quæstio. Decimo quæro, si beneficia nō exempta spectant ad collationem

ADDITIONES.

a An & quando tacens, &c. Adde glo. in c. sicut. de elec. lib. 6. reg. is, qui tacet. de regu. iur. eo. lib. Et quod legitur & not. in l qui patitur, ff mand. Et diffuse per Felyn. in cap. nonne. de præsump. in pen. col ver. quarta reg. vbi ponit duas fallentias.
Vinc. God. Adde Ias. Inst. de act. §. item Seruiana, nu. 52. hinc est, ꝙ tacens per annum intelligitur in perpetuum exclusus, Ruyn. consi. 213 nu. 9. lib. 1.

b Qui comprehenduntur sub hoc verbo. Adde glo. in clem. 1. de iure patron. Doct. in c. cum contingat, de foro compe.
Vinc. God. Diœcesani qui comprehenduntur, Fel. in ca. Rodulphus, col. 5. de rescrip. & in c. cum olim, in princ. de præscrip.

nem exemptorum, nunquid ordinarius tunc supplet sua au-
thoritate.gl.in verbo, sua, dicit ꝙ sic.idem Pau.qui vltra gl.al-
legat c.authoritate.de priu.li.6.Et est ratio,quia attenditur be-
neficium,non persona negligens.sup.q.proxi. Vndecimo q̃ro
si episcopus non supplet negligentiam collatoris intra secun-
dum semestre,an fiet deuolutio ad alium superiorem. glo.ca.
in ver.item procedit. dicit ꝙ sic.idem Lau. & Pau. Oppo.ad
hoc,quia etiam si beneficia sint exempta,in quibus de iure fit
deuolutio ad papam, supplet episcopus authoritate apostoli-
ca,vt hic. ergo saltem eo casu quo deuolutio facienda erat ad
papam,poterit ep̃s qui neglexit per semestre,adhuc conferre
authoritate apostolica.gl.optime soluit ꝙ aliud de non exem
13 ptis &c.vt in gl.& idem Lau. † Duodecimo quæro circa hoc,
quid de beneficiis vacantib.in curia:nũquid supplebit episco-
pus.videretur ꝙ sic,sicut supplet in deuolutis ad papam. Lau.
tenet contrarium per c.licet.& c.statutum.de præbend.lib.6.
quod est verũ. sufficit enim ꝙ de illis hic non est expressum.
14 † Decimotertio quæro,nunquid si episcopus est negligens per
semestre,fit deuolutio ad alium.glo.co.in ver.sed mõ. dicit ꝙ
non currit episcopo semestre: de quo remittit ad cle. si de be-
neficio.& dic vt ibi nor.glo.& idem Pau.hic. Decimoquarto
quæro circa dicta in proxi. q. præsupposito ꝙ currat episcopo
semestre. an fiet deuolutio ad metropolitanũ: an ad papam.
gl.ca.dicit quod ad papam.de quo remittit ad c.ad abolendã.
Pau. idem sentit, dicens quod si tenemus ꝙ ad metropolita-
num,dicendum est ꝙ hęc potestas episcopi non est delegata,
sed ordinaria;& tamen non firmat.Et in hoc pendet dubium:
quia si est ordinaria,ad metropolitanum: si delegata,ad papã
deuolueretur. Ego supra dixi in pen.contrario ꝙ est delegata,
15 & dic vt ibi. † Decimoquinto quæro,quid si exempti impedi-
rent episcopum in collatione exemptorum post factam deuo
lutionem ad episcopum. dic ꝙ poterit eos coercere. pro hoc
quod dicit hic Pau.in verbo,super hoc suppleant. exponens.i.
super cõmissione & collatione prædictorum beneficiorum,
& secundum eum per consequens possunt omnia facere sine
quibus collatio non sortiretur effectum.de off. deleg.pruden-
tiam.& c.præterea. cum concor. non autem possunt episcopi
se intromittere super aliis negligentiis exemptorũ,nisi quate-
nus a iure conceditur. Decimosexto quęro an episcopus pos-
sit supplere quando exempti priuati sunt propter delictum.So
16 lu.vt in gl.in verbo,negligentiam. & idem Pau. † Decimose-
ptimo quæro, quia supra dixi in tertio contrario, quando se-
mestre currat episcopo.quo præsupposito quæro,quando inci
pit currere.Lau.quęrit.sed quæstio soluitur per tex.in ca. quia
diuersitatem.in fi. de concei.præben. vbi dicitur quod a tem-
17 pore scientię.† Decimooctauo quæro,quando dicetur scire.vi
detur quod non sciat nisi doceatur:quia hoc est facti quod qs
non præsumitur scire.de consti.c.1.lib.6.In contrarium quod
non excusetur episcopus per ignorantiam,de ęta. & quali.cle.
1.de offic.or.irrefragabili. nam propter hoc dicitur episcopus
intendens.8.q.1.qui episcopatum. Et propterea recipit procu
rationes vt visitando de talibus diligenter inquirat.de hoc de
offi.or.c.ordinarii.lib.6.primum tenet Lau.& est verius. Opp.
ad hoc de ele.vnica.in fi.inf.de conces.præben.vbi pręsumitur
scire a tempore quo vacatio fuit in loco nota post x. dies. Sol.
Lau. videtur stare contrario.dic melius quod ibi de impetran
te qui cum prosequatur ius proprium,tenetur esse solicitus vt
in loco dimittat procuratorem , secus in ordinario, cui foret
difficile vbique tenere procuratorem.& dicit Bertran. ita fuis
se determinatum in palatio papæ. Concludit autem Lau. ꝙ
ordinarius citius vel tardius præsumitur scire secundũ quod
vacatio erit publica, vel occulta. ad hoc quod not. de rescrip.
cum contingat.de cle.excom.illud.& in d.cap. quia diuersita-
18 tem. † Decimonono quęro, quantum tempus requiritur vt
beneficium dicatur consuetum regi per regulares vel secula-
res.Lau.dicit quod tempus 40.annorum,per c.fin. de consue.
de præscrip.de quarta.melius de pręben. cum de beneficio.li.
6.idem Pau.licet non expresse,sed Gen.& Matt.expresse.Alij
dicunt sufficere tempus 10.annorum,cum hoc non sit contra
ius,per id quod not.gl.12. dist.consuetudo,& de consue.c.fin.
lib.6.primum verius & probatur in præalleg. c.cum de bene-
ficio.vbi respondetur ad contrarium.Ex hoc infert Gen.ad se-
quen.q.Vicesimo quęro circa dicta in proxi.quæst. quid si 40.
a annos[a] quidam tenuit vnum beneficium cum altero simul.
dicit Lau.inf.§.præmissa.& Gen.hic quod nõ erit necesse pro
bare annexitatem vel dependentiam:quia secundum opinio.
quorundam sufficit in hoc consuetudo.de consuet. cum dile-
ctus.de verborum sign.Abbate.& hoc quo ad beneficia depẽ-
dẽtia.Idem ergo in annexis:quia simul iudicium de vtroque.
de ęta.& quali.cam te. videtur melius dicendum quod cum
ius commune resistat,disponens beneficia singula singulis cõ
ferri: de præben.extirpandæ §.qui vero. non sufficiat consue-
tudo præscripta seu pręscriptio, nisi intercesserit titulus suffi-
ciens ad dandam causam præscribendi per cap. de quarta. &
quod ibi not. imo videretur non habere locum consuetudi-
nem etiam prædictam, cum in beneficiis requiratur canoni-
ca institutio. regula,beneficium. lib.6. quod dic procedere,si
iste vellet plura incompassibilia tenere in titulum. sed quãdo
tenet alterum tanquam annexum seu vnitum,cessat præmis
sa ratio,& tunc locum habet consuetudo modo prędicto. &
19 de hoc etiam inf.§.pręmissa.q.3. † Vicesimoprimo quæro cir
b ca idem si beneficium spectans[b] ad præsentationem regula-
rium consuetum est regi per seculares clericos, an possit præ-
sentari regularis.glo.in verbo,secularibus. refert id quod not.
eod.tit.cap.sicut.vbi Pet.& Abb.dicunt quod non,quod dicit
verum in non curatis,vel si præsentant illum vt claustralem.
Lau. videtur aliter dicere, vt dixi supra quæst.7. sed cum glo.
concor.Pau.& Genze. dicens in curatis hoc permitti propter
officium prędicandi.de statu mo.quod Dei. & hoc nisi con-
suetudo præscripta sit in contrarium. arg.de pręben. cum de
beneficio. lib.6. sed ibi solum dicitur quod de beneficio con-
sueto regi per seculares non prouideatur secularibus. quid au
tem iuris econuerso,nihil ibi dicit. & de hoc per Frideri. de Se
nis in consi.231. Sed Host.in c.possessiones.de reb.eccle. non
alie.dicit idem econuerso propter paritatem rationis: sed ta-
men videtur subesse paritas, quia secularis nullo casu nisi per
dispensationem potest præfici beneficio regulari. de elec.cum
causam.& c.officii.sed econuerso sic,per c. quod Dei. propte-
rea dico quod aliquando consuetudo est præscripta de secu-
lari sapiens negationem,idest:quia præscriptum est,vt non re
formetur de regulari,& tunc procedit dictum Host. standum
est enim tali consuetudini,quæ non est irrationabilis.d.c.cum
de beneficio.in prin. Quomodo autem inducatur consuetu-
do negatiua,nota.de reg.Ioannes.dixi de consue.c.fi. Aliquã-
do simpliciter præscriptum est de seculari, non tamen exclu-
dendo regulares,sed solum per quadraginta annos fuit refor
matum beneficium de seculari, & tunc non proprie dicitur
consuetum regi per seculares tantum, quin possit ibi institui
regularis. sufficit enim regulari quod non reperitur prohibi-
tus. Econuerso autem secus foret,quia si per quadraginta an-
nos fuerunt instituti soli regulares,non poterit institui secula-
ris sine dispensatione,cum beneficium dicatur assumpsisse na
turam regularis,& sic secularis est inhabilis, per pręmissa. &
secundum hoc intellige c.cum de beneficio.quod nemo ape-
ruit.per hoc limita glo.istam in verbo,secularibus. cum dicit
ad beneficium consuetum regi per seculares,si est curatũ pos-
se institui regularem. nam distingue per pręmissa.quia si esset
pręscriptio inferens negationem,vt in exemplo pręmisso, nõ
procedit hoc dictum.Quod autem subiicit gl. quando pręsen
tant monachum vt claustralem: declara per notata in c.fin.de
ca. monacho. nam quædam sunt beneficia in quibus mona-
chus instituitur vel claustralis, nec desinit esse de collegio mo
nasterii.quædam in quibus instituitur vt alius clericus secula-
ris,& subest episcopo,& officium celebret vt secularis.de quo
in d.c.fi.Et secundum hoc no glo.istam quod in beneficio se-
culari si instituitur monachus, desinit esse claustralis, nec po-
20 test vt claustralis institui. † Vicesimosecundo quęro,nunquid
ecclesia dicatur consueta regi per regulares tunc tantum,
quando in ea soliti sunt esse regulares per modum cõuentus.
Hosti. dicit quod sic. de re.eccle.non ali.possessiones. Abbas
vero dixit illud cap.non loqui de conuentualibus,quod dicit
gl.hic in verbo,religiosis, approbari hic.approbatur autem ex
eo quod sufficit hic quod ecclesia sit consueta regi per religio-
sos,& nihil aliud requiritur. nam de ecclesiis conuentualibus
frustra disposuisset cap. dispositiones. quia per alia iura dispo-
situm erat secularem nõ præfici conuentui religiosorum. li-
mitatur autem illud c.in eo quod dicit præficiendum religio-
sum per hanc literam,quæ probat nõ quemlibet religiosum;
sed tantum de monasterio ad cuius prælatum pertinet com-
missio,præfici posse.& hoc vult hęc glo.in verbo,religiosis.in
fin.quod etiam dixi supra.in vltimo contrario. Vicesimoter-
tio quæro circa dicta in proxima q.quid si in illo monasterio
non sit aliquis idoneus.glo.in verbo,monasteriorum, remit-
tit.dic vt dixi supra in vltimo contrario. Ex hoc infertur ad
21 quęstionem sequentem.† Vicesimoquarto quæro circa hoc,
si pri-

ADDITIONES.

a Quid si 40.annos. Adde Host.in c.quoniam. de vi.& hone.cle. & in summa in tit.de sup.ne.præla.in 1.col.Io.An.in reg.qui contra.in fi. de re iur.lib.6. in mer.Abb.in c.cura.in prin. de iure pat.

b Si beneficium spectans. Adde Host.in c.possessiones.de reb.ec.non alie Fride. de Sen.in consi 131.

Vin.God. Vide Pet.de Perus.in trac.de mutat.stat. personar.in prin. nume.4. quod habetur in lib.10.trac.fol.287.

si primus collator tenebatur cõferre alicui de certo collegio, an ad idem obligetur is ad quem fit deuolutio. de qua q. remitti eadem gl. & ponitur quæstio in regula, contra eum. lib.6. Et per hanc literam dicit Pau. quod sic. dic plenius vt in d. regula, & dixi de ele. ne pro defectu. ex hoc infertur ad quæstio-
22 nem seq. † Vicesimoquinto quero circa hoc si publicato scrutinio electores nolunt eligere nominatum, an superior tenetur de illo prouidere. Soluit Pau. per hanc literam quod sic: pro hoc, quia potestas est iam limitata, transit ergo cum suo onere. ff. de iu. fisci. l. non intelligitur. §. si posteriori. de pig. ex literis. de quo dixi in d. c. publicato. Vicesimosexto quero si superior post deuolutionem confert religioso alterius monasterii contra id quod dicitur in tex. dic quod collatio non tenet secundum Gen alias hæc prouisio est delusoria. Sed cõtra est quod no. in c. ne pro defectu. ad fi. per gl. & Inn. dic quod intelligitur extra hunc casum. hoc enim casu oportet stari huic dispositioni & contra eam factum est nullum. l. non dubium. C. de legi. de testi. io nomine domini.

S V M M A R I V M.

1 *Partes quando sunt separabiles potest res pro vna parte valere, & pro alia parte non valere.*
2 *Pensiones nouiter impositæ an sint soluendæ.*
3 *Diœcesanorum appellatione qui contineantur.*
4 *Pensio quid est.*
5 *Pensionarius si duxit vxorem, vel militat, vel consecratur in episcopum an pensio vacet.*
6 *Quid si pensionarius impetrat in forma pauperum, non facta mentione de pensione: an valeat.*
7 *Pensiones nouæ quæ dicantur.*
8 *Prælati inferiores episcopis an possint ex causa rationabili petere subsidium charitatiuum ab ecclesiis sibi subditis.*

1 §. Eadem. † No. quod quando aliquid habet partes separabiles, potest pro parte esse vtile, & pro parte esse inutile. hic enim pentiones auctę solui non debẽt quatenus auctę sunt. secus si partes essent inseparabiles. ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. si quis. de elec. Massana. Lau. de quo in regula, vtile.
2 lib.6. & dixi de elec. illa. de offi. deleg. cum super. † Secũdo no. quod pensiones nouiter impositæ nõ sunt soluendę. & dicit Pau. quod si ex pacto soluãtur: priuantur clerici beneficiis. de pac. cum clerici. Oppo. quod non sufficienter prouideatur hic per id quod dicit non permittant. parum est. n. non permittere nisi coerceantur si fuerit opus. de offi. deleg. ex literis. Solut dicit Lau. standum contrario. Idem Pau. poterunt ergo per cẽsuram ecclesiasticam & aliis remediis contrafacientes coercere. dicit etiam Lau. quod permittere quandoque ponitur pro patientia inuita. 21. quęstio. 1. hac ratione. vbi not. quod licet aliquid permittatur, non tamen est sine vitio, cum sit malum, ex quo non percipitur. 13. dist. nerui. Secundo oppo. quod nouæ pensiones possint imponi & antiquæ augeri. de censi. prohibemus. sol. vt in gl. in verbo, imponant. quę dicit quod non possunt imponere authoritate sua: sed alias ex causa possunt imponi, & idem Gen. & vltra allegata per gl. inducit de præben. vacante. de exces. pręla. sicut. de ęta. & qualita. eam te. de sta. mo. cle. 1. §. ad hæc, quæ iura probant id quod dicit glo. quod ex causa hoc fieri posset. Idem Marth. induxit de censi. significauit. 18. quæst. 2. seruitium. 1. q. 1. nullus episcopus. cum simili. Tertio opp. ad hoc. ff. de fideicom. liber. l. generaliter. §. si qs alienum. qui probare videtur quod si augentur reditus, debet augeri census. Sol. Matth. quod quandoque augentur non auctis prædiis: & non est augẽdus census. fuit enim casus dubius. C. de vsu. l. si ea lege. quandoque augentur prędia, & tunc augeri potest census, arg. ff. de vsuf. l. item si fundi. §. sed si iosulã. de vita & hone. cle. quoniam. de censi. quanto, & quod ibi no. & inf. de censi. clem. 1. Quarto opp. quod non debuerit prohibere de nouo impositas solui ex quo impositæ erant ante hoc c. potius enim debent conseruari in possessione percipiẽdi qui prius erant, vt li. pen. c. 1. & 2. in Auth. vt nulli iudi. §. illas. col. 9. C. de iu. fis. l. facultas. lib. 10. Solu. Lau. & Gen. conseruandus est possessor, nisi possessio sit vsurpata. arg. 93. di. illud. sed si sit vsurpata, præscriptionem non inducit, vt no. de testa. c. 2. in gl. 2. & tali possessione spoliatus per ordinarium non potest petere se restitui, quia in talibus ordinarius dicitur potius executor sui officii quam alterius spoliator, arg. c. accepimus. de pac. & c. cum clerici. de rest. spo. cõquerente. & c. accepta. vbi de hoc. & dicit Lau. quod sola pręstatio cum minori tempore 40. annorum non dat eis titulum: sed cum illo tempore præscribitur, per c. peruenit. de censi. Quinto oppo. ad hoc de l. qui semisses. ff. de vsur. & quod ibi no. & 18. q. 2. seruitium. Sol. Lau. quod in præscriptione talis pensionis nõ sufficit possessio sine titulo: quia pręscribens habet contra se ius commune, quod est pro episcopo qui de iure communi fundat intentionẽ suam in talibus. 16. q. 7. omnes. de excessi. præla. sicut vnire. secus dicit in consuetudine, in qua non requiritur titulus: sed sufficit causa rationabilis cum continuatione temporis. de consue. c. fin. dic quo ad hoc nullam esse differentiam inter consuetudinem & præscriptionem: quia nec c. fi. hoc probat. & ca. peruenit. indistincte probat quod non præscribitur census sine titulo, licet sufficiat pręscriptione completa titulum allegare, licet non probetur. de quo dic vt ibi. Sexto oppo. ad prędicta & ad tex. quod nullo mõ debuit papa disponere de iam impositis pensionibus: quia constitutio respicit futura tantũ. de consti. c. fi. Sol. hic respicit præterita; quia de præteritis exprimit. Et dato quod non exprimeret, adhuc idem foret, quia prohibitio erat de iure præcedente hoc c. de censi. prohibemus. pro
3 hoc quod no. in d. c. fi. & de vsur. cum tu. † Quæro, cum dicit, dięcesani, qui veniant sub hoc verbo. Sol. secundum Lau. venit episcopus, & archiepiscopus quo ad suam dięcesim, non autem quo ad prouinciam: pro hoc quod dixi sup. 1. respon. q.
a 8. Ex hoc infert Lau. quod negligẽtiam episcopi [a] supplebit archiepiscopus in non exemptis: sicut & alias supplet de cõces. pręben. c. 2. idem Gen. qui alleg de elec. ne pro defectu. dic contra quo ad id de quo in hoc §. quia non est iure expressum. Et archiepiscopus supplet solum in casibus iure expressis, vt no. Inno. de concess. præben. quia diuersitatem. & de hoc de supplẽ. negli. præla. c. 1. lib. 6. de exemptis autem dic quod non supplet archiepiscopus, sed papa, per id quod no. gl. in præcedenti responso in verbo, sua. & quod ibi dixi. q. 13. & 14. Secundo quęro quæ est ratio quod non permittitur applicatio faciẽda mẽsæ. Lau. Pau. & Gen. dicunt quod est, quia est quędam vnio quam nõ potest facere inferior episcopo etiam exemptus, vt not. de exces. præla. sicut vnire. de priuile. pastoralis. ad hoc quod not. inf. de re. eccl. non alie. si vna. & dicit Pau. in ver. mensis. quod per hoc verbum patet, quod loquitur quando directum dominiũ est transitum in mensam, vel vtile sub certa pensione, vel etiam sine pensione. de quo per Inno. de præben. de monachis.
4 † Tertio quæro quid est pensio. [b] dicit Lau. quod est certa por-
b tio ex aliqua mensa vel beneficio ex causa ad tempus, non in perpetuum separata. quę definitio cõcernit pensionem quatenus est commodum temporale tantum & non quatenus est titulus beneficialis. Sed quatenus est beneficium, definitur sicut beneficium. Quarto quęro vnde dicitur pensio. dicit Lau. quod a pendeo: quia dependet formaliter a beneficio a quo detrahitur, sicut vsusfructus a proprietate. de pig. c. fi. 16. quęst. 1. possessiones. 12. q. 2. quicunque. de præben. quamuis. lib. 6.
c Quinto quæro quot sunt species [c] pensionis. dicit Lau. quod duplex. licita, vt in c. possessiones. & c. quicunque. præalle. & il-
5 licita, vt hic. † Sexto quæro quid si pensionarius coniugatur, vel militat vel consecratur in episcopum: an ex hoc vacat pensio. dicit Lau. quod non, si non est beneficium ecclesiasticum. Sed pro temporali commodo assignata. de hoc per Hostiẽ. in sum. de vita & hon. cler. & de cleri. non resi. & no. de rescri. po-
6 stulasti. † Septimo q̃ro, quid si pensionarius impetrat in forma pauperum non facta mentione de pensione. Solu. remittit ad no. in d. c. postulasti. vbi distinguitur an sit beneficium, & non tenet impetratio; an non, & tenet. Octauo quero, an possit pẽ-
d sio permutari [d] cum beneficio. distinguit eodem mõ. de quo no. de re. permu. quæsitum. Nono quæro, si assignata est pro titulo recipiendorum ordinum, an poterit cum alio beneficio permutari. Sol. Lau. quod non, vt in duabus proximis quæstionib. dic quod hoc ideo, quia per hoc nõ censetur titulus beneficialis.
7 de quo de præben. tuis. † Decimo quęro, quę dicantur nouę pensiones. gl. in ver. nouas. remittit ad c. significauit. de censi. & ibi no. quod non dicuntur nouę illæ quę olim soluebantur, cõtra quas erat pręscriptum. potius est enim reuocatio. de quo dic vt ibi. Vndecimo quęro, nunquid pensio possit de nouo imponi cum consensu capituli sine consensu rectoris immediati. dicit Steph. quod non. pro hoc de re. eccl. non alie. c. 1. li. 6. Et sic dicit intelligendum quod notant Inn. & Host. de pręben. auaritię. Opp. ad hoc, quia potest episcopus rem vnius ecclesię alteri dare ex causa etiam rectore inuito. de relig. do. constitu-
8 tus. Sol. sta contrario, & dic vt no. in d. c. † Duodecimo quęro, nunquid

ADDITIONES.

a Quod negligentiam episcopi. Adde gl. in c. si de beneficio. de pręben.
V.G. Et sic negligentia est iusta causa priuandi quem exercitio suo. Fel. in c. irrefragabili, col. 1. post medium. de offi. ord.
b Quid est pensio. Adde doc. in c. auaritiæ. de præben.
V.G. Pensio est pars fructuum beneficii Hier. Gig. in suo trac. Resp. 10. nu. 7.
c Quot sunt species. Adde doc. in d. c. auaritiæ. & in ista cle.
d An pensio possit permutari. Adde Frider. de Senis, in tract. permutationis. & per Io. de Imo. in ista clem.

a nunquid possunt inferiores [a] ex causa euidenti & rationabi-
li petere charitatiuum subsidium ab ecclesiis sibi subditis. di-
cit Lap. ꝙ sic, per no. de offi. ord. conquerente. in fi. de priui. cũ
& plantare. nam debent istę ecclesiæ patronis non tantũ red-
dere rationem, sed ẽt debitam subiectionem. 16. q. 2. visis. in
qua dicit Lap. contineri ꝙ ei subuenient, si necesse fuerit. hæc
procedere possunt tam in ecclesiis exemptis, in quibus compe
tunt iura quasi ep̃alia, quam episcopis: sed in non exemptis se
cus. Nam regula est ꝙ non possunt inferiores episcopo aliqua
exigere in ecclesiis, nisi quatenus eis competunt de iure spe-
ciali. de præscr. auditis. & c. cum olim. & ita probatur de censi.
apostolus. §. prohibemus. vbi hoc dixi in primo contrario.

A D D I T I O.

a Nunquid possunt inferiores. Adde quod in ista q. sunt duæ opiniones. glo. in ver. exactiones, in c. cum apostolus. de censi. tenet ꝙ sic & eam sequitur ibi Goff. & Phil. Contrarium tenent Pe. & Abb. in d. c. cum Apostolus.

V.G. Adde Ias. in l. admonendi, col. 184. ff. de iureiur.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula concernit superiora, non tantum prope, sed etiam remote posito quod sint distincta.*
2 *Papa semper habet respectum ad antiquam consuetudinem.*
3 *Oportet, verbum quid importet.*
4 *Suppletio negligentia an habeat locum in reuocabilibus.*
5 *Possessiones quæ dicantur esse de mensa.*
6 *Beneficia vt dicantur solita regi per regulares, quantum tempus requiritur.*
7 *Instituti in beneficijs secularibus, an sint aliqui qui possint esse reuocabiles ad nutum.*
8 *Beneficia manualia an vacent per mortem institutorum in eisdem.*

1 §. Præmissa. † No. in principio ex verbo, præmissa, iũ
cta gl. 1. quę exponit præmissa, s. quę di-
cta sunt in primo & secundo respon. ꝙ clausula concernit su-
periora nõ tantum prope, sed ẽt remote, ẽt si sint distincta per
§. Sed hoc procedit hic: quia hoc operatur pluralitas verbi p̃-
missa: alias aũt quid iuris, no. ff. de verb. obl. l. Titia. in fin. dixi
2 de appel. secundo requiris. de don. cum dilectus. † Secũdo no.
ibi consueuerunt. ꝙ siue loquamur de separatione, siue de di-
stractione bonorum, siue ministrorum, semper papa se refert
3 ad antiquam cõsuetudinem. Lau. † Tertio no. ibi, oportuerit.
de hoc verbo, & de hoc in gl. idem verbum. & dic ꝙ verbum
a oportet, [a] aliqñ importat honestatem, vt hic, & 21. q. 1. confidi
mus. 19. q. 1. c. 1. qñque necessitatem. 3. q. 9. non oportet. de lib.
4 ob. c. 1. & hoc est regulare. & de hoc in seq. ꝯrio. † Opp. ꝙ in re-
uocabilib. ad nutum nõ sit locus suppletioni negligentiæ, per
rationes quas facit gl. in versi. reuocari, quam signa ibi, nec di-
cas. vsque ibi: sed satis. Sol. vt in ea vsq; ibi, & scias. & idẽ Genz.
& ad rationem quam facit gl. ꝙ suppletio posset esse deluso-
ria, respõ. ꝙ institutus, si Abbas eum reuocabit sine cã, poterit
super hoc implorare superioris officium: non. n. sola volunta-
te amoueri dẽt, per id ꝙ no. Inn. qui ele. vel vo. c. fi. Lau aũt di
cit in hoc plenius. Et primo ꝙ tales possint reuocari sola volũ-
tate. inducit quod no. de sta. mo. monachi. in gl. deinde distin-
guit. nam qñque talib. facta est cõmissio per papam, qñque per
inferiorem. Primo casu sunt mancipati ab imperio inferioris.
per no. per Inn. de elec. cum inter R. de præben. nisi. sed Pau. in
hoc sentit ꝯrium dicens ꝙ impetrans tale beneficium a papa,
non cõsequitur plus iuris quam si haberet ab homine: ꝙ dic
verum qñ papa contulit supplendo negligentiam, quia talis
collatio habetur per omnia ac si esset facta a primo collatore,
vt hic in gl. & sic ẽt loquitur Pau. sed si papa contulit non sup
plendo negligentiam, verius dictum Lau. est, ꝙ ẽt tenuit Pau.
in q. disputata quæ incipit, religioso. ꝙ dixi de consit. vti. ad no
stram. & c. porrecta. & de hoc per Fride. in trac. permutationũ.
q. 7. Si aũt collatio facta est per inferiorem a papa, tunc secun-
dum Lau. aut per electionem & confirmationem, & adhuc ta
les sunt perpetui, & non reuocabiles. de sta. mo. monachi. in fi.
aut per collationem, & aut institutus rõne curæ instituitur p
ep̃m, aut non. si sic: reuocari nequit per Abbatem. 18. q. 2. de
monachis. de sta. mo. quod Dei. si non: qñque cõstat de mali-
tia Abbatis reuocantis, & superior prouidebit ex officio cõtra
illam. arg. 11. q. 1. illa. ad instar serui qui supplicat ꝯ dominum.
C. de præci. impera. offe. l. 1. Inst. de iis qui sui vel alie. iur. sunt.
circa medium. & quod no. Inn. qui ele. vel vo. c. fi. qñq; nõ cõ-
stat de malitia, & tunc subditus non dẽt facere difficultatem
ꝯ reuocationem. potest. n. prelatus reuocare: & sufficit ꝙ alle-
get cãm rõnabilẽ, de qua debet summarie cognoscere si nega
tur. de sta. mo. cum ad monasterium. ver. tales. Et in hoc suffi-
cit iuramentum. de acc. qualiter. de simo. per mas. dicit tamen
Lau. oportere ꝙ cã sit probabilis per d. c. illa & de appel. inter-
posita. & tunc tenet reuocatio ẽt si diceret monachus factum
sibi pactum de nõ reuocando ad vitam. de priui. c. 1. §. in eos.
li. 6. & ꝙ no. Inn. d. c. fi. qui ele. vel vo. Ego puto ꝙ ẽt si nulla sub
sit cã, dum tñ non ex malitia, tenet reuocatio, pro hoc quod
sup. dixi in 3. notabili. Item quia talia beneficia dicuntur reuo
cabilia ad nutum. id aũt quod no. Inn. in d. c. fin. procedit alio
casu, qñ p̃missum est monacho ꝙ stet in domo sua extra clau-
strum, quia ꝯ illam permissionem sine cã non dẽt Abbas ve-
nire. Et in hac gl. ibi satisfit iuri, simile quod no. in regula, non
præstat. 3. q. lib. 6. Quęro, quæ est rõ dispositionis huius §. sõ. vt
in gl. in verbo, de mensa. & in ea ibi, ver. quidam ẽt. quę posses
siones dicantur de mensa, ibi no. in gl. no. Inn. & cum gl. con-
5 cor. Gen. dicens ꝙ † in his quę sunt de mensa, non cõsueuerũt
poni sp̃ales intitulati: sed simplices ministri seu collatores. ad
hoc quod no. eo. ti. sicut. & per Inn. de statu mo. c. 2. ad hoc ins.
de iurepa. cle. 1. §. sanè. Secundo quęro, nũquid in beneficiis de
mensa possint collatores antiquum statum immutare. dic
6 ꝙ non, vt no. per Inn. de priui. pastoralis. † Tertio quæro, quia
dicit cõsueuerunt, quantum tp̃s requiritur. Lau. dicit ꝙ tẽpus
40. annorum. de quo dic vt dixi sup. j. respon. q. 19. dicit etiam,
non esse probare vnionem ecclesiarum, si probatur ꝙ per 40.
annos sunt solitæ per vnam personam regi. ꝙ dic vt dixi sup. 1.
respõ. q. 20. Et quo ad effectum huius c. puto ꝙ debet attendi
vltimus status beneficii, per c. cum de beneficio. de præben. li.
6. & hoc nisi probaretur cõsuetudo ꝯria, tunc. n. illi standum
foret, nisi per sequentem ꝯriam foret reuocata. d. c. cum de be
7 neficio. † Quarto quęro, nũquid in beneficiis secularib. potest
procedere vt sint instituti reuocabiles ad nutum. vr̃ ꝙ non, a
ꝯrio huius literę, arguendo a casu omisso, pro hoc quia clerici
seculares nõ possunt reuocari ad claustrum quod nõ habent.
Item quia beneficia nõ conferuntur ad tempus. 7. q. 1. pasto-
ralis. Sol. Pau. hoc tenet, ꝙ placet nisi ex priuilegio apostolico
fieret talis natura. nõ. n. de sęcularibus inuenitur permissum:
sed potius prohibitum, cum, vt dixi, debeant esse beneficia p-
petua, adeo ꝙ etiam pp ęgritudinem non remouentur institu
ti. de cler. ægrotan. c. pe. & quod ibi no. in gl. fi. sed in regulari-
bus inuenitur permissum in beneficiis, quæ vulgariter dicimus
manualia: sed in iure dicuntur obedientiæ, seu obedientiarię.
de statu mo. c. 2. & c. cum ad monasterium. versi. tales. quod so
nat vt teneantur instituti ad pręceptum Abbatis obedire, &
recedere de eisdem. Et in eo quod dixi, ꝙ beneficia non confe
runtur ad tp̃s, dicit Pau. ꝙ papa confert qñque ad tempus. d. c.
pastoralis. sic & miles instituit heredem sub cõditione ad cer-
tum tempus. ff. de mil. testa. l. in fraudem §. miles. & pręsides,
& potestates sęculares eliguntur ad tempus. de off. procon. l.
meminisse. & l. proconsules. de offi. præsi. si forte. de iurisdict.
8 om. iud. cum qui. de hoc vltimo de iud c. fi. † Quinto quęro,
an per mortem institutorum in beneficiis manualib. vacent
beneficia. gl. in verbo. reuocare. ver. vt scias. sol. ꝙ sic. ꝙ dic vt
in ea vsque ad finem. Sexto quæro, an prędicta beneficia va-
cent per obitum cõferentis. dicit Pau. ꝙ non, si simpliciter col
lata fuerunt nulla conditione adiecta. Inducit simile in lega-
to qui reuocari potest ad nutum mittentis, & tamen per obi-
tum mittentis non expirat. de offi. leg. c. 2. lib. 6. Idem in preca
rio ꝙ licet possit libere reuocari. non tamen reuocatur obitu
concedentis. de preca. c. fi. Idem qñ cõceditur beneficium do-
nec superior reuocauerit. de off. deleg. si delegatus. lib. 6. secus
dicit Pau. si concessa sunt ad beneplacitum concedentis: quia
tunc eius obitu vacant. de rescr. si gratiosè. li. 6. ad hoc. ff. loca-
ti. l. 4. de manu. vind. l. si parer. in prin. C. communia de manu.
l. 1. §. 1. licet Vinc. videatur tenere contrarium de elec. dudum.
2. qa beneficia principis latissime interpretãtur. quę ratio non
vrget. & primum verius per c. si gratiosè, præallegatum.

A D D I T I O.

a Quod verbum oportet. Adde no. per gl in c. 1. 15. q. 1. glo. in verbo, oportebit, in c. 2. de lit. cont. lib. 6. gl. in c. cum ab vno. de re iud. eo. lib.

V.G. Tradit Pau. Apost. in epist. 1. ad Thim. c. 5. dicens, non solum ociosè; sed & verbosè & curiosè loquentes quæ non oportet & ibid. ad Thim. 2. c. 2. in fi. Seruum aũt domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes.

S V M M A R I V M.

1 *Prioratus est dignitas qualiscunque sit, siue collegiatus, siue non.*
2 *Etiam, dictio est implicatiua.*
3 *Curam animarum vt quis habeat & exerceat per alium, qualiter hoc esse potest.*

1 §. In quibus. † No. arg. ibi, licet ẽt eisdẽ prioratibus
cura nõ immineat, ꝙ prioratus est di-
gnitas, qualiscũq; sit prioratus siue collegiatus, siue nõ. Lau. ꝑ
hoc de p̃bẽ. nisi. ibi, nõ dignitas &c. & hoc ẽt si sit manualis:
secus si sit prioratus claustralis, ꝙ potius est officiũ. dixi ĩ cle. 2.
sup.

1 sup. de refer. in primo contrario. † Secundo no. ibi, licet & . de
a dictione, etiam. [a] quæ est implicatiua, q dico inf. de procurat.
cle 3. in primo notabili. Quæro quid importat dictio. in quib.
gl. 1. exponit, in quibus. s. prioratibus, administrationibus, & ec
clesiis. Et procedit quo ad primum dictum, quatenus hic pro-
hibentur bona beneficiorum vacātium occupari. Sed quo ad
dictum secundum de prohibitione pluralitatis talium, dicit
Lau. notanter in ver. ac nihilominus, solum dixit de priorati-
bus & ecclesiis, & non de administrationib. ad soluēdum opi.
Host. positam de præbē. de mulra. vbi dicit plures administra-
tiones vni committi posse, q obseruat consuetudo aliquorū
religiosorum. Ex hoc infert Lau. q hic magis stricte voluit in
telligere decre. cum singula. de qua fit mentio in ver. ac nihi-
lominus, quàm constitutionem, de qua in ver. in quibus, pro
hoc d. c. cum singula. in principio, vbi loquitur de pluralitate
tantum & se restringit ad prioratus & ecclesias curatas. Sed
in eod. c. §. prohibemus. vbi loquitur de alia materia, addit de
administrationibus. Et dicit Lau. q prioratum intelligit quan
tum ad hunc §. qñ prior habet bona separata a vicario, & ecō
uerso, iuxta c. 1. de præben. li. 6. ēt si sit ibi in ecclesia, in qua vi-
carius administrat populo sacra. Ecclesiam autem intelligit
qñ alicuius ecclesiæ curatæ omnes fructus & prouentus perci
pit monachus & tenet vicarium ad mensam suā cui cura ani
marum per epm commissa est, & monachus per se supportat
omnia onera, iuxta ea quæ habentur de iure pa. cle. 1. §. sane. vel
forsan ipse monachus per epm institutus per se dictam curam
regit. 16. q. 1. monachi. vel sm cum hæc litera se refert ad diuer
sas consuetudines locorum in quib. ista diuersis nominib. no-
minantur, iuxta no. per Inn. de præben. de mulra. & secūdum
hæc intelligo quod dico inf. q. 3. Secundo quæro de qōnibus
quas tangit gl. in ver. statutum. Solu. vt in ea. & idem Pau. & in
ea ibi, perpetuis curatis, & in fi. de hoc in d. c. cum singula, sup
3 gl. & idem per Io. And. † Tertio quæro, qño potest esse q quis
habeat curam animarum, & per alium exerceat. Glo. vltima
exemplificat & intelligit Pau. per alium, siue sit vicarius per-
petuus siue temporalis. Et potest poni exemplum de vicario,
per cle. 1. §. sane, inf. de iure pa. & quod ibi no. & de hoc sup. q.
proxi. Quarto quæro, quæ est ratio q prohibetur pluralitas be
neficiorum regularium ēt non curatorum. Sol. patet per c. cū
singula. de præben. recitat autem hic Pau. opinio. plures quæ
erant circa hoc ante c. cum singula. & hoc c. maxime propter
c. præterea, de præbē. qđ c. quidam dicebant procedere in pla
turis regularibus in quibus non est tanta ambitio, cum sint la
boris & subiectionis. ideo si quis obtinet plures tales, datur ei
optio vt dimittat quam velit, cum in prælaturis secularib. non
detur optio, sed per adeptionem secundę vacat prima, de pre-
ben. de mulra. vnde licet prohibeatur vnus Abbas pponi duo-
bus monasteriis, de reli. do. ne nimia. non tamen ibi dicitur q
per receptionem secundi vacet primum. recitat etiam Pau. in
hoc alias opi. de quibus dixi in d. c. præterea. Sol. non expedit
instare, cum sit decisum hic & in d. c. cum singula.

ADDITIO.

a De dictione etiam. Adde gl. in verbo, statutis. in c. cum omnes, de const. Doc. in cap. accusatus, de hære. li. 6. Doc. in cle. dispendiosam, de iud. Doc. in cle. 2. de hære.

Vin. G. Quod ista dictio, etiam, possit stare augmentatiue, scribit Ruy. in consi. 53. nu. 19. lib. 20.

De ętate & qualitate & ordine præficiendorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, verbum quid importet.*
2 *Scientia qualis requiritur in episcopo, vide remissiue.*
3 *Ordinarius an possit petere dari sibi assessorem ad supplendam suam ignorantiam.*
4 *Et quæ pars debet soluere salarium dicto assessori si ordinarius eum assumat.*
5 *Ignorantia in prælatis an sit peccatum.*
6 *Et generaliter quærendo an ignorantia sit peccatum.*
7 *Eligi ad dignitatem an possit qui non est in sacris.*
8 *Prælati si sint negligentes obseruare dispositionem huius cle. 1. de ętate, & qualitate, quomodo peccent.*
9 *Canones transgredientes qua pœna sunt puniendi.*
10 *Prælatus conferens beneficium indigno qualiter peccet.*
11 *Illiteratus si promouetur an recipiat caracterem.*

CAP. I.

CVm ecclesiæ. Primo ratio. Secūdo
præceptum? ibi, nos.
1 † Quęro quid importet verb. ecclesiæ. Sol. vt
2 in gl. 1. & idem Lau. † Secundo quęro, qualis
scientia requiritur in epo. & de pluribus aliis
de quib. remittit gl. 2. ad c. cum in cunctis, vbi
dixi. Sed Lau. Pau. & Matth. instant, quia aūc
3 nihil noui dicunt, omitto. † Tertio quæro circa hoc, nunquid
a ordinarius possit petere sibi dari assessorē [a] ad supplendam suā
ignorantiam? vr̄ q sic, cum possit esse cā determinanda sm le
ges, C. de epi. & cle. auth. cā. de no. op. nun. c. i. cum plurib. simi
libus ibi allegatis. Sed eps non tenetur scire leges. in auth. qño
opor. epi. §. igitur, C. de epi. & cle. l. placet & l. repetita. imo si-
bi audienti poena imponitur, ne cle. vel mo. super specula. In
ɔ̄rium, quia debet habere scientiam diffiniendi causas, 20. di.
§. 1 de pęn. dist. 6. c. 1. de consangui. & affi. c. 1. Pau. tenet sm, qa
iudicare debet sm canones, de const. c. 1. de off. ordi. c. i. & sibi
imputet si ignorat, & si est occupatus, soluat de suo. de off. ord.
inter cætera. Matt. dicit ɔ̄rium per c. ad nostram, de consue. &
2. q. 1. Deus omnipotens, ad fin. quæ iura faciunt, quia dēt qui
iudicat, diligenter inquirere. Sed nō probant, quia stat ratio vt
imputet sibi si ignorat. q puto verius, maxime cum paucę sint
causæ quæ sm canones terminari non possint, de priui. super
specula. Et si contingat aliquas esse, pp hoc habet eps benefi-
cium vt expediat quę spectant ad onera epi. Si ergo vult consi
lium peritorum, illud petat suis sumptibus, de hoc in Spec. de
assessore, §. salarium autem, ver. sed nunquid, & sequentib. de
rescr. statutum, §. insuper, li. 6. de vita & hone. cler. cum ab om
4 ni. † Quarto quero circa proxime dicta, præsupposito q possit
petere assessorem & assessori constitui salarium a partib. sicut
potest delegatus, de rescri. statutum, §. assessorem, nunquid si
ad instantiam alterius partis tantum hoc facit, illa sola soluet
salarium, & eadem qō formari potest qñ iudex cōmittit cau-
sam consilio sapientis ad instantiam alterius partis tantum.
Matt. dicit q sic, si ad commodum eius hoc fit: puta quia iu-
dex sentiebat ɔ̄ eam: sed si pōt esse commodum ēt aduersario
soluet cōiter ab vtroque. p hoc. C. de reb. credi. l. pe. §. expēsis,
4. q. 3. §. item in criminali, ver. venturis, de rescri. statutum, in
fi. li. 6. quæ no. in practica, & hoc tenet Bart. ff. de adult. l. si po-
stulauerit, & de hoc & de similib. quæstionibus in Spe. de asses
sore, § salarium aūt, ver. sed nunquid, & versi. seq. vbi dicit q si
duo assumuntur consiliarii & discordent, ita q oportet accipi
tertium, illi duo participabunt partem salarii. q tamen nō ob
seruatur: quāquam autem assumatur consultor super lite, nō
tñ tenetur iudex sequi, vt dicit Matt. hic, & Spe. de consilii re-
5 quisitione, ver. si iudex. † Quinto quæro. quia prælati tenentur
habere scientiam, nunquid in eis ignorantia sit peccatum. dic
6 q sic, cum ad hoc teneantur. † Sexto quæro generaliter, nun-
quid ignorantia sit peccatum. dicit Lau. q si est ignorantia iu
ris naturalis, est peccatum, quia non refert decipi vel decipere
posse, & qui ignorat, ignorabitur. 16. q. 1. si cupis. aut iuris posi-
tiui, & aut est talis qui ex officio tenetur scire, & est peccatū.
38. di. quę ipsis, & c. omnes. aut de his quę non tenetur scire ex
officio, & aut ex malitia vel contemptu est ignorans, & pec-
cat. 38. dist. si quis iusta. 16. dist. q dictis 20, dist. si decreta. Aut
sine contemptu vel malitia, & potius est defectus quam pecca
tum. ad hoc de ele. si forte. li. 6. ibi, scientiæ vel alium personę
defectum. videretur tamen q errare in talib. sit peccatū mor-
tale, per id quod no. 11. q. 3. si quis dixerit, de hoc 15. q. 1. in sum
ma. dic q non est peccatum in eo qui non tenetur scire iura.
In alio aūt est lata culpa & per consequens peccatum, de quo
7 no. Bar. ff. depositi. l. q Nerua. † Septimo quæro: quia hic dicit
de scientia, moribus, & ętate, quid de ordine. glo. 3. remittit, &
fuit opi. Io. And. q adhuc hodie sit locus c. dudum. 2. de ele. q
non existens in sacris non possit eligi ad dignitatem, licet pos-
sit ad pręsentiam patroni institui. de insti. c. 2. lib. 6. quod ēt vr̄
hic sentire Matth. Contrarium tenui in illo c. dudum. vbi ad
8 illud c. dudum. plene respondi. † Octauo quæro si prælati sint
negligentes super eo quod hic disponitur, qualiter peccent. di
cit Lau. & Genz. q mortaliter. 4. di. denique. q no. gl. de offi. ar
chi. ea quę. de quo per Arch. 76. dist. vtinam. pro hoc ista litera
ibi, districte iniungimus. Idem Pau. quia transgrediūtur cano
nes, 64. distin. quia per ambitiones. ibi, rōnem de traditionum
preiudicio paternarum non sine perpetuæ suæ condēnationis
&c. nam decreta non sunt violanda. 61. di. statuimus. & dicit
Genz. q maxime epi non debent canones violare, quia ad eos
competit eos conseruare, vt hic, & 9. q. 3. cum simus. & dicit
Pau.

ADDITIO.

a Dari assessorem. Adde c. statutum. de rescr. lib. 6. & ibi Doct. in c. decernimus, de iudi.

Pau. q̃ propter negligentiam potest prælatus deponi. nã æquè
deponitur propter negligentiam sicut propter dolum, vt not.
81. di. dictum, de conse. dist. 1. nemo. 2. de sta. mo. cum ad mo
nasterium, & in d. c. ea quæ, & sic non tenetur tantum de do-
lo, lata culpa, & leui ad instar tutoris. C. arbi. tute. quicquid. sed
9 etiam de negligentia. † Nono quæro circa hoc, qua pęna sunt
a puniendi [a] transgredientes canones. Sol. Pau. in hoc dicit in ef
fectu id quod tenet gl. notabilis in c. generali, de cle. li. 6. Dicit
etiam Pau. q̃ ad primam offensam & transgressionem cano-
num prelatus non deponitur. 24. q. 3. de illicita. 1. q. vlt. cap. pe.
10 74. dist. honoratus. † Decimo quæro si prælatus confert bene-
ficium indigno scienter, qualiter peccet. Dicit Stepha. q̃ mor-
taliter, quia infidelis est domino suo. i. Deo, quia hoc vergit in
detrimentum ecclesiæ & honoris diuini qui promouetur per
bonos, & melius est habere paucos bonos &c. eo. titu. c. pe. vbi
idem nota. Et satis hoc deciditur per id quod dixi sup. q. 8. &
per id quod no. glo. in d. c. generali. Pet. de Anch. dicit q̃ tene-
tur ad interesse ecclesiæ quam læsit, ad instar magistratus qui
minus idoneo tutelam pupilli commisit, qui tenetur si nõ po
test haberi regressus contra tutorem male administrantem,
ff. de tute. & ratio. distra. l. 1. §. nunc tractemus, & ff. de magi. cõ-
11 ueni. per totum. † Vndecimo quæro, si promouetur illitera-
tus, nunquid recipiat caracterem. dicit Lau. q̃ sic, ẽt si sit puer
vnius diei: dumtamen masculus & baptizatus. de hoc 10. dist.
sicut. Sed promouens debet puniri. de temp. or. nullus. li. 6.

ADDITIO.

a Qua poena sunt puniendi. Adde in c. violatores, & ibi Io. de Fan. 25. q. 1. Do-
mi. in c. si papa 40. dist. & in c. huic sedi 18. dist. Abb in ca. 2. in 6. colum. de
for. compet.
V.G. Vide Ias. in l. 2. in 1. no. C. de prec. imperat. offeren. & in auth. hodie, C.
de iud. Fel. in c. cum non liceat col. 2. ver. ad quod, de præscr. quia canonum
statuta ab omnibus sunt obseruanda, Micha. Vlcur. in trac. de regim. mun. in
2. q. prin. ver. ista q. nu. 16. quod habetur in lib. 10. trac. fol. 24.

SVMMARIVM.

1 *Vt, dictio regulariter facit modum.*
2 *Diuinis officijs deputati debent induci vt recipiant sacros ordines.*
3 *Dispositio diuersa habetur inter ecclesias collegiatas, & non colle-
giatas.*
4 *Propensius, verbum quid significet.*
5 *Inhabilitas vocis quæ insurgit ex defectu sacrorum ordinum non po-
test remitti per habiles.*
6 *Vocem in capitulo an quis habere possit nisi sit in sacris.*
7 *Ordo quilibet an sit sacer.*
8 *Clem. 2. de ætate & qualitate, an habeat locum in ecclesiis cathedra-
libus non collegiatis.*
9 *Ecclesia quælibet regularis an sit collegiata.*
10 *Ecclesia collegiata qualiter cognoscitur.*
11 *Voce carentes in capitulo secundum dispositionem clem. 2. de ætate &
qualita. an dicantur carere de facto, & non fictione iuris.*
12 *Ordines sacri qui & quot sint.*
13 *Papa an possit dare licentiam constituto in sacris ordinibus contrahen
di matrimonium.*
14 *Vocem non habens in capitulo an priuetur stallo in choro.*
15 *Quid si carens voce efficiatur procurator alterius, vide.*
16 *An autem si admittatur ad electionem, vitietur electio.*
17 *Canonicus si tempore quo ecclesia vacat, non est in sacris, sed bene tem
pore electionis, an habebit vocem in electione.*
18 *Canonicus non existens in sacris si tamen proximis quatuor tempori-
bus vult ordinari, an canonici teneantur eum expectare.*
19 *Et quid si nullus canonicus est in sacris.*
20 *Et quid si imminet electio prælati.*
21 *Subdiaconus si quis est, tamen est priuatus executione ordinis propter
bigamiã, & cui est reseruata dispensatiue canonica & præbenda, &
executio minorum ordinum, an habere debet vocem in capitulo.*
22 *Voce priuati actiuè, an etiam sint priuati passiuè.*
23 *Suspensus a fructibus beneficij an habeat vocem.*

CAP. II.

VT hi qui. Glo. prima diuidit. vel melius. Pri
mo constitutionis causa. Secũdo
constitutio duplex: ibi, statuimus. Tertio quędam
protestatio: ibi, pęnis. Secũda subdiuiditur in duas
1 vt duplex est constitutio. secunda ibi, in §. illi vero. † Not. de di
a ctione, vt, [a] quæ hic ponitur in vim causę: sed regulariter facit
modum. de cond. app. verum. & quod ibi dixi. Secundo nota
casum in quo constitutio concernit præterita. q̃ examinat gl.
in verbo, in posterum. ex qua patet q̃ non proprie hic colligi-
tur quod dico inf. in 6. 3rio. pro hoc tamen est: quia potest in-
feriori ponere grauiorem statum, vt in illa gl. in prin. & no ta-
tur. 74. di. gesta. & c. 1 ibi. & not. Inn. de regula. super eo. & Pau.
2 hic. † Tertio not. q̃ mancipati, i. deputati diuinis officiis, indu
ci debent vt promoueantur ad sacros, ad quod etiam de iure
antiquo tenebantur. 74. dist. si qui clerici. & c. seq. arg. de ęta. &
qualita. quęris. quod plene notatur de elect. licet. li. 6. in gl. an-
tepe. Et est ratio, ne sublimati patrimonio Iesu Christi a clero
3 retrocedant. de ele. ex eo quod, lib. 6. Quarto not. † dispositio-
nem diuersam inter collegiatas & non collegiatas ecclesias.
Per hoc. n. quod dicit de collegiatis, probat. Secus de non col-
legiatis. alias habes contrarium q̃ dispositio procedit in non
collegiatis, & non in collegiatis. de cle. statutum. li. 6. Per hoc
infertur q̃ in capellanijs vel in ecclesiis ruralibus non haben-
tibus collegium, non est locus huic cle. quod tenet Lau. Infer-
tur etiam q̃ hæc dispositio habet locum tantũde his qui sunt
de collegio, & sic non arctat prelatum collegii qui non est de
collegio, sed est caput. de concet. præben. post electionẽ. quod
tenet Pau. in cle. vt professores. de regu. vbi de hoc dixi in prin.
in quarto contrario. Idem no. inf. proxi. responsio, in glo. cathe
4 dralibus. quod ibi dico q. 9. † Quinto no. de verbo, propẽsius,
q̃ expone vt in gl. Idem verbum Lau. exponit. i. fortius vel ri-
5 gidius. inf. de off. or. cle. 1. quam etiam allegat gl. † Sexto no q̃
inhabilitas vocis surgens ex defectu ordinum sacrorum non
est remissibilis per habiles, ibi, etiam si hoc ab aliis conceda-
tur. concor. ponit gl. in ver. concedatur. Opp. quod non institu
ti in sacris possunt habere vocem in collegiatis ecclesiis per c.
ex eo quod. de elec. li. 6. sufficit enim quod sint professi, vt ibi,
confirma: quia moniales habent voces in suis capitulis. de cle.
indemnitatibus. lib. 6. & tamen non habent ordines, nec ordi
num sunt capaces. 29. q. 1. diaconissam. de pęni. & remis. nona
quædam. Sol. vt ibi in gl. in verbo, mancipati. ver. in his igitur.
quæ hoc vult quod tex. arctat eos solos qui mancipati sunt ad
diuina officia. Sed religiosi non proprie mancipantur ad diui-
na officia, ideo non arctantur. & idem de monialibus. Ratio
est, quia professi deputantur contemplationi principaliter. 12.
q. 1. dilo. & quod not. de regula. sane. quod plenius declarabo
in sequenti contrario. vel aliter ad c. ex eo quod, responderi po
test quod vacat argumentum a contrario sensu. Nam inhęrẽ-
do tex. ibi probatur q̃ qui est pubes, potest habere vocem in ca
pitulo, q̃ corrigitur hic, cũ requiruntur sacri ordines, ad quo-
rum receptionem non sufficit pubertas, sed requiritur plena
pubertas 18. annorum, vt in cle. seq. verior tamen est pręcedẽs
solutio, q̃ plenius declara vt in duobus sequentibus cõtrariis.
Secundo opp. ad idem: nam quãdoque communicant illi de
capitulo vocem ei qui non est de capitulo, quod possunt, de
cle. scriptum. & c. Cumana. 63. dist. obeuntibus. nec requiritur
q̃ talis sit in sacris: quia non est iure expressum. Erit ergo me-
lioris conditionis quam illi de capitulo qui non habent vocẽ,
nisi sint in sacris. So. sta contrario vt in eadem glo. ver. hac ea-
dem ratione. Et hoc verum quando extraneus admittitur ad
capitulum tanquam singularis persona. secus si admitteretur
tanquam existens de alio capitulo, vt in cap. cum dilectus, de
consue. & hoc vult hæc gl. & idem Pau. & de hoc in seq. con-
6 trario. † Tertio opponitur ad hanc solutionem q̃ indistincte
nullus possit habere vocem, nisi sit in sacris, vt probat tex. qui
generaliter dicit, nullus. pro hoc 19. di. si Romanorũ. de ma-
io. & obe. solitæ. So. verbum illud generale nullus, restringitur
per exordium, quod loquitur de deputatis diuinis officiis in
cathedralibus &c. non ergo arctat extraneos. Declarando au-
b tem plenius hæc tria contraria quod conuersi [b] etiam nõ exi-
stentes in sacris habere possunt vocem, inducit Pau. quod no.
Inn. de inst. c. 2. Spec. de syndi. versi. quid de conuersis. & dicit
Pau. quod si sunt conuersi hospitalium vel loci pij, hæc consti
tutio eos non tangit: quia aliud est ecclesia, aliud hospitale. de
præben. cle. per literas. 1. q. 7. si quis omnem. in auth. de aliena.
& emphy. contract. ib. in prin. col. 9. sup. de reli. do. de xenodo-
chiis. 23. q. 1. sancimus. hic autem exprimit de ecclesiis tãtum.
de hospitalibus ergo nihil immutat. vbi ergo sunt tantum cõ-
uersi laici, ibi eligent sibi rectorem. de arb. cum olim. & quod
not. in d. ca. ex eo. Similiter si sunt conuersi ecclesię non colle-
giatę, quia de collegiatis tantum hic loquitur, & hęc decre. cũ
sit poenalis, priuat voce. pro hoc de elec. statutum. lib. sexto.
Si

ADDITIONES.

a Vin. Go. De hac dictione, vt, late per Bar. in l. 1. col. 8. de cond. & dem. & in l.
dam sunt coniuncti re & verbis: quidam re tantum, qui-
dam verbis tantum. Exemplum primi: si testator legat Ti-
tio & Sempronio equum. Exemplum secundi: si legat Ti-
tio domum, & postea legat Sempronio eandem domum, isti
coniunguntur re, quia circa eandem rem: sed non verbis,
ex quo separatim fuit factum legatum. Exemplum tertij:
legat Titio & Seio domum pro ęquis portionibus. isti coniun-
guntur verbis, quia simul vtrique legatur, sed disiunguntur re,
quia non ad eandem rem, sed ad suam portionem quilibet
vocatur, hæc exempla sumuntur ex d. l. 1. §. interdum. vbi gl. ff.
de vsufruc. accre. & sunt vera, licet aliqui calumnientur. de istis
coniunctis datur regula, quod si concurrit cõiunctus re & ver-
bis cum coniuncto verbis tantum vel re tantum, præfertur in
iure accrescendi. Sed si concurrit coniunctus re cum coniun-
cto verbis, pariter vtrique accrescit. quod tenet glos. in d. §. in-
terdum,

ADDITIONES.

a Quid venit nomine distributionum. Adde Doct. in cap. vnico, de cle. non resi. lib. 6.
Vin. God. Vide Dec. in consi. 18 per totum, lib. 2.

b Ciuitate Pictauiensi. Talis etiam consuetudo est in ciuitate Sedunensi.

terdum.de quo plene p Bar.ff.de leg.3.l.re coniuncti.& de hoc
etiam in seq.quæstione. Et in hac glos. ibi, si eadem res duobus
legatur, siue coniunctim, siue disiunctim, & alter eorum qñocunq; non peruenerit ad legatũ, tota debetur collegatario, vt
2 in fi.1.rñ.in gl.si tamen.† Vicesimosecundo quæro in eo ꝙ di-
a xi in proxima quæstione, an ius accrescendi [a] proprie cadat in
vltimis voluntatibus, an in alijs locum habeat. So. coniunctio
potest surgere ab homine. Item a lege. & de vltima debet intelligi quæstio præcedens, quia inter cannnicos videtur esse
quędam legalis coniunctio. quando autem surgit ab homine,
aut in vltima voluntate, & attenditur coniunctio, vt in q.præcedenti, an inter viuos, & hanc dicit Pet. vt refert Cy. in l. vnica. C.qñ non petentium partes. non attendi præterquam in
casu.l.1.C.si liberalitatis imperialis socius. lib.10. & ibi fallit in
donatione principis. Bart. in d.l. re coniuncti. in fi. distinguit,
quia aut quæritur de iure accrescendi quod procedit inter
coniunctos ab homine, aut de iure accrescendi ex coniunctione legali. de primo dicit ꝙ aut in vsufructu, & locum habet ius
accrescendi.d.l.1.in fi.de vsufru.accre.& est speciale, vt ibi dicitur. aut in proprietate vel alio iure. & aut in rebus indiuiduis,
& habet locum.ff.communia prædio.l.proprium. aut in diuiduis, & aut in dispositione principis, & habet locum d.l.1.C.
si liberalitatis imperialis socius. aut inferioris, & aut interest
concedentis quod locum habeat, & locum habet. ff. de contrahen. empt. l. fundus. aut non interest concedentis, & non
habet locum. l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. & hoc totum
membrum non est ad propositum gl. nostræ. Sed in coniunctione legali subdistinguit, nec est opus prosequi, nec etiam
oportet insistere in declarãdis præmissis mẽbris, quia materia
non est propria, sufficit remissio ad plene no. in d.l. re coniuncti, & per Bald. in d.l. vnica. C.qñ non petentium partes. sed in
terminis nr̃is possemus confirmare quod dicit gl. sine his difficultatibus. Nam distributiones quæ dantur interessentibus
diuinis, nunq̃ pertinuerunt ad non interessentes. quód ergo interessentes totum capiant, non est per ius accrescendi: sed per
sublationem impedimenti & potius per ius non decrescendi,
ex quo non interessentibus nil debetur. Vicesimotertio quæro, nunquid iste qui non percipit distributiones nisi pro dimidia tenetur horis interesse ac si integre perciperet. Lau. quód
sic, alias subtraheretur tota & dabitur alij pro eo seruienti. de
offic.vi.c.fi.de ap.peruenit.de cleri.non resi.cum ad hæc. & dicit Lau. quód iste qui percipit pro dimidia forsan cantabit
cum media bucca. Sic dicitur hic fecisse Primas, qui existens
canonicus Paduanus cum priuatus esset media præbenda ita
etiam media bucca cantabat.

ADDITIO.

a An ius accrescendi. Adde glos. in ver. suspensus, in cle.1.de vi.& ho.cle. in l.si mihi & tibi, ff.de ver.oblig.& ibi Doct.Bar. in l.petinde. in §.1. ff. de stipu. seruo.

Vinc. God. Ius accrescendi inter coniunctos coniunctione legali etiam locum habet. Ruy.consi.52.nu.2.lib.3.& admittitur ius accrescendi ex dispositione legis ex tacita mente testatoris, Ruy.consi.146.nu.3. lib.3. & ius accrescendi est separatum a iure filiationis, Ruy.consi.103.nu.12.lib.3. tamen istud ius accrescendi non censetur prohibitum per dictionem taxatiuam a testatore appositam, idem Ruy.consi.36.nu.5.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Obseruantia generalis facit ius.*
2 *Libere verbum, quid importet.*
3 *Pubes factus canonicus non habet vocem in capitulo, donec excesserit annum 17.*
4 *Pubertas plena requiritur ad ordines sacros, scilicet 18. anni.*
5 *Laicus q est in carnisprimo pōt esse præsbyter in resurrectione Domini.*
6 *Clementina, generalem. de ætate & quali. an liget religiosos.*
7 *Aetas quæ requiratur in promouendis ad beneficia in ordinandis & in profitentibus religionem.*
8 *Et quod dicitur de annis ordinandorũ, an intelligatur de annis cõpletis.*
9 *Minor 18. annorum si ordinetur, an teneat ordinatio.*
10 *Subdiaconus effectus ante 18. annum, an habeat vocem in capitulo.*
11 *Episcopus an possit dispensare super ætate ordinandorum.*
12 *Minor 18. annis si impetrat in ecclesia collegiata vbi præbenda non habent annexos ordines, an valeat impetratio.*
13 *Missa an requiratur in collatione ordinum.*
14 *Ordinatus ad sacros ordines per vim, an teneatur seruare continentiã.*

CAP. III.

1 GEneralem. Glos. non summat, sed Pau. summat sic. In 18. anno ad subdiaconatum. In 20. ad diaconatum. In 25. ad presbyteratum potest quis libere promoueri. primo ponit motiuum. se-
1 cundo statuit: ibi, decernimus. † Nota quod generalis obseruantia facit ius commune. pro hoc de cele. mis. pernicio sus. &
quod ibi no. in glos.1. de clan. despon. c. fi. vbi etiam specialis
consuetudo redigitur in ius commune. Secundo no. quod ad
receptionem ordinum requiritur vt ordinato non obstet aliquid canonicum. supplet Pau. scilicet impedimentum. de sen.
exc. quód de his. & c. quamuis, puta fm Genz. irregularitas, de-
2 fectus vel vitium. de corpo. vi. per totum.† Tertio no. de verbo
a libere, [a] quod expone vt in gl.5. idest sine dispensatione. Et hoc
facit ad quæstiones facti pro intellectu priuilegiorum & aliarum concessionum, in quibus est verbum libere. Sed Genz.
etiam exponit libere idest nullius contradictione vel iuris impedimento obstante, quæ expositio de se bona est, sed quoad
3 tex. præcedens melior.† Quarto no. quod pubes factus canonicus in ecclesia collegiata non habet vocem in capitulo, nisi excesserit annum. 17. quod dic vt in glos. in verbo, decimoocta-
b uo, [b] ver. no. quæ innuit quod ipso iure sit suspensus ab executione ordinis. Item quod cle. præcedens exigit vt quis habeat
ordines cum effectu, ita quod non sit ei prohibita executio.
Ad vltimum, quod est verum, dic vt dixi sup. cle. proxi. in prin.
q.17.& inf.q.6. vbi dicitur quod ipso iure est suspensus. de primo contrarium vr̃ dicere Compost. c. vlt. eo. ti. quia requiritur
sententia suspendens executionem, vt ibi tenui. de quo ibi plenius. nec ista gl. contrarium dicit. stat enim quód ipso iure non
est suspensus, & tamen caret voce tanquam non legitime ordinatus, vt dixi in dicta cle. proxima, in prin. 17. q. præalleg.
4 Quinto no. quod ad ordines sacros requiritur plena pubertas,
quæ est in 18. anno. simile. ff. de ali. leg. l. Mela. in princ. vbi alimenta impuberi vsque ad pubertatem, debentur vsque ad 18.
annum. simile etiam in fœmina quæ vsque ad tale tempus
non impetrat veniam ætatis. C. de his qui ve. æta. impe. l. 2.
Opp. quod hæc clem. non sit sub congruo titulo. potius enim
conuenit titulo de tempo. ordi. So. vt in gl.1. ver. & sine dubio.
& idem Pau. Ex qua gl. no. quód propter connexitatem permittitur quod alias non liceret. Et sic no. de vi connexitatis, &
dic vt de constitur. translato. de app. vna. de accu. ad petitionem. Secundo opp. quód requiratur maior ætas quam ea quæ
ponitur in tex. de canonibus allegatis in gl.1. ver. & corrigit. Et
soluit quód corriguntur vt in glos. pro qua solutione est verbum, decernimus. pro hoc de iudi. decernimus. & quod ibi
no. & in hac glo. ibi fieri poterat dispensatiue. tamen etiam secundum illos canones poterat quis promoueri ante illa tempora. 100. di. c. pen. & fi. Stepha. Tertio opponitur, quia hic innuitur quód cessante hac clemen. standum erit antiquis iuribus potius quam obseruantiæ generali contrãriæ, & sic contra. 4. dist. §. leges. de consue. c. fi. Confirma, quia obseruantia generalis æquiparatur constitutionibus reductis in scriptis.
11. dist. catholica. & cap. ecclesiasticarum. So. dicit Lau. quód
generalis obseruantia derogat iuri, quamuis non sit obtenta
in contradictorio iudicio. d. §. leges. & hoc si non continet
peccatum, vt si anticipentur tempora recipiendorum ordinum deuotionis causa. secus si causa gulositatis, quia tunc licet obseruantia generalis forsan liberet a pœna temporali,
non tamen a gehennali: maxime vbi iura continent præceptum vel prohibitionem. 4. di. denique. in fi. & idem sit causa vagationis vel simili. de sta. mo. periculoso. lib.6. talis enim
obseruantia non facit ius, nisi consensus principis expressus
superueniat per contrariam constitutionem, vt hic, vel saltem
per consuetudinem præscriptam. de consue. c. fi. & per totum.
vel nisi cesset causa finalis iuris contrarij. 63. distinct. §. verum,
& §. his. vel proueniat grandis mali vel scandali euitatio. 11. di.
consuetudinem, & d. §. verum. Pau. autem extensius tractans
articulum, refert opi. tenuit enim Io. in d. §. leges. quód consuetudo rationalis & præscripta tollit legem. Alij dicunt quód
non tollit, nisi interueniat principis consensus expressus.
quod dicit Io. de Fontana procedere in papa, cuius iurisdi-
ctio

ADDITIONES.

a De ver. libere. Adde Doct. in capit. 1. de reg. lib. 6. tex. in capit. statuimus. in ver. libere, de rescrip. glos. in capit. lator. de homi. tex. in cap. primo, de sequest. posses. & fruc. tex. in cap. 1. in ver. libere, de rescrip. Bald. in l. dota. C. de test.

Vinc. God. Libere vti non dicitur qui impedimentum aliquod patitur, Ruy. consi. 219. numer. 3. lib. 1. Nec libere ad aliquem redijsse quid non dicitur a quo is certo temporis spatio excluditur, Ruy. consilio. 117. numero 5. lib. primo.

b In ver. decimooctauo. Adde quód vbicunque lex requirit certum tempus quod intelligatur completum. hoc dicit Bal. in c. cum vigesimum, de offi. de leg. nisi aliud lex declaret, vel nisi simus in fauorabilibus, vt per glos. in l. 3. in §. minorem, ff. de minorib. & per istam glos. hic in verbo, decimooctauo.

ctio pendet ab authoritate diuina, non aūt ex translatione po-
puli, vt in imperatore 11. di. consequens. vbi de hoc in princip.
dist. 17. huic. Alij dicunt quòd sufficit tacitus consensus princi-
pis ac si foret expressus. 54. dis. si seruus. pro hoc quod no. de se-
cund. nup. c. vir. & ff. de legi. l. de quibus. Alij dicunt quòd si cō-
stitutio non est approbara moribus vtentium, non seruantes
non dicuntur transgressores. quod tenuerunt Vin. Gof. Ber. &
Inno. de treu. & pa. c. 1. pro quibus facit. 28. di. §. ecce. ver. illud
autem Gregorij. 4. dist. c. fi. nam vt valeat constitutio, tria sunt
necessaria, quòd fiat ab eo qui potest. 16. di. canones, quod pu-
blicetur. de postu. præla. c. 1. & quod more vtentium approbe-
tur, vt in §. fi. Sed contra istos facit, quia tempus non est mo-
dus tollendæ nec inducendæ obligationis. ff. de act. & ob. l. obli-
gationum. §. placet. 16. q. 3. nemo. & præsertim obligationis ad
obedientiam. de præscrip. cum non liceat. Pau. in hoc recitat
opi. Hosti. in cap. 1. de treu. & pa. dicentis quòd in præceptonijs
hoc non excusat ꝙ constitutio non sit approbara moribus vtē-
tium, quia præceptum necessitatem importat. 14. q. 1. quod
præcipitur. secus in simplicibus constitutionibus. Pro quo in-
ducit Pau. c. proposuisti. 82. distin. dicens hanc opi. procedere
posse in illis qui erant tempore quo promulgata fuit constitu-
tio. præscriptio enim quandoque incipere nequit ab inchoan-
te possidere, sed a successore. sic 16. q. 3. si sacerdotes. de iure
patro. cura. & in hoc persistit Pau. sed in hoc reprobant qui-
dam. nam idem est hodie populus qui fuit iam centum annis
16. dist. habeo. ff. de iudi. l. proponebatur. & dicunt quod etiam
successor non præscribit sine bona fide & titulo, de præscrip.
c. 1. lib. 6. Prædicta incidunt in duas quæstiones. Vna est an &
a quando consuetudo possit præualere [a] iuri positiuo. & de hoc
plene dixi de consue. c. 1. Altera, nunquid per non obseruan-
tiam abrogentur iura etiam canonica, & de hoc dixi in d. c. 1.
de treu. & pace. Quo ad hoc tamen dico qđ procedere potest
dictum Pau. vt hi qui incipiunt constitutionem non recipere,
nō excusentur a peccato, sed successores sic. & si scit hoc prin-
ceps & tolerat, non vr̄ pati, vt tali iuri derogetur, etiam si alias
consuetudo non suffecisset. de cogna. spin. super eo. Quarto
opp. ad hoc quòd quo ad hanc cle. non tātum de generali ob-
seruantia, sed etiam de iure poterat quis promoueri in 25. an-
no ad presbyteratum, per c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec.
Solu. vt in gl. a. in prin. quæ videtur fateri contrarium, dicens
quod obseruantia fundabatur sub illo. §. Recitat tamen opi.
Host. & Inn. respondentium ad illum §. ꝙ ibi per dispensatio-
nem ob necessitatem curæ. qđ reprobat, quia ſm illam opin.
sequebatur absurdum quod permitteretur alicui consequi cu-
ram & sacerdotium, & non sacerdotium tantum. Sed hoc ab-
surdum non putarem vt permittatur sacerdotium ob curæ
consequentiam & necessitatem & nō permittatur solum vbi
subest sola voluntas ordinandi. Sed inducit glos. & aliud absur-
dum, quia eadem foret ætas episcopi & sacerdotis. & idē Pau.
inducens notata per Archi. de præben. ei cui. lib. 6. quod etiam
non esset magnum absurdum. vnde ante hanc cle, tenuissem
opi. Inno. & Hosti. quia non facile debet induci iurium corre-
ctio, de elect. cum expediat. lib. 6. Pro hoc ista cle. quæ funda-
tur super obseruantia dicens ꝙ vult derogare iuribus antiquis
b & vtitur verbo, decernimus: [b] ergo prius non erat derogatum.
sed §. inferiora. debebat intelligi in casu suo tantum. Tangit
5 autem gl. duo alia. † Vnum quòd hodie laicus in carnisprìuio
potest esse presbyter in resurrectione. idem Pau. qui exempli-
ficat, vt quia recipit minores in prima dominica quadragesi-
mæ. subdiaconatum in primis quatuor temporibus sequenti-
bus. diaconatum in sabbato mediæ quadragesimæ. presbyte-
ratum in sabbato sancto. de tempo. ordi. de eo. Aliud ponit gl.
de interstitijs temporum idest interuallis inter ordinem & or
dinem quæ hodie non seruantur secundum gl. Idem Pau. di-
cens ꝙ cum iura permittant constitutum in minoribus pro
moueri ad curatum ſm vnam opi. vel secundum aliam per-
mittant existentem in subdiaconatu de quo remittit ad nota-
ta per se inf. cle. proxi. sequitur ꝙ omnes possunt promoueri si-
ne interstitijs. quæ ratio parum vrget, nisi quatenus referas ad
necessitatem quæ imponitur habēti curatum vt intra annum
fiat sacerdos. de ele. licet canon. lib. 6. & inf. de statu mona. ne
in agro. §. cæterum. Item ſm Pau. per hanc cle. mutata sunt
tempora antiquorum canonum, & per consequens interstitia
ipsorum quæ erant de quinque annis inter diaconatum, &
subdiaconatum, & de alijs quinque inter diaconatum & sa-
cerdotium, vt in iuribus allegatis in gl. in prin. ego autem dico
quod etiam secundum antiquos canones non semper habe-
bant locum interstitia. Nam si existens in 24. ordinabatur ad
subdiacona. intra septennium poterat fieri presbyter. 77. di.
quicunque. & ibi gl. in verbo, grandæuus. Sed procedant inter-
stitia, quando quis incipiebat recipere subdiaconatum post
vicesimum annum. hodie autem habent locum interstitia de
quibus hic siquis recipit subdiaconatum quàm primum po-
test, vt in 18. anno. vt in hac gl. ibi, ei cui. in gl. pe. Quinto op. ad
idem quòd etiam ſm canones antiquos poterat fieri subdia-
conus in minori tempore anni vicesimi. 77. dist. c. 1. gl. in ver-
bo, antiquis. soluit. & idem no. in d. c. in gl. hic respicit, & idem
Genz. Sexto opp. ꝙ non sufficit annus 20. pro diaconatu: nam
per hoc posset talis esse archidiaconatus, quod est falsum. de
elec. cum in cunctis. §. inferiora. tenet autem ratio, quia solus
diaconatus requiritur in dignitate archidiaconatus. So. vt in
glos. in verbo, diaconatus, & idem Pau. Septimo opp. ad hanc
solutionem de cle. ne in agro. §. cæterum prioratus. de sta. mo.
Sol. Pau. quod ibi speciale in religiosis, aliud in secularibus, de
quo dic vt in d. §. quia ibi sufficit ætas 20. annorum ad priora-
tus, non conuentuales curatos. Quæro quid de promotis ante
hanc cle. intra ætatem hanc. Sol. vt in gl. 2. ver. sed quid de pro-
motis, & idem Pau. similis est quæstio de ordinato intra pu-
c bertatem [c] ad sacros, an teneatur continere. de qua quæstione
remittit gl. ad no. de cleri. per sal. promo. c. vnico, de quo ibi di-
xi, & tenui, quod si talis erat doli capax, tenetur continere,
quod tenet gl. 1. q. 1. pueri, & idem dixi si quàm primum per-
uenit ad doli capacitatem, non reclamat. quia tunc incipit
6 obligari peccatis. de delict. puer. c. 1. † Secundo quæro nunquid
hęc cle. liget religiosos. dicit Pau. quod sic, & exponit verbum,
possit quis, tam de secularibus quam de religiosis, cum gene-
raliter & indistincte loquatur, & hoc religiosi moleste suffe-
runt, & non obseruant, putantes per quandam imperitiam in
eis non expedire seruare hæc tempora, cum non habeant cu-
ram, sed fortius in eis seruari debent, quia non subest tanta nē-
7 cessitas vt ordinentur. † Tertio quæro generaliter de ætate re-
d requisita [d] in beneficiandis, in ordinandis, & in profitentibus
religionem. de primis dicit Lau. quòd aut est episcopatus vel
dignitas superiorum, & requiritur anni 30. completi. de elec.
cum in cunctis, aut circa episcopatum, & aut sunt beneficia
duplicia, & requiruntur 25. anni incæpti, vt in abbatijs & alijs
dignitatibus & ecclesijs curatis, vt in §. inferiora. Fallit in ab-
batissis & priorissis monialium in quibus requiruntur anni 30.
completi. de elec. indemnitatibus. lib. 6. sufficiunt autem in eo
quod dixi de 25. annis, anni. 20. cum dispensatione ordinarij.
eo. ti. permittimus. lib 6. Aut sunt simplicia, & aut sunt cano-
niæ, & requiruntur anni 14. quia in talibus requiritur maturi-
tas consilij. de præben. super inordinata, secundum Lau. qui
respondet ad c. ex eo. de elec. lib. 6. vbi dicitur sufficere minus
pubertate, quòd ibi fuit dispensatio, & recitat ibi factum. com-
munior tamen opin. est quod de iuris rigore procedit c. illud.
de quo dixi in d. cap. super inordinata. Aut sunt alia simplicia
quam canoniæ, & sufficit quod quis excessit 7. annum, nam
ex tunc potest coronam idest ordinem clericalem habere, &
per consequens viuere de sorte Christi. de tempo. ord. nullus,
lib. 6. vbi a contrario innuitur requiri. 14. annum. Respondet
e Lau. quod vocat ibi argumentum a contrario: [e] quia contra-
rium est iure expressum, pro hoc quod no. de io. compe. signi-
ficasti, & dicit hoc procedere, nisi sint talia beneficia, quæ de
consuetudine vel statuto habeant ordines annexos, vt sunt
ecclesiæ rurales, capellæ sacerdotales, altaria, & similia, sup.
cle. proxi. de præben. significatum. de hoc articulo dic ple-
nius vt dixi in d. cap. super inordinata. de ordinandis distin-
guit Lau. quia aut loquimur de ordine tonsuræ, & suffi-
ciunt 7. anni, dummodo alia concurrant. de tempor. ordin.
nullus. libr. 6 de ordine subdiaconatus, diaconatus, vel pres-
byteratus, dic vt hic. aut de ordine episcopali, & dic quod
30. anni completi requiruntur. de elec. cum in cunctis. aut
de quatuor minoribus, & dicit glos. 77. distinct. in summa,
quòd ab anno septimo supra potest ordinari ostiarius, lector,
& exorcista, & sic stabit vsque ad annum 12. & exinde po-
test esse acolitus. Pau. idem tenet. Sed glos. vlti. hic indistincte
dicit

ADDITIONES.

a An & quando consuet. possit præualere. Addo Abb. in c. fi. de consue. in 2. col. & an valeat cōtra ius diuinū morale, vide Abb. in c. tua nobis. de deci. 1. col. Vin. God. Consuetudo contra statutum præualet. Goz. consi. 101. nu. 24. & ibi quanto tempore inducatur, nu. 25. 26. & 27.

b Verbo decernimus. Adde glo. in cle. per literas, de præben. in cle. fi. de æta. & quali. in cle. 2. de ap. in cle. 2. de reb. eccle. non alienandis.
Vin. God. Et vide Fel. in c. decernimus, in fine, de iud.

c De ordinato intra pubertatem. Adde Doct. in c. cum olim, de cle. coniu. Doc. in c. 2. 20. q. 1. Domi. de san. Ge. in c. sicut viri. in 2. col. 40. di. idem Do. in c. illiteratos, in fi. 30. dist.

d De ætate requisita. Adde Abb. in c. super inordinata, de præben. per totum. Cardi. Alex. in c. de his, 28 distin.

e Argumentum a contrario. Adde gl. in cle. ex graui, de vsu. Doc. in c. apostolica, de his quæ fi. a præl. Doc. in c. publicato, de ele.
Vinc. God. De illo arg. a contrario sensu, tractatur latissime per Nico. Euerardi demi. dul burgo. in 4. loco, fol. 13. quod illud argumentum est fortissimum & quando procedat, & quando non.

dicit ætatem maiorem infantia sufficere pro omnibus ordini-
bus minoribus, & sic seruatur. tñ dictum Lau. & Pau. de se est
verius, puto tamen ꝙ ordinatus in acolitum ante pubertatem
post infantiam non possit suspendi ab executione, ex quo non
est ius expressum hoc prohibens & in concursu opinionum si-
cut hæc cle. prefertur antiquis iuribus. ita quod dicit gl. vlt. pre-
ferendum est ei quod dicit dicta gl. summæ. 77. di. De profiten
tibus religionem dicit Lau. ꝙ requiritur annus quartusdeci-
mus in mare. 12. in muliere. intantum quod si aliquis ante ta-
lem ætatem quantũcunq; doli capax aliquã religionẽ intraret
patre vel matre seu parentibus deficientibus, tutores pñt cum
inuitum extrahere de religione, vt no. 20. q. 2. §. 1. cum ca. se-
quentibus. de reg. postulasti. & licet Hug. tenuerit ꝯtrium de do
li capacibus vt etiam non puberes obligentur professioni, pro
quo est de delic. pue. c. 1. & quod dixi. q. proxi. de ordinato ante
pubertatem ad sacros: dic tamen primum verius quia puber-
tas certa statuta est pro religione, prout dictum est de regu. c. r.
lib. 6. licet secus sit de matrimonio carnali, in quo viri poten-
tia supplet ætatem. de despon. impu. puberes, & pluribus c. il-
8 lius ti. † Quarto quæro, nunquid ꝙ dicit hic de annis ordinan-
dorum ad sacros, intelligatur de annis completis. gl. in ver. de-
cimooctauo. dicit quòd non, & ꝙ sufficit annus inchoatus. idẽ
Pau. & Genze. & Matth. eadem rõne qua gl. Sed in ꝯtrium ar-
guit Pau. per id quod no. gl. 77. di. subdiaconus. vbi dicit quòd
20. annus promouendi ad subdiaconatum debet esse comple-
tus, licet secus sit in honoribus secularibus, vbi sufficit inchoa-
tus. ff. de mu. & ho. l. ad rempublicam. vt sit ratio differentiæ
quia honores ecclesiastici potius sunt oneris q̃ honoris. 18. q. 1.
illud. primum verius, quod etiam tenet Pau. pro quo inducit
§. inferiora. quam allegat gl. & de regula. ad nostram. vbi de
hoc in glos. 2. Simile in vsucapione in qua sufficit attigisse vlti-
mum diem. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. in vsucapione.
Item in factione testamenti. ff. de testa. l. qua ætate. Sed hæc si-
milia non sunt bona. solum. n. probant ꝙ vltima dies anni cõ-
pleti sufficit ꝙ sit inchoata: potius ergo faciunt in ꝯtrium quòd
annus inceptus non habeatur pro completo. Sed ratio in illis
iuribus est, quia requirunt perfectum tempus, vt in eis patet,
sed id quòd sufficiat annus inceptus, optime probat ratio glo.
nam cum primum quis transiuit annum 17. completum, est
in 18. quod solum hic requiritur, & sic de cæteris, pro hoc, quia
existens in anno 25. statim completo 24. potest habere eccle-
siam curatam. d. §. inferiora. talem autem oportet esse sacer-
dotem, vt ibi. & de elec. licet canon. lib. 6. & sic permisso vno
annexorum, permittitur & reliquum. de consti. translato. de
9 offi. deleg. prudentiam. §. sexta. † Quinto quæro, circa hoc si
minor 18. annis ordinetur, nunquid tenet ordinatio. Hug. in c.
subdiaconus. 77. dist. dicit quòd sic, dicens quod etiam in cunis
posset puer ordinari sacerdos, & sic ad omnes alios ordines,
sed suspendendus est ab executione. de temp. or. vel non est
compos. Vnde dicit frater Aluarus quod caueant sibi religio-
si qui intra annos 18. recipiunt subdiaconatum, qui si interim
exequuntur idest ante ætatem 18. efficiuntur irregulares, per
c. si celebrat. & quod ibi no. de cler. exc. Contrarium tenui in
d. c. vel non est compos, quia talis non est suspensus, sed suspen
10 dendus, vt ibi. idem tenet Pau. in q. seq. † Sexto quæro an ordi-
natus in subdiaconum ante ætatem 18. an. habeat vocem in ca
pitulo si est canonicus ecclesiæ collegiatæ. videtur quòd non,
per id quod dicit gl. in verbo, decimooctauo. ver. no. quod ꝭ. di
xi. in 4. notabili, qđ sentit hic Matth. quia talis est puniendus.
de hoc ergo non gaudet priuilegio. Pau. dicit ꝯtrium per c. vel
non est compos. vbi tali mandatur prouideri de beneficio, nec
dicitur ibi quòd sit suspensus, sed suspendendus. dic aliter vt
dixi in 4. notabili, & plenius sup. cle. proxi. in prin. q. 17. tamen
quantum ad id de quo in proxi. q. placet dictum Pau. vt non
11 dicatur iste suspensus adeo ꝙ celebrans fiat irregularis. † Septi-
mo quæro, nunquid episcopus possit dispẽsare super ætate quo
ad ordines? gl. pen. ꝙ non. idem Pau. dicens, secus de ordinato
extra tempora cum quo dispensat eps. de tempo. ord. consul-
tationi. vbi hoc no. in gl. vlt. & idem ibi Host. cum distinctio-
ne de qua ibi dixi. & hanc glos. signa in ver. & per prædictam.
nam epi de hoc multum infestantur, maxime per religiosos
qui fauore religionis putant hoc eis deberi, sed vt sup. dixi. q. 2.
idem iuris de eis quod de alijs. idem no. Hosti. in summa, de
12 temp. ordi. §. & cui. in fi. † Octauo quæro, si minor 18. annis im-
petrat in ecclesia collegiata vbi præbendæ non habent ordines
annexos, an valeat rescriptum. videtur quod non: cum talis
non sit in ætate habendi iura canonicalia quo ad vocem capi-
tuli sup. c. proxi. non ergo valet rescriptum. de rescriptis. si eo
tpe lib. 6. Contrarium dicit Pau. quia de iure canonicali non
est habere vocẽ in capitulo, imo est inhabilis ad vocem: bene
potest esse canonicus. de elec. ex eo quod. lib. 6. pro hoc quia li-
cet habere vocem in capitulo pendeat a iure canonicali, non
tamen ius canonicale in hoc solo consistit: imo nec in hoc so-
lo principaliter: imo vocem habere potest non canonicus. de
13 ele. Cumana. de cau. pos. cum ecclesia. † Nono quæro, nunquid
in collatione ordinum requiratur missa. dic quòd honestum
est; tamen si sine missa conferuntur, tenet collatio, dummodo
in substantialibus forma seruetur, vt dicit Matth. in additione
per id quod no. Hug. 75. di. c. 1. habet autem obseruantia vt pri
ma tonsura & quatuor minores conferantur etiam sine mis-
sa, sed sacri nunquam. pro hoc c. literas. de temp. ord. quòd pro
bat satis quòd etiam de iure sacri non sunt conferendi sine
14 missa. † Decimo quæro, nunquid ordinatus ad sacros per vim
teneatur ad continentiam. videtur quòd sic, cum sacer ordo
habeat annexam continentiam 84. dist. cum in præterito. 28.
di. diaconus. dicit Matth. in additione, quòd si omnino fuit in-
uitus, non tenetur, & poterit contrahere matrimonium, & vti
contracto, & in propria persona sumere arma, & bellare. & ta-
lem percutiens non est excommunicatus, & in omnibus cen-
setur vt laicus eo excepto quod habet ordinem. 20. q. 3. præsẽs,
23. q. 5. ad fidem. Ad contraria respondet, quòd loquuntur in
ordinatis voluntarie. de hoc no. Hugu. 74. dist. vbi. Tu distin-
gue melius per c. maiores, de bapti. an fuerit præcise inuitus, &
tunc etiam caracteres ordinum non suscepit, an non præcise.
& dic quòd sic, & tunc cogitur continere.

De officio vicarij. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Volumus, verbum est inductiuum noui iuris.*
2 *Vicaria prima an vacet per receptionem perpetua vicaria.*
3 *Vicarius quid est.*
4 *Vicariorum genera seu species, quot sunt.*
5 *Vicarios perpetuos creandi quis habeat potestatem.*
6 *Quid si deputentur vicarij ad ecclesias parochiales scilicet rurales: an erunt perpetui.*
7 *Et quis visitabit ecclesias habentes vicarios perpetuos.*
8 *Et quis habebit custodiam talium vicariarum vacantium.*
9 *Item an quis possit promoueri ad ordines ad titulum vicariarum perpetuarum.*
10 *Cura animarum cui incumbat in ecclesia vbi est vicarius perpetuus, prælato an vicariatus.*
11 *Statuto ecclesiæ si cauetur quòd sede vacante iurisdictio episcopi exerceatur per archidiaconum vel per antiquiorem canonicum, nunquid tales habebunt curam animarum.*
12 *Vicarius perpetuus an possit sibi substituere alium vicarium.*
13 *An autem consensus patroni requiratur in constituendo vicarium perpetuum.*
14 *Episcopus an possit remouere vicariũ perpetuũ sine consensu patroni.*
15 *Curatus an possit habere secum vicarium sine licentia episcopi.*
16 *Curatus an possit in quadragesima committere religioso non priuilegiato potestatem audiendi confessiones.*
17 *Vicarius iurisdictionalis alicuius prouinciæ, qualẽ habet potestatem.*
18 *Vicarius episcopi constitutus ad omnia incumbentia, qualem habet potestatem.*
19 *Cognitio causarum si non committitur, quid intelligitur commissum.*
20 *Vicarius iurisdictionalis an possit constituere alium vicarium.*
21 *Episcopus an possit dispensare super pluribus curatis.*
22 *Vicarij perpetui infra quantum tempus debent promoueri ad sacerdotium.*
23 *Episcopus an possit dispensare cum vicario perpetuo secundum tenorem c. cum ex eo. de elec. lib 6. vide.*
24 *Et an inferior episcopo possit modo prædicto dispensare.*
25 *Episcopus an possit dispensare cum vicario super ætate.*
26 *Clericus existens in minoribus ordinibus an possit ad vicariatum perpetuum eligi.*
27 *Clementina vnica, de offi. vica. an habeat locum in ecclesiis parochialibus non curatis.*

CAP. I.

QVæ de ecclesiis. Tenorem c. de multa, & c. licet
canon. ad parochiarũ vicarios perpetuos de-
clarat extendi. hoc dicit ſm Matth. vel ſm
Pau. & melius. Iura loquentia de ecclesijs cu
ratis, locum habẽt quò ad tria in vicarijs per-
petuis ecclesiarum parochialium. Et quod dicit quò ad tria,
intelligit hic expressa in tex. tñ & in alijs idem dico inf. in 2. no-
tabili. & q. 25. primo thema, ex quo quæstio. secundo decisio:
ibi secunda, in perpetuis. No. de vicario perpetuo ex quo nota
esse dare etiam temporalem, vt patet in iuribus allegatis in gl.
in verbo, perpetuis. Dicuntur autem tpales secũdum Gen. qui
in locũ absentium deseruiunt non suo inte. de quibus loquũ-
tur iura allegata in glos. statim alle. & isti vicarij debent esse

contenti sustentatione vitæ reseruato residuo absentibus ex
iusta causa. de quo per Arch. de reg. beneficiũ. lib.6. Si autem
abessent non iusta cã eis applicentur. inf. dic̃. q. 4. Scdo no. ꝙ
idem iuris est de vicario qđ de rectore principali, quod patet
ex pluribus quęstionibus inf. formandis. Et maxi oĩc ex notaõs
in gl. in verbo, sacerdotiũ. ex qua no. ꝙ nõ tm̃ in tribus de qui-
bus in litera, sed ẽt in alijs. & idẽ qđ inf. dicam. q. 25. & hoc est
1 propter identitatem rõnis, quod facit ad multa. † Tertio no.
a ꝙ verbum volumus,[a] est inductiuum noui iuris. quod colligi-
tur ex glos. vl. & ideo vtitur verbo, volumus, & idem Pau. & in
hoc est hæc gl. sing. pro hoc de præben. præsenti. §. loca. lib.6. &
quod ibi no. Io. An. in princ. c. & inf. de so. compe. cle. vnica §.
volumus. vbi dixi in primo notabili. & de re. permu. cle. vnica.
2 in gl. fi. ibi dixi in 8. notabili. † Oppo. quòd per receptionem vi-
cariæ perpetuæ non vacet prima: nam duæ curæ in eadem per
sona sunt compassibiles. de præben. si tibi concesso. de rescrip.
si propter. li. 6. So. regula est in ꝯnum, vt hic in tex. & de præbẽ.
de multa. Fallit in casibus notatis in c. de multa. ad quod re-
mittit gl. in verbo, amittendis. Bertran. aũt enumerat casus ex-
ceptos & adhuc eos plenius prosequere. Vnus est in dependẽ-
tibus vel commendatitijs, vel cum papa dispensat. de ele. du-
dum 2. in fi. Alius quando sine authoritate prælati renunciat
primo, nec superior ratum habet. de renun. admonet. 7. q. 1.
non oportet, & c. si quis vero. qđ no. gl. 21. q. 2. si quis iam trans-
latus. Alius sic calore iracundiæ, & non animo consequendi
perpetui beneficij recipit sm̃, tunc enim sm̃ aliquos potest pę-
nitere. 2. q. 3. si quis iratus. pro hoc 2. q. 6. si quis libellos. de pę.
dist. 1. diuortium. ff. de inter. act. de ætate. §. fi. de ri. nupt. l. pleri-
que. quod nõ procedit simpliciter. nam neque præsumitur in-
cõsulta receptio cum sine causæ cognitione pręlatus primi nõ
det licentiam acceptandi sm̃ in alia dięcesi. Sed qñ talis licen-
tia non requiritur, adhuc nõ præsumitur inconsulta receptio.
& dato ꝙ sit inconsulta, tñ ipso iure vacat primum, de pręben.
eũ qui. lib.6. Sed ex cã posset istis subueniri per restitutionem.
arg. de in integ. resti. c. 1. & c. 1. lib. 6. eo. ti. Alius si in primo fe-
cerat expensas pp quas competit sibi retentio. arg. 12. q. 4. qui-
cunque. ff. fa. er. l. fundus. Instit. de act. §. fi. & hoc si fecit ante re-
ceptionem secundi: secus si post. Insti. de re. diui. §. certe. quod
dicit Io. de Lig. non esse verum in titulis beneficialibus. quod
dic verum quo ad retentionem tituli. Sed bene posset vti re-
tentione in aliquibus rebus secularibus ad primum beneficiũ
b pertinentibus. Et qñ liceat[b] vti retentione, no. de deposito. cap.
2. Alius si inconninenti fuit adiectus a scdo. qđ dic vt de elec.
commissa. §. 1. & ibi de hoc in gl. 1. lib.6. Alius si recipit sm̃ tan
q̃ visitator. 7. q. 1. pontifices. Alius si recipit sm̃ in alio episcopa
tu sine licentia epĩ primi. præalleg. c. admonet. quod dic vt ibi
dixi. Alius cum fructus secundi ad tempus spectat alteri. d. cap.
si tibi concesso. alleg. pro contrario. Alius qñ est defectus cleri-
corum. 21. q. 1. c. 1. 2. & 3. Alius si protestatur quòd non intẽdit
dimittere primum, & tunc non prudenter agit conferens sm̃.
de hoc no. de cle. non resi. quia nonnulli. Inn. tamen de rescri.
in nostra. dicit protestationem non valere tanq̃ facto ꝯtriam.
Host. contra. quod est verius si protestatio habet sua substan-
tialia. de ap. solicitudinem. in fi. & quod ibi dixi. & plenius de
consti. cum M. Secundo oppo. ad idem. nam qñ quis habet ca-
nonicatum cum parochiali ecclesia annexa & cum hoc aliam
parochialem. de præben. super eo. lib.6. de præben. exposuisti.
Sol. ille est casus exceptus propter annexionem, quod dixi in
proximo contrario. pro hoc tex. hic in verbo, similium. quod
ad hoc ponderat Pau. de præben. extirpandæ. §. qui vero. & dic
similium in genere etiam si non in specie: vt si vicarius perpe-
tuus beneficij curati instituitur principaliter in beneficio cu-
rato vel econuerso. nam idem erit ac si consequeretur simi-
lem vicariam. de præben. non potest. §. 1. lib.6. vbi no. in glo. po-
ne. & idem hic Pau. Tertio oppo. quòd vicarij tales non te-
neantur promoueri ad sacerdotium. c. statutum. de ele. li. 6. So.
vt in gl. 4. quæ excipit ecclesiam collegiatam, de qua loquitur
illud c. & idem Matth. Quarto oppo. ad idem quod imo non
tm̃ debeãt promoueri ad sacerdotium, sed oporteat quòd sint
sacerdotes: nam ẽt commendatarij qui sunt ad tp̃s tm̃ dati, de-
bent esse presbyteri. de elec. nemo deinceps lib. 6. So. aliud in
commenda. qđ dic vt in gl. verbo, promouendis. & dic rõnem
ꝙ quia commẽda est titulus extraordinarius: ideo magis stri-
cte de eo statuitur, patet in d. c. nemo. Quinto opp. ad idem de
eo quod no. Archi. in c. licet canon. de elec. lib. 6. dicens illud
c. non procedere in vicarijs etiam perpetuis. So. dictum eius
corrigitur hic, vt dicit glos. in verbo, sacerdotium. in princ. &
idem Genz. & Matth. Sexto opp. quòd non fuerit idem statuẽ-
dum de vicarijs quod de rectoribus. nam vicarius alicuius
non gaudet his priuilegijs quibus gaudet principalis, ff. de le-
gationibus. l. filius decurio, & l. vicarius. vbi si filius iuit in le-
gationem pro patre pro republica, non gaudet immunitate,
c sed pater. So. qñq; quis gerit[c] vices alterius ex deputatione ip-
sius principalis tm̃, & tunc procedunt ꝯtria: qñque ex deputa-
tione legitimi superioris, & procedit hæc cle. quæ ex eo quod
loquitur de vicarijs ppetuis, p̃supponit authoritatẽ superioris
interuenisse s̃. eo. ad hæc. pro hoc ꝙ dicam ĩ. q. 4. talis aũt vica-
rius proprie dr̃ vicegerens. C. vt dignitatum ordo seruetur. l. fi.
lib. 12. de offi. eius qui vi. alte. ge. l. 1. & 2. vbi dicit glos. talem vi-
ces gerentem habere ordinariam. de hoc etiam loquitur l. 1.
§. perfectis. ff. de leg. 3. faciunt hæc ad quæstionem an vicere-
ctor gaudeat illis immunitatibus quibus gaudet rector. ad qđ
dic ꝙ si deputatur a rectore, non gaudet. si autem ab vniuersi-
tate ob carentiam rectoris vel absentiam, gaudet, per prædicta
quod tenet Bar. in d. l. filius decurio. de facto tamen seruatur vt
etiam deputatus a rectore tractetur vt rector. Septimo opp. in
eo quod dixi in 3. notabili hoc esse nouum ius per verbum vo-
lumus. quòd imo antiquum in omnibus tribus dictis per iura
quæ alleg. glos. viti. in prio. Sol. vt in eadem gl. & idem Pau. di-
cens fuisse rationabile & æquum quod hic dr̃, quia isti vicarij
debent residere in loco. eo. ti. ex parte, & habent curam ani-
marum, ad qđ nihil alleg. sed probatur de præben. exposuisti.
ergo idem iuris ac si principaliter haberent curam. Et dicit
Pau. quòd licet plures vicarias vnus hr̃e non possit, tamẽ bene
pñt esse plures vicarij in vna ecclesia qui pariter habebunt cu-
ram totius parochiæ, sicut plures sacerdotes sunt in eadem ec-
clesia. de quo per Innoc. de præben. cum non ignores. Quæro
quæ fuit ratio dubitandi. dicit Lau. quòd ex quo vicarij nõ ha-
bent principalẽ curam animarum, nec vice sua, sed potius al-
terius ministrant, iura pęnalia non videbantur ad istos exten-
denda, pro hoc de elec. statutum. li. 6. Ratio decidẽdi, quia idẽ
periculum imminet animabus in istis sicut in principalibus, &
quoties vitium ex vna radice nascitur, consequens est vt ea-
dem lege tollatur. C. de nup. l. si libertam, & possunt isti dici
tanq̃ procuratores in rẽ suam, & comparari possunt procura-
toribus qui per litis contest. facti sunt domini, de procur. c. 1. li.
6. vel emphyteutæ, qui habet vtile dñium in re quando ad nõ
modicum tp̃s habet rem. ff. si ager vectigal. l. 1. & 2. vnde & re-
gentes vices aliorum, vt dicit Genz. habent eandem rationem
prohibitionis pp identitatem rationis, per q̃ iura etiam pęna-
lia extenduntur. de ele. si postquam. §. 1. li. 6. dicunt autem Lau.
& Ber. quòd quia isti gerunt nomine alieno, non possunt iura
principalis rectoris præscribere, C. de præscrip. 30. anno l. male
agitur. ad hoc de fide instrum. G. perpetuus. 16. q. 1. si sacerdo-
3 tes. † Secundo quæro, quid est vicarius.[d] dicit Lau. quod est is
d qui vices alterius gerit seu ministrat. quod dic vt per Host. in
sum. eo. ti. & dicitur vicarius qui vice non sua, sed alterius mi-
nistrat. ff. de offic. eius cui man. est iuris. in rubro & nigro. de of-
fic. dele. cum olim. 2. Sed illa iura loquuntur de delegato, qui
non dicitur proprie vicarius. vsus namque obtinuit ꝙ vicarius
dicatur tãtum altero de quatuor modis sm̃ Lau. de quibus in
4 seq. q. † Tertio quæro, circa dicta in proxima. q. quot sunt spe-
e cies[e] seu genera vicariorum. dicit Lau. quòd quatuor, quidam
sunt vicarij perpetui ecclesiarum parochialiũ, de quibus hic.
Alij sunt vicarij temporales, sicut mercenarij, qui ad tempus
assumuntur ad curam ad iuuandũ principalem rectorem, qui
non debet de honestate sine presbytero socio missam canta-
re. 7. q. 1. nihil de vita & hone. cle. vt quisque. vbi de hoc. Alij
deputantur ad aliq̃ prouinciam diœcesim vel locum, de qui-
bus eo. ti. c. pe. 16. q. 1. adijcimus. Alij deputantur ad exercenda
omnia quę incumbunt prælato absenti non tm̃ respectu curę,
sed respectu omniũ incumbẽtium. de quibus eo. ti. cum gene-
rali. lib.6. de tempo. ordi. cum nullus. §. inferiores. eo. li. & de his
5 oĩbus ĩ. io pluribus. q. † Quarto quęro circa primã speciẽ vica-
riorũ, de quibus s̃. in proxima. q. 1. de ppetuis vicarijs qs faciat
vel qđ tales vicarios esse ppetuos. dicit Lau. ꝙ authoritas epĩ,
ex qua recipiunt curã animarum. eo. ti. ad hæc. vbi de hoc. & p
Inno. de præben. de monachis. & c. in Lateran. pro hoc de ca.
mo.

ADDITIONES.

a Verbum volumus. Adde gl. in verbo, volumus. in cle. vnica. de re. permu. glo.
in verbo volumus, in cle. 1. de censi. Card. Zab. in c. 1. de confes.
Vin. God. Vide de isto verbo volumus, Ias. in l. 2. col. 6. C. de sum. tri. & fi.
cat. vbi potes videre quid in contractibus, quid in iudicijs, quid in vltimis
voluntatibus, & Cor. consi. 129. visis, litera f. lib. 4.
b Quando liceat. Adde Spe. in ti. de contuma. in §. 3. ver. sed pone, & Bar. in l. si
non sortem, in §. si centum, ff. de condi. indebi.
c Quandoque quis gerit. Adde Ang. de Are. instit. de excep. in rubro. Bart. in l.
filius, ff. de leg. 1. Alex. in rub. ff. de offi. eius cui mand. est iur. Barb. in c. sane.
el. 2. in 1. no. de offi. delega.
d Quid est vicarius. Adde Io. An. in c. Romana. de appella. lib. 6.
e Quod sunt species. Adde gl. in c. ex parte. el. 1. de offi. deleg.
Vinc. God. Vicariorum species quæ sint, tradit Ruy. consi. 148 nu. 5. lib. 4. Vi-
cariorum autem genera quæ & quot sint, ponit Fely. in c. postulasti, in prin-
cip. de rescrip.

mo. c. vnico. li.6. Idem Matth. qui etiam prosequitur de vica-
rijs temporalibus, de quibus aliquid dixi sup. in 2. notabili. Sed
addit Matth. ꝙ quando ex causa non iusta prælatus se absentat
etiam dato vicario vltra sustentationem vicarij, fructus non
dabuntur rectori, sed debent conuerti in vtilitatem ecclesiæ,
vt no. Inn. de coha. cle. sicut. in gl. satisfactio. licet Ioan. 91. di.
clericus victum. in gl. sed cui. dicat quòd debent applicari epis
& canonicis quæ habent bona cōia, sed si diuisa, solis canoni-
cis. Tu autem dic vt no. de vita & hone. cleri. cle. 2. in gl. in ver-
bo, suspensus. quæ dicit distributiones quotidianas applicari
debere canonicis. pro hoc qđ no. s. ti. proxi. cle. vt hi qui. in fi. in
gl. in verbo, dimidia. & ibi plenius dixi. q. 21. & 22. de fructibus
autem beneficij dicit gl. prædicta in verbo, suspensus quòd ac-
6 crescunt ecclesię. quod est notabile. † Quinto quæro quid si de-
putentur vicarij ad ecclesias parochiales, puta rurales vel simi-
les. dicit Lau. quòd non sunt perpetui, sicut sunt vicarij paro-
chialium, & poterunt amoueri ad velle pręlati, qđ tenet etiam
gl. in verbo, parochialium. & idem Pau. dicens ꝙ bene possent
deputari vicarij in curatis non annexis, de quibus in cle. vnica.
ad fi. sup. de sup. negli. præla. pro hoc de præben. cum singula.
vult dicere ꝙ non sic deputabitur vicarius in curato regulari-
ter, sicut in parochiali ecclesia. sed Lau. dicit ꝙ si authoritate
epi deputatus est in curato beneficio, est perpetuus & immu-
tabilis, per c. vnicum. de capel. mo. lib. 6. & per id quod no. Inn.
de præben. in Lateran. quod verius puto. nam qđ hic dixit de
parochialibus, & siſr in c. extirpandæ. §. qui vero, habuit respe-
ctum ꝙ non simpliciter in omni curato debet vicarius depu-
tari, cum sint quandoque curata siue parochialia in quibus nō
subest ratio dandi vicarium, sed in parochialibus propter lati-
tudinem parochię vel aliam necessitatem citius imminet ne-
7 cessitas. & de hoc etiam inf. q. 30. † Sexto quæro quis visitabit
ecclesias habentes vicarios perpetuos. dicit Lau. quod eps, &
per consequens procurationes recipiet. de censi. authoritate.
sed etiam patronus cui debetur ratio tpalium, hoc pōt. de pre-
ben. in Lateran. vbi de hoc per Inn. de exceptio. cum venerabi-
lis. in fi. & tunc si ambo concurrant, faciet quilibet. s. eps & pa-
tronus id quod spectat ad suum officium: minor tamen in re-
uerentialibus, vt in sedendo & similibus, cedet maiori. de offi.
leg. volentes. qđ tamen c. loquitur de constitutis circa idem:
8 ideo melius facit de ma. & obe. statuimus. Lau. † Septimo quę-
ro quis habebit custodiam istarum vicariarum vacantium. di-
cit Inn. de ap. bonæ. & Lau. hic, ꝙ patroni clerici, non eps. d. c.
bonæ. sed patroni laici non, sed eps, de offic. ord. cum vos. vbi
de hoc no. per Inn. in d. c. in Lateran. quod tenet Hug. 17. q. 2.
9 sane. † Octauo quæro an quis possit ad talem titulum vicariæ
promoueri ad ordines. dicit Lau. quod sic, quia tales habent
ius in re, & suo iure possident, saltem quo ad portionem sibi
assignatam: pro hoc de rescri. postulasti. de fide instru. G. per-
petuus. de præben. de monachis. & c. suscepti. lib. 6. Gof. tenuit
ꝯrium in c. 1. eo. ti. dicens ꝙ talis possidet non sibi, sed domino
cuius vices gerit. de prescrip. si diligenti. de resti. spo. olim. 1. ad
hoc. C. de præscri. 30. an. l. male agitur. Iura aūt volunt aliquem
ordinari in titulum nomine proprio. 70. di. c. 1. de præben. epi.
sed vt dicit Pau. hoc procedere posset in tēporali vicario: secus
in perpetuo qui suo nomine possidet ad instar inducentis rem
ad non modicū tps. ff. si ager vecti. vel emphy. petatur. l. fi. idē
20 etiā Steph. & Io. de Lig. hic: & ego in d. c. 1. † Nono quęro quis
dicatur habere curam animarum, an prælatus, an vicarius. di-
cit Lau. ꝙ quandoque primitiæ, decimæ, & oblationes quæ
dantur ratione curæ, competunt vicario, & certa tantum por-
tio assignatur prælato vel ei cuius est vicarius, vt monachis: &
tunc cura & rei vendicatio spectat ad vicarium. sic dicit intelli-
gi firmem glos. de præben. exposuisti. aliquando receptio pro-
uentuum spectat ad principalem certa portione relicta vica-
rio, iuxta c. suscepti. de præ. lib. 6. & tunc cura animarum & rei
vendicatio & fructuum spectat ad principalem, maxime in
foro contentioso: sed exercitium in foro animæ spectat ad vi-
carium. de præ. super eo. lib. 6. & ideo dicuntur capellæ mona-
chorum non vicariorum, vt in rub. de capel. mo. sic dicit intel-
ligendum c. cum singula, in prin. de præben. lib. 6. de hoc de
præscrip. ex transmissa. de sepul. ex parte 1. & cap. in nostra. in
princi. Op. ad hanc sol. de extrauag. Io. execrabilis. § si vero. vbi
indistincte dicitur de officio curato. & sub verbo officio, com-
præhenditur vicaria perpetua, vt dicit glos. 3. hic. & tenet Pau.
quod etiā dico in q. seq. & q. 22. Et sic indistinctè cura est apud
vicarium perpetuum. Sol. ista contrario, & dic ꝙ cum loqua-
mur de vicario perpetuo, & sic de prima spē, de qua sup. q. 4. in
distincte cura dicitur esse apud vicarium quo ad omnem effe-
ctum tam quo ad commoda quam ad incommoda, licet per
modum cuiusdam iuris & in habitu sit apud principalem. ita
no. in d. c. exposuisti. Distinctio autem Lau. bene procedit quo
ad exercitium actionū cōpetentium beneficio, quia qn̄ solum
certa portio datur vicario, pertinent actiones principali & non
vicario, saltem sic principaliter, pro hoc iura præalleg. & sup.
11 de rescrip. cle. 1. de quo in q. sequen. † Decimo quęro circa hoc:
pone quod statuto ecclesiæ cauetur ꝙ sede vacante iurisdi-
ctio epi exerceatur per archidiaconū vel antiquiorem cano-
nicum: nunquid archidiaconus vel antiquior canonicus per
hoc censetur hr̄e curam? hæc quęstio competentius caderet s.
in scđa specie vicariorum. Sed pp contiguitatem materię eam
hic posui. & vr̄ ꝙ non: nā quis pōt hr̄e talem vicariam & reti-
nere cū hoc beneficium curatū vel dignitatem. pro hoc 41. di.
Catinensis. & c. fi. 21. q. 2. relatio. de elec. cle. statutū, in fi. cense-
tur enim vicarius temporalis, quia tpe durat. s. vacāte sede: qui
titulus non vr̄ esse titulus: nā & alias ecclesiam intitulatā non
facit commenda vacare. de ele. nemo. lib. 6. Item tale officium
exercet nomine alieno. Ipse ergo principalis censetur curatus.
ar. de rescrip. ex parte sup. de fi. presby. constitutus. Item posset
contingere ꝙ nunq̄ exercebit tale officium, vt quia suo tem-
pore nunq̄ vacabit sedes. non aūt attendendum ꝙ contingere
potest. ff. de in litem iurā. l. 1. in prin. vbi res non censetur maio-
ris æstimationis pp litem, licet possit æstimatio crescere pro-
pter contumaciā non restituentis. non enim ponderandi sunt
tales casus euentitij, ff. de re iudi. l. si quis ab alio, ff. qui & a qui-
bus. l. Iulianus. licet quandoque consideretur potius quod po-
test euenire q̄ quod euenit, vt no. 55. di. si quis absciderit. Item
debet ponderari actus & effectus potius q̄ habitus, sed in actu
talis non habet curam: ergo &c. & dicit Paul. quòd hæc mul-
to fortius procedunt quo ad extrauag. Io. execrabilis, quia illa
constitutio expresse requirit actum & exercitium curæ, non
habitum tantum. vult dicere ꝙ quo ad illam extrauag. atten-
detur vicaria perpetua, & illa dr̄ habere curam: non autē tpa-
lis, pro hoc qđ dixi s. q. proxi. per istas rationes Pau. hoc tenet,
& idem per easdem rationes tenuit Io. An. de offi. leg. c. pe. lib.
6. & in additio. Spec. super rub. de præben. in h. quas etiam in-
ducit ad alia de quibus ibi. & hæc pars vera pro qua notanter
a facit hæc cle. cum loquatur de perpetuis[a] a contrario sensu.
sed pro hoc expressius est, quia talis titulus tpalis non est titu-
lus beneficialis, propria autem cura inhæret titulo beneficij: &
sic non tali officio extrinseco. Item talis temporalis non facit
12 nomine proprio, vt dictum est sup. ea. q. † Vndecimo quæro,
b prosequendo de vicario[b] perpetuo, an possit alium vicarium
sibi substituere. vr̄ ꝙ non s. eo. clericos. ibi, alios sibi substituere
non permittas. quod dicit Lau. verum si vult substituere sibi
similem idest, perpetuū, maxime si per hoc vellet se excusare
a residētia personalis: alias sibi licet, cum talis sacerdos debeat
habere vicarium secum. 7. q. 1. illud. & c. nihil. pro hoc dicet
Lau. text. esse de arbi. non sine. sed non expresse ibi probatur.
Pau. idem tenet. & pro hoc ꝙ ad tempus possit substituere ex
causa, inducit ar. ex l. 1. 1. rñ. ff. de offi. eius cui man. est iuris. &
de ap. peruenit. & hoc cōiter tenetur in c. clericos. præalle. pro
hoc qđ dicam inf. q. 14. 15. & 19. Opp. ad prędicta ꝙ etiam per-
petuo possit substituere sicut procurator & negotiorum ge-
stor. ff. mā. l. si procuratorem. §. 1. C. de procur. l. neque tutores.
Sol. fm Pau. aliud in procuratore iudicij qui per lit. contest. fa-
ctus est dñs litis, vt in l. neque tutores, de procu. c. 1. & 2. 2. rñ. li.
6. Aliud in vicario qui non est dñs. eo. ti. c. 2. & cuius industria
ram.Sed de cautione de non barattando rem mobilem prędi
ctam,dicit Pau.ꝙ hanc præstat etiā clericus.ad hoc.C.de epis.
& cler.l.omnes,de sequestra.c.1.quod tenet Spec.de satisda.§.
dicto.in prin.reperitur etiam secūdum Pau.alia cautio quam
præstat conuentus si reuocat domum, quia cauet de respon-
dēdo coram iudice,& hoc solum per simplicem cautionem.
ff.de iudi.l.2.§.si dubitetur.nisi esset suspectus, quia tunc cū fi-
deiussorib.arg.ff.de offi.præsi.l.senatus. Et hoc quando iudex
coram quo fuit conuentus,erat suus,alias non tenetur cauere
mō pradicto pro hoc de conuento coram delegato cuius iu-
risdictio non est formata.quod no.Spec.de satisda.§.expedito.
ver.sed pone procurator.vbi dicitur ꝙ nō satisdabitur nisi pri
mo fundata iurisdictione.Si vero erat in iudicio tanquam a-
ctor,dicit Pau.ꝙ quandoque cauet sub certa pœna de lite exe
quenda.3.q.3.quod fieri.de qua satisdatione plene in Spec.de
satisda.§.1.quandoque etiam præstat cautionem de stando iu
ri,vt quia fuerat contumax.de do.& contu.c.1.lib.6.Si autem
est in iudicio nomine alieno,aut tanquam actor, aut tāquam
reus. primo casu regulariter non auditur nisi doceat de man-
dato.eo.tit.c.1. In quatuor tamen casibus auditur si satisdat.
Primus in consortibus eiusdem litis,C.de consor.eiusdem li-
tis,l.a.inf.eo.cle.religiosus.no.de const.cum M.de do.& con-
tu.cum dilecti. secundus cum prælatus agit pro ecclesia sine
consensu capituli secundum vnam opin.de quo no.eo.tit.c.1.
vel si clericus agit pro ecclesia.de offic.deleg. coram.nisi age-
retur in casu 12.quęst.2.non liceat.de reb.eccl.non alie.si quia
presbyterorum.nam tunc non tenetur cauere,quia iudicium
est populare. Tertius est in coniuncta persona,quæ admitti-
tur sine mandato cum cautione de rato.ff.eo.l.sed & hę.C.
eo.l.exigendi.de rescrip.nonnulli. Quartus in procuratore,
de cuius mandato dubitatur probabiliter.C.de procur.l.pri-
ma.Et modum dubitationis probabilis dixi in dicto capitulo
coram. pręstat etiam agens pro alio satisdationem de defen-
dendo

ADDITIONES.

a In causa beneficiali. Adde gl.in c.coram,de off.dele.& per Rotam deci.135.
Arch.in c.statutum,de rescr.lib.6.Abb.in c.cum pridem.de pact.Abb.in c.
nonnullis,de rescr.

b Quæ cautiones Adde Azzo.in sum.de satisd.& an hæc cautio habeat locum
coram arbitro,vide Spec.in ti.de satis.§.1.& in §§.seq.
Vin.God. Adde an cautio interposita a paupere tollatur superuenientibus di-
uitijs,Goz.præc.meus,in consi.43.nu.7.& vide eundem in consi.91.nu.6.

dendo dominum in causa reconuentionis. ff.co.l.mutus.§.pę
na. Et hoc etiam procedit in coniuncta persona agente.d.l.exi
gendi. & l.maritus. sed de monacho an agens sine mandato
poterit audiri cum cautione, dicit Pau. ꝙ non, quia non potest
cauere, vt no.16.q.1.monachi vacantes. ꝙ est verum nisi habe
ret administrationem, quo casu auditur pro sua administra-
tione.de rescr.cle.1.vbi de hoc in gl.agere.& ibi dixi q.4. & 5.
cū plurib.sequentibus. Si vero quis est in iudicio pro alio tan-
quam reus, etiam si habeat mandatum plenum, præstat cau-
tionem de iudicato soluendo. de qua hic, nisi dominus eum
releuauerit, ꝙ potest, vt hic, & dixi sup.in 1.contrario. & de his
14 etiam in seq.q. † Decimoquarto circa hæc, nunquid procedūt
quando proceditur coram arbitro. dicit Pau. ꝙ non. nam tūc
nulla satisdatio præstatur ab actore vel reo. sufficit enim poe-
nam committi.arg.in authen.de litig.§.ad excludendas.quod
no. Azo in summa.de arbi.& C.de satisda. vbi colligūtur mul
ta ex præmissis. Et vltra prędicta de procuratore rei dicit Ste-
pha.ꝙ in quibusdam casib.satisdat de rato vt in duplicibus iu
diciis.ff.eo.l.si defunctus.§.fi.& in causa status, & in restitutio-
ne in integrum, & vbi tutor accusatur de suspecto, & in rei vē
dicatione.ff.eo.l.non solum.§.si status.& §.est & casus.& §.fin.
& l.Pomponius.§.sed & his.& ibi no.glo. Item in causis spiri-
tualibus secundum quosdam.de quo not. Host.de offi.deleg.
coram.& de omni genere satisdationum prædictarum dic vt
in Spec.de satisd.§.1. & quatuor.§.seq. Vndecimo quæro cir-
ca hoc, si aliquis cōparuit in iudicio pro alio, & satisdedit do-
minum rem ratā habiturum, sed dominus non habuit ratam
intra tempus a lege statutum, ꝙ tempus melius potest intelle-
ctu percipi quam elocutione exprimi.ff.rem ra.hab.l.quo.n.tu
tore.sic de dona.apostolicæ.prope fi.cum tamen reus vult exi-
gere pœnam a procuratore, dominus ratum habet, an suffi-
cit.videtur ꝙ non.ff.rem rat.hab.l.si sioc.in prin.& l.fi.in fi. In
contrarium videtur ꝙ teneatur procurator saltem ad expen-
sas.d.l.si sine.§.cum autem.arg. Insti.de inuti.stipu.§.alteri.vbi
non spectatur an intersit stipulantis, sed solum penæ commis
sio.dicit Mat.posse dici ꝙ pęna cedat loco interesse.arg.ff.rem
ra.hab.l.si commissa.vel quod pœna debet diuidi. ff. de dam.
infec.l.inter quos.§.fi. Et in eo quod dicit de tempore a l.statu-
to, dic ꝙ tempus ratificādi debet intelligi tempus intra quod
dominus tenebatur illud facere, vt si appellat quis pro alio, de
bet dominus ratum habere intra tempus appellandi, postea
non posset.l.bonorum.ff.rem ra.hab.no.in regula, rati.& regu
la, ratum.lib.6.quo autem ad principale dictum in eo quod di
cit de pœna non procedit, quia in q. non pręsupponitur ꝙ es-
set adiecta stipulatio poenę. Quo ad alia dic ꝙ si dominus ra-
tum non habuerit, sed nec contradixerit, sed postea ratificaue
rit, potest haberi ratum vsque quo ratihabitio futura est vtilis
reo. Sed si ratum habet tempore quo rei non interest, vt quia
lapsum est tempus quod sufficit ad præscribendum ita ꝙ reus
tutus est præscriptione, tunc ratihabitio habetur pro non fa-
cta.l.fi.in fi.ff.rem ra.hab. Si vero dominus contradixit & po-
stea ratificauit, ratificatio non potest prodesse domino quo
ad consequendam actionem.ff.de so.l.dispensatorem. vbi ca-
sus.& ibi de hoc per Bar.& in Spe.de defensore. ver. sed pone
egisti. sed ratihabitio prodesse potest ad consequendam exce-
ptionem.ff.rem ra.hab.l.quo enim.§.Iulianus.pro hoc de pro-
cu.licet.lib.6 & quod no.hic in gl.etiam.tenet autem indistin
cte in pręiudicium ratum habentis, vt dicit Specu.in d.versic.
15 † Duodecimo quęro, quę protestatio sufficit vt recipiens mā-
datum procuratorium non cogatur defendere. glo.in verbo,
protestationem.dicit ꝙ generalis & specialis, & de vtraq; exē-
plificat.& idem Pau. Sed in eo ꝙ gl.in fi.dicit ꝙ quando factū
& protestatio se non compatiuntur, protestatio non iuuat. ꝙ
etiam tenet Pau. Dic melius ꝙ imo protestatio si habet sua
substantialia rumpit factum.de cond.apposi.c.fi.vbi casus.dixi
16 de consti. cum M. † Decimotertio quæro circa hoc, quid est
protestatio.dicit Lau.ꝙ est denunciatio publicè facta causa iu
a ris conseruandi in futurum quod protestanti [a] competit vel
competere potest.d.c.cum M. de elec. Cumana.idem Genze.
per l.fi.§.item si prędixerit.ff.nau. cau.sta. de no.oper.nun.l.de
pupillo.§.si quis. Alii aliter definiunt.de hoc per Bart.ff.de no.
17 ope.nun.l.non solum.§.morte.sed non multum refert. † Deci
moquarto quęro an, per receptionem literarum super procu
ratorio renūciet protestationi quam pręmisit.dicit Lau.quod
non.nam forte protestatur ꝙ non intendit recipere procura-
torium etiam si postea receperit instrumentum vel literas, po
tuit enim postea recipiendo se habere ad duo, vel ad acceptan
dum mandatum, vel ad deliberandum super hoc, & ideo non
renunciat protestationi. secus autem si directe veniret contra
protestationem per factum receptionis, ita ꝙ non posset aliter
intelligi. sic no.in simili de lit.conte.c.vnico.in gl.& idē Geoz.
pro hoc no. Innoc.& Compo.de consti.cum M. & de materia
protestationum ibi dixi.& no.Arch.17.dist.c.i.& 28.dist.dia-
coni.& Io.Mo.& Io.And.in regula, in generali.lib.6.& Bar.ff.
de no.ope.nun.l.non solum, §.morte. vbi multa pulchra pro-
18 sequitur. † Decimoquinto quæro, quia dicit de scienter reci-
piente, quid si ignoranter. Gl.in ver.scienter.dicit cum nō ob-
19 ligari.& cum hoc addit requiri ꝙ sponte.idē Pau. † Decimo-
sexto quęro, quō apparebit ꝙ scienter. gl.eadem sentit ꝙ tunc
quando sciuit quid continebatur in literis. in eo ꝙ dicit igno
rantem dici eum qui ignorauit quid cōtineretur in eis. Idem
Lau. pro hoc.ff.de pig.l.fideiussor.§. pater Seij.de transa. ex li-
teris.de fide instr.imputari. Inducit tamen Lau.argumenta ꝙ
licet non constet per verba de receptione, tamen ex quo certi-
ficatus de constitutione sua simpliciter & sine protestatione
recepit & secum tenuit procuratoriū, intelligatur ipso facto
consentire etiam sine verbis, ff.de fideiuss.tuto.l. cum ostendi-
mus, §.fideiussores.C.arbi. tute.l.fi.ff.de inst.l.sed & si.§.proscri
bere. simile in delegato, quia tempore receptionis literarum
dicitur habere iurisdictionis exercitium.de app.super eo. in fi.
pro hoc quod no.hic in gl.etiam. Item a tempore receptionis
literarum intelligitur quis excommunicatus.de cler. excom.
apostolicę.in gl.& manumissus, ff.de acq.pos.l.qui absenti mā
dati.l.mandasse.4.q.1.c.1.vbi de hoc. Contrarium tamen con
cludit Lau. quia non est præsumendum ꝙ aliquis tale officiū
procuratoris quod est valde onerosum, tacite accipiat, nisi ex-
presse hoc dicat. & in onerosis tacens non videtur consentire,
vt no.in regula, qui tacet. lib.6.vnde dicit oportere ꝙ aduersa-
rius doceat ꝙ recepit animo acceptandi mandatum, ita ꝙ de
hoc constet per verba illius vel aliquo exteriori actu quod sm
Lau.denotat verbum, scienter.arg.de cle.cum dilectus.ver.ve
rum.& quod ibi no.& qui scientiam allegat, probare debet.ff.
de probat.ei qui. Et verbum, receptis, in tex. intelligi debet cū
effectu.de cle.non resi.relatum Genz. dicit ꝙ eo ipso ꝙ recipit
scienter, intelligatur acceptasse, per hanc cle. quę inducit ne-
cessitatem defensionis.nam si oporteret aliter doceri de rece-
ptione mandati, esset frustratoria, contra c. si Romanorum.
19.di.quod est verius.& tenet hic gl.fi.quæ respondet ad ratio
nem Lau.vt dixi sup.in vlt.contrario. nam hic nō est simplex
taciturnitas, sed interuenit actus extrinsecus.s.ipsa receptio in-
strumenti super mandato. Et idem Steph.dicens per hoc refre
nari malitiam procuratorum Romanæ curiæ, qui vt fugiant
dicere solent nolle suscipere officium procuratoris, & vt cau-
sę non sint in curia per pręsentiam partium contra quos ema-
nauit hæc cle.s. vt recipiendo instrumentum procuratorii in-
telligatur acceptasse mandatum. Et per hoc respondetur ad l.
non cogendum.& l.si defunctus.eo.ti.de quo in glo.in verbo,
cogi.& per hoc expeditur gl.in versi.receptis. Et in hac glo.in
b ver.scienter. [b] in fi.2.q. nos in quemquam. & in hac glo.rece-
20 ptis.ibi, licet. li.6. & ibi de hoc per Archid. † Decimoseptimo
quæro, in eo ꝙ dicit procuratorem cogi dominum defende-
re, an pręcise cogatur. gl.in verbo, cogi. dicit ꝙ sic.& idē Pau.
dicens hanc literam procedere etiam eo casu quo dominus
præsente procuratore & nō contradicente cauit. Opp.ad hoc
ꝙ non pręcise cogatur, sed sufficiat stipulationem de defen-
dendo committi contra non defendentem, ff.eo.l.non cogen
dum.Inst.mandati.§.mandatum.So.vt in eadem gl.vsque ibi,
tamen. Et ibi glo.ponit alios casus in quibus procurator cogi-
tur præcise defendere. & idem Pau.de hoc in seq. q. & in hac
gl.ibi, filius, formā huius satisdationis ponit Spe.eo. tit.§.vt au
tem.versi.si vero reus.& ibi cogitur eum defendere. Intellige
quando incępit iam agere.& hoc sentit gl.cum dicit quando
21 agit. † Decimooctauo quæro circa hoc, de procuratore acto-
ris qui non præstitit cautionem defendendi dominum quem
reus vult reconuenire, nunquid debeat non admitti ad agen-
dum statim cum reus dicit ꝙ volet reconuenire. Consilium
fuit ꝙ non, nisi actualiter reconueniat. pro hoc quod no. Spe.
eo.ti §.1.super ver.item excipitur.quod licet per Io.And. Con
cludendo autem generaliter cum quæritur, an procurator co
gatur pręcise dominum defendere. dic ꝙ aut non est præstita
cautio de defendendo, & non cogitur, siue sit procurator acto-
ris, siue rei.C. eo.l.inuitus. sed tenetur domino actione man-
dati, quasi hoc sibi fuisset mandatum, ff. eo. l. ad rem mobi-
lem. & l. ad legatum. Aut præstita est cautio, & aut ex parte
actoris

ADDITIONES.

a Vin God. Protestatio ius protestantis conseruat etiam si protestatus non con-
sentiat, sed taceat Ruy.consi.45.nu 1.lib.1.
b In verbo scienter. Adde de materia istius gl.vide Barto in l.quæ enim, ff. rem
ra.hab.
Vin. God. Adde ꝙ scientia & patientia, tunc præiudicat quando vere & certe
de ea constat, Ruy:consi.66.nu.8.lib.3.

actoris, & cogitur precise, ff. eo. l. sed & hæ. vbi de hoc. aut ex parte rei, & aut cautio fuit præstita ab ipso procuratore, & nõ cogitur, sed locum habet. ff. eo. l. non cogendũ. §. Sabinus. Aut a domino, & aut ignorante procuratore, & adhuc non cogitur defendere. ff. de iurisd. om. iud. l. si per errorem. ff. eo. l. si defunctus, a contrario & hic a contrario. Aut sciente & nõ con
22 tradicente, & præcise cogitur. d. l. si defunctus. & hic. † Decimonono quæro circa proxime dicta, quæ est ratio quare procurator actoris qui per se satisdedit, præcise cogitur defendere & nõ procurator rei. Sol. quia procurator actoris iam sic consecutus est quod optauit, quia est admissus, sed procurator rei non. vnde satis est eum condemnari ad interesse, ff. de re iud.
23 l. si quis ab alio. §. fin. no. in d. l. sed & hæ. † Vicesimo quæro, in eo q̃ hic gl. in ver. cogi. in ver. verum. dicit q̃ iusta causa excusat procuratorem contra hanc cle. quę causa sufficiat dic vt si oriantur capitales inimicitiæ, inter dominum & procuratorem. vel si procurator abest causa reipublicę, vel infirmatur. Et no. quod omnes causæ quę sufficiunt ad hoc vt procurator possit se excusare, sufficiunt ad hoc vt dominus possit eum reuocare, sed non econuerso, nam inimicitiæ etiam non capitales sufficiunt vt possit reuocari, sed vt possit se excusare requiruntur capitales, ad hoc quod no. in iuribus allegatis in hac gl. fin. in hac.

SVMMARIVM.

1 *Procurator vt sit idoneus, debet dari non tantum ad agendum, sed etiam ad defendendum.*
2 *Procurator si constituitur ad causas an veniant criminales.*
3 *Procurator constitutus cum potestate opponendi contra electionem, vel prouisionem factam vel faciendam, an poterit opponere in personam*
4 *Causæ grauiores quæ dicantur.*
5 *Procurator si habet potestatem opponendi crimina, an talis potestas poterit venire sub sequenti clausula quæ exigũt casus speciales quantumcunque grauissimos. & nu. 6.*
6 *Procurator vt possit opponere crimina, an sit necesse quod non tantum sit sibi mandatum, sed etiam quod mandatum susceperit.*

CAP. II.

Non potest. Summatur in gl. 1. in ea ibi sub litera, G. hodie tangitur in q. in regula, mora. li. 6. non tamen prosequitur ibi Io.
1 And. quęstionem, dicens omnia quę tangebantur in ea esse decisa per hic notata. † Not. q̃ procurator vt sit idoneus, debet dari non tantum ad agendum, sed etiam ad defendendum pro hoc eo tit. accedens. vbi de hoc. sufficeret tamen secundum Pau. si esset datus ad agẽdum vel respondendum, alias non est idoneus si datur ad agendum. vt hic, & eo. ti. constitutus. nec admittitur ad agendum si non defendat. ff. eo. l. mutus §. pœna. & dominus vt contumax condemnabitur in expensis d. c. constitutus. nisi procurator velit defendere pręstita cautione iudicatum solui. ff. eo. l. iterum quoque. §. publicè. de hoc in Spe. de procu. §. 1. ver. item excipitur. vbi etiam not. quanto tempore procurator remaneat obligatus ad defendẽdum. dicit etiam Pau. q̃ id quod hic dicitur de procuratore, locum habet etiam si constituatur a collegio vel vniuersitate 1. q. 3. saluator. eo. tit. petitio. Et quis dicatur procurator, dicitur. ff. eo. l. 1. & no. in d. c. petitio. Secundo not. q̃ vbi necessario facienda est specificatio alicuius casus, talis non venit sub clausula generali, etiam si præcedant aliqui casus exigẽtes speciale mandatum. arg. ff. de ritu nup. l. generali de arbi. innotuit. 29. q. 1. ut fuit. Lau. Tertio no. ex hoc q̃ verborum subsequentiũ generalitas restringitur ad ea quę sunt similia præcedentibus. Genz. pro hoc iura allegata in gl. fi. in prin. Quęro, quæ fuit ratio dubitandi. Sol. patet ex glo. 2. & idem Pau. quia cum esset expressum de iuramento calumnię, videbatur clausulam generalem sequentem comprehendere omnia exigentia specialē. Et fortificatur hæc ratio per id quod dicit gl. fi. quia cum iu
a ramentum liget animã, quæ est pretiosior corpore,[a] videbatur hic expressum q̃ posset iurare de grauioribus & magis graue quam opponere crimina vel defectus. Rõ decidẽdi colligitur ex glo. in ver. electi. vet. & si sic intelligamus. quia obiectiones criminum diminuunt statum opponentis, quia si deficit in probatione suspensus est a beneficiis per triennium. quod dic secundum gl. & infra dico q. 13. Opp. ad hoc de l. actione, §. renunciare. ff. pro soc. & de minor. l. sed si vnius. §. procuratorem glo. eã soluit, & Pau. latius q̃ ibi non minuitur status domini cuius procurator renũciat societati. & hoc quo ad §. renunciare. Sic etiam est in §. procuratorem. quia si agẽs iniuriarum succumbit, non ex hoc incurrit diminutionem sui status. quod not. Inn. de acc. super his. & Spe. in ver. sed nunquid media. alle. in gl. 1. Per hoc infertur q̃ oppositio criminum vel defectuum in personam electi nõ venit sub generali clausula in terminis huius c. Et ad id quod opponitur de iuramẽto quod ligat animam &c. respondet vt in gl. vlt. & idem Pau. Secundo quæro quale debeat esse mandatum vt comprehẽdat oppositionem criminum vel defectuum. videtur expedire q̃ crimina & defectus specifice & sigillatim exprimantur, sicut in casu c. procurator. de elec. lib. 6. dic cõtra prout dicit gl. in ver. in mandantis. & idem Pau. & de hoc inf. q. 12. Et in hac gl. ibi, ab appellãte. extra iudicium. de elec. constitutio. li. 6. Et idem hic cum glo. Lap. licet referat quosdam tenere cõtrarium. sed primum verius. Tertio quæro, quid si in casu huius capituli habuit procurator mandatum ad agendum &c. vt in litera. & ad alia etiam exigentia speciale etiam si maiora expressis. Dicit Lap. q̃ non propterea poterit opponere crimina vel defectus, nisi vnum solum saltẽ de maioribus exprimatur secuta clausula generali. ad hoc eo. ti. qui ad agendum. lib. 6. Nam sicut in mandato non venit aliquid de positiuis speciale exigentibus, nisi aliquod exprimatur, ita ex vi clausulæ generalis non venit aliquod de comparatiuis in maioribus & alterius generis & altioris mandatum speciale exigentibus, nisi eorum aliquod exprimatur propter idẽtitatem rationis. Et per hoc dicit q̃ si sunt expressa aliqua crimina vel defectus secuta clausula generali, non venient maiora vel grauiora expressis. oportet ergo vt aliquod de maioribus vel grauioribus exprimatur. Et tunc sub generali clausula, venient maiora & grauiora. & hoc vult Lap. q̃ dummodo aliquod de grauioribus sit expressum sub clausula generali, veniet oppositio criminum vel defectuum. Contrarium tenet gl. in verbo, grauiora. cuius mens est q̃ non veniat oppositio criminum, nisi sit hic expressum. Sed pro dicto Lap. multum facit hęc cle. in ratione decidendi. & dictum eius videtur verius, nisi quatenus dicamus potestatem opponendi crimina vel defectus esse quid grauissimum & omnibus aliis causis grauius propter rationem quam tangit glo. magna, ita q̃ non veniat sub aliquo casu quantumcunque graui secuta clausula generali. q̃ dic vt inf. q. antepe. & vlt. Sed in hoc est difficultas vt videamus quæ causæ sint grauiores, vt dico inf. q. 11. Dicit autem Lau. q̃ quędam sunt quæ nunquam veniunt sub generali clausula qualitercunque fuerint expressa de exigentibus speciale mandatum. exemplum de præben. c. 2. li. 6. vbi collatio beneficiorum vacantium in curia nõ venit sub aliqua potestate nisi specificetur. Ponit Lap. & alium casum qui no. per eum de offi. vic. c. 2. li. 6. de vicario episcopi qui non potest cognoscere de criminibus clericorum. sed ibi dicit Lap. hoc ẽt ex speciali commissione non cadere in vicarium. Cõtrarium
a tamen est verum per ibi no. † Quarto quęro, quid si procura
b tor[b] constituitur ad causas, an veniunt criminales. dicit Lap. q̃ non, sed tantum ciuiles, & non omnes, quia non veniunt requirentes speciale mandatum, vt matrimoniales & beneficiales, de procu. accedens. de præben. accedens. & quod no. de elect. procurator. li. 6. de pręben. si tibi absenti. eo. lib. & in Spe. eo. ti. §. 1. ver. sed nunquid media. & ver. item generaliter. & ver. sed nunquid procurator. ver. nouus. & de coniuncta persona. ver. item quod ex causa. de hoc quod dicit in causis matrimonialibus & beneficialib. exigi speciale mãdatum, dic vt dixi sup. cle. proxi. q. 6. Quinto quęro, vt quærit gl. in ver. habeat. q̃ inf. dico q. 17. & 18. Sexto quæro, quia hic dr̃ q̃ talis procurator de quo in tex. non potest opponere in personam, nunquid in formam potest vel in personas eligentium vel prouidentium, vel in dicta testium. glo. in ver. in personam, dicit q̃ sic, & reddit rationem quia probata exceptione tales non puniuntur, vt etiam dico inf. ea. q. Et vult dicere gl. q̃ eorum respectu causa non dr̃ grauis. & cum gl. tenet Arch. de elect. c. 1. lib. 6. & Pau. hic arg. a contrario literæ. Et exemplificat Pau. vt si obiicitur testi vel iudici q̃ est excommunicatus, vel q̃ non est alias habilis ad testimonium vel ad iudicandum, vel q̃ electores vel prouisores erant excommunicati. Opp. ad hoc de fine huius clemen. quia oppositio criminum vel defectuum est de maioribus. Solutio secundum Pau. hoc est verum quãdo contra aduersarium opponuntur, contra quem principaliter est cõstitutus procurator, sed præmissa principaliter non tangunt aduersarium, & sine eorum propositione causa conduci rite

ADDITIONES.

a Quæ est preciosior corpore. Adde c. cum infirmitas. de pęn. & remiss. & in c. præcipimus. 12. q. 1. gl. in ver. animarum. in c. 2. de præben. lib. 6. glo. in verbo, sibimet in c. dilecto. de sent. excom.
Vin. Go. sel. in c. in præsentia. de proba. Soc. consi. 192. licet difficultates. vol. 3. ex eo, quia lib. 2. & consi. 35. circa prædicta. col. 2. lib. 1.
b Quid si procurator. Vide Cald. in c. si. de conces. pręben.

ei rite non potest, ideo videntur tacite mandata. ar. de renun. post translationem. 61. dist. nullus. 8. q. 1. licet. nec tunc agitur ad pœnam, sed ad priuationem. i. exclusionem. de or. cog. c. 2.
3 quod tenet Spec. in d. ver. sed nunquid media. in fi. † Septimo quæro, si procurator constitutus fuit cum potestate opponendi cõtra electionem, vel prouisionem factam, vel faciendam, an poterit opponere in personam. dicit Pau. q non. quod probatur de elec. procurator. lib. 6. Octauo quæro, an datus cum potestate opponendi contra certam personam, poterit opponere si postea eligitur. gl. in ver. electi. in princip. dicit q sic: in eo q subaudit, vel eligendi. & idem etiam dicit de postulato. Nono quæro, nunquid hæc dispositio est ita generalis, vt comprehendat causas oppositionis criminum, vel defectuum, tã extra curiam, quã in curia. gl. eo. soluit q sic, cum hoc indistincte dicat idem Pau. recitat tamen gl. opi. Compo. contrariam pro qua est quo ad casum. c. 1. de elec. li. 6. quia cum illa decretalis pœnalis, non debet extendi extra suos terminos, & licet glo. hic dicat contrarium, tamen opi. Compo. tenuit Bonicõtrus filius Ioann. And. in quadam summula appellationum. §. vlti. ver. euadit, & illam summulam dixit Ioan. Cal. fuisse Io. And. sed in titulatam. Et ad hanc glo. respondet Bonicontrus q loquitur allegando pro hoc quia dicit, q posset dici, & non asserit, ita esse. Item dicit sub dubio forte: ibi. q forte fuit de mente. sed ipse Ioan. And. tenet cum hac gl. in regula, infamibus. li. 6. in solutione quæstionis. prima tamen opi. tutior est. Decimo quæro, præsupposito q opponens crimina non habeat beneficia in ecclesia ad quam est electus is, contra quem opponit, an per procuratorem datum in forma huius clem. poterit hoc fieri. videtur q sic, cum non sit locus pœnæ, quod declara, vt in eadem gl. mag. in fin. Sed gl. tenet cõtrarium. Et idem Pau. quia licet non possit puniri pœna ordinaria, punietur extraordinaria prout not. de elec. si compromissarius. in glo. vlt. lib. 6.
4 † Vndecimo quæro in eo quod dicit de grauioribus, quæ di-
a cantur causæ [a] grauiores. Solu. vt not. de rescrip. ca. sedes. quod cap. gl. in verbo, grauiora, inducit pro concordanti. Paul. autẽ enumerat tria genera causarum. Primum capitale, vt cum imponitur pœna maior relegatione, & tunc nullo modo interuenit procurator. ff. an per alium causæ appel. l. 1. quod dic, vt dixi de accus. veniens. Secundum genus est vbi imponitur pœna relegationis & remotionis ab ordine, & tunc interuenit procurator, quia potest ferri sententia contra absentem. ff. de pœn. l. absentem. §. si sæpius. de quo dixi in dict. ca. veniens. Tertium genus est causarum ciuilium in quibus datur procurator indistincte. ff. cod. l. 1. §. vsus. hæc notauit Ioan. Fa. 2. q. 6. si quando. Gem. pro causis grauioribus enumerat causam matrimonialem, vel quæstionem fidei. arg. 81. distinct. apostolus. de bap. maiores. 24. quæst. 1. non afferamus. & de his maiorib. not. de offi. leg. quod translationem. Lau. ponit quatuor gña causarum. quædam sunt maximæ, vt causa fidei. d. c. maiores. 15. q. 1. de crimine. habet enim multa specialia vltra alias maiores. d. c. de crimine. & de hæré. per totum. quędam maiores, vt causa episcoporum, episcopatuum, & superiorũ dignitatũ. de offi. leg. qđ translationem. de elec quatuor. li. 6. vbi de hoc. quædam mediæ, sicut causæ aliæ beneficiales & spirituales. ad hoc de crim. fal. cap. fi. Et causæ de quibus de transac. super eo. & in d. c. quis. Quædam sunt alia. causæ temporales de quibus
5 in d. c. fi. de cri. fal. & istæ possunt dici inferiores. † Duodecimo quæro circa hæc si patriarcha Hierosolymitanus, qui confert omnes episcopatus sui patriarchatus ex iure speciali, iuxta notata de ele. cle. in plerisque. dedit potestatem procuratori suo conferendi episcopatus, & prosequendi causas episcoporum criminales, & ciuiles cum clausula, & ad alia omnia & singula, prout in tex. nunquid poterit contra prouisos pone a Papa obijcere nomine Patriarchæ crimina, vel defectus? videtur q sic per hanc literam in fin. cum maiora sint expressa arg. de rescrip. sedes. dicit Lau. q non solum ratio posita in tex. sed etiã expressio circumstantiarum, quam desiderat causa oppositionis criminum, vel defectuum, impedit hoc sub generalitate transire. de ele. procurator. lib. 6. Et intelligit hic grauiora a grauitate criminum. argum. 81. distinct. apostolus. in fi. licet aliæ causæ sint maiores propter aliquam aliam excellentiam, vt cã fidei & similes. de quibus. sup. q. proxima. Et hic apparet Lau. contradicere glos. in verbo, in mandatis. & ei quod dixi. 3. q. 2. nam vult Lau. q debeant crimina specificari in mandato, qđ tamen non probatur hic. & verius quod dixi in dict. quæst. 2. nam. cap. procurator. de elec. lib. 6. loquitur in procuratore dato super appellatione, vt dicit gl. prædicta. tunc enim bene fit specificatio in mandato, quia etiam ipse dominus si per se appellaret, deberet specificare, vt in cle. constitutionem. sup. de elec. ex his. & his. & ex litera infert Lau. q in criminalibus admittitur procurator. ad quod dic, quod hic admittitur, quia ciuiliter agebatur, pro hoc de procur. tuæ. Sed generaliter qñ admittatur, dic, vt de accus. veniens. prosequitur etiam Lau. an quis teneatur constituere procuratorem referens ea quæ, not. de dolo. cum dilecti. in glos. Et hoc plenius de procurat. querelam. Decimotertio quæro, quæ sit ratio decidendi in hoc c. seq. vt dixi 3. q. 1. Et clarius per id quod hic dicitur in gl. mag. versi. nisi dicas maioritatem, & in verbo, grauiora, quæ vult q ratio sit maioritas criminum, vt nũquam veniant sub clausula, & propter odiositatem, quæ est in ipso opponente. q etiam dicit aperte glos. in dicto verbo, grauiora. ver. & satis puto. vsque ad fin. quod declaro in tribus quæstionibus sequent. Decimoquarto quæro quid si in mãdato nulla causa fuit expressa, an poterit procurator tractare causas maiores. Gl. ea. dicit q sic. & idem Pau. quia hic non dicitur maiora non venire sub generali mandato, sed solum q veniunt sub clausula. Op. ad hoc, quia clausula generalis debet, ita comprehendere oĩa quæ non exigerent specificationem sicut ipsum generale mãdatum. Sol. clausula restringitur, vt non importet maiora expressis. eod. tit. qui ad agendum. lib. 6. Sed mandatum generale propter generalitatem omnia compræhendit, cum non sit aliquid expressum ex quo restringatur. Decimoquinto quæro, circa hoc, quid si in mandato erat expressum quód procurator haberet potestatem contra aliquas personas, vel causas secuta clausula generali, nam poterunt conuenire personas maiores & causas maiores tractare. Gl. in verbo, grauiora. in prin. q sic. remittens ad notata de rescrip. sedes, & ibi hoc tenet Innocen. vt generaliter intelligatur, licet aliud sit in rescriptis ad lites, per dict. c. sedes. & hoc in odium abutentium. idem Pau. hic. Oppon. ad hoc, de eo quod dixi in præceden. q. Sol. sumitur ex gl. prædicta in ver. sed dicit, quia hic solum dicitur q generalitas adiecta procuratorio. postea quæ requirunt speciale mandatum non extenditur ad grauiora. quę hoc vult q aliud est dare procuratorem ad omnes causas. & tunc siue aliquas expresserit siue non, tractabit quantumcunq; graues, quia hoc non prohibet hæc cle. Aliud est dare ad vnam, vel ad plures, & exprimere articulum requirentem speciale mandatum, ẽt secuta clausula generali, quia tunc non poterit exercere grauiores expresso. nam hoc prohibet hæc cle. Et idem Paul. quæ solutio nõ videtur procedere. nam & si casus expressus in mãdato exigat speciale mandatum, hoc non deberet operari restrictionem clausulæ, sed potius ampliationem. nam fortius debet operari clausula subiunctis casibus exigentibus speciale quam non exigentibus. Item in terminis huius capituli etiam fuerunt expressi casus non exigentes speciale, quia fuit datus ad agendum & defendendum, vnde per rationem huius cle. videretur concludendum contrarium. Sed defende glos. non enim hic fuit expressus aliquis casus non exigens speciale mãdatum, sed generaliter fuit datus ad agendum & defendendum, quo casu veniunt omnia non exigentia speciale mandatum siue causæ sint maiores, siue medię, siue minores. Sed quãdo specificatus est aliquis casus: clausula generalis restringitur ad similia. pro hoc. ff. de tritico vino, & oleo leg. l. vlti. in fin. de aur. argen. lega. l. Plautius. & quod not. Archid. de procur. qui ad agendum. lib. 6. Oppo. ad idem, quia in q. præmissa proponitur q fuerunt expressæ causæ minores & personæ minores. & sic deberet generalitas restringi ad similia. Sol. argu. multum vrget, tamen inhærendo glo. possumus dicere q hæc clem. procedit tantum in his quæ requirunt speciale mandatum, in quibus vno casu expresso secuta clausula generali nõ veniunt maiora, scilicet, quæ requirunt speciale, sicut est opponere crimina, vel defectus. Et per hoc nihil aliud dicitur qñ causæ non exigunt speciale, & tunc sit ratio, quia generalitas facilius comprehendit causas non exigentes speciale mandatum, quàm exigentes. Item quia expresso casu exigente speciale propter magnam specificationẽ potius præsumitur, q mandans adijciendo clausulam generalem se referat ad similia, quã quando nihil specificat. Step. tamen indistincte tenet, q etiam in mandato procuratoris si non præcedat expressio casuum exigentium speciale, tamen sub clausula non veniunt maiora expressis. pro quo faciunt argumenta statim facta. Sđ defendendo gl. responde, vt nunc prædixi. de hoc etiam dixi in d. c. sedes, & in hac gl. ibi, sine expressione includeret, & sic expressum non minuit potestatem ex officio competentem
6 licet minuat competentem alio respectu. C. e. l. maritus. † Decimosexto quæro, nunquid potestas opponendi crimina poterit

ADDITIO.

a Quæ dicantur causæ. Adde gl. & Doct. in c. si pro debilitate. de offic. dele. glo. in c. si ægrotans. 5. q. 3. & per Host. & Io. And. in c. fi. de cri. fal.
Vinc God. Vide Bart. in authen. nisi breuiores, C. de senten. ex peric. recit. & Panor. in cap. 1. colum. penult. de libel. obla. & de causis arduis, vel non arduis, quæ dicantur prout superior arbitratur inspecta qualitate personarum & causæ.

terit vnquam venire sub clausula sequenti casus exigentes spe
ciales quãtuncunque grauissimos. gl. in hoc verbo, grauiora.
vult ꝙ non, cum dicit, expressa causa fidei non venire sub clau
sula potestatem opponendi crimina. de quo etiam dixi s. q. 3.
Et propter authoritatem tutum est obseruare gl. & specifica-
re potestatem opponendi crimina. Sed ratio tex. repugnat, q̃
fundatur ex eo solo, ꝙ clausula non concernit grauiora, ergo
bene concernit pariter grauia. quod sentit Lap. quod dixi sup.
in q. 3. pro hoc etiam quod dicit Laud. in verbo, grauiora. qui
ex hoc verbo infert ꝙ grauia, vel magna bene veniunt, quia
negando de comparatiuis, concedit de positiuis. 25. dist. qua-
lis. de præsump. nonne. Sed saluando glo. dic ꝙ potestas oppo-
nendi crimina respectu præiudicij opponẽtis propter pœnam,
quam incurrit, est quid grauissimum, quo nihil grauius, licet
alio respectu sint aliæ causæ grauiores. pro hoc quod dixi s. q.
7 3. & hoc tutius est tenere, & satis probatur ratione præmissa. †
Decimoseptimo quæro, an sit necesse ꝙ procurator habeat
potestatem opponendi crimina adeo ꝙ non sufficiat manda-
tum esse super hoc confectum, sed etiam expediat ꝙ susceperit.
Glo. in verbo, habeat. dicit ꝙ sic. & per hoc deciditur quæ-
stio sequen. Decimooctauo quæro, circa dicta in prox. q. pone
a ꝙ procurator constitutus [a] ad contradicendum & opponen-
dum contra personam electi crimina, vel defectus antequam
recipiat mandatum dedit articulos quibus opposuit crimina,
apparet tamen ꝙ mandatum fuit factum prius. dicit Spe. eo.
tit. §. 1. ver. quid si appellans, ꝙ non debet admitti, ex quo non
susceperat mandatum cum dedit articulos, non solum a die
receptionis habet potestatem. de ap. super eo. ff. de offi. procũ.
l. obseruare. Et idem dicit Matth. pro hoc quod no. Arch. eod.
tit. c. 2. lib. 6. Pro quorum notitia sciendum ꝙ contractus mã-
dati qui celebratur inter dominum & procuratorem solo cõ-
sensu cõtrahitur. ff. mandati. l. 1. in princ. ideo contrahi potest
inter absentes. Requiritur tamẽ procuratorem certificari per
nuncium, vel per epistolam domini: nec sufficit, ꝙ per extra-
neum. ff. de act. & obl. l. consensu. & quod ibi not. gl. super ver-
bo, consentire, & de contrahen. emp. l. 1. in fi. vbi etiam gl. præ-
dicta. igitur procedunt in procuratore non certificato de mã-
dato modo prædicto. sed si certificatus erat licet nondum re-
ceperat mandatum, potuit exercere procuratoris officium.
Ita consuluit Bart. in quæstione facti.

ADDITIO.

a Procurator constitutus. Adde gl. in l. consensu, ff. de act. & obliga.
Vinc. God. Nota ꝙ Procurator constitutus videtur constitutus ad ea facienda, quæ sunt de consuetudine. Fely. in cap. cum M. col. 2. versi. & hinc est. de constitution.

SVMMARIVM

1 *Etiam, dictio est implicatiua.*
2 *Religiosus potest esse procurator cum licentia sui superioris, scilicet immediati.*
3 *Et quando sufficiat interuenire licentiam superioris.*
4 *Religiosus procurator, an possit constituere alium procuratorem cum licentia superioris sicut potest constitui procurator.*
Adde ad idem nu. 5. 6. & 7.
8 *Religiosus, an possit constitui procurator pro religioso alterius monasterij cum licentia sui superioris.*
9 *Monachum si quis vult conuenire, quem debet conuenire monachum, an abbatem.*
10 *Abbas an possit indistincte conueniri pro contractu monachi.*
11 *Monachus conuentus, & condemnatus si appellare noluit an abbas possit appellare.*
12 *Abbas an possit defendere monachum in causa criminali.*
13 *Monachus prohibitus suscipere procurationem si eam suscipit & litẽ contestatur, an sibi postea opponi potest.*
14 *Consors eiusdem litis, an possit prosequi causam pro consorte sine mandato.*
15 *Excommunicatus an possit constituere procuratorem excommunicatũ ad impetrandam solutionem.*
16 *Prouinciales prædicatorum, vel minorum an possint constitui procuratores.*
17 *Procurator inhabilis constitutus cum potestate substituendi, an possit alium substituere.*
18 *Excommunicatus, an possit constitui procurator cum potestate substituendi.*

CAP. III.

Religiosus Religiosus etiam pro conreli-
gioso nisi pro cõsorte eiusdem
litis non potest procurator constitui sine licentia
superioris: nec etiam alium constituere nec substi
tuere, licet hoc habeat in mandatis. Ponit vnum dictum ex
quo a simili infert casum quem decidit: ibi, ita. Tertio dubiũ
fortificat & decisionem ampliat: ibi, etiam si per constituen-
1 tem. † Not. de dictione etiam, [a] quæ hic bis ponitur, & est im-
a plicatiua, vt hic patet. i. vltra casum iam positum alium addit,
seu implicat. pro hoc. ff. de verb. obli. l. quodcunque. §. antepe.
& penult. C. qui admit. ad bon. pos. l. 1. s. de sup. neg. præla. cle.
b vnica. §. in quibus. in 2. not. Secundo no. ꝙ religiosus [b] non po-
test esse procurator. & dicit Paul. nomine procuratorio gene-
raliter comprehendi quemcunque administratorem. eo. titu.
2 petitio. 1. q. 3. saluator. † Tertio not. ꝙ cum superioris licentia
potest religiosus esse procurator: & nomine superioris intelli-
gitur de immediato. i. abbate. de elec. si religiosus. lib. 6. Genz.
& hoc secundum Pau. procedit, siue superior sit prior, siue ab-
bas. 19. q. 1. monachi, & c. qui vere. de postul. cap. a. ad hoc. 86.
distinct. peruenit. Et per hoc quod dixi de immediato, infer-
tur ꝙ non sufficit consensus episcopi, licet aliqui dicant con-
trarium, per cap. qui vere. Alij dicunt requiri etiam consen-
sum abbatis vltra licentiam episcopi. argum. C. de bon. quæ li
be. l. fina. nam de consensu abbatis & licentia episcopi mona-
chi licite exercent officia etiam secularia, præsertim miserabi
lium personarum. dict. cap. peruenit. Paul. qui nihil approbat
dicit standum primo dicto ꝙ hic nomine superioris intelligi-
tur de immediato, vt bene probat dict. cap. si religiosus. Et suf-
ficit licentia solius abbatis quo ad id de quo hic, vt probatur
3 hic iuncto di. ca. si religiosus. † Quarto no. ꝙ sufficit licentiam
superioris interuenire in susceptione mandati, vt probat ver-
bum, suscipere. Et sic potest constitui ante habitam licentiam.
Idem est si eligatur arbiter, vel arbitrator: quia non debet ac-
ceptare sine licentia, vt dicit Laud. quod no. Spe. de arbitris. §.
sequitur. ver. sed quid de simplici. dixi de arbi. peruenit. Quin-
to no. ꝙ pro consorte eiusdem litis potest religiosus sine licen
tia superioris esse procurator, quod dicit Pau. verum in ciuili-
bus, pro hoc quod no. Archid. 2. quæst. 5. statuit. & 2. quæst. 6. si
quando. Sexto no. ꝙ is, qui non potest per se, nec per alium. si-
cut enim religiosus non potest per se esse procurator: ita nec
alium substituere. ad hoc 23. quæst. 8. his a quibus. de regu. iur.
potest quis. lib. 6. Oppo. quod religiosus possit esse procurator
sine licentia superioris. de censi. sopitæ. & quod not. de testa. c.
2. lib. 6. in quibus dicitur abbatem hoc posse, quod etiam pro-
batur ex notatis. 16. quæst. 1. de præsentium. at sub nomine re-
c ligiosi [c] continetur abbas. de simo. cap. fin. Sol. vt in gl. 1. quia
restringi debet text. ad religiosum claustralem. i. sub obedien-
tia constitutum & administrationem non habentem. Idem
Paul. pro hoc ne cle. vel mo. cap. 3. 12. quæst. 1. non dicatis. 16.
q. 1. monachi. & de hoc in Spe. de procu. §. 1. ver. item ꝙ est mo
nachus. Et etiam tali monacho non potest abbas concedere
possessiones aliquas, & ꝙ pro eis agat nisi tanquã procurator:
vt no. Spec. de actore. in fin. ver. monachus. In prælato autem
procedit contrarium, quia non est sub potestate alterius quo ad pote
statem administrandi. de rescript. edoceri. de transl. contingit.
per hoc infertur ꝙ etiam si religiosus nõ sit prælatus, dummo
do habeat administrationem sicut per se potest agere. de iudi.
cum deputati. ita & procuratores constituere. quod tenet Ste-
phan. pro hoc quia conuenientius est, vt per alium agat. de
d syndi. cap. vnico. Et dicit Laud. ꝙ etiã mulier religiosa [d] potest
officium procuratoris suscipere. de confir. vti. cum dilecta. &
hoc si a Papa constituitur, vt ibi. alias secus, cum virile officiũ
mulieribus interdicatur. ff. de regu. iur. l. 2. de arbi. dilecti. An
e autem religiosus [e] possit alium accusare, vel per aliquem ac-
cusari, remittit Laud. ad not. de accu. ex parte. & c. olim. & 16.
q. 1. qui vere. & in Spec. de actore. ver. monachus quoque. de
reo. ver. sed an monachus. vbi concluditur, ꝙ accusari potest,
&

ADDITIONES.

a De dictione etiam. Adde not. in clem. 1. de præben. Abb. in c. vnico. commoda. in 2. not. abb. in c. ex tuæ de cle. non resi. Abb. in c. 2. cum sit Roma. de ap. & per Cald. in consi. 4. in tit. de præben.
Vinc. God. Dictio, &, potest esse augmentatiue, Ruy. consi. 53. nu. 19. lib. 2. & inducit repetitionem præcedentis qualitatis Ruy. cons. 84. nu. 4. lib. 1. & dictio etiã cũ copula inducit repetitionem præcedẽtis qualitatis Ruy. cõsi. 61. num. 9. lib. 2.

b Quod religiosus. Adde Arch. in c. nullus. el 2. 2. q. 7. & ibi per Domi. de sancto Gemi. & per eundem Domi. in cap. quamuis. de procur. lib. 6. tex. & gl. in c. monachi. 16. q. 1. no. in c. 2. de postu. præla. Card. in cle. 1. de rescr. in 21. q. Spec. tit. de procur. in §. 1. ver. item ꝙ est monachus. Abb. in c. edoceri. de rescr. Abb. in c. vnico de syndico. Abb. in c. 1. in 1. col. de off. iud.

c Sub nomine religiosi. Adde c. ex ore. de priui. & ibi Ant. de But. in 2. not. hoc habet locum in materia fauorabili, secus in odiosis secundum Io. de Imo. in in c. sedes. in fi. de rescrip.
Vinc. God. Religiosi in quibus causis possint esse procuratores. Felyn. in cap. non s. & 2. col. antepen. in fin. de re iud.

d Quod etiam mulier religiosa. Adde gl. 2. q. 6. c. non solent. Doc. in c. 2. de iud. lib. 6. & in l. fœminæ. ff. de reg. iuris.

e An autem religiosus. Adde quod facit ad hoc tex. in c. tertio loco. de proba. & in c. delicto. in fi. de testi. gl. in c. inter canonicos. de elect.

& ipse se defendet : sed abbas poterit assistere. sic etiam potest
accusare pro vtilitate monasterij, & de licentia abbatis, vt no. in
dictis iuribus. Secundo oppo. ꝙ non sufficiat licentia superio-
a ris, nisi etiam subsit vtilitas monasterij.[a] 17. q. 1. qui vere. Glo.
3. stat contrario. & dicit Gen. ꝙ requiritur licentiam non tan
tum esse petitam, sed etiam obtentam. quod probat verbum,
b sine,[b] quod denotat obtentionem. ff. de exerci. l. 1. §. si plures.
de instito. l. sed & si. §. conditio. quod no. Et pro hoc, quia licet
quis petierit, si non obtinuit, dicitur sine licentia facere. Ter-
tio opp. adhuc ꝙ saltem monachus possit procurare causam
sui monasterij, C. eod. l. qui stipendia. & l. ita demum. gl. ea re-
mittit ad not. 16. quæst. 1. monachi. 2. vbi soluitur ꝙ aliud in
monacho, quam in milite, quia monachus non potest cauere
de rato, nec præstare cautionem ad quam tenetur procurator
qui sine mandato agit. dicit ibi glo. ꝙ si vtiliter gessit, & abbas
postea ratum habuit, non irritabitur quod fecit. C. de procur.
l. non eo minus. quod tenet Matthe. vel secundum Paul. aliud
in milite qui est capax proprij, ideo suo nomine potest esse in
lite, & per litis contestationem acquirere dominium instan-
tiæ sicut alius. C. eo. l. qui stipendia. ad hoc eod. titu. cap. 1. 2. re-
sponso. lib. 6. Sed monachus in lite non potest aliquid nomi-
ne suo deducere. & hoc secundum Iac. de Aret. & Cyn. in d. l.
ita demum. vel secundum Pau. Ratio diuersitatis est, quia mi
les potest esse procurator sine licentia superioris, sed non mo-
nachus, vt hic, & 16. q. 1. monachi. verior est ratio præcedens,
ita tamen ꝙ non fiat restrictio ad casum quo quis potest esse
in iudicio suo nomine, quia secundum hoc cum monachus
aliquando possit suo nomine, vt dico. J. in 8. contrario, per cõse
quens possit litem in se suscipere & fieri dominus instantiæ,
& ꝙ monachus possit esse in iudicio suo nomine, probatur
C. de epis. & clem. auth. causa quæ fit cum monacho. Ita dicit
Bart. in d. l. ita demum. sed hoc procedit in casibus, in quibus
monachus potest esse in iudicio sine licentia abbatis, & in illis
etiam potest procuratorem constituere, vt hic in gl. in verbo,
constituere. In alijs autem procedit præmissa ratio Iac. de Are.
quæ sic defensa est bona. Sed etiam ratio Pau. immediate præ
cedens tolerari potest. Item potest reddi alia ratio, quia militi
resistit sola iuris prohibitio, sed monacho resistit iuris prohi-
bitio & incapacitas propter rationem, quæ tangitur in glos. in
verbo, substituere. Ex qua habetur ratio decidendi in omni-
bus dictis huius cle. quæ est ne frangatur obedientia, quæ fran-
geretur si monachus posset procurationis officium suscipere,
vel procuratorem alium cõstituere, vel substituere sine abba-
tis licentia. In casibus autem in quibus potest monachus esse
in iudicio, surgit sibi licentia prædicta faciendi ipso iure. Sed
extra illos casus procedit ratio præmissa, pro hoc secundum
Steph. quia monachus adeo caret velle & nolle, vt nec literas
debeat recipere sine licentia abbatis. 12. quæst. 1. non dicatis.
& cap. nolo. nec sufficit, ꝙ vertatur vtilitas monasterij, nisi, cũ
habeat licentiam superioris, dictis iuribus, & de postu. capi 2.
Pro hoc simile de milite qui etiam si in bello facit actum per
quem debetur præmium, tamen si fecit sine imperio seu con
tra imperium superioris, non debet præmiari, sed puniri. ff. de
re mili. l. 3. §. in bello. pro hoc, ff. de vsufruc. l. quamuis. vnde nõ
sufficit ꝙ quis facit bonum, nisi faciat debito modo. 11. q. 3.
quid ergo. de conse. dist. 5. quid oportet. 12. quæst. 2. quatuor.
Quarto oppon. ꝙ debeat monachus posse sine licentia supe-
rioris esse procurator saltem pro coniunctis personis, ff. eod. l.
sed & hoc. Sol. dicit gl. 2. in cap. 2. de postu. ꝙ illud procedit in
priuatis, & vult dicere ꝙ non procedit in professis, quorum cõ-
iunctio, seu cognatio in cęlis est, non autem in terris, cum sint
mortui mundo. C. de epis. & cle. l. Deo nobis. 17. quæst. 1. pla-
cuit. Et dicuntur translati in anima, & corpore. in Auth. hæc
constitutio interpretatur priorem constitutionem. in princip.
collatio. 6. Per hoc tamen non tollitur, quin quando tractatur
de successione censeantur cognati, & succedant agnatis, vel
cognatis, vel affinibus, & ꝓpterea succedit monasterium ex eo-
rum persona. in Authẽ. de sanct. epis. §. nullam. collat. 9. quod
tenet hic Pau. & Hostien. in dict. cap. 2. de postu. vbi dixi. Quin
to opp. ad hoc, quia pro miserabilibus hoc potest monachus,
vt not. in dict. cap. 2. de postu. Solu. potest pro talibus procura-
re, interueniente tamen abbatis licentia, vt not. Spec. eo. tit. §. i.
ver. item quod est monachus. Sexto op. ad idem de c. cum pri-
dem. de pac. Sol. ibi non de religioso, sed de seculari clerico q
4 bene potest procurare pro coniuncta persona. † Septimo opp.
quia hic in vet. ira non potest. prohibet monachum constitue
re alium procuratorem, quod tamen deberet posse facere cũ
licentia superioris, sicut etiam potest procurator constitui, vt
in princ. huius cle. Sol. sta contrario. Et vt dicit gl. verbo, con-
stituere. in prin. & in verbo, substituere. in princ. repete illa ver-
ba, sine superioris licentia. ꝓ hoc quia clausula posita in princ.
concernit omnia sequentia nisi aliud resistat. de app. 2. requi-
ris. Et ideo intelligitur hic repetita ff de verb. oblig. l. si ita sti-
pulatus. §. Chrysogonus. pro hoc etiam quia alias nõ foret bo-
na similitudo inter primum dictum & secundum, quæ tamẽ
esse debet, vt probat dictio, sicut, & dictio, ita. ad hoc autem vt
similitudo procedat, oportet ea quæ assimilantur habere pa-
ritatem rationis. de constitu. translato. & quod ibi dixi. quam
5 non haberet hic, nisi clausula repeteretur, quod not. † Octauo
op. ad hoc quòd imo possit monachus alium procuratorem
constituere, vt quando denunciat superiorem, vel accusat. &
in alijs casibus in quibus agere potest sine superioris licentia.
pro hoc iura quæ allegat glos. in verbo, constituere. ver. alias.
Sol. sta contrario, vt in eadem glo. & idem Lau. & Paul. & vl-
tra casus positos in gl. ponit Lau. alium casum, vt quando de
facili non possit obtineri licentia a prælato, sicut quando mo-
nachus accusat prælatum. hunc tamen casum bene compre-
hendit glo. Nono opp. ad hoc ꝙ imo nunquam possit religio
sus procuratorem constituere, nam procurator constitui de-
bet a solo domino. Institu. eod. in princip. ff. eod. l. 1. & eodem
titu. cap. 1. Sed monachus non est dominus alicuius rei, cum
nihil habeat. de stat. mona. cap. 1. Solu. Lau. quòd hoc facit in
casibus de quibus in præcedenti contrario, nõ vt monachus,
sed vt licentiatus a suo superiore qui ipsum ad hoc habilitat &
quo ad hoc restituit velle, & in hoc ipsum mancipat, & hoc
maximè cum hoc faciat pro se. i. pro ipso monasterio, vel pro
vtilitate monasterij. de postu. capit. 2. Item non est simpliciter
verum ꝙ a solo domino constituatur procurator, imo etiam
ab administratoribus ecclesiarum. eod. tit. petitio. qui tamen
6 non sunt domini. de dona. cap. 2. † Decimo opp. quod indistin
ctè possit monachus alium procuratorem substituere. quia fa
cit nomine constituentis, & de ipso ad substitutum non pro-
prie transit potestas, sed de cõstituente ad substitutum, & tran
sit per ipsum tanquam per canalem lapideum, 1. q. 1. si fuerint.
37. dist. hoc. si quid veri. Ex quibus probatur, maxime per cap.
si fuerint. non debere curari de qualitate personæ per quam
tanquam per medium transit dispositio alias habilis. Sol. vt di
cit gl. in verbo, substituere. cuius sensus est, quòd quia non po-
test negari quin in ipso monacho remaneat etiam potestas, li-
cet eam recipiat cum potestate substituendi, tamen quatenus
recipit habet locum ratio huius clem. ne frangatur obedien-
tia. quod dixi supra in tertio contrario. Et idem Lau. & Paul.
dicens quod procedit ratio clemen. huius dicta, quia licet reci
piat procuratorem, vt nudus minister, tamen in hoc exprimit
voluntatem suam, quia non potest alteri committere nisi pri-
mo acceptauerit, vt in opp. supra clemẽ. proxi. in fin. saltem in
acceptando illud officium, & alteri committendo quod repu
7 gnat obedientiæ. † Vndecimo opp. quòd si habet in manda-
tis, vt possit substituere, possit hoc facere sine licentia, sicut di
cimus in delegato qui licet possit recusari propter suspicionẽ,
tamen potest causam committere quam non põt per se exer-
cere. de offi. deleg. iudex. lib. 6. dicit Stephan. hoc euenire, quia
monachus est totaliter incapax huius officij sine licentia supe
rioris. pro hoc quæ dicta sunt in duobus præcedentibus con-
trarijs, & intellige hæc iura nisi habuisset licentiam suscipien-
di officium procuratoris, sed si habuit licentiam, tunc potest
substituere sicut posset non monachus etiam sine noua licen
tia. Duodecimo op. ad hoc, quia per hæc dicemus, quòd istud
quod dicitur hic de substitutione nunquam procedit; aut enĩ
loquimur in casibus in quibus potest per se agere, & tũc sicut
potest per se, ita & per procuratorem. vt dixi in 8. contrario.
aut in alijs, & tunc ex quo prohibuerat monachum suscipere
procuratoris officium, frustra addidit de substitutione, quia si
est incapax institutionis, ergo & substitutionis, & si est capax
institutionis, potest substituere sine noua licentia, vt in præce-
dẽti contrario. dicit Laur. de Pinu. ꝙ potest sic intelligi quan-
do fuit monachus datus sine potestate substituendi, & vult
post litem contestatam tanquam factus dominus litis substi-
tuere, quo casu requiritur superioris licentia, & per hoc con-
tradicit ei quod dixi in præcedenti contrario. vnde verius pu-
to illud. Et ad hoc cõtrarium dic quod dubium erat, licet mo
nachus non posset esse ꝓcurator sine licentia superioris, an sal
tem posset esse quo ad potestatem substituendi, quasi per hoc
nõ frangeretur regula ex quo per se non exercebat. Sed ratio
decidendi in contrarium dicta est in decimo cõtrario. & hæc
in

ADDITIONES.

a Vtilitas monasterij. Adde an religiosus possit constitui procurator pro vtili-
tate monasterij. vide Dominos de Rota, tit. de procu. decis. 1. in antiquis.
b Verbum sine. Adde in c. sine exceptione. 12. q. 2. in c. sine deponi. el 2. de ma.
& obedien. c. solitæ, in c. 2. de no. ope nun.
Ven. God. Verbum, sine cuiusque, quid operetur, Ruy. cõs. 3. nu. 8. & 30. li. 2.

in procuratore dato ad iudicia, secus si ad negotia, secundum
Paul. vnde dic, ꝙ si monachus fuit datus procurator ad nego-
tia sicut in vim consequentiæ potest per se agere. eo. tit. ca. 1. &
c. qui generaliter. lib. 6. vbi hoc not. ita potent alium substitue
re. Decimotertio op. ad idem, quia sæpe potest quis per alium
quod non potest per se. C. de epi. & cle. auth. sed neque. 86. dist.
non liceat. 5. quæst. 3. quia episcopi. 88. distin. episcopus guber-
nationem. vbi de hoc. de elec. indemnitatibus. §. sed cum eas.
de iudi. mulieres. ne clerici vel monac. cap. vltim. lib. 6. posset
ergo monachus alium procuratorem constituere & substitue
re, licet per se non posset exercere. Solut. Paul. quód illud
quod quis potest per alium, quod non per se, procedit quan-
do exercitium illius actus prohibetur personæ propter per-
sonæ qualitatem. Sed quando quis penitus est inhabilis actu,
& habitu, quód non potest per se, nec per alium. Et dicit Paul.
ꝙ quandoque quis est penitus inhabilis actu & habitu: quan-
doque propter authoritatis defectum, quandoque ope exce-
ptionis tantum, quæ membra facit gl. vlti. in fin. primo casu ꝙ
non potest per se, nec per alium. ff. de testa. l. qui in potestate.
vbi pater non potest mandare filio impuberi vt testetur, licet
possit pro eo testari. quæ lex posset etiam in contrarium indu-
ci. Item inducit Pau. etiam ff. de negotijs gestis. l. qui in aliena.
§. quamquam. de offic. deleg. iudex. lib. 6. Secundo casu quan-
do prouenit inhabilitas ex defectu authoritatis, idem, quia ni
hil poterit donec interueniat authoritas, vt hic. Tertio casu
quando surgit inhabilitas ope exceptionis, & tunc potest quis
per alium quod non per se. Et sic loquitur cap. iudex. præal-
lega. nam iudex suspectus solum est inhabilis ad iudicandum
si opponitur exceptio, vt ibi. Quæro quid vult dicere text. in
prin. ibi, & si per alium religiosum sui vel alterius monasterij.
dicit glos. 2. hoc dictum, quia quandoque licet inter homines
eiusdem collegij, vel professionis, quod licet inter extraneos.
quasi videretur fortior dubitatio si monachus instituebatur
procurator a monacho sui monasterij vel professionis, per iu
ra quæ alleg. gl. ad idem de elec. si quis iusto. lib. 6. Cōtrarium
tamen hic deciditur, quia subest eadem ratio. s. factio obediē-
8 tiæ. de qua ratione dixi sup. in 3. contrario. † Secundo quæro
circa hoc, an cum licentia superioris possit monachus consti
a tui procurator [a] pro religioso alterius professionis. videtur ꝙ
non, per cle. cum Romani. sup. de elec. In contrarium per illā
cle. quæ non distinguit, sed potius ponit istos casus pro confor
mibus, & non refert, an pro religioso eiusdem professionis, an
alterius. Et sic vult quód vtroque casu possit cum licentia su-
perioris. Lau. tenet primum, & ponderat quod text. dicit, sui
vel alterius monasterij, non dicit, religionis. ad hoc inducit
de censi. sopitæ. Gen. tenet secundum, & verius, & idem Ioan.
de Lig. pro hoc inducit Genz. quia religiosus cum licentia su-
perioris potest esse procurator etiam laici, vt not. Innocen. de
re iudi. cum I. & A. ergo multo fortius pro religioso, licet di-
uersæ religionis. nam etiam archiepiscopus potest esse procu-
rator laici, qui fi. sint legi. per venerabilem. Sed illud c. nihil
probat de religioso. inducit etiam Genze. quia non reperitur
quód diuersitas religionis prohibeat procuratorem cōstitui,
ergo sit permissum, quia edictum de procuratoribus est pro-
hibitoriū. ff. eod. l. mutus §. 1. Ad cap. sopitæ. respondet quód
nō distingnit vtrum constituentes essent eiusdem religionis,
an diuersæ. ad hoc dic, quód imo facit pro referendo ad factū,
quia dicitur ibi, quód abbas erat procurator monasterij Bo-
nonien. constat autem quód ibi sunt monasteria diuersæ pro-
fessionis. Ad cle. cum Romani. respondetur quod ibi prohi-
betur disparitas religionis ne tales socientur collegialiter, sed
vt singuli possunt, quod ibi dixi in 2. contrario. Tertio quæro,
quia sup. dixi in secundo contrario licentiam superioris requi
ri, & quod vertatur vtilitas monasterij, quomodo de hoc cō-
stabit. dic quód ipso facto, idest ex qualitate facti. Vnde secun-
dum Paul. vertitur vtilitas in defendendo inquisitionem, quę
fit contra abbatem. Et in electione & in alijs negotijs ipsius,
quia interest monasterij habere bonum prælatum. versatur
etiam in defensione laici patroni, vel magni principis, vel ami
ci monasterii, & multo fortius episcopi. qui fi. sint legi. per ve-
nerabilem. Quarto quæro, circa hoc, an sit opus de hoc fidem
fieri. dicit Inn. de re iud. cum I. & A. & Paul. hic, ꝙ hanc exce-
ptionem quód non versatur vtilitas monasterii, opponere nō
potest, nisi capitulum ad quod spectat scire & tractare vtilita-
tem monasterij, alterius autem non interest, cum possit esse
secreta vtilitas monasterij, quam non expedit publicari. dicit
Lauren. de Pinu quód sufficit generalis vtilitas monasterij, vt
possit monachus constitui procurator etiam si sit vtilitas solū
in hoc quod est talis is, qui constituit qui potest esse multum
fauorabilis monasterio. quod procedit secundum proxime
dicta, quia in hoc non ipsius opponentis, sed superioris inter-
9 est hoc discutere. † Quinto quæro si aliquis vult monachum [b]

b cōuenire, quem cōueniet, an monachum, an abbatem. dicit
Matth. ꝙ est in optione agentis, per l. 1. §. sufficit. ff. de admini.
tuto. Sed potius facit contra, quia dicitur ibi, ꝙ in optione
tutoris est, an per se defendat pupillum, an ipse pupillus se de-
fendat cum eius authoritate. Sed facit pro hoc quod ibi dicit
de adulto habente curatorem, quia tunc in optione est agētis
an conueniat adultum, an curatorem. monachum enim pos-
sumus comparare adulto. nam nec potest esse professus nisi sit
10 adultus. de regula. c. 1. lib. 6. † Sexto quæro, circa hoc, an possit
abbas conueniri indistincte pro contractu monachi. Matth.
distinguit an conueniatur ex contractu dudum inito. Intelli-
go. i. antequam esset monachus, an postea. primo casu mona-
chus tenetur ad instar capite minuti. ff. de ca. dimi. l. tutelas. §. si
libertate. dic ꝙ etiam tenetur abbas de eo ꝙ peruenit ad mo-
nasterium. de quo in c. in præsentia. de proba. Si autem conue
nitur ex contractu inito post monachatum, nō tenetur mona
sterium nisi de eo quod peruenit ad ipsum. ff. de vi & vi ar. l. 1.
§. familiæ. Et si abbas nollet eum defendere, potest actor pete-
re se mitti in possessionem bonorū quæ ex persona monachi
peruenerunt ad monasterium. ff. ex quib. cau. in pos. ea. Fulci-
nius. §. si. Matth. Et dicit ꝙ tenetur monasterium quatenus ex
illo cōtractu factum est locupletius, & hoc nisi monachus ha-
buisset mandatum ad contrahendum a monasterio, quia tūc
indistincte tenetur monasterium. de fideiuss. quod quibusdā.
11 † Septimo quęro, eo casu quo tenetur monasterium pro con-
tractu monachi, si monachus cōuentus in causa succumbit,
& appellare noluit, an abbas potuit appellare pro ipso. dicit
Matth. quod sic. ar. ff. de appel. l. non tantum. pro hoc quia ver
satur interesse monasterij cuius causa tenetur abbas prosequi.
12 de rescriptis. edocen. † Octauo quæro, nunquid abbas [c] posset
c defendere monachum in causa criminali? videtur ꝙ sic. arg.
ff. de libe. causa. l. 1. 2. & 3. secundum Matth. quod dixi de accu.
veniens. Nam quilibet admittitur etiam in causa criminali
13 ad defendendum alium pro suo interesse, vt ibi dixi. † Nono
quæro si monachus qui prohibetur hic procurationem susci
pit & contestatus est litem. Quidam vt refert glo. in verbo, su-
scipere. dicunt amplius opponi non posse. contrarium tenet
glos. & idem Paul. dicentes ꝙ exceptio ista est peremptoria. Et
dicit Pau. ꝙ monachus per litis contestationem non fit domi
nus instantiæ, de quo no. eo. tit. in nostra. idem Genz. Decimo
d quæro, quis dicatur consors [d] eiusdem litis. Lau. ponit exem-
plum, vt quia monachi agunt factum electionis sui monaste-
rij. de consue. cum dilectus. in princ. tunc omnes sunt consor
tes, vel si accusant prælatum suum. de accusa. olim. vel si alio
14 modo res est eis communis. † Vndecimo quæro generaliter
e an consors [e] eiusdem litis possit prosequi causam pro consor-
te sine mandato. videtur ꝙ sic per l. 2. C. de consor. eius. li. in
contrarium per l. si petitor. ff. de iud. Solu. distinguit Lau. nam
aliquando causa est communis re & verbis. aliquando verbis,
& non re. primo casu aut quæritur vtrum vnus admittat pro
alio inuito? & dic ꝙ non. d. l. si petitor aut non inuito, & aut in
re omnino indiuisibili, vt sunt seruitutes. & admittitur indi-
stincte. ff. si ser. ven. l. loci corpus. §. si fundus. ad hoc. ff. si ex no-
xa. cau. aga. l. antepe. & pen. aut diuisibili. & aut in causa defen
sionis, & admittitur. C. si cert. pet. l. cum te. ff. de iud. l. non id-
circo. aut vt actor, & aut ante litem cōtest. & nō admittitur si-
ne mandato. aut post, & admittitur cum cautione de rato. d. l.
2. & no. de const. cum M. in 1. gl. de dolo. cum dilecti. etiam in
1. gl. Si autem causa est cōmunis verbis tm̄, indistincte admitti
tur ꝑ parte sua, sed nō ꝑ iure alterius nisi sicut admitteretur si nō
esset cōsors. Pro hoc qd no. in iuribus ꝓxime allegatis. vel me
lius dic ꝙ aut q̄ritur, an vnus ex cōsortibus possit agere ꝓ par
te sua. & dic ꝙ sic. l. 1. C. de cōsor. eius. lit. aut quæritur an possit
agere vel defendere in causa ꝯsortis & defensione. dic ꝙ causa
admittetur etiā ꝓ inuito. l. solutionem. ff. de sol. nisi sit cā, quæ
exigat

ADDITIONES.

a Possit monachus constitui procurator. Adde Pet. de Anc. consi. 52. incip. qui-
dam prælatus. Abb. post Ioa. And. in c. sopitæ. in 2. no. de censi. per Franc. de
Are. in c. causam. el 1. in fi. 2. co. de iud. Abb. in c. 1. in princ. de postu. præla.
Vinc. God. Monachus quando possit esse procurator, Fely. in c. cum I. & A.
sup. allegato, de re iud. & Dec. in ca. constitutio, col. 1. de consti.

b Si aliquis vult monachum. Adde Bar. in l. 3. de in ius vo.

c Nunquid abbas. Adde diffuse per Felyn. in c. meminimus. de accus. in 4. col.
ver. tertia conclusio. & idem Felyn. in c. 1. §. quæ timet. de treu. & pac. & in
Rub. eodem tit. col. 7. 9.

d Quis dicatur consors. Adde glo. 1. in c. cum dilectus. de do. & contu. Doct. in
c. cum M. de consti.

e An consors. Adde abb. in c. cum M. de const. in 2. & 3. col. & in c. cum dilecti,
in 1. gl. ibi Io. And de do. & contu. Doct. in l. 1. C. de consor. eius. lit.
Vin. God. Adde ꝙ consor. clericum cum laicis in causa indiuidua trahit suo
priuilegio laicos eius consortes, ita ꝙ laici gaudent priuilegio clerici con-
sortis, Fran. Aret. consi. 25. & Alex. consi. 122. col. 3. & 4. lib. 4.

exigat cautionem.ff.eo.l.nō solū.§.si status.de cā autē actionis
distinguit vt s̄. secundum Lau. per hoc videretur dicēdum ꝙ
monachus possit defendere vel agere pro consorte eiusdem
litis etiam sine mandato, per d.l.2.& per dicta.s̄.ead.q. Oppo,
adhoc de ista clem. quæ exigit vt sit procurator consortis. Sol.
Paul. stat contrario, sicut enim monachus non potest agere,
vel defendere pro coniunctis personis, vt dixi in 4. contrario,
ita nec pro consorte sine mandato, quod non puto verum. nā
non apparet ratio differentiæ inter monachum & non mona
chum quo ad hoc, ex quo enim monachus potuit agere, po-
tuit per consequens dici consors litis, sed non dicitur habere
15 coniunctas personas, per id quod dixi in quarto contrario. †
a Duodecimo quæro, circa hoc, an excommunicatus[a] qui per
se potest impetrare absolutionem ab excommunicatione pos
sit constituere excommunicatum procuratorem ad hanc im
petrationem faciendam. videtur ꝙ sic si est consors, vt quia
sunt excommunicati ex eadem causa. de hoc Ioan. Cal. de ꝓ-
ba. post cessionem. in repetitione, in q. penult. Lap. hic sentit
contrarium, quod tenui in d.c. post cessionem. Et dicit ꝙ non
excusat ratio ꝙ sint consortes, nam per eam nō tolluntur alię
16 exceptiones legitime competentes. † Decimotertio quæro, ꝗa
hic prohibetur de religioso quod dixi in primo contrario in-
b telligendum de, non prælato. quid de prouinciali[b] prædicato
rum vel minorum, possunt ne procuratores constitui? vidi de
facto, & dubium pendet an censeantur prælati. Sed ꝙ sint præ
c lati[c] probatur ex notatis in clem. dudum.§. statuimus. in ver-
bo, non habentur. de sepul. & pro hoc de elec. quorundam. li.
6. vbi probatur. Decimoquarto quæro in eo ꝙ tex. dicit expres
se commissum, qualis expressio requiratur. Sol. vt in gl. penul.
17 † Decimoquinto quæro, nunquid inhabilis constitutus procu
rator cum potestate substituendi, possit substituere. Sol. vt in
gl. fi. & idem Pau. & Genz. & ipse Pau. plenius refert opi. Pe. de
qua in gl. dicit enim Pet. ꝙ quidā sunt actus, qui possunt exer-
ceri per ministrum qui eos non posset exercere suo iure, & ta-
les fieri possunt etiam per non capacem, quia semper videtur
remanere penes committentem, sicut quando quis cōtrahit
per schedulam, nam in schedula non remanet obligatio, arg.
ff. de consti. pecu. qui autem, de admi. tu. ita autem.§. gessisse.
Alij sunt actus qui possunt exerceri per ministrum etiam suo
iure, & tunc etiam videretur facere tanquam ipse, non tanq̄
committens, ff. quis & a quo. l. 1. in fi. de offi. deleg. super quæ-
stionum,§. porro. Sunt & alij qui non possunt fieri per mini-
strum, & tunc si fiunt, non valent. sic loquitur quod dixi de pa
tre testante supra 13. contrario, & de hoc per Cy. C. e. quod qs.
& in proposito, cum religiosus non sit capax officij procura-
tionis sine licentia superioris, cum non habet velle nec nolle,
non potest etiam, vt minister alteri committere, cum in hoc
exprimeret voluntatem suam, quod vltimum dixi. s̄. contra.
no. 10. Et in hac gl. ibi, de offic. deleg. iudex. lib. 6. & ff. de testa. l.
qui in potestate. vbi pater non potest mandare filio impuberi
18 ꝙ testetur, licet possit pro eo testari. † Decimosexto quæro cir
ca hoc de excommunicato, an possit institui procurator cum
potestate substituendi. gl. ea. in fin. dicit quæstionem solui per
distinctionem in eadem gl. s̄. positam. dubium pendet, an te-
neat institutio, ita ꝙ sit opus ꝙ contra excommunicatum in-
stitutum procuratorem excipiatur de excommunicatione,
& tunc teneret substitutio. an vero institutio sit nulla, & tunc
etiam substitutio non tenet. Item considerandum, an fuerit
excommunicatus antequā institueretur ꝓcurator, an postea.
primo casu procedit distinctio prædicta, & communiter dici-
tur ꝙ ipso iure est incapax officij procurationis. de quo in d.c.
post cessionem. Si vero fuerit excommunicatus post susceptū
mandatū, tenuit institutio, & potest substituere, & hoc si sub-
stituit ex speciali mandato domini, tunc enim substitutus re-
cipit potestatem ab instituente. Sed si substituit authoritate iu
ris, vt postquam factus est dominus litis per litis contestatio-
nē, tunc sicut si ipse ageret, obstaret exceptio, ita obstat & sub-
stitutio. similis differentia eo. tit. is qui. lib. 6. & quod ibi not. &
j. c. seq. in gl. vl. Decimoseptimo quęro, si causa delegatur mo
nacho a Papa vel ab alio qui hoc possit, an poterit subdelega-
re. Solu. Paul. ꝙ sic, sicut quilibet alius, pro hoc quod s̄. dixi in
11. contrario. Monachum posse indistincte substituere procu-
ratorem quando fuit constitutus, seu suscepit procuratorium
de licentia superioris. Et pro hoc quia vno concesso concedi-
tur & accessoria. ff. de iurisd. om. iud. l. 2. de offi. delega. pruden
tiam.§. sexta. c. præterea. 2. q. 7. cum pastoris, & quod ibi not. ff.
de re iud. l. quæsitum, de iud. l. si longius. Decimooctauo quę-
ro, an religiosus datus executor pōt alij officiū committere,
dicit Pau. ꝙ nō. sicut. n. acceptare nō pōt sine licētia, de testa. c.
2. li. 6. cum licentia autem potest, nisi sit de ordine minorum,
qui etiam cum licentia non possunt. j. de verbo. sign. cle. exiui.
§. verum etiam. Et videtur sentire Paul. ꝙ cum licentia possit
hoc officium alij committere, ꝙ tamen fieri non potest quan
do datus est in genere, non autem ad erogandum certæ per-
sonæ: vt no. Archid. in d.c.a. Sed etiam ex dicto Pau. hoc non
omnino colligitur.

ADDITIONES.

a An excommunicatus. Adde Abb. in c. consulti. de procur. Bar. in l. 1. in §. item acquirimus. ff. de acq. pos. Bal. in l. ꝙ quis. in 5. col. C. de procur. Bal. & Ang. in l. institutio. ff. de condi. insti.
Vinc. God. Excommunicatus non potest constitui procurator, plene per Fel. in c. post cessionem, de proba.

b Quid de prouinciali. Adde gl. 1. & ibi domi. in c. nullus. de ele. li. 6. quæ vult quòd isti prælati regulares qui præficiuntur monasterijs, dicuntur proprie prælati, & ex eo quod infert ꝙ potest talibus prioribus manualibus cōmitti causa a sede apostolica.

c Quod sint prælati. Vide quæ dixi in clem. dudum. in §. statuimus. in 2. q. de sepul. in apostillis.

SVMMARIVM

1 *Prælatus, rector, ecclesia, & beneficiū qualiter ponuntur pro diuersis.*
2 *Causa, & lis, an & qualiter differunt.*
3 *Prælatus quando constituit procuratorem nomine proprio, an morte prælati expiret mandatum.*
4 *Quid si prælatus constituit procuratorem nomine ecclesiæ.*
Adde ad idem num. 5.
6 *Prælatus si constituit procuratorem & non appareat quo nomine cōsti tuat, an videatur constitutus nomine ecclesiæ, an nomine proprio.*
7 *Prælatus & capitulum si constituunt procuratorem super bonis præla ti, an eius officium finitur morte prælati.*
8 *Quid si capitulum reuocet procuratorem constitutum a prælato & capitulo, an nihilominus agere possit.*
9 *Quid si prælatus reuocet.*
10 *Quid si prælatus suo proprio nomine expresso constituit procuratorem.*
11 *Administratores nomine ciuitatis administrant quæ mori non potest.*
12 *Quid in procuratore constituto pro hospitali vel leprosaria &c.*
13 *Procurator ꝙ reuocetur per mortem constituentis, an intelligatur de morte naturali vel etiam ciuili.*
14 *Procurator constitutus a prælato si alium substituit & moritur re integra, an mandatum expiret.*
15 *Prælatus constituit procuratorem si excommunicatur, an procurator reuocetur.*

CAP. IIII.

PRocuratorem. Per obitum rectoris ec
clesiæ reuocatur procu
rator ab eo pro ecclesia constitutus etiam quo ad
iam cœpta. primo dictum. secundo illud amplia-
tur: ibi, etiam. Nota quod prælatus potest constituere procurato-
rem. eodem titu. cap. 1. & c. petitio. etiam ante litem contesta-
tam, vt hic probatur per dictionem, etiam. & per id quod se-
quitur in tex. vsque ad finem. & hoc de iura. calum. cum cau-
1 sam. & quod ibi not. Innoc. † Secundo no. prælatum & recto-
rem hic poni pro diuersis, sic etiam verbum ecclesia, & ver-
bum beneficium, hic ponuntur vt diuersa. pro hoc quia no-
mine beneficij, intelligitur de simplici quod non sonat in no-
mine ecclesiæ. i. rectoriæ principalis. de præben. ca. vlt. tamen
quo ad casum huius ca. suffecisset dicere de beneficio. quia cū
simus in materia non restringibili, nomine beneficij venit ēt
etiam dignitates. de verbo. signifi. olim. Tertio no. ꝙ benefi-
ciatus potest dicere beneficium esse suum: ibi, ꝓ ecclesia sua,
& de præben. si tibi absenti. lib. 6. dicit tamen Genze. ꝙ hoc di
citur improprie. s. quo ad administrationem: proprie autem
suum denotat ius proprietatis & dominij. ff. de verbo. signif. l.
pupillus.§. vlti. Quarto no. casum, in quo reuocatur mandatū
per obitum constituentis etiam re non integra. generaliter au
tem quando & quomodo reuocetur mandatum, dixi de offi.
deleg. quoniam abbas. Quinto not. ꝙ negotium quandoque
accipitur pro negociatione, vt hic in verbo, negotia. iuncta gl.
pen. regulariter autem dicitur negotium in iudicijs, negocia-
tio in commercijs. i. contractibus. de verbor. signific. totus. pro
quo cod. titu. qui generaliter. lib. 6. & quod dixi sup. clemen. 1.
a in 6. notabili. † Sexto not. differentiam inter causam & litem
in verbo, causas. & in verbo, lis. quod tamen nō probatur hic
expresse. & de hoc C. de transac. l. causas. ibi dicit gl. causam di
ci post litem contestatam, litem etiam prius. Sed cōtra est hæc
clemen. in eo ꝙ dicit etiam quò ad causas, in quibus est lis cō-
testata. & sic præsupponit dici causas etiam ante contestatio-
nem, vt not. de cleri. non resi. cap. fi. Item alias superflue pone-
rentur illa verba, in quib. lis fuerit ꝯtestata quia hoc intellige-
retur in verbo, causas. Et ideo dic ꝙ causa & lis ꝓmiscue acci-
piunt sæpe. & sic dicimus causas etiam ante cōtestationem, vt
hic.

hic. Sed loquendo proprie vera est differentia supra reddita.
a Opp. ꝙ prælatus non possit ᵃ procuratorem constituere ante li
tem contestatam, sicut nec tutor. C. eod. l. neque. nam æquipa
b rantur, quia prælatus dicitur tutor ᵇ seu defensor ecclesiæ. 16.
q. 1. in canonibus. Sol. gl. stat cõtrario in d. l. neque. Dic, ꝙ imo
potest. quod tenet hic Genz. & est ratio diuersitatis, quia præ-
latus habet pinguius ius in prælatum quam tutor in bonis pu
pilli, pro hoc quia prælatus suo iure vtitur fructibus prælatu-
ræ, tutor non. sicut ergo pater in bonis filij constituit procura-
torem ꝓpter vsumfructum qui sibi debetur. C. de bon. mater.
l. 1. sic etiam maritus in bonis parafrenalibus vxoris procura-
torem constituit, vt no in d. l. 1. & probatur. C. de pac. conuen.
super dote. l. fi. ita & prælatus qui est pater saltem spiritualis, &
sponsus ecclesię. 6. quęst. 1. sicut alterius. potest procuratorem
constituere. nam habetur loco domini. de dona c. 2. vnde ven
dicat rem ecclesiæ. in Auth. de alie. & emphy. cõtrac. §. & quo
niam cognouimus. col. 9. Et per hoc dicit Genze. etiam de iu-
re ciuili hoc posse defendi. quod communiter tenent Doc. le-
gum, vt not. in d. l. 1. C. de bo. mater. & de hoc. 5. q. 3. quia epi-
scopi. Secundo opp. in eo quod dicit tex. vel alio quolibet. nã
posset esse talis qui non haberet potestatem super hoc, & tunc
frustratoria est dubitatio huius literæ. Sol. vt procedat dubita
tio, intelligit Genze. ꝙ alias legitima erat procuratoris datio.
Tertio opp. ꝙ non debuerit statui, vt quo ad negotia iam cę-
pta expiret mandatum morte prælati: nam posset esse tale ne
gotium in quo interesset ecclesiæ, vt mandaretur executioni
etiam mortuo prælato. Et sic hoc ius inductum fauore eccle-
siæ redundabit in læsionem. contra id. ff. de legibus. l. quod fa-
uore. regula, quod ob gratiam. lib. 6. Solu. quatenus hic loqui-
tur de negotijs extraiudicialibus, Genze. stat contrario. dic ve
rius ꝙ indistincte extinguitur mandatum, & non procedit ra
tio de interesse ecclesiæ. nam capitulum vel alius ad quem de
iure spectat administratio bonorum ecclesiæ vacantis hoc ꝑ-
ficiet. hoc tenet gl. pen. Quarto oppo. in eo, ꝙ dicit etiam si lis
est contestata mandatum expirare, nam per litis contestatio-
nem procurator fit dominus litis, eo. tit. cap. 1. lib. 6. & eod. non
iniuste. ergo non potest aduocari hoc dominium ab ipso pro-
curatore sine facto eius. ff. de reg. iur. l. quod nostrum. ad hoc
quia sine culpa puniri non debet. regula, sine culpa. lib. 6. Sol.
glo. fin. in princ. aliquid tangit, sed non plene expedit. sed dicit
Laud. quod licet procurator fiat dominus litis, idest instantię:
tamen constituens manet dominus rei in iudicium deductæ.
& in hoc habet in re firmiorem existentiam, ideo per obitum
eius tanquam principalis potest cessare dominium quod ha-
bet procurator, quod est sibi accidentale. arg. ff. depositi. l. bo-
na fides. & hoc maxime in rebus ecclesiasticis propter pericu
lum alienationis. vel secundũ Genze. dic clarius ꝙ licet procu
rator per contestationem fiat dominus litis, hoc enim non est
ad suum commodum, sed domini. ff. eo. l. qui proprio. §. pro-
curator vt in ceteris. ideo eum nullum dominij effectum ha-
beat, non potest dici priuatus aliquo iure dominij. dicitur enĩ
factus dominus instantiæ solum quo ad hoc vt sine causa re-
uocari non possit per dominum, per rationem leg. post litem.
ff. eo. & quod ibi not. Et per hoc secundum Genze. contingit
vnum quasi mirabile, quòd plus operatur tacita reuocatio ꝑ
mortẽ constituentis, quàm si expresse reuocaretur. sic & alias
plus operatur inhibitio, quæ inducitur ipso iure per litis con-
testationem quam expressa verbo. ff. de sol. l. si quis stipulatus
decem in melle. & l. vero. §. vlti. de quo not. de his, quæ fiunt a
ma. par. ca. c. ex ore. Et hoc operatur iuris dispositio secũdum
Genze. dic quod etiam expressa reuocatio fieri potest post lit.
contestatam, adeo quòd procurator postea nihil potest, quia
si se ingereret, esset suspectus. l. quæ omnia. ff. eo. sed solum po
test procurator velle quòd causa cognoscatur, an sit iuste re-
uocatus. & hoc pro conseruatione famæ suæ, quæ videtur gra
uari de facto ex reuocatione facta sine causa post litem conte
statam. Quæro generaliter, an dispositio huius cle. habeat lo-
cum in procuratore a prælato quomodocunque constituto.
hæc quæstio habet duo quæsita. Primum quando a prælato
solo. Secundum quando a prælato & capitulo. Primum con-
tinet tria quæsita. Primum quando expresse apparet quòd ꝯ-
stituit nomine proprio ipsius prælati. Secundum quando ap-
paret quòd nomine ecclesiæ. Tertium in casu dubij. Secun-
dum quæsitum continet etiam tria. Primum quando a præla
to & capitulo constituitur procurator super bonis prælati. Se-
cundum quando super bonis ecclesiæ. Tertium quando su-
per bonis communibus. quæ sex quęsita prosequemur per or-
dinem. possunt autem fieri & alia quæsita, vt quando præla-
tus de consensu capituli vel de consilio constituit procurato-
3 rem, vel econuerso, quæ deciditur per prædicta. † Quæro igi-
tur primo quando prælatus constituit procuratorem nomi-
ne proprio & pro causa propria, an obitu prælati expiret man-
datum. gl. in verbo, ecclesia. dicit ꝙ non, & quòd tunc non ꝓ-
cedit hæc cle. probat verbum, pro ecclesia, & sic secus si ꝓ cau-
sa propria. quo casu gl. distinguit, an res sit integra, & finitur:
aut non integra, & non finitur. Quomodo & quando dicatur
c integra, ᶜ dicitur in gl. & de hoc in sequenti contrario. Dic ꝙ
in extraiudicialibus, vt in factis dicitur res integra vsq; ad actũ
qui ingreditur essentialia rei principia, vt in domo per funda-
mentum, actus vero præcedentes, vt præparatio calcinæ, &
similia non faciunt rem desinere esse integram, licet inducãt
præparamenta, vt no. in l. si pecu. in prin. ff. de condi. ob cau. &
quod no. Innocen. de elec. in c. in causis. vbi dicit ꝙ in materia
electionis res desinit esse integra adeo quòd mãdatum de eli-
gendo datum compromissarijs, reuocari non potest, quãdo
substantalia iam acta sunt, vt tractatus, qui est de substantia.
Secus si præludia, vt missa de spiritu sancto. vel per per introi-
tum capituli, si nihil, de ele. est tractatum. In iudicijs autem si
loquimur respectu partium. Et dicitur integra vsque ad con-
testationem exclusiue. l. pluribus. ff. eo. & l. si cum dotem. §. eo
autem tempore. ff. sol. mat. nisi in casu l. si defunctus. vel in de-
fensore cauente, prout hic not. Si autem loquimur respectu iu
risdictionis, tunc aut est talis iurisdictio, quæ redditur in inui-
tos, & desinit res esse integra per quemcunque actum a iudi-
ce extractum, qui tamen iudicialis sit, vt per simplicem cita-
tionem. tex. est de offi. dele. gratum. per actus tamen præcedẽ-
tes citationem etiam non desinit esse integra, vnde nec iuris-
dictio perpetuata, secundum Doct. ibi in cap. licet. eod. tit. Nec
per actum subdelegantis, vt eo. tit. si a subdelegato lib. 6. Quæ
vera intellige, quando tractamus de iurisdictione danda, secus
si de iurisdictione data impedienda siue limitanda, vt quia iu
dici dato qui iam incæpit procedere, fuit datus adiunctus, qui
actus præcedens etiam vel extraiudicialem facit rem desine-
re esse integram ante per solam præsentationem vel insinua-
tionem literarum adiunctionis ipsi dele. effecta dicitur iurisdi
ctio primi iudicis. vnde mortuo Papa delegatus primus non
procedit sine adiuncto, secundum quod disputauit Ioã. Cald.
& incipit quæstio, Regino episcopo &c. Et refert Lap. de Ca-
sti. all. 88. Si autem loquimur in iurisdictione, quæ non reddi-
tur in inuitos, tunc dicitur res esse integra vsque ad litem con
test. exclusiue. l. si conuenerit ff. de iurisd. omn. iudi. An aliter
ibi per citationem desinit esse integra si emanauit in vna cau
sa, faciet rem desinere esse integram & perpetuet iurisdictio,
quoad alias in rescripto contentas, vel si in rescripto plures cõ
ueniendi continebantur, & citatio contra vnum emanauit,
dicatur perpetuata iurisdictio quo ad alios. vide per Doc. in c.
licet. & per Archid. de hære. ne aliqui. lib. 6. per Innocen. de re
scrip. pastoralis, & quod not. Ioan. de fil. præsbyt. tuæ. in quæ-
stione. Si Papa mandet quod dispensetur cum irregularibus,
& delegatus cum aliquibus dispensauit, an videatur iurisdi-
ctio perpetuata quoad alios cum quibus non dispensauit, ad-
eo quod mortuo Papa non expediret. de quo vide in Spec. de
dispen. §. videndum. ver. quid si. sed an sufficiat sola commis-
sio citationis vel requiritur citatio perfecta ex omnibus suis
partibus. si ex commissione iudicis aut nuncij citantis & refe
rentis, dic de hoc per Ioann. And. in cap. fin. de offic. deleg. vbi
finaliter determinat quòd aut quęrimus de iurisdictione per-
petuanda, & inducta sit perpetuatio per solam commissio-
nem. Quandoque quærimus de persona citanda, arctanda,
& efficienda vigore citationis, & tunc requiritur citatio actua
lis, vt lit. pendent. clem. 2. & ideo in cap. 2. de oblig. ad rati. non
sufficit facta commissio nisi secuta actuali citatione, & adde
quod licet sit hoc verum ex parte rei, ex parte tamen actoris
ad cuius petitionem committitur citatio, sufficit etiam si ci-
tatio non sit executa, sola commissio quantitatis ad reuocan-
dum attentata per ipsum, cum per solam citationem com-
missam fuerit certus, quod simpliciter firmat Rota decisio.
202. Opp. in eo quod gl. hic dicit per litis contestationem tan-
tum rem desinere esse integram in iudicijs. de l. si defunctus.
ff. eod. Sol. illa lex ponit casum singularem, quando dominus
satisde-

ADDITIONES.

a Prælatus non possit. Adde glo. magnam ad fi. in c. fi. 5. q. 3. Doct. in l. 3. C. de bonis mater.
Vinc. God. Prælatus procuratorem quem vna cum capitulo constituit reuocare 5. otell, Roy. consi. 130. nu. 3. lib. 5.

b Quia prælatus dicitur tutor. Adde quòd hoc proprie non est verum, nec quo ad omnia, vt est glos. magna ad fin. in cap. fina. 5. quæstion. 3. Nam tutor non potest constituere procuratorem ante litem contesta. vt not. in l. 1. C. de bon. mater.

c Quando dicatur integra. Adde c. vbi periculum, in §. si vero. de elec. lib. 6. & ibi Arch. & in l. si pecuniam. ff. de cond. ob cau.
Vinc. God. Integra res quando dicatur vel non, Alex. in l. & quia, col. 10. & pen. de iurisd. omn. iud.

satisdedit pro procuratore præsente & suscipiente mandatū,
quia tunc statim desinit esse integra. Et idem dicendum sit
pro absente postquàm susceperit mandatum, pro hoc clem. j.
supra eo. quod no. alias autem procedit quod dicit gl. & idem
Paul. Oppon. ad eandem gl. in eo, quod dicit. in negotijs rem
dici non integram postquam fecit procurator paramenta, ꝙ
imo statim desinat esse integra. ff. man. l. si vero non remune-
randi. §. vlt. Sol. quandoque mandatur aliquid adimplendum
post mortem: & procedit contrarium: quadoque aliquid ad-
implendum in vita. & procedit gl. quod tenet Paul. inducens
quod not. Vinc. de offi. deleg. gratum. secundum quem idem
dicendum in mandatis Principis si mandat causam. secus si
iurisdictionem. ff. de iurisd. om. iudi. l. & quia. quod non videt
procedere quatenus facit differentiam prædictam, nam cau-
sa sapit exercitium iurisdictionale, vt patet hic in text. in ver-
bo, causas. pro hoc quod dixi in 7. nota. dicit ergo Pau. secun-
dum ipsum Vinc. aliter & clarius ꝙ aliud in præcepto quod
non expirat per mortem vel translationem præcipientis, in
Auth. vt nulli iud. §. & hoc vero iubemus, col. 9. nec per mor-
tem suscipientis, sed successor tenetur adimplere. Aliud in
mandato iurisdictionali quod expirat re integra, d. l. & quia.
Opp. ad hoc, quia in d. § & hoc vero. non fit restrictio ad man
datum extraiudiciale, sed indistinctè loquitur dicens ꝙ man-
datum factum iudici si desinit habere administrationem, nō
extinguitur, sed is qui suscepit administrationem adimplebit
si causa est priuata, sed si concernit rempublicam vel adim-
pleat vel insinuet Principi si læditur respublica & expectet se-
cundam iussionem. Item non videtur sufficiens ratio diffe-
rentiæ inter præceptum extraiudiciale, & mandatum iurisdi
ctionale. Sol. Paul. refert opin. Gof. qui in libello iuris ciuilis in
rubrica de act. manda. in princ. dicit non curandum quando
Princeps mandat, an dicat, præcipimus an iubemus vel volu-
mus vel mandamus, quia omni casu morte mandantis & mā
datarij re integra expirat mandatum, licet quidam dicant ꝙ
in casu quo iubet nō expirat, quia iussus necessitatem impor-
tat. ff. quod iussu. l. 1. Sed quando mandat sic, quasi mādatum
necessitatem importat, per d. l. & quia. quod reprobat Gof. qa
quodlibet verbum de præmissis necessitatem importat. 9. q. 3.
rogo. Et qui delegat præcipit. C. qui ꝑ sua iurisdictione. l. vni-
ca. de offic. deleg. pastoralis. in princ. Ad. §. & hoc vero. respon
det Gof. ꝙ ibi nomen fuit expressum in literis, vel ibi res non
erat integra, sed vtraque sol. diuinat ad illum. §. Pau. autem ꝑ
opin. distinguente inter præceptum & mandatum inducit,
quia præceptum obligat semper & simpliciter. 23. q. 5. si non
licet. & ꝑ hoc quod no. Spe. tit. 1. §. restat videre. ver. item mor-
tuo. vbi etiam dicit idem in consilio ꝙ non expirat per mor-
tem consulentis. pro hoc etiam id quod not. gl. 14. q. 1. quod
præcipitur. vbi hoc etiam tenet Archi. pro opin. autem Gof.
inducit Pau. id quod ipse no. infra, de iudi. cle. dudum. in ver-
bo, mandante. quia in constitutione vnde illa tracta fuit dice-
batur iubente, quod etiam ibi no. gl. in verbo, mandante. Re-
fert itaque Paul. alios dicere ꝙ aut mandatum consistit in iu-
risdictione, & tunc expirat obitu mandātis & mandatarij. de
offic. deleg. gratum. Aut consistit in executione alicuius facti
ab initio necessarij, & tunc non expirat per mortem etiam re
integra. 18. q. 2. dudum. vbi de hoc. Secus autem si factum est
ab initio voluntarium. Insti. mandati. §. recte. Sed Archi. in d.
cap. quod præcipitur, reprobat id quod isti dicunt de iurisdi-
ctione, in quo vltimo consistit Pau. Ego vero intellectum. §. &
hoc vero. plenius examino de offi. deleg. quoniam Abbas, ibi
inter cætera dico quòd. §. ille procedit cum per præceptū seu
mandatum non confertur noua potestas, sed excitatur anti-
qua. sicut enim quando iurisdictio accedit rei, quæ non extin
guitur obitu mandantis, ipsa etiam iurisdictio non extingui-
tur. de offic. deleg. si super gratia. lib. 6. Ita in casu. §. & hoc ve-
ro. quia præceptum accedit iurisdictioni. alias valide nō extin
guitur obitu præcipientis vel eius cui præcipitur, quia statim
cum emanauit, habuit suam consumationem, ex quo nouā
potestatem non inducebat. Et sic loquatur ille §. patet ex casu
eius quem posui supra eod. contrario. Per hoc dico quòd li-
cet differentia inter præceptum & mandatum sit quoad hoc
quòd præceptum necessario stringit, mandatum non sic, ta-
men non est differentia quoad finiendam potestatem obitu
mandantis, nisi quoad hoc quia de natura præcepti commu-
niter est ꝙ fiat ei qui alias habet potestatem, ideo statim cum
emanauit, habet suum esse cōpletum & indistinctè non extin
guitur etiam si præcipiens non mandauerit sub nomine di-
gnitatis, & re integra obierit. & hic est in illo. §. singularis ca-
sus. sed mandatum fit ei qui alias non habet potestatem, & ꝑ
mandatum eam recipit, ideo extinguitur obitu mandantis re
integra nisi factum fuerit sub nomine dignitatis. d. ca. quoniā
4 Abbas, vbi de hoc plenius dixi. † Secundò quæro quando a
a prælato [a] constituitur procurator nomine ecclesiæ, an obitu
prælati extinguatur mandatum. Sol. hæc quæstio deciditur
hic in tex. quod etiam quo ad negotia vel causas iam cœptas
b extinguitur. Oppo. ad hoc quia ecclesia nunquam moritur. [b]
c 12. q. 2. liberti. non. n. potest esse nulla. [c] 24. q. 1. pudenda. ergo
procurator pro ecclesia datus perpetuo durat. So. hæc erat ra-
tio dubitandi per quam Innoc. de for. comp. dilecti. tenuit cō-
trarium. quod dic vt in gl. in verbo, ecclesiæ. ver. hoc autem. &
de hoc infra ea. q. Oppo. ad idem de c. vnico, ne se. va. lib. 6. vbi
cum prælatus aliquid facit cum suo capitulo, mortuo præla-
to capitulum potest illa exercere, sed in negotijs ecclesiæ regu
la est ꝙ prælatus non agit sine capitulo, supra eo. cap. 1. de iudi.
causam. ergo nedum reuocabuntur per mortem prælati, sed
etiam nondum cœpta poterunt exercere etiam multū præ-
iudicantia, vt collationes beneficiorum, d. c. vnico. ergo & si-
militer hoc potest procurator datus a prælato. Opp. ad idem,
quia mandatum iurisdictionis & procurationis sunt similia.
ff. de iurisdict. omn. iud. l. & quia. de offi. deleg. cum olim. 1. sed
mandatum iurisdictionis non expirat morte mandantis quo
ad incœpta. de off. deleg. gratum. & c. licet. ergo nec mandatū
5 procuratoris. † Oppo. ad idem ꝙ non debeat dici mandatum
reuocari, sed potius suspendi. de offi. vi. c. 1. in fin. lib. 6. vbi offi-
cium gerentis vices officialis excommunicati suspenditur du
rante excommunicatione, sed ea sublata libere vtitur. Sol. di-
cit Laud. quo ad ca. liberti. ꝙ licet ecclesia non moriatur pro-
pter mortem prælati, tamen bene viduatur. vnde quia occu-
pātur circa actus lugubres, interim suspēditur exercitium sui
coniugij. de elec. ne pro defectu. & cap. vbi periculum. lib. 6. &
cle. ne Romani. eo. tit. Pro hoc enim quod dicit ecclesiam vi-
duari, est quod no. Innoc. de resti. spol. olim. 1. vbi dicit eccle-
siam dici vacare quando non habet prælatum immediatum:
licet habeat mediatum, puta episcopum qui pro ecclesijs sibi
subditis agit & defendit. de succes. ab intes. c. fi. & pro alijs alij
superiores. d. c. fi. & supra, de rescri. ele. 1. Ad ca. vnicum, ne se.
va. dicit Lau. ꝙ aliud hic & in omnibus causis & negotijs, quę
singulariter prohibita sunt fieri sede vacante propter pericu-
la, quæ imminent in rebus ecclesiasticis distrahendis, perden-
dis, & alienandis propter diuersos & contrarios euentus qui
frequenter contingunt, propterea secundum eum bene dicit
glo. eo. tit. c. 1. ꝙ qui non potest rem alienare, non potest rem
in iudicium deducere, quia in iudicio quasi contrahimus. l. 3.
§. idem scribit. ff. de pecu. Contractus vero de rebus ecclesiasti
cis habet fieri habito tractatu inter prælatum, & capitulum.
12. q. 2. sine exceptione. ergo mortuo prælato hoc debet cessa
re. hæc ratio non procedit, quia per eam sequeretur ꝙ præla-
tus non posset agere nisi seruata forma, quę seruatur in aliena
tionibus rerum ecclesiæ, quod est falsum: quia imo prælatus
solus etiam sine consensu capituli agit & defendit pro eccle-
sia. de rescript. edoceri. vbi respondi ad l. ait prætor. ff. de iure
deli. quam inducit ibi gl. ad illud quod qui non potest aliena-
re, non potest rem in iudicium deducere. quia illa lex non pro
bat hoc. quod dic, vt ibi dixi. Item licet in iudicio sit quasi cō-
tractus, sufficit ꝙ prælato permissum est per se facere. Inducit
etiam Lau. aliam rationem, quia quo ad casum huius cle. suf-
ficit edictum ne se vac. in rubro & nigro. ex quo est regula ꝙ
nihil debet fieri sede vacante. fallit in casibus. primo vbi est pe
riculum in mora, vt in collatione beneficiorum ecclesiastico
rum ob periculum vacationis. & sic loquitur cap. vnicum. ne
se. va. vult ergo Lau. ꝙ dispositio huius c. in alijs quàm in col-
lationibus beneficiorum non procedat. quod non est verum.
nam procedit etiam in receptionibus monachorum. de regu
la. cap. fin. lib. 6. in quibus tamen cessat periculum vacationis.
& idem in similibus. Vnde aliter respondeo quòd licet in ca.
vnico. dicatur capitulum succedere in spectantibus commu-
niter ad prælatum & capitulum, per hoc nihil infertur con-
tra hanc clemē. quæ non loquitur de illis, sed de his quæ spe-
ctant ad prælatum. patet in eo quòd loquitur de procuratore
constituto a prælato, scilicet solo. pro ecclesia tamen quid iu-
ris ad hanc cle. in spectantibus ad prælatum & capitulum, di-
co infra q. 6. fallit etiam regula illa ne se. va. &c. secundum
Lau. in causis sine quibus non potest ecclesiæ de prælato ꝓui-
deri.

ADDITIONES.

a Quando a prælato. Adde no. in c. fi. de arbitris.
b Ecclesia nunquam moritur. Adde tex. in cap. si gratiose. iuncta glo. in verbo, moritur. de rescrip. lib. 6.
Vinc. God. Eccl. semper viuere intelligitur. Bal. in l. 2 §. in 1. in C. de cadu. tol. & nunquàm moritur Mar. Soz. cons. 32. ex his, vers. 4. probatur. lib. 1.
c Non enim potest esse nulla. Adde glo. 1. ad fin. in c. a recta cau. cum q. & glo. in verbo, mystica. in c. vnico. de sac. vn. gl. in ver. ne deficiat. in cap. maiores. de baptismo.

deri. de consue. cum dilectus. sicut in q. de iure eligendi. & de
hoc ibi dixi. Ad id quod fuit oppositum de mandato iurisdi-
ctionis & procurationis, quæ fiunt paria. Respõdet Lau. quòd
aliud in delegato, quàm procuratore. nam delegatus non so-
lum habet potestatem a delegante, imo etiam a lege ipsam
delegationem confirmante. & ideo perpetuitatem quam ha-
bet lex, quæ non moritur, sed est perpetua. 25. quæst. 1. quæ ad
perpetuam. sumit & ipse delegatus. secus in procuratore qui
totum quod habet suscipit ab homine, ideo eo mortuo expi-
rat mandatum quod ab eo dependet. & hanc dicit Land. esse
rationem quare delegatus potest subdelegare, & subdelega-
tum reuocare. Sed procurator hoc non potest sine speciali
mandato, vt no. supra eo. is qui. lib. 6. hanc rationem dicit Gẽ-
ze. non esse probabilem, quia potestas procuratoris etiam su-
mit vires a lege adeo quòd post litem per se contestatam pro-
curator non reuocatur. ff. eod. l. post litem. & supra, eo. quam-
uis. lib. 6. & tamen iurisdictio delegata est reuocabilis etiam
post litem cõtestatam. ff. de iudi. l. iudicium. Reddit ergo aliã
rationem, quod aliud in mandato iurisdictionis, quia fit ad bre-
uiorem expeditionem litium, & expedit vtilitati publicæ li-
tes non esse immortales. C. de iudi. l. properandum. in princi.
ne litigantes fatigentur laboribus & sumptibus & a suis nego
tijs retrahantur. de do. finem. ff. quemadmod. test. ap. l. si quis
ex signatoribus. Et quia hoc sine iudice fieri potest, de verbo.
signifi. forus. 4. quæst. 4. cap. 1. ideo iurisdictio semel cæpta non
reuocatur obitu mandantis, vt in d. ca. gratum. & ff. de iudi. l.
venditor. §. iudices. Ideo autem permittitur vt reuocari possit
expresse etiam post litem contestatam, ne partes incidant in
promptum periculum ob formam suspecti, vel corrupti iudi
cis. C. de iudi. l. apertissimi. 3. quæst. 5. quia suspecti. & quia cau
sa poterit sortiori effectum per reuocantem sicut poterat per
reuocatum. Sed mandatum procuratoris non fit ad litis deci
sionem, & factum suum licet post litem contestatam non re-
uocetur, domino potest fore præiudiciale, & parti aduersæ vti
le. nam factum & negligentia procuratoris nocet domino, vt
li. non contest. cap. 1. vbi de hoc. de re iudi. suborta. vbi etiam
de hoc. ideo fauore ecclesiæ, vel iuris publici mandatum tale
reuocatur per mortem prælati etiam re non integra. vel secũ-
dum eum, ideo mandatum delegati non expirat, quia publi-
ce expedit ne expiret & mãdatum procuratoris expirat, quia
expedit, vt expiret, & sic fauor ecclesiæ vtrobique inducit
diuersitatem effectus. possunt ergo potius dici dissimilia quã
contraria, vt no. in simili de exceptio. dilecti. Et hoc verius, quia
in multis mandatum iurisdictionis & mandatum procurato
ris habent se, vt excedentia & excessa. & non procedunt argu-
menta contraria, quia hæc fuit noua decisio, vt patet in ver-
bo, censemus. posita in tex. Ad id quod opp. de cap. 1. de offi.
vica. lib. 6. dic quod non ob. per id quod hic dicitur in glo. fin. Ex
qua colligitur quòd etiam per obitum constituentis vicariũ,
expirat officium procuratoris ab eo constituti. Tertio quæro,
circa hoc quæ est ratio huius decisionis. Solu. rationes aliquæ
colligi possunt ex dictis supra duabus proximis quæstionibus.
Sed plenius dicit Genze. quod ratio multiplex potest reddi. Pri-
ma, quia in iudicio quasi contrahi dicitur. ff. de pecu. l. licet. §.
si filius. & sic in re ecclesiæ contractus potest fieri præmisso
tractatu inter prælatum & capitulum. 12. quæst. 2. sine. de his
quæ fi. a præla. tua. qui tractatus cessat ecclesia prælato caren-
te. de re. eccle. non alie. cap. 1. lib. 6. sed hanc rationem reproba
ui. 3. q. proxi. nam per eam sequeretur quòd prelatus non pos-
set agere pro rebus ecclesiæ nisi interueniente solennitate re-
quisita in alienatione rei ecclesiasticæ. quod est falsum, vt dixi
in proxi. q. Secunda ratio secundum Genze. ob periculum quod
imminet tam in negotijs quàm in causis & iuribus ecclesiæ
procurandis, vel negligenter administrandis, iuxta illud, ne-
gligi solet quod cõmuniter possidetur. C. quando & qui. quar
ta pars. l. a. lib. 10. licet hæc ratio possit in contrarium induci
secundum eum, & non multum facit pro. Tertia, quia regu-
la est quòd sede vacante nihil debet fieri, maxime in iudi. ne
se. va. c. fin. Quarta & efficacior, quia per mortem prælati libe-
ra administratio deuoluenda est ad capitulum vel alium. de
sup. neg. præla. si episcopus. lib. 6. & per consequens iura eccle-
siæ saltem extra iudicium administrandi. de elec. is qui. lib. 6.
& per obitum rectoris ordinario competit ius beneficij va-
cantis in iudicium deducendi. de succes. ab inte. c. fin. C. de sa-
crosan. eccl. l. sancimus. & ibi no. in Auth. de alie. & emphy. cõ
tractibus. §. & quoniam cognouimus. col. 6. & ibi not. propte-
rea per obitum constituentis procuratorem expirat officium
constituti, alias esset in potestate rectoris tollere ius alterius,
quod esse non debet. in Auth. de resti. & ea quæ parit. §. 1. & in
Auth. de nupt. §. si vero solum. col. 4. Confirmando prædicta
dic quòd ratio vera est huius cle. quia procurator administrat
nomine domini. Cum ergo constitutus est a prælato, & per
obitum prelati extinguitur titulus prælationis quo ad effectũ,
non potest constitutus administrare nomine defuncti, sed ne-
que potest administrare nomine prælationis, tum quia non
fuit ad hoc constitutus, tum quia non potuisset per prælatum
solum ad hoc cõstitui: quia cum quæramus de tempore quo
est extinctus titulus quo ad defunctum, sublato principali tol
litur officium procuratoris, nec fuit vnquam verum dicere
quòd respectu huius temporis potestas administrandi com-
peteret prælato, alias sequeretur absurdum dictum in ratione
præcedenti, quod posset prælatus priuare iure administrandi eũ
6 ad quem de iure communi vel speciali se. vac. hoc pertinet. †
Quarto quæro, quid in dubio quando non apparet quando
nomine proprio, an nomine ecclesiæ sit procurator a præla-
to cõstitutus. Sol. debet inspici forma contractus, & si in eo di-
citur talis prelatus talis ecclesiæ &c. intelligitur fecisse nomi-
ne prælaturæ. ff. de instito. l. fin. de admi. tuto. l. cum post. §. 1. pro
7 hoc quod dixi de offic. deleg. quoniam Abbas. de dila. literæ. †
Quinto quæro, circa secundum articulum præmissum quan-
do a prælato & capitulo constituitur procurator, si constitui-
tur super bonis prælati, an expiret eius officium mortuo præ-
lato. Sol. per omnia vt sup. in 1. quæst. vt dicitur in gl. antepe. &
idem Pau. & Gen. secundum quos dic quòd expirat officium
procuratoris. Ratio patebit ex his, quæ dicentur in 7. quæst.
Sexto quæro, quid iuris quando a prælato & capitulo fuit con
stitutus procurator super bonis ecclesiæ. Solu. glos. antepen. in
hoc tenet id quod dico in seq. q. Septimo quæro, quando a p̃-
lato & cap. super bonis communibus constituitur procura-
tor. Sol. tam ad hoc quæsitum, quàm ad duo præcedentia, vt
colligitur ex glo. antepenul. cuius sensus est quòd procurator
constitutus a prelato & capitulo in causa cõmuni, vel in causa
ecclesiæ seu capituli, durat mortuo prælato. sed constitutus su
per bonis prelati non. primis tamen duobus casibus non po-
test procurator pendente vacatione aliquid facere, sed insti-
tuto prelato procedit ex veteri mandato. Et per omnia idem
Pau. & Genze. qui pro hoc inducit ne se. va. cap. 1. lib. 6. de regu
la. cap. fin. eod. lib. dicens quòd etiam sede vacante poterit tra-
ctare causam, quæ talis sit vt tractari possit sede vacante. dicit
tamen Pau. quòd vellet, vt compillatores hoc clarius termi-
nassent. quod etiam dicit gl. antepen. tamen tenet Pau. quòd
a si prelatus[a] est principalis in cõstituendo, siue solus, siue cum
consensu vel consilio capituli, semper locum habet hæc con-
stitutio. arg. eod. tit. c. fin. Et hoc casu nomine prelati intelligit
etiam capitulum. arg. 7. q. 1. scire. & refert dominum Attreba
tensem dixisse quod hoc placuit compillatoribus. & ipse Attre-
batensis quando habuit constitutiones istas examinare, ad di
dit ad tex. etiam cum consensu capituli. quod fuit cancellatũ,
quia subintelligebatur. Si vero capitulum principaliter con-
stituit procuratorem authoritate prelati, non habet locum
hec constitutio, cum duret constituens. non enim expedit au
thoritatem prestantem viuere. Nam licet aliqui canonici mo
riantur, non expedit successorum consensum requiri, ex quo
actus ab initio fuit factus legitime. pro hoc quod not. de elec.
quod sicut. Si vero constituitur procurator æqualiter a capi-
tulo & prælato in causa communi, adhuc idem, secundum
Pau. quia non expirat officium constituti, vt dixi supra ead. q.
secundum glo. per hoc quod not. Io. And. de elec. si quis iusto.
lib. 6. super gl. no. approbatam. Lap. contradicit prædictis in eo
quod dicit, quòd constitutus a prelato & capitulo in causa
communi durat mortuo prelato. nam secundum eum nega
ri non potest quin hoc casu sit constitutus a prelato, licet etiã
sit constitutus a capitulo. vnde posset reuocari vel a prelato
vel a capitulo, & maxime a prelato. sic ergo expiret eius offi-
cium per mortem prelati, ac si ab eo solo fuisset constitutus.
pro hoc quod not. de postum. bene. a. Nam & cum ab initio
constituitur, potest ante lit. contestat. libere reuocari. eod. titu.
cap. 2. primo responso, lib. 6. & dato quòd sit constitutus a ca-
pitulo, tamen potest reuocari a prelato, vt not. de testi. prelen-
tium. lib. 6. per Innoc. & Ioann. And. multo fortius ergo reuo-
catur per obitum prelati cum efficacior sit reuocatio, quæ fit
per mortem quam quæ fit alio modo, vt patet ex hac cle. & d.
cap. a. 1. respon. eod. tit. lib. 6. Nam post lit. contest. non reuo-
catur sine causa, vt ibi: per mortem autem sic, vt hic. hec dic
uera quatenus intelligeremus quod prelatus nomine proprio cõ
stituisset procuratorem in causa communi, intelligendo, quod
esset causa in qua non succederet capitulum. Sed si succedit
prout communiter contingit in talibus, & prout de iure est.
de ma. & obed. his quæ. & cap. cum olim. tunc verius est quod
dixi. 3. ca. q. secundum glo. Genze. & Paul. quia ex quo tota po-
testas.

ADDITIO.

a Vinc. God. Prælatus non potest concedere res ecclesiæ etiam concedi solitas alterando naturam priorum conuentionum Ruy. consi. 35. nu. 7. lib. 1.

testas deuoluta est ad capitulum, & iste etiam est constitutus,
sequitur quod eius officium durat, & administrare potest cũ
8 distinctione, de qua supra ea. quæst. † Octauo quæro circa hoc
quid si capitulum procuratorem constitutum a prælato, &
capitulo reuocet. dicit Lap. ꝙ reuocatus nihilominus potest
agere, & defendere, quia prælatus est caput capituli, & habet
exercitium actionum. de rescript. edoceri, quod dic, vt in se-
9 quenti quæst. † Nono quæro si in præmisso tiicmare prælatus
reuocet. dicit Lap. quod tunc dicitur totaliter reuocatus, vel si
remanserit procurator capituli, non tamen agere, vel defen-
dere poterit etiam in re vel causa communi mortuo, vel etiã
viuente prælato. de iudi. causam, & d. cap. edoceri. nec etiam
alio prælato de nouo creato, nisi ab eodem de nouo consti-
tuatur. Dic aduertendum an administratio prælati, & capi-
tuli sint indistincta. & procedunt dicta Lap. in hac quæst. præ-
cedenti: an vero distincta, & tunc per omnia, idem est de re-
uocatione capituli, vel de reuocatione prælati. Vnde si poni-
mus aliquam rem pertinere pariter ad administrationem prę-
lati & capituli, procurator constitutus ab vtroque reuocatur
si aliter reuocat, & similiter extincto prælato, officium eius
10 extinguntur, vt dixi supra quæst. 7. † Decimo quæro si prælatus
suo nomine proprio expresso pro ecclesia constituit procura-
torem, dicit Lap. ꝙ tũc procedit quod dicitur in hac cle. secus
si non expresso proprio nomine, quia tunc mortuo prælato
non expirat procuratorium, non tamen agere vel defendere
poterit procurator, nisi postquam ecclesia nouum prælatum
habuit. & tunc poterit etiam vigore antiqui mandati, qđ mor
te constituentis non expirauit. Pro hoc de off. deleg. quoniam
Abbas, de rescr. si gratiose. lib. 6. & no. in regula, priuilegium.
eo. lib. Oppo. ad hoc de c. vnico, ne se. vac. lib. 6. & de regu. si ad
solum. eo. lib. Sol. Lap. quod loquuntur alio casu, quia licet in
causa communi possit capitulum vacante sede agere, vel de-
fendere, non tamen hoc facit iure prælati, sed iure capituli, &
tanquam capitulum. per prædicta multum oporteret restrin
gi hanc cle. vnde dic, quod etiam si nomine prælaturæ præla-
tus solus constituit procuratorem, eius officium expiret mor-
tuo prælato, vt aperte probatur hic cum dicit, a prælato con-
stitutum, nec dicit, quod nomine proprio constituerit, & sic
in dubio debet intelligi constitutus nomine prælaturæ, vt di-
xi supra quæst. 4. Vndecimo quæro in eo, quod dicit de recto-
re, an procedat in rectore non ecclesiastico. glo. 2. dicit, quod
non. Lau. refert alios contradicere æquiparantes rectorem ci
uitatis rectori ecclesiæ. Sed ipse tenet cum glo. quia in eccle-
siasticis procedit hæc dispositio propter edictum ne se. vacan.
quæ ratio cessat in non ecclesiasticis. idem Pau. Genze. dicit
idem in non ecclesiasticis. nam ius ecclesiasticum, & publicũ,
& vniuersitatis eadem prærogatiua gaudent. C. de sacrosanct.
eccle. l. vt inter diuinum. ergo eadem sit dispositio. de consti.
translato. Item æquiparantur administrator ecclesiæ, & ciui-
tatis. C. de transact. l. prçses. ff. de iure fis. l. si procurator. §. pri-
mo. ergo quod de vno hic dicitur, ad alterum extenditur, sal-
tem quo ad negotia nondum cępta. argu. ff. si cer. pet. l. eius, de
præben. dudum. lib. 6. Primum verius per id quod dico in se-
11 quenti quæst. in fi. † Oppo. ad hoc, quia administratores ciui-
tatis nomine ciuitatis administrant, quæ non moritur, de re-
script. si gratiose. libro sexto. Solu. per hanc rationem motus
fuit Innoc. de foro compet. dilecti. ad tenendum contrarium
eius, quod hic dicitur de quo ibi, & hic in glo. in verbo, pro ec
clesia. Sed respondet Genze. quod non possunt dici constituti
procuratores a ciuitate, vel ab ecclesia, quæ sunt inanimata,
sed tantum a præsidente dignitati, vel ecclesiæ, qui moritur.
argu. ff. de pœnis. l. vlt. ff. loca. l. si domini. §. primo. de preca. c. 2.
Et per hoc quod no. ne præla. vices suas. cap. fin. Oppo. ad hoc.
ff. de insti. l. sed & si pupillus. & l. si quis. §. si impubes. & §. eius,
vbi non expirat mandatum. Sol. secundum Genz. promiscui-
tas actuum extraiudicialium est ibi in causa. Pro hoc quod di-
cit glo. in verbo, pro ecclesia, in fi. & de hoc dic, vt dixi de offi.
deleg. quoniam Abbas. Oppo. ad idem de l. venditor. §. iudi-
ces. ff. de iudi. Sol. Genze. quod ibi loquitur de iudice delega-
to, cuius officium durat mortuo delegante re non integra,
secus in procuratore. quod dic vt supra dixi in secunda quæst.
Duodecimo quæro, quid importent illa verba in tex. vel alio
quolibet. dicit Genze. pura vicario perpetuo, qui ius habet in
re. de offic. vica. ad hæc. & habet iustum titu. de præben. extir-
pandæ. §. qui vero. vnde nõ dicitur beneficio carere. de rescrip.
postulasti, de offic. vica. cap. primo. vel vicario quolibet, secun-
dum eum etiam commendatario, qui quamuis non sit eccle-
siæ prælatus, vt no. 21. quæst. 1. qui plures, tamen habet cano-
nicum titulum, de elec. dudum, & legitimam administratio-
nem, vt no. Innoc. in d. c. dudum, & sic de accusatio. si consti-
terit. & de elec. nemo. lib. 6. dic perfectius quod dicit, alio quo-
libet. comprehendit quemlibet administratorem ecclesiasti-
12 cum, probant verba sequentia, ecclesia vel beneficio. † Deci-
motertio quæro, quid de constituto pro hospitali leprosario,
vel xenodochio. dicit Genze. idem, & sic secundum eum etiã
in talibus procedit hæc clem. pro hoc verba generalia ibi, alio
quolibet. argu. ff. de hære. instit. l. hoc articulo. de maio. & obe.
solitæ. Oppo. ad hoc de cle. quia contingit. infra de reli. do. vbi
talia prohibentur conferri in titulum beneficij. Sol. Genze. ꝙ
ex hoc non sequitur quin sit eadem ratio quæ hic, & ob peri-
culum vitandum, de quo hic agitur fauore locorum, qui am-
pliandus est. dicendum est idem. Oppo. ad idem de cle. lite-
ras, de præben. vbi sub nomine beneficij talia non cadunt. So.
Genze. quod ibi in literis gratiæ, quę vt ambitiosæ restringun
tur. hic autem subest fauor & rationis identitas. Item frequen
ter verbum beneficium, large sumitur etiam pro eo, quod nõ
est titulus beneficij, vt in lib. feudorum, in quibus causis feu-
dum amittatur. circa fin. quod tamen non puto verum, quod
hic comprehendat administrationes, quę non sunt beneficia,
vt dico in sequenti contrario. Oppo. ad idem, quia hæc clem.
exorbitat a iure communi, ergo ad cõsequentiam non est tra-
henda, de reg. iur. quæ a iure libro sexto. Genz. quod non exor
bitat, imo ius commune ponit. Item non proprie dicitur tra-
hi ad consequentiam, sed statutum in vno censetur statutum
in alio ob rationis identitatem. Pro hoc quod dixi de rescri.
Abbates, quæst. 4. & quod no. de regu. iur. l. quæ propter. Item
quia mens conditoris est eadem in istis, scilicet hospitalibus,
& leprosariis, quæ verbis est præferenda etiam in odiosis. C.
de libe. præte. l. prima. ff. de excu. tut. l. scire. §. aliud. de verbo.
signific. intelligentia. & quod ibi no. Bertran. & Ioan. de Lig.
tenent contrarium, quia hospitalia non conferuntur in titu-
lum, & talium administratores comparantur tutoribus. infra
de reli. do. quia contingit. non ergo constituunt procurato-
res, sed actores cum authoritate episcopi. C. de procu. l. neque
tutores. vnde non est verisimile episcopum consentire, nisi
constitutus sit idoneus, sed prælatus libere constituit procu-
ratorem. eo. tit. petitio. & sæpe constituit coniunctos sibi etiã
non idoneos, ideo subest ratio, vt facilius extinguatur officiũ
instituti obitu prælati, quam in casu præcedenti. quæ ratio
non multum vrget. Nam ratio huius clem. aliunde fundatur,
vt dixi supra quæst. 3. tamen dictum puto verum. Nam cum
hic præcise loquatur de procuratore constituto pro ecclesia
vel beneficio, & proprie loquendo hospitalia non sunt benefi-
cia, dicta clem. quia contingit, sequitur ꝙ in eis non procedit
hæc clem. tamen ratio eius bene procedit, vt non præiudice-
tur ei ad quem tempore vacationis fit deuolutio administra-
tionis, & secundum hoc potest de æquitate saluari, quod dicit
Genze. Si autem poneremus, quod essent hospitalia, quæ con
13 ferentur in beneficium, tunc proprie procedit hæc cle. † Deci-
moquarto quæro in eo, quod dicit procuratorem reuocari
a per mortem substituentis[a], an hoc intelligitur de morte non
solum naturali, sed etiam quod ex sola ciuili. Genz. dicit quod
sic. & sic si per depositionem, cessionem, vel translationem
vacat ecclesia, reuocatur procurator. Nam per hæc dicitur
prælatus mortuus quo ad beneficium. septima quæst. 1. §. ecce.
ad hoc de dolo. veritatis. de supplen. negl. præla. si episcopus.
libro sexto. de pœ. c. 2. eo. lib. Et sic hoc casu mors ciuilis æqui-
paratur naturali. Opp. ad hoc de c. susceptum. de rescrip. lib. 6.
Sol. ibi de impetrationibus, quæ sunt odiosæ. de præben. quã-
uis. J. eo. lib. vel secundum Genze. regulariter non æquiparan-
tur. ff. de verbo. oblig. l. ex ea parte. §. insulam. no. 16. quæst. 1.
placuit, & in d. c. susceptum. sed hic æquiparantur, quia est in
iure expressum, dic. s. per identitatem rationis, argu. iurium
præallegatorum. & pro hoc argu. ff. de bo. poss. contra tab. l. 1.
§. si. pro mortuo enim habetur. ff. pro soc. l. actione. §. publica-
14 tione. † Decimoquinto quæro si procurator constitutus a prę-
lato alium substituit, & re integra moritur, nunquid expirat
mandatum. dicit Pau. ꝙ sic, si suo nomine, & vt dñs litis hoc
fecit. eo. tit. cap. 1. lib. 6. Sed si prælatus alterius procurator aliũ
substituit & re non integra moritur, per hoc non expirat man
datum. In quo vr̃ Pau. non bene posse intelligi, vel liber est cor
ruptus. Ego aũt in hoc consultus dixi, ꝙ si procurator fuit da-
tus cum potestate substituendi, si substituit & moritur etiam
re integra, poterit substitutus prosequi, quia potius dicitur a
domino constitutus. ad hoc quod no. J. cle. proxi. in glo. fi. quæ
tamen non possunt in contrarium induci. Sed faciunt pro
potius, ex quo presupponimus capacitatem & habilitatem
substituentis. pro hoc etiam quod no. Ioan. Andr. eod. titu. is
qui. lib. 6. & Bartol. ff. de cura. bo. dan. l. 2. si autem procurator
substituit

ADDITIO.

a Vinc. God. Hanc decisionem firmat Rot. in decis. 370. in nou. & in decis. seq. ponit aliam pulchram q.

substituit iure proprio, vt quia factus est dominus litis, tunc
procedit quod dicit Pau. quod per eius obitum re integra ex-
15 pirat substitutio. ratio de se patet. † Decimosexto quæro, quia
hic loquitur de morte prælati, & supra q. 14. dixi hoc intelligi
a etiam de morte ciuili, quid si prælatus excommunicatur[a].
dicit glo. vlti. quod non per hoc reuocatur procurator, sed
suspenditur eius officium. Idem Pau. Opp. ad hoc, quia exce-
ptio excommunicationis, quæ obstat cedenti, non obstat ces-
sionario, vt no. de iurepatro. cap. 1. lib. 6. Sol. aliud in cessiona-
rio, qui non agit nomine domini. Decimoseptimo quæro,
de eo, quod dicitur in glo. vlti. ibi, facit etiam. Sol. vt in ea. &
ibi, ver. quid si prælatus. vbi tenet quod sic, ne claudicet iudi-
cium. ad hoc. ff. de arbit. l. diem. §. primo. & l. si interpellatur.
§. finali.

ADDITIO.

a Quid si prælatus excommunicatur. Adde cap. 1. de off. vic. lib. 6.

De in integrum restitutione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia vt audiatur petēs se restitui, sufficit si affirmet se esse læsam.*
2 *Restitutio in integrum non debet cōcedi, nisi petatur. rationem reddit.*
3 *Restitutionis causa debet finiri intra quadriennium.*
Adde oppo. num. 7 & 9.
4 *Restitutio aduersus lapsum temporis datur solum ad tantum tempus quantum tempus læsionis.*
Adde oppo. sequentem, ad idem. num. 5.
6 *Præscriptio an currat contra minorem.*
8 *Ecclesia an debeat ipso iure seruari illæsa.*
10 *Prælatus an possit petere restitutionem in integrum pro ecclesia sine speciali mandato.*
11 *Prælatus excommunicatus an possit petere restitutionem in integrum.*
12 *Procurator constitutus a prælato an possit petere restitutionem in integrum nomine ecclesiæ.*
13 *Restitutio in integrum coram quo debet peti.*
14 *Quid si non læditur ecclesia, sed solum persona, an tunc sit concedenda restitutio. exemplum ponit.*
15 *Restitutio quando cōceditur aduersus lapsum temporis, quæ sint exempla.*
16 *Ecclesia si non prosequatur appellationem intra biennium an indigeat restitutione, an seruetur illæsa ipso iure.*
17 *Ecclesia an possit petere restitutionem aduersus præscriptionem 40. annorum.*
18 *Ecclesia an possit petere restitutionem in integrum aduersus lapsum instantiæ quæ finitur triennio de iure ciuili.*
19 *An aduersus confessionem.*
20 *An aduersus vsucapionem.*
21 *An contra exceptionem annalem.*
22 *An aduersus peremptorium quod solet dari ad opponendum aduersus crimina.*
23 *Ecclesia an restituatur in integrum ad producendum testes publicatis attestationibus.*
24 *Ecclesia si petat restitutionem, an teneatur exprimere q dolo aduersarij vel sua facilitate fuit læsa.*
25 *Et an ecclesia teneatur semper probare læsionem.*
26 *Restitutio cum debeat peti intra quadriennium, quid si detur quadriennio finito, an teneat.*
27 *An autem illud quadriennium possit prorogari per iudicem.*
28 *Tempus continuum quod dicatur.*
29 *Ecclesia si non probauit de peremptorio an quadriennium petendæ restitutionis computetur a fine peremptorij, an autem a die scientiæ.*
30 *Quadriennium petendæ restitutionis an currat ignoranti.*
31 *Et an currat ecclesiæ tempore prælati qui ecclesiam læsit.*
32 *Restitutio, an possit peti post quadriennium per modum exceptionis.*
33 *Ecclesia fuit decepta contrahendo, ille cum quo contraxit petit post quadriennium rem sibi tradi, ecclesia excipit petens restitum an audiri debeat.*
34 *Tempus læsionis quantum sit, & qualiter sciri potest.*

CAP. I.

AB Ecclesia Habet quatuor dicta. Secundum ibi, & causa.
Tertium ibi, etiam. Quartum ibi, sed non
fiet. vel Primo ponit vnum dictum, ex quo
determinat ecclesiam debere restitui aduer
sus lapsum temporis. Secundo aliud, quo tē-
pore finiatur causa restitutionis. Tertio ex-
tendit secundum dictum. Quarto limitat dictum primum, &
a res non mutantur. No. de dictione, aduersus[a], quæ ponitur
1 hic pro contra. de quo hic in glo. 3. & idem Pau. † Secundo no.
q ad hoc, vt audiatur ecclesia petens se restitui, sufficit, q affir
met se læsam, vt hic in verbo, affirmat. & gl. in hoc verbo. sed
tamen in effectu non restituitur, nisi probet læsionem, vt hic
in verbo, probabit. & de hoc in glo. fin. Et idem Pau. & Genze.
& ratio secundum eum, quia cum proponitur de læsione, ēt
si vellet ecclesia statim probare, non audiretur, cum regulari-
ter non sit locus probationi ante lit. contest. vt lit. non contest.
per to. de hoc etiam dic vt infra q. 20. Tertio no. q ecclesia læ-
sa restituitur in integrum. & hæc est restitutio in pristinum sta
tum restauratio. C. de reputa. quę fi. in iudi. l. 1. ff. de mino. l. qđ
b si. §. restitutio. Quarto no. q ecclesia læsa[b] potest petere se resti-
tui. & videtur velle litera, q possit etiam non petere, quia non
dicit quod hoc debeat petere. quod intelligit Lau. vt possibili-
tas hæc non sit apud iudicem a quo petitur, quia potius est ne-
cessarius quam voluntarius, sed respicit prælatum, qui petere
debet si vult, tamen peccat mortaliter omittendo in præiudi
cium ecclesiæ. arg. de offic. archi. ea quæ. de offic. custo. cap. 1.
2 vbi de hoc. † Quinto no. ibi, peti. q restitutio non debet conce-
di, nisi petatur. non enim officio iudicis subuenitur, nisi im-
ploretur, cum loco actionis imploretur officium iudicis in re
stitutione. ff. de mino. l. quod si minor §. fin. de off. iud. c. 2. nec
iudex supplet in facto. ff. de damn. infec. l. 4. §. hoc autem iudi-
3 cium. & quod ibi no. de postu. bonæ. 1. Sexto no. q causa resti-
c tutionis[c] debet finiri intra quadriennium. ex hoc dicit glo. in
verbo, finiri. quod officium iudicis hoc casu non perpetuatur
per litis contestationem. Idem dicit Lau. esse in causa appella
tionis, quæ debet terminari intra annum, vel ex causa bien-
nium, & non vltra protendi. 2. q. 6. ei qui. C. de tempo. appel. l.
vlt. §. vlt. & l. nemo. de appel. ex ratione. & dic, vt ibi. q autem
causa restitutionis debeat terminari intra quadriēnium, pro-
batur etiam. ff. de mino. l. Papinianus exuli. C. de restitu. in in-
teg. l. petendæ, & l. vltima. & no. eo. tit. cap. 1. Sed olim intra an-
num. quod dic, vt in glo. in verbo, quadriennium, & pro hoc
secundum Pau. eo. tit. cap. 1. lib. 6. & de hoc in Spec. de in inte-
grum resti. §. intra quod tempus. ver. in resti. autē. Et sic quod
dicitur de anno vtili, Insti. de act. §. rursus. corrigitur hoc casu
scilicet in causa restitutionis. in aliis autem in quibus conce-
ditur facilitas petendi intra annum vtilem, remanet ius anti-
4 quum saluum, vt no. glo. C. de restit. in integr. l. fin. † Septimo
no. quod restitutio aduersus lapsum temporis datur solum ad
tantum tempus, quantum fuit tempus læsionis. Et dicit Gen-
ze. in materia restitutionis duplex tempus fore considerandū,
scilicet tempus, intra quod debet peti, & illud est quadriēniū.
& tempus ad quod datur restitutio, & illud est tantum, quan-
tum fuit tempus læsionis, vt hic, & ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si.
§. quoties. & §. sed cum feriæ. & l. necnon. §. si quis sæpius. Opp.
quod ecclesia non possit petere se restitui. aut enim vacat, &
tunc non debet agi lis, sed debet expectari successor. ne se. va.
cap. si. aut non vacat, & tunc non ecclesia, sed prælatus debet
hoc petere. de rescript. edoceri. Sol. expone, quod dicit ab ec-
clesia, id est prælato ecclesiæ, secundum Pau. & Genze. quia
prælatus est in ecclesia, & econuerso. 8. quest. 1. scire. Vnde etiā
simpliciter agens dicitur agere nomine ecclesiæ, cum quic-
quid acquirat, ecclesiæ acquirat, si est prælatus regularis, qui
etiam nomine proprio agere non posset: secus in prælato secu
5 lari, vt no. de rescri. edoceri. † Secundo op. quod non sit opus,
vt ecclesia petat se restitui aduersus lapsum temporis, nam ec-
clesia fungitur iure minoris. supra, eo. cap. 1. & c. auditis. C. ex
qui cau. ma. l. respublica. & de iure reipublicæ. l. rempublicā.
lib. 11. Sed contra minorem non currit præscriptio. C. in qui-
bus cau. in integrum restitu. non est neces. l. sancimus. Solu. in
hoc differt ecclesia a minore. quod dic, vt in glo. in versicu. a
tempore. & in ver. quadriennio. Et ratio diuersitatis, secun-
dum Genze. quia cum ecclesia non moriatur. duodecima
quæstio. 2. liberti. & omni tempore censeatur iure minoris,
ideo currit præscriptio contra ipsam, alias contra ecclesiam
nunquam

ADDITIONES.

a De dictione aduersus. Adde Cald. in c. super spoliatione. de or. cog.
Vinc. God. De ista dictione, aduersus, Rui. in cons. 76. nu. 8. lib. 2. & cons. 3.
num. 6. lib. 3.
b Ecclesia læsa. Adde Spec. in tit. de resti. in iure. in §. 1. ver. illud. Doct. in c. auditis. de restitu. in integr. Host. eo. titu. in summa. in §. quoniam. in ver. item dicitur.
Vinc. God. Ecclesia læsa potest petere restitutionem. Fely. in c. placuit, col. pen. de præscr. & restituitur in integrum ad instar minoris. Ruin. cons. 110. num. 7 lib. 1.
c Quod causa restitutionis. Adde quod ista glo. est singu. secundum Abb. hic ad limitationem. c. cum inter vos. de re iudic. gl. & Doct. in cap. cum ex literis. de resti. in integ. gl. in c. 1. eo. tit. lib. 6.

nunquam posset præscribi, & sic dominia essent in incerto. contra id. ff. de vsucap. l. 3. & possidentibus cum bona fide & etiam cum titulo iura ecclesiæ nil prodessent, contra id. C. de rei vend. l. certum. & l. domum, de præscript. de quarta, & c. si diligenti. & per hoc aperietur via negligentiæ prælatorum. quod est euitandum. ff. quæ in frau. cred. l. pupillus. in minore autem qui futurus est maior, cessat hæc ratio, ideo dum est minor, contra eum nõ præscribitur, quia melius est ante tempus occurrere, quam post læsionem remedium quærere. l. san
6 cimus. præalleg. † Tertio oppo. ꝙ imo etiam contra minorem currat præscriptio. eo. titu. constitutus. So. Genze. quod contra minorem non currit præscriptio legalis, sed consuetudinaria sic. quod no. Innoc. in dicto cap. constitutus, ratio quia in tali consuetudine affuit consensus populi. ff. de legi. l. de quibus, in quo etiam sunt minores, quos factum populi ligat, vt not. Inno. de senten. excom. grauem, pro hoc quod no. de simo. dilectus. non sic autem est in lege, quæ arctat etiam inuitos. C. de legi. l. leges. Alij dicunt, quod nec consuetudinaria currit contra minorem. & hoc æquius, sed primum verius, vt dixi in dicto cap. constitutus. quomodo autem comparetur ecclesia reipublicæ, dic vt no. in Spec. de in integ. resti. §. si quis autẽ.
7 ver. prælatus autem, & dic vt dixi eo. titu. cap. primo. † Quarto oppo. ꝙ non sit opus intra quadriennium restitutionem terminari, cum possit contingere tempus hoc prolongari per iudicem, vel aduersarium, & sine facto suo tolleretur ius ecclesiæ, contra regulam, sine culpa. libro sexto. Sol. vt in glo. in verbo, finiri. ver. si tamen, vsque ad ver. sed quid si. ex qua habes ꝙ tunc nõ currit tempus. idem Lau. & Pau. & pro hoc in Authẽ.
8 vt sponsa. largi. §. ad hæc. † Quinto oppo. ꝙ ecclesia debeat ipso iure seruari illæsa, quia delictum prælati negligentis sibi non debet imputari, regula, delictum, lib. 6. dicit Genz. quod illud intelligitur de delicto in faciẽdo, quod cum sit latens vitium animi, non potest de facili per alios de ecclesia resisti nec subueniri. argu. in Auth. de nup. §. minores. col. quarta. sed negligentia cum extrinsecus se offerat, potest per superiorem potissime ad instantiam illorum de ecclesia releuari. arg. de censib. in c. Romana. §. notoria. libro sexto. 39. distin. Petrus. C. de temp. appel. l. vlt. §. fin. in Auth. in med. lit. §. super hoc. col. 8. de
9 hoc de præscript. c. fin. in dicta regula, delictum. † Sexto oppo. ꝙ per quadriennium causa restitutionis indistinctè durare nõ possit, cum quandoque fiat restitutio aduersus tempus minus quadriennio, vt aduersus decendium ad appellandum, vel tẽpus simile, quo casu tempus petendæ restitutionis non debet excedere tempus ad quod fit restitutio, per iura quæ allegat glo. magna in ver. restat. vsque ad ver. ad rationem. quorum iurium mentem refero. J. eod. contrario. Ad idem inducitur ratio in ea. glo. ver. ad rationem. sol. in hoc fuerunt opiniones vanæ, quas refert eadem glo. in princ. & Pau. quæ satis patent in glo. & similiter patet quomodo leges, quæ inducebantur pro opi. prima posita in glo. pro maiori parte, solum probant de tempore ad quod fit restitutio, quod non debet excedere tempus læsionis. Et quo ad hoc idem dicitur hic in tex. sed l. si debitrix. §. fin & l. ait prætor. §. si conditionalis. & l. cum post. allegatæ in glo. videntur loqui de tempore intra quod debet agi. tamen, vt dicitur glo. l. cum post. non loquitur de resti. sed ibi solum dicit, quod actio temporalis competens contra filium filio defuncto competit contra patrem vsque ad tempus quod restabat, & non vltra, vt si erat actio, quæ durabat semestri, & quando filius obijt, lapsum erat trimestre a tempore competentis actionis, solum intra trimestre poterit pater de peculio conueniri. Ad l. si debitrix. §. fin. dic quod non propriè facit, & responde, vt in glo. sed ad §. si conditionalis, quia glo. dicit respondendum eodem modo, vt ad dictam l. si debitrix, vt videas quomodo facit. ibi dicitur, quod cum aliquid est factum in fraudem creditorum, licet a lege sit datus annus ad petendum talia reuocari, tamẽ si actio erat temporalis creditori ad petendam reuocationem, non annus, sed solum tantum tempus dabitur quantum supererat ad agendum. & finge quod actio durabat semestri, & factum fuit in fraudem, & cœpit competere actio ad reuocandum post lapsum trimestre, poterit creditor solum intra trimestre petere reuocari. Sed ibi non loquitur de restitutione, sed de rescissione, qua fit remedio illius tituli, quæ in fraud. cred. in qua sufficit, quod intra annum incœpit creditor agere ad reuocationem, nec oportet, quod finiatur intra annum, præterquam in casu prędicti §. si conditionalis. in quo debet incipere, vt nunc dixi. Et est ratio, quia si haberetur tempus quo agi poterat actione principali, non posset creditor dicere aliquid factum esse in eius fraudem, nec sua interesset, ex quo sua actio iam foret extincta, & sic eodem modo est in l. si debitrix. §. fin. non autem aliquid vrgent istæ leges ad casum nostrum, in quo loquimur de restitutione in integrum, quæ petitur officio iudicis, & finiri debet intra quadriennium. ad rationem de qua in glo. in versic. ad rationem, dic vt in glo. & idem Pau. vel dic alio modo, quod illa ratio non procedit. nam per dispositionem huius clemen. non tollitur quin cõtra illum, qui est tempore petendi restitutionem aduersus lapsum temporis possit iterum vsucapi. vnde possemus dicere, quod si cõtra aliquem vsucapiebatur, qui fuit absens causa reipublicæ, post annum quo incipit vsucapio, & eo absente fuit completa, si reuertitur, licet possit petere intra quadriennium se restitui aduersus tempus quo abfuit, tamen si stetit triennio, quod non petiit restitui, licet quarto anno possit petere se restitui aduersus primam vsucapionem, tamen possidens potest se iuuare ex noua vsucapione inchoata, & completa eo triennio quo reuersus fuit præsens. ex prædictis concluditur per hanc cle. quod tempus intra quod debet peti, & finiri causa restitutionis in integrum, est quadriennium. Et ex hoc infertur, quod tempus negligentiæ non corrodit tempus diligentiæ, sicut voluit secunda opi. posita in glo. quam etiam videtur sentire Genze. dicens quod id quod hic dicitur, concedendam esse restitutionem ad tempus læsionis, debet intelligi, cum superest tempus ad quod fiat restitutio, alias secus, puta si in locum temporis absentiæ subrogato tempore negligentiæ reperiatur prescriptio completa. ff. ex quib. cau. maio. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. tunc enim frustra quæreretur de parte temporis quadriennij, cum non sit dare tempus ad quod fit restitutio, & quia multæ leges ad hoc videntur facere, & multi Docto. hoc tenuerunt, posset dici, quod quando quærimus de tempore, intra quod causa restitutionis debeat finiri, & tale est vniforme, scilicet quadriennium, vt hic. quandoque quærimus de tempore intra quod causa restitutionis debet inchoari, & aut læditur quis ex contractu, vel quasi, vel ex sententia, vel iudicio, & adhuc istud est vniforme, scilicet quadriennium, vt hic: aut lęditur ex cursu temporis, & tunc si tempus læsionis est magis quadriennio, vt hic, adhuc idem. Si autem est minus quadriennio, tunc debet proponi intra tantum tempus quantum est tempus læsionis, & non vltra, adeo quod si vltra deferatur, non audietur. quod no. glo. in l. diuus. ff. eo. tit. & in l. fin. C. eo. titu. vbi hoc tenent Bartol. & Bal. & secundum hoc opi. secunda posita hic in glo. poterit saluari, vt sit opus si quis læsus fuit in vna die, quod intra vnam diem a tempore quo potest, petat se restitui. sed sufficit quod causa restitutionis intra triennium terminetur, nec contrarium dicitur. nihil enim dicit hic de tempore proponendi, sed solum de tempore finiendi causam restitutionis, vt probat verbum, finiri. verum est tamen quod iure necessario non probatur, quod opus sit causam restitutionis proponi intra tantum tempus, quantum fuit tempus impedimenti. vnde communiter intelligitur hęc clem. quod sufficiat proponere intra tantum tempus, vt intra quadriennium possit terminari. in eo autem quod tangitur in glo. ad fi. de iudicio rescindente, & rescissorio, quod de obseruantia simul intentatur. Idem Pau & dic, vt dixi eo. ti. tum
10 ex literis. † Quęro in eo, quod dicit ab ecclesia posse peti restitutionem, & supra in primo contrario exposui, id est prælato ecclesiæ an hoc potest sine speciali mandato. glo. secunda. di-
11 cit, ꝙ quod sic. & idem Pau. † Secundo quęro, quid si prælatus[a]
a est excommunicatus. dicit Lau. quod non audietur petens restitutionem, cum videatur potius agere quam defendere. arg. de except. cum inter. & c. significauerunt. & hoc cum principaliter petitur restitutio. Sed quid si incidenter? dic, vt in seq. q. Tertio quæro circa dicta in proxima q. si restitutio petitur incidenter, an prælatus excommunicatus petere poterit, vt pone, excommunicatus appellauit, & impetrauit inhibitionem fieri iudici a quo, ne procederet, deinde spoliatur ab aduersario. videtur quod possit petere se restitui, cum potuerit appellare, & hæc restitutio veniat in vim accessorij per viã reuocationis, pro hoc quod no. glo. 24. dist. cap. 1. Et hoc placet Bertran. & Ioan. de Lig. presupponendo quod appellans fuit reus. Dic de hoc non curandum, cum etiam originarius actor audiatur appellans. de excep. significauerunt. Item videtur non procedere hęc opin. quia auditur excõicatus appellans ad prosequendum, quę sunt pertinẽtia ad appellationẽ solum, quatenus contingunt articuli appellationis. Vnde si appellat ab interlocutoria, finito articulo appellationis bene au-

ADDITIO.

a Quid si prælatus. Adde tex. & Ioan. And. in c. fi. de foro compe. Io. Andr. in c. significauerunt. de exceptio.
Vinc. God. Et ratio adduci potest, quia debet abstinere a diuinis secundum Dec. in c. ad præsentiam in princ. de appella. Quæ autem facere possit excõmunicatus, ponit idem Dec. in cap. cum parati, in princ. de appel.

ne anditur super principali si peteret restitutionem in inte-
grum etiam incidenter, vt contra lapsum dilationis perem-
ptoriæ,non audietur. ad hoc de except.cum inter. & quod ibi
12 no.†Quarto quæro an procurator[a] constitutus a prælato pos-
a sit petere restitutionem nomine ecclesiæ. dicit Genze. quod
aut petit principaliter, & requiritur quod habeat speciale mã
datum.ff. de mino.l.illud.§.si talis.& supra eo.coram. Aut in-
cidenter, & auditur etiam sine speciali mandato,quia cum
sit datus ad causam principalem, censetur datus ad omnia si-
ne quibus causa non potest expediri. ff. de procu.l.ad rem.& l.
ad legatum.quod tenet glo.eod.tit.suscitara. quod dicit Gen-
ze.verum si ante sentẽtiam,vel post eam appellatione suspen-
sa, vel si saltem adhuc potest appellari. secus si appellari non
potest dicto cap. coram. quia tunc super principali mãdatum
procuratorium est finitum, multo ergo fortius super inciden
13 ti vel accessorio. † Quinto quæro, coram quo debet peti re-
stitutio. dicit Pau. quod coram iudice eius, contra quem pe-
14 titur. C.vbi & aduer.quos in integ.resti.postu.l.secunda. †Sex-
to quæro si lapsu temporis non læditur ecclesia, sed solum
personæ ecclesiæ,vt quia lapsum est tempus quo prælatus de-
buit prouidere, vel canonici debuerunt eligere. dicit glo. se-
cunda, quod tunc non conceditur restitutio. Idem Pau.&
Genze. qui dicit, quod hoc casu nomine ecclesiæ restitutio
peti non posset,per id quod no.Specu.eo.tit. §.secundo. vet.vt
autem. & dicit Pau. quod forte aliud in prælato quam in ca-
nonicis, quia si ad prælatum spectat collatio vel electio, per
eius neglig ẽtiam posset lædi ecclesia eius nomine. hoc fiebat,
vt quia potuisset præscribere, quæ non præscripsit,vt finge ꝙ
nomine ecclesiæ collatum fuerat beneficium, & incœperat
ecclesia præscribere ius conferendi,si prælatus negligit, inter-
rumpetur præscriptio, quæ fuisset continuata si non neglexis-
set, ergo ecclesiæ competet restitutio. quod puto verum. Et
pro hac differentia inter prælatum, & canonicos est de test.
requisisti. & quod no.titu.quod sicut. vnde quod dicit glo. de
prælato,intellige verum,quando habet conferreratione per-
15 sonæ, non autem ecclesiæ. † Septimo quæro in eo, quod di-
cit de restitutione aduersus lapsum temporis,de exemplis.So.
vt in glo. in verbo, lapsum. vel secundum Lau.exemplifica
in anno ad præsentandum rescriptum, vel ad interrumpen-
dam præscriptionem, vel ad denunciandum aduersario re-
ceptionem testium. Et dicit Pau. hoc procedere siue agitur de
damno vitando,siue lucro captando. & sic generaliter aduer
sus lapsum temporis in quo non fecit ecclesia id, quod fieri
expediebat, concedatur restitutio. pro hoc eo.titu.c.secundo.
& c.coram. Genze.etiam intelligit siue hoc tempus sit ab ho-
mine, siue a lege statutum, quia hic indistincte loquitur. & in
vtroque eadem est ratio. & de termino hominis in dicto cap.
16 coram,de termino iuris.eo.titu.auditis. †Octauo quæro circa
hoc quid de biennio ad prosequendam appellationem,an ec-
b clesia non prosequens[b] iuste impedita indiget restitutione,
vel ipso iure seruetur illæsa.Glo.eadem, in ver.lapsum,remit-
tit ad no.de appel.ex ratione.& ibi communiter tenetur opus
17 esse restitutione. † Nono quæro an contra præscriptionem[c]
c quadraginta ann. possit ecclesia petere se restitui. glo. eadem.
sentit ꝙ non, quod tenet Ioan. Andr.eo.titu.auditis. Oppo.ad
hoc de hac cle. Sol.hæc glo. ꝙ loquitur hic de restitutione ad-
uersus lapsum temporis contra quod competit restitutio, vult
dicere ꝙ ista cle.nõ probat, quod aduersus quemlibet lapsum
temporis concedatur restitutio, sed solum determinat intra
quod tempus debeat ecclesia posse petere se restitui aduersus
lapsum temporis, & debet intelligi quãdo non reperitur pro-
hibitum. Pau.hic late prosequitur ea quæ no. eo.titu. auditis.
& primo videtur ꝙ glo.sit vera, quia si competeret restitutio,
iura loquentia de præscri.essent sine effectu, vnde Goff.eo.tit.
cap. 1.dicit,quod non inuenit ecclesiam restitui cõtra vsucap.
vel præscri.licet aliqua tempora de prædictis aliquando subdu
cantur,per hoc quod no Specu. eod.titu. §. si quis autem.ver.
hoc autem notandum. vbi refert cle. pronunciasse ecclesiam
non posse post biennium opponere exceptionem nõ nu.pec.
ꝯ creditores.In contrarium,quia contra præscriptionem resti
tuitur minor quando præscriptio contra eum currit. ergo &
ecclesia quæ comparatur minori. C. si aduer. vsuc. l.vnica. &
hoc tenet Host. de transact.contingit. & in sum. eo.titu. §.qñ
vers.item obiicitur.ad fi. §.in quibus. ver. 10 præscriptionibus.
& plenius de præscript. super rub.de præscri. re.immobi. §.quæ
exigantur.ver. res etiam dominica. quod dicit Pau.verius ma-
xime per istam literam quæ generaliter loquitur. nam & ma-
ior impeditus restituitur ad tempus impedimenti. ff. ex quib.
cau.ma. l.sed & si per prætorem. §.quoties. & l.succurritur. &
l.in eadem causa. Item ecclesia restituitur aduersus lapsum
decendij ad appellandum, vt tenet hic glo.in ver.lapsum. vel
aduersus aliud tempus circa statum iudiciorum, ergo eodem
modo, & contra præscriptionem currentem contra bona, cũ
iura velint etiam per primas præscriptiones præiudicari eccle
siis.eo.tit.coram. Et maior sit læsio ecclesię in perditione rei q̃
in lapsu dilationis, vel in aliis præscriptionibus iudicialibus.
Item transfertur dominium rei per traditionem factam in
contractu licite celebrato, sicut per præscriptionẽ. C. de pact.
l.traditionibus. Sed contra talem tractatum restituitur eccle-
sia,eod.titu. cap.primo. ergo & contra præscriptionem. Et in
hoc quod dicit Pau. dominium transferri per pręscriptionẽ,
dic vt dixi de præscript. ad aures. Item secundum Pau. sicut
cum sententia transiuit in rem iudicatam,rescinditur per re-
stitutionem.eo.tit.cap. 1.ita ergo & præscriptio. Refert tamen
quosdam dicere hanc cle.non loqui de pręscriptione quadra-
ginta ann.de alio tempore aduersus cuius lapsum conceditur
restitutio. quod tenet glo. vt supra ead.q. dixi. & tunc videtur
ꝙ contra pręscriptionem quadraginta anno.non concedatur
restitutio,cum hoc nõ sit iure expressum. Ad quod dicit Pau.
ꝙ satis est expressum in verbis generalibus. vult dicere ꝙ ex-
primitur hic in eo ꝙ generaliter dicitur aduersus lapsum tem
poris cõcedi restitutionem,ad hoc de ma. & obe. solitæ.quod
puto verius,& tenui in d. cap.auditis. quod etiam tenet glo.in
Auth.de eccle.tit.§.pro temporalibus.col.9. & Genz.& Steph.
hic,pro hoc quia sufficit,ꝙ non inuenitur prohibitum. Item
satis probatur hic,vt nunc dixi, licet secundum Ioan. Andr.in
apostillis possit responderi,ꝙ hæc cle.solum probat dari resti-
tutionem aduersus lapsum temporis. Sed per hoc non infer-
tur, ꝙ aduersus pręscriptionem, per quam restitutionem non
solum fit restitutio aduersus lapsum temporis, sed etiam re-
stitueretur res pręscripta. Ad quod dici potest ꝙ hæc restitu-
tio rei venit in vim consequentię. Quidam tamen volentes
defendere glo. dicunt ꝙ aut simul intentat ecclesia iudicium
rescindendæ & rescissorium,& procedit glo. vt non admitta-
tur hęc petitio. aut separatim admittitur ecclesia petens,se
restitui aduersus lapsum temporis, & ex hoc præscriptionem
rescindi, & ea rescissa poterit agere pristina actione sicut præ-
scriptio, alio modo esset interrupta, pro hoc quod no.Innoc.
de pręscript.illud.& eo.titu. tum ex literis. quod non procedit
quantum per hoc velint saluare glo. quia secundum eos verũ
est dicere contra pręscriptionem competere restitutionem.
in eo autem, quod distinguunt an simul intententur rescin-
dens,& rescissorium, an separatim, non videtur in hoc indu-
cenda diuersitas in effectu, nam & obseruantia simul inten-
tatur, vt dixi in sexto contrario. in fi. & dic indistincte verius
esse quod contra præscriptionem restituitur ecclesia. Ad con
trarium cum dicitur, quod secundum hoc frustra erunt iura
de pręscript. contra ecclesiam loquentia. dic quod imo non
frustra, quia nisi ecclesia completa pręscriptione intra qua-
driennium petat se restitui, amplius non audietur. eo.titu.c. 1.
18 libro sexto. † Decimo quæro, an aduersus lapsum instantiæ
quæ de iure ciui. non finitur triennio, possit ecclesia petere se
restitui. dicit Genze.quod non,nisi in subsidium, id est quan-
do aliunde non potest ecclesię succurri ad instar minoris,cui
cum potest succurri agendo de suo interesse contra eum, qui
neglexit agere pro ipso,restitutio non conceditur, alias sic. C.
de iudi.l.properandum.in fi.& quod no.eo.titu. beneficio. vbi
d Hostien. videtur tenere contrarium. sed primum sequi vide-
19 tur in summa,eod.§.aduersus[d]. & verius. †Vndecimo quæro,
e an aduersus[e] confessionem restituatur ecclesia. dicit Inno.eo.
titu.auditis,quod non,nisi probato errore. quod tenet Specu.
eo.titu.§. 1. vers.sed nunquid ecclesia, & Matth. hic, vt dixi in
20 dicto c.auditis. † Duodecimo quęro,an aduersus vsucapionẽ
restituatur ecclesia. hęc quæstio pręsupponit aliam,an vsuca-
pio currat contra ecclesiam. in qua tenet Pau. ꝙ sic, quod te-
net eo. titu. cap. 1. quo pręsupposito dic ꝙ poterit ecclesia pe-
21 tere se restitui probata læsione. quod etiam tenet Pau. †Deci-
motertio quęro,an ꝯ exceptionẽ annalẽ, quę currit nõ p̄sentã
ti re-

ADDITIONES.

a An procurator. Adde Innoc.in c.fin.de arbi.& Abb.in c.suscitata. de resti in integr.

b An ecclesia non prosequens. Adde Rotam in decis. 87. inci. ictus non sufficit. & Rota decis. 13.inci. ictus si petatur. Ant.de But.in d.cap. tum ex literis.de resti.in integ.& Abb.in c.suscitata.eo.tit.

c An contra pręscriptionem. Adde Abb.in c.cõstitutus.4.col.de restit.in integ. glo.& Doct.in c.auditis. de restit.in integ. Doct.in c.1.& in c.fi. de præscri. glo.in auth.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.
Vinc.God. Adde Bald.in l. 3.col. 1. C de bon.mater.

d Aduersus. Adde Doct.in c.ex literis. de restitu.in integ.
Vinc.God. Ecclesia potest petere restitutionem in integrum aduersus laudum enormiter eam lædens etiam si tale laudum fuit emologatum, & etiã elapso quadriennio, & etiam si prælatus iurauerit, Ro.consi.369. circa primum Fely. in c.placuit.col.pen.de præscript.

e An aduersus. Adde Spec.tit.de restit.in integ. in §. 2.Dy.in regula,possessor. de reg.iur.lib.6.Io.de Imo.in c.illud.de præscri.

ti rescriptum possit ecclesia petere se restitui. Pau. quod sic, si
per negligentiam omisit, secus si dolo. quod tenet Inno. alias
Vinc.eo.titu. tum ex literis. pro hoc, quia aduersus delictum
non datur restitutio. C. si aduer. deli. l. prima. & hoc quando
tota ecclesia deliquit. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. 16.q.6.
22 si episcopum.no.de ordi.cog.cap.secundo.in glo.quarta.† De-
cimoquarto quæro, an aduersus peremptorium datum ad
opponendum crimina, vel defectus restituatur ecclesia. dicit
Specu.eo.titu.§.si quis autem. ver. sed pone ecclesia, obtentũ,
quod non, tenet Compo.de elect.quod sicut.& Pau.& Matth.
hic, quia in actionibus pœnalibus non est proditum auxilium
restitutionis.ff.de mino.l.auxilium. Decimoquinto quæro, an
a restituitur ecclesia [a] aduersus lapsum termini ad proponen-
dum dilatorias. glo.in ver.læsam.tangit & non soluit. Lau.re-
fert id quod no.Innoc.eo.titu.coram. vbi dicit quod non, ni-
si iudici videatur hoc æquum ex circunstantiis. quod tenet
23 Pau.Genze & Matth. quod dixi in dicto cap. coram. † Deci-
b mosexto quæro, an publicatis attestationibus [b] restituitur ec-
clesia ad producendos testes. Pau.refert id quod no. Innocen.
eod.titu.auditis. vbi concludit quod non, nisi iudex præmis-
sa cognitione videat ecclesiam læsam fuisse, vel prælati facilita-
te, debet autem iudex esse cautus, vt non concedat restitutio-
nem vbi subest præsumptio subornationis, quod pondera-
bit ex qualitate personarum. arg. de procu. in nostra. quod te-
net Spec.de resti.in integ.§.vlti.ver.quid si causa. Et hoc quan-
do aliquos testes produxit ecclesia, qui non bene probarunt.
& de hoc etiam in sequenti quæstione. Decimoseptimo quæ-
ro circa dicta in proxima quæst. quid si omnes testes ecclesiæ
repelluntur propter excommunicationem, vel aliud graue.
dicit Innocen. in dicto c.auditis. & Pau. hic, quod restituetur
ecclesia ad probandum per alios, vel per eosdem cessante im-
pedimento, dummodo producens non inueniatur in culpa,
tamen Hosti.ibi dicit, culpam vel negligentiam producentis,
non nocere ecclesiæ.ag.d.cap.si episcopum. 16. q.6. & regula,
24 delictum.lib.6. † Decimooctauo quæro, an ecclesia petens re-
stitui teneatur exprimere, quod dolo aduersarij, vel sui facili-
tate est læsa. dicit Specu.eo.titu. §.qualiter.in princ. quon. qđ
dic vt ibi. Decimonono quæro, an ecclesia potest plures cau-
sas læsionis proponere. vel si proposuit vnam, an possit alterã
prosequi. Idem Spec.loco præallegato dicit quod sic. sed in
vltimo dic ecclesiam posse aliam causam prosequi solum vs-
que ad tempus quo potest mutari libellus. C. de eden. l.edita.
25 quod tenet Ioan. And.in addit. Specu.loco præallega. † Vice-
c simo quæro, quia hic dicitur ecclesiam audiri [c] quæ affirmat
se læsam, vt supra dixi in 2. notabili, quod non auditur cum
effectu, nisi probet læsionem, an semper ecclesiæ sit necesse
læsionem probare. dicit Pau. & Matth. quod aut petitur resti-
tutio in iudicio & in his quæ præcedunt sententiam, & non est
necesse probare læsionem, quia per tractum temporis, & ne-
gligentiam satis apparet de læsione eod. titu.suscitata.&c.co-
ram,&c.auditis.aut petitur restitutio aduersus sentẽtiam, vel
extra iudicium aduersus contractum, & tunc debet probari
læsio.non enim eo ipso, quod sententia est lata, vel contractus
initus, læsa est ecclesia.eod.tit. cum venissent. & cap. 1. & c.fin.
restitutio autem non datur nisi læso. C.eo. titu.l.si minorem.
Pau.tamen concludit id quod dixi in dicto 2.notab.quod suf-
ficit læsionem allegare, vt examinetur causa restitutionis, sed
vt detur restitutio necesse est læsionem probare quando bene
probatur hic, nam dato quod sit lapsus terminus perempto-
rius, non propterea sequitur ecclesiam esse læsam. quæ pro-
bationes non produxit, quia nec forte sibi expediebat produ-
26 cere, & hoc debet examinari, vt perpendatur an sit læsa. † Vi-
cesimoprimo quæro, quia hic dicitur causam restitutionis de-
bere terminari intra quadriennium, quid si finito quadrien-
nio detur restitutio. glo.in verbo, finiri, allegat pro & contra.
& videtur tenere, quod non tenet restitutio. quod etiam tenet
Pau.eisdẽ rationibus pro hoc quod ipsemet no.infra, de deci.
clemen. 1.quod ibi dixi.quæstio.30.& duabus sequen.pro hoc
etiam quia restitutio contra ius commune conceditur, ideo
est restringenda regula, quæ a iure.lib.6.super qua ratione fun
datur glo. & Pau. Sed Genze. tenet contrarium, quia fauore
rei limitatum est quadriennium ad finiẽdam restitutionem,
vnde qua ratione volente reo potest prolongari. C.de tempo.
in integ.restu.l.petendæ.& no.eod.titu.l.fin.eadem ratione pa-
tiente reo, & non excipiente. Nam & alibi de lapsu fatalium
in appellatione oportet excipi & probari. C. de temp. app. l. 2.
§.fin. Ad §.consequens, allega.in glo. respondet Gen. quod ibi
ab initio tenuit datio tutoris, licet posset reuocari si proposi-
ta fuisset excusatio, & probata intra tempus legitimum, quo
elapso non potuit audiri in præiudicium pupilli. hæc respon-
sio non sufficit, nam etiam hic id, contra quod competit re-
stitutio, tenet mero iure. vel secundum Genze. ibi speciale fa-
uore pupilli, sicut etiam speciale est, quod excusatio prætex-
tu falsitatis obtenta ipso iure non tenet, licet aliud sit in alia
sententia, vt ibi no. dic & aliter, vt dico infra, ea.quæst. Ad id
quod no. C.de iudi. l. properandum. post princ. quod no.glo.
pro se inducit, vbi tenet glo. quod sententia lata post termi-
num non tenet. Respondet Genze.quod ibi ideo, quia fuit la-
ta ex actis, quæ iam perierant perempta instantia, & sic est nul
la tanquam ex actis nullis. & hoc puto verius. Et dic quod in
§.consequens, subest ratio, quia nõ debet præiudicari iuri iam
quæsito in commodum pupilli, cuius interest habere tutorẽ.
Sed is contra quem petitur restitutio bene potest præiudicare
sibi omittendo exceptionem sibi competentem propter la-
psum quadriennij. Quia autem iura in hoc sunt varia, an te-
neat factum post tempus, distingue, quia aut tempus præfigi-
tur parti aut iudici, aut actioni. Primo casu post tempus
nihil potest fieri, & si fiat, non tenet. C. senten. rescind.
non poss. l. peremptorias. de probat. l.exceptionem.ff.de iudi.
l. sed & si susceperit. Secundo casu aut præfigitur tempus iu-
dici, & iurisdictioni. aut iudici tantum. si iudici & iurisdi-
ctioni, non valet, quod fit finito tempore. ff.de iudic.l.secun-
da.§.sed & iudex.de arbit. l.si cum dies.§. si intra. & l. non di-
stinguemus.§.secundo.C.quando prouo.non est ne. l.cum nõ
eo die. Si iudici tantum, tenet quod fit post tempus, licet iu-
dex puniatur. C.de ædi.priua.l.fi. C. vt omnes tam ciui. quam
milita.l prima. ad si pro vtroque membro, de offic.delega.de
causis.& quod ibi dixi. Tertio casu aut præfigitur tempus cir-
ca substantiam actionis, & finito tempore finitur actio, & nõ
tenet quod postea fit.C.de dolo.l.fi.ne de sta.defun. l.secunda.
in fi. aut præfigitur non circa substantiam actionis, sed circa
litis instantiam, & finito tempore iudex de nouo potest co
gnoscere, non autem vigore primæ instantiæ. C.de iudi.l.pro-
perandum.ad fi.ad l.Falcid.auth.sed cum testator.in Authen.
de her.& Fal.§.illud quoque. col. 1. de hoc per Rayn. & Barto.
26 in dicto §. consequens. † Vicesimosecundo quæro, an hoc
d quadriennium [d] possit per iudicem prorogari. videtur quod
non, sicut nec tempus quod datur ad appellationem finien-
dam.quod no.de app.cum sit. pro hoc quod no. C.de lit.con-
test.auth.offeratur.quod tenet Lau.quia hoc tempus datur si-
ne ministerio iudicis.non potest ergo per iudicem auferri.re-
gula, indultum.libro 6.quam rationem dicit Genze.non pro-
cedere, non tamen reddit causam, sed posset reddi, quia hoc
tempus potest ex causa prolongari. C.eod.l.petendæ. dicit au-
tem Genze. aliam esse efficaciorem rationem, quia quando
lapsus temporis effectualiter absorbet ius partis, non potest
minui vel protendi, & sic est in tempore prosequendæ appel-
lationis, vel petendæ restitutionis. secus in temporibus, quo-
rum lapsus non absorbet ius partis, vt in tempore quod da-
tur ad deliberandum 3.q.3.offeratur. vel ad sententiã exequen
dam.ff.de re iudi.l.secunda.de re iudi. quod ad consultationẽ.
Sed contra dici posset, quia in quolibet lapsu temporis absor-
beret ius partis, cum acquiratur ius aduersario, vt post tem-
pus non audiatur, quia dimisit tempus labi, tamen potest ra-
tio Genz. sustentari quando aduersarij ius non est factum de-
tenus, per id quod no.de verb.signific. infra clemen.sæpe. §. &
quia in glo.in verbo, non obstante. & dixi de hoc in tit.u.cum
dilectus. Sed etiam ratio Lau.est vera, quia hoc quadriẽnium
datur a iure sine ministerio hominis, ideo non potest a iudi-
ce mutari. pro hoc quod dixi in dicto c.cum sit. licet enim ex
aliqua rationabili causa possit protendi, prout dicitur hic in
glo.in ver.finiri. non per hoc sequitur, quod iudex possit, cum
27 non reperiatur sibi permissum. † Vicesimotertio quæro, in eo
quod hic dicitur hoc quadriennium esse continuum, quod
e dicatur tempus continuum, & quod vtile. [e] Solu. vt in glo. in
ver.continuum. & in ea ibi, continue vtile. hic est multiplex.
de quo infra, ead.q.ibi, quo ad progressum.pro hoc.ff.de calũ.
l.annus. de ædil. edic. l.cum sex. & cum dicit glo. ꝙ quadrien-
nium est cõtinuum in principio per literam ꝙ sequitur, põde-
rat

ADDITIONES.

a An instituatur ecclesia. Adde Spec.tit.de rest. in integ. in §.secundo.ver.sed pone.Doct.in c.auditis.de in integ.rest. resti.Comp.in c ꝙ sicut.de elect.

b An publicatis attestationibus. Adde Innoc.in c coram.in fi. de rest.in integ. Lap alleg.53.inci.incip.an opurteat.in 3.colum. Bal.in l.Sario. ff.de resti.in integ.

c Ecclesiam audiri. Adde Spec.eo.tit.§.sed minor.ff.de iureiur.

d An hoc quadriennium. Adde glo.in regu.indultum.de regu.iur.lib.6.& d. glo.sequuntur And de But.& Abb.in cap.cum sit Romana. de appella. Vinc.Gog.Vide Bal.in c.de causis, de offic.deleg. & ibi per Felyn. & idem Bal.in l.inquisitionis.§.ad petitionem,col.7. de act.

e Vinc.God. Tempus continuum aut vtile quod dicatur, Io.Fran.Balb.in trac. de præscr.q.6.& vlt.nu.3.& 4.ꝙ habetur in lib. trac.fol.49.

nat verbum, a tempore læsionis, quia statim ab eo tempore in-
cipit currere. vnde dicit Genze. quod currit a momento fi-
nitæ læsionis. pro hoc quod no. Inno. eo. tit. coram. Pau. quo
ad primum quæsitum hic, & de elec. cle. causam. in ver. ab in-
terpositione. dicit, continuum tempus quandoque dici quod
continue currit in præsentia, & absentia diebus feriatis, & nō
feriatis, sit copia iudicis, vel non. C. de præscri. lon. tempo. l. vlti.
quandoque continuum est vno respectu, quia veniunt dies fe-
riati, sed alio non, vt quia non currit impedito, & sic sumitur
hic. & pro hoc quod no. Archid. 2. q. 6. anteriorum. super glo.
nunquid hoc tempus. in fi. Tempus vero vtile est, quod non
currit continue, quia non diebus feriatis, vel quando non est
copia agendi vel tempore absentiæ. Et hoc multiplex. quod-
dam continuè vtile, vt tempus semestre. de quo de supp. negl.
præla. licet, de conces. præben. cap. 2. &c. quia diuersitatem. &
tempus centum dierum ad petendam bonorum possessionē.
C. qui admit. ad bono. poss. possunt. l. 2. quoddam vtile quo ad
principium tantum, sed quo ad progressum, continuum, vt
tempus ad appellandum, quando fertur sententia contra ab-
sentem & ignorārem. C. quo. & quan. iud. l. ab eo. quodddam
vtile in progressu, sed continuum ab initio, vt tempus appel-
lationis prosequendæ. de app. ex ratione. Et quod quadrien-
nium, de quo hic, sit continuum, & vtile modo prædicto, te-
net glo. C. eo. l. fin. dicitur autem omne tempus continuum,
nisi probetur esse vtile, vt no. glo. ff. de diuer. & temp. præscrip.
29 in rubri. & l. prima. † Vicesimoquarto quæro, si ecclesia non
probauit in peremptorio, an quadriennium petendæ restitu-
tionis computetur a fine peremptorij an a die scientiæ. vide-
tur quod a fine termini, per hanc literam, quod prosequere, vt
to glo. in verbo, a tempore. in ver. & no. & cum opi. Innocen.
quam approbat glo. tenet hic Pau. & Archi. eo. tit. cap. 2. lib. 6.
pro hoc quod dicit hic Lap. referens id quod no. Spec. eo. tit.
§. intra quod tempus. ver. cæterum. vbi dicit, quod sicut eccle-
sia vel minor debent petere restitutionem intra quadriennū
a tempore læsionis, sic etiam maiori quando sibi ex iusta cau-
sa competit restitutio, currit hoc tempus a die læsionis, si est
30 præsens, vel tempus reuersionis, si erat absens. † Vicesimo-
quinto quæro an hoc quadriennium currat ignoranti. dicit
Laud. quod tempus continuum currit ignoranti, & imputet
sibi qui super hoc debuit vigilare, supra eo. coram, infra de cō-
ces. præben. cap. vnico. in fi. de vtili dicit secus, quia probabilis
ignorantia inter impedimenta legitima computatur. C. de
ædil. edic. l. cum sex. de cle. excom. mi. apostolicæ. de tempore
autem partim continuo, partim vtili dicit, quod ab initio ex-
cusat ignorantia, non postea, ex quo incœpit. de rescript. ple-
runque. nisi sit affectata & supina ignorantia, quæ indistincte
non excusat. de temp. or eos. lib. 6. Sed per hoc non est solu-
ta quæstio proposita, nisi præsupponendo id quod dixi supra,
quæst. 23. quod quadriennium est partim vtile, partim con-
tinuum, quod tenet Genze. dicens per hoc videri, quod non
currat ignoranti, cum succedat loco vtilis anni. de quo in l. fi.
C. de tempo. in integ. resti. qui non currebat ignoranti cum es-
set vtilis. Item quia alias sequeretur, quod iusta ignorantia
puniretur, contra l. generali. C. de tab. lib. 10. & de consti. cap. 3.
Refert tamen aliquos contra sentire, sed primum verius, quia
vt dixi supra q. 23. & supra eadem q. hoc quadriennium non
est omnino continuum, sed partim vtile, & sic non currit im-
31 pedito. † Vicesimosexto quæro, nunquid hoc quadriennium
currat ecclesiæ tempore prælati ecclesiam lædentis. videtur
quod non, quia tunc non currit præscriptio per quam acqui-
ratur dominium. 16. quæst. 3. §. item si. &c. si sacerdotes. pro
hoc quod no. Innoc. eo. titu. tum ex literis. In contrarium est,
quod no. Archi. eo. tit. cap. 1. lib. 6. quod sentit hic Pau. dicens
hanc literam facere pro. de hoc dixi in dicto cap. tū ex literis.
vbi tenui primum, quod præscriptio non currit, nec illa litera
facit contra, quia in eo quod dicit, quadriennium currere a
tempore læsionis, debet intelligi, saluo quam in casu dicti cap.
si sacerdotes. vt iura iuribus concordent. de elect. cum expe-
32 diat. lib. 6. † Vicesimoseptimo quæro, an post quadriennium
possit peti restitutio per modum excipiendi. videtur quod sic,
quia quæ annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipien
dum. ff. de doli except. l. pure. §. pen. de rescript. plerunque. vbi
hoc declaraui. In contrarium, quia hæc exceptio habet vim
actionis, & datur eius exemplo. ff. ex qui. cau. maio. l. necnon.
§. exemplo. ergo sicut actio non competit post quadriēnium,
ita nec exceptio. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si filius. &
hoc verius secundum Pau. Ad contrarium responde, quod
non obstat, quia non est in potestate rei, quando exceptionem
proponat, sed bene est in potestate volentis restitui quando
hoc petat. Et pro hoc quod dixi in dicto capit. plerunque. in-
33 fertur solutio quæstionis sequentis. † Vicesimooctauo quæ-
ro, ecclesia contrahendo fuit decepta, is cum quo contraxit,
post quadiennium petit rem sibi tradi, ecclesia excipit petens
sibi restitui, debet ne audiri? dicit Pau. quod non, per id quod
dixi in proxima quæstione. Et pro hoc de transact. contin-
34 git. † Vicesimonono quæro, quomodo sciri poterat quātum
sit tempus læsionis. dicit Laud. & Genze. quod quandoque
tempus est limitatum a lege, vt decendium ad appellandum,
vel simile, & tunc tantundem restituetur, & non vltra. quan-
doque tempus erat arbitrarium, puta ad producēdum instru-
menta, & tūc restituitur tempus arbitrarium. pro hoc quod
no. Inno. eo. titu. coram.

De iudicijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia comprehendunt etiam personas constitutas in digni-
tate.*
2 *Citatur quis vltra duas dietas in certo casu.*
3 *Ad instar, dictio quid importet.*
4 *Dies solennes, in quibus fiunt citationes qui sint.*
5 *Genus quandoque plus operatur quam species in certo casu. de quo
vide.*
6 *Mandatum & iussus capiuntur quandoque pro eodem.*
7 *Audientia literarum Papalium, & palatium Papale differunt, &
qualiter, vide.*
8 *Lex cessat causa legis cessante.*
9 *Citari quis debet ad locum tutum, similiter nuncius apparitor & iu-
dex.*
10 *Citationes qualiter fiant contra absentes.*
11 *Citari quot modis quis possit.*
12 *Citari an semper debeat personaliter si fieri potest.*
13 *Citatio facta die feriata an valeat.*
14 *Iudex si scienter assignat diem feriatam sedens pro tribunali quæ dies
est feriata in fauorem hominum præsentibus partibus & scientibus
quod feriata est, an videantur renunciasse ferijs.*
15 *Papa q aliquid fecerit ex certa scientia qualiter hoc constare potest.*
16 *Citatio quando fit ad domum an requirendi sint amici.*
17 *Contumax verus & manifestus qualiter differunt.*
18 *Citatio de qua habetur in clemen. 1. de iud. an præsumatur peruenisse
ad citatum, ita q sit præsumptio iuris, & de iure.*

C A P. I.

DVdum. No. quod modus citandi per
edictum in forma huius clem.
habet locum in solo Papa: ibi, authoritate
Apostolica. & ibi, Papa specialiter mandan
te. pro hoc secundum Lau. quia inferiores
habent cautos suos modos, per quos citant
subditos, vt no. de dolo. causam. & c. prout.
1 & c. veritatis. † Secundo no. q in verbis generalibus compre-
henduntur etiam personæ in dignitate constitutæ, etiam si sit
Rex vel Imperator, ibi, quibuscunque. iuncto eo quod di-
cit glo. in hoc verbo. idem Lau. Pau. & Genze. & hoc in di-
spositione non restringibili, alias secus. argu. de præben. c. fin.
quod tamen nihil probat de personis, sed tantum de benefi-
ciis. vnde de personis posset dici, quod nisi sint aliquæ perso-
næ expressæ, ad quarum similitudinem restringatur clausula
generalis, omnes venient, cum non sit maior ratio de vna,
quam de reliqua, neque sit contrarium iure expressum. pro
2 hoc quod dixi de elec. significauit. † Tertio no. casum, in quo
citatur quis vltra duas dietas, vt hic in gl. in ver. vndecunque.
& Lau. & Genze. Quarto no. de albo præto. quod dic, vt in gl.
in verbo, Albo. & dicit Genze. q ideo citatio scripta in albo
afficit, quia patenter, & publice fit, ideo præsumitur ad noti-
tiam citati peruenire. pro hoc. ff quo. & quan. iud. authen. qui
3 semel. in Authen. de iudi. §. fin. colla. 6. † Quinto not. de dictio-
a ne, ad instar [a]. quæ exponitur, idest ad similitudinem. ff. de iu-
re fis. ad instar. de hoc de fide instr. inter dilectos. ver. cæterum.
4 de offi. lega. cap. 2. libro 6. † Sexto no. de diebus solennibus, in
quibus fiunt in curia citationes generales, & qui sint, dic vt in
glo. in ver. solennes. & idem Genze. & Lau. dicit tamen Lau.
quod Papa etiam extra hos dies potest facere citationes in
consistorio publico vel priuato, & etiam in camera. & suf-
ficit, quod de eius certa scientia, & speciali mandato hoc
fiat.

A D D I T I O.

a De dictione, ad instar. Adde Doct. in cap. inter dilectos. de fide instrumen. Abb. in cap. cum olim. in ver. item no. de consue. & in l. si ad instar. C. de libe. cau.

fiat cum non arctetur iuribus. de conces. præben. proposuit. Et
idem Genze. & secundum Lau. regulare est ꝙ citatione prius
facta legitimè ad curiam ab homine vel a iure, si non com-
pareat citatus in die assignata, fit citatio in audientia publi-
ca vel præconizatio in palatio. & tales sunt magis propriæ
declarationes primarum citationum quam citationes. Con-
tra quos autem fiant processus generales in curia, dicit glo. in
5 ver. generales. & idem Pau. & Genz. † Septimo no. casum in
quo non tantum operatur genus, quantum species. ibi, spe-
cialiter. iuncta glo. & secundum Pau. & Genze. dicitur Papa
specialiter mandare quando mandat, quod citatio fiat in au-
dientia, & de certa persona. & expedit, ꝙ exprimat, ꝙ fiat ci-
tatio per hanc formam. tunc enim secundum Genze. videtur
tollere velle ius commune. quod etiam dicit glo. in ver. ex cer
6 ta scientia. & in ver. specialiter. † Octauo no. ꝙ mandatum &
a iussus [a] quandoque capiuntur pro eodem, ibi, mandante. iun-
cta glo. & idem Pau. & de hoc dixi de offic. delega. quoniam
7 Abbas, & supra de procu. cle. fin. q. 1. † Nono no. differentiam
inter audientiam literarum apostolicarum, & Papale pala-
tium. quod dic vt in glo. in ver. literatum. & idem Lau. & Pau.
Et de auditore contradictarum. J. de elect. clemen. ne Roma-
ni. & de rescript. cle. auditor. Innuit autem gl. prædicta in ver.
literatum. in fi. ꝙ audientia sit locus ordinatus. dicunt tamen
aliqui ꝙ non sic est, imo vbi est auditor, ibi est audientia, &
8 ibi audit causas. † Decimo no. ꝙ cessante causa legis cessat lex.
probatur hic in eo, quod excusat constitutionem Bonifacij
propter malitiam temporis. & dicit Lau. quod potētia & astu
tia inimicorum, quos habuit iste Bonifacius etiam vsque ad
mortem fecit rigorem hunc esse rationabilem, cum multis
crassantibus opus sit exemplo. arg. 23. quæst. 4. Guilisanus. 86.
dist. c. 1. J. de pę. cle. si quis suadente. ver. ciuitas. & idem Genze.
pro hoc. ff. de pę. l. aut facta. §. fin. Vndecimo no. de alternati-
b ua. [b] ibi, vel quorum. quod dic vt in glo. in hoc verbo. & idem
9 Pau. † Duodecimo no. ꝙ sicut debet prouideri, vt quis citetur
ad locum tutum, de appel. ex parte. ita etiam debet prouideri
iudici appariton, & executori seu nuncio, vt tute possint ad
locum accedere, vt hic: ibi, vel quorum domicilia possint tu-
te adiri. pro hoc, vt l. non conte. quoniam. Dicit autem Pau.
quod hoc debet exprimi in citatione. ff. de trāsac. l. cum hi. §. si
prætor. de appel. Romana. §. cum autem. lib. 6. in quo non vi-
detur quid velit dicere. sed potest intelligi quod quando quis
citatur, debet exprimi qualiter locus est tutus: quod tamen
non est opportunum, sufficit enim quod ita sit. Si autem
non est tutus, citatio non arctat. de appel. ex parte. & dic vt
ibi dixi. Et ex hoc colligit Matth. ꝙ si aliquis per se vel alios
procurat ne citatio perueniat ad eum, vel ne ad eius domici-
lium, vel locus possit libere adiri, habetur pro vero contu-
mace. Et hoc speciale dicit esse in his duobus casibus, de qui-
bus in litera, secus in aliis citationibus. J. tit. 1. c. 1. §. si vero. De-
cimotertio no. de protestatione quam facit hic Papa in ver.
porro. ad conseruationem iuris sui. simile de præscrip. nihil.
Et hoc fit ex superabundanti, cum potestas eius semper re-
maneat libera, nec subijciatur iuribus. de elec. significasti. de
10 præben. dudum. lib. 6. Lau. & Genz. † Decimoquarto no. de ci-
tationibus absentium. & exemplificat Lau. & Genze. per cap.
tum ex literis. de resti. in integ. de dolo. veritatis. &c. cum dile-
cti. de dila. cap. si. de accu. licet. & c. veniens. cum si. Formas ha-
rum citationum, & modum procedendi ponit Spec. de cita-
tione. §. dicto de citatio. vsque ad fin. Oppo. ꝙ hæc cle. non sit
situata sub congruo titulo, sed debuit poni potius sub titulo
de citationibus, maxime cum prima citatio videatur non iu-
dicialis. quod dic, vt in glo. in ver. citationes. Solu. vt in ea. Et
idem Lau. Pau. & Genze. Secundo oppo. ꝙ non sufficiat cita-
tio generalis, sed requiratur specialis. de elec. cap. fin. lib. 6. ff. de
app. cum quidam. dicit Pau. ꝙ hoc est speciale in Papa & in
causa huius constitutionis, alias regulare est, ꝙ non debeat fie-
ri talis citatio generalis, nisi de prius citato ab homine, vel a
iure. de elec. c. 1. & c. vt circa. & c. cupientes. lib. 6. de appel. sępe.
& sic citatio, quæ fit in albo magis est exaggeratio citationis
iam factæ. pro hoc quod dixi supra in 6. no. & dicit Lau. & ple
nius Pau. ꝙ in facto generali sufficit publicatio generalis. de
postu. c. 1. 82. dist. proposuisti. sed in facto speciali, quod tangit
partem, non sufficit citatio generalis, & sic loquuntur contra-
ria. de hoc in Spe. de do. & contu. §. restat. in princ. vbi dicit qui
iudices possunt per hæc edicta citare, & qui non. Tertio opp.
ad hoc quod non solus Papa, sed etiam alij citare possunt, per
hanc clem. J. titu. 1. cle. quamuis. Solu. ibi est casus specialis. de
quo dic vt ibi. & hoc vult glo. hic in ver. Papa. Quarto opp. ꝙ
non fuerit necessaria restitutio, quam fecit Papa hic, in ver.
nos rigorem. Nam etiam in constitutione Bonifacij diceba-
tur citationem in forma huius clem. prętertim habere locum
in casibus positis hic in tex. vnde exponendo prætertim, pro
tantum, idem ibi dicebatur ꝙ hic. Sol. vt in glo. in ver. restrin-
gimus, quæ videtur stare contrariu. Et hoc tenendo dic quod
hæc constitutio fuit necessario pro tollendo ambiguum, an
illa dictio staret pro tantum, an pro maxime. Item dicit Lau.
quod ibi hæc dictio, præsertim, stabat pro maxime, pro hoc
quia hæc est sua propria significatio. quod dixi de excep. c. 1.
Quinto oppo. quod licet domicilium alicuius non possit libe-
re adiri, non propterea debeat tenere citatio generalis. nam
potest esse, quod hoc est sine facto citandi, qui tunc non debet
alterius odio prægrauari. C. de inoffic. test. l. si quis in suo. Sol.
intelligit Genze. quando hoc surgit ex facto citandi per lite-
11 ram præcedentem ibi, per se vel alios. † Quæro quot modis
c possit [c] quis citari. dicit Lau. quod quatuor. Vno modo lite-
ris iudicis. de proba. quoniam. Secundo modo voce præconis.
de app. cum parati. C. de feriis. l. dies. Tertio modo dispositio-
ne iuris. de elec. cap. 1. & c. cupientes. de off. ordi. quamuis. lib. 6.
Quarto scriptione facta in albo prætoris, & ad illius instar fit
citatio. de qua hic. quæ secundum Lau. debet magis arctare
citatum quam alia, quia magis indubitata. nam ex quo tot
oculis transeuntium publicè legenda subijcitur, præsumitur
violenter ad citati notitiam peruenisse, ideo in loco publico
ponitur & in foribus ecclesiæ. pro hoc. C. quomodo & quan-
do iudex. auth. qui semel. ff. de orig. iur. l. 2. §. fin. quæ ratio nō
concludit. fortius enim vrget citatio personalis, quā hæc quæ
fit per edictum, imo hæc est subsidiaria, & solum in certis ca-
sibus locum habet, vt in tex. nec etiam præsumptio qua præ-
sumitur hanc citationem peruenisse in citati notitiam, est
violentia, quia si sic esset, non admitteretur probatio in con-
12 trarium, quæ tamen admittitur, vt dico infra q. 8. † Secun-
d do quæro circa hoc, an semper quis sit citandus [d] personaliter,
si fieri potest. Matth. tractat referens opi. Gof. & Hosti. de do.
cum olim. secundum quos distinguit, quod aut citandus est
intra prouinciam, aut extra. si intra, debet citari personaliter.
si extra, tunc ad domum, de do. cap. fin. de eo qui mit. in pos.
c. si. sed Matth. dicit extra ciuitatem, & diœcesim quem non
posse citari, cum extra territorium &c. pro hoc infra, de re iu.
pastoralis. ver. Pisanaque ciuitas. supra, de elect. clem. causam.
ver. quod si forsan. vbi absente appellato debet fieri intimatio
ad domum appellati, vel in ecclesia cathedrali, vbi consistit
beneficium, & non dicit, quod debeat fieri in ecclesia cathe-
drali, vbi moratur absens, quod fieri deberet si vera foret opi.
prædictorum. pro hoc infra tit. 1. cle. 1. ver. 1. ibi, & ipsi perso-
naliter, vel ad domum, &c. Opp. ad hoc de c. Romana. §. con-
trahentes, de fo. compe. lib. 6. ibi, si eorum authoritate &c. vbi
videtur quod possit fieri citatio extra territorium. Sol. ibi fit
citatio per iudicem territorij ad requisitionem iudicis causæ,
& satis dicitur fieri eorum authoritate, quod fit ad eorum re-
quisitionem. Tu dic quod dummodo citatio sit decreta intra
territorium, potest mādari executioni extra territorium, si iu-
dex territorium non prohibeat, quod dic vt dixi de fo. com-
pe. cap. fin. Quo ad id autem, quod dixi de citatione facienda
personaliter, vel ad domum, dicit Matth. quod prædicta pro-
cedunt siue, quis citari debeat ciuiliter siue criminaliter, quia
illi expulsores criminaliter, poterant conueniri, vt ibi patet. p
quam cle. dicit tolli opi. Gof. & Spec. de accusatore. §. 1. ver. &
nunquid. qui tenuerūt, ꝙ in criminali semper debet quis per-
sonaliter citari. & ad iura, quæ allegāt, respōdet, ꝙ non faciūt.
vnde ad cap. cum olim, dicit quod ibi fuit quædam Papalis
prouisio ad hoc, vt subreptitius prælatus illi ecclesiæ non præ-
ficeretur. Item loquitur in delegato Papæ, qui vbique citare
potest, & vbi Papa ex certa scientia sic mandauit. Et ideo
quo ad citationem illud c. ponit ius ad c. prælatum, qui si. sint
legi. quod ibi non fuit citatus vt ille per suum prælatum, sed
fuit mandatum parentibus, vt pro eo mitterent, & eum ad
propria reuocarent. Ad cap. relatum. qui ma. accu. pos. respon
detur quod ibi non dicitur, ꝙ fuerit citatus, sed ꝙ fuit requisi-
tus, nō per modū restitutionis. Itē prædicta c. perlatū. & relatū,
non ponunt ius quo ad citationem, sm eum. pro quo inducit
quod

ADDITIONES.

a Quod mandatum & iussus. Adde cle. in c. eam te. de rescri. in §. inter manda-
tum. in 1. col.
Vinc. God. Iussus enim vbi requiritur præsentia, cum taciturnitate sufficit,
Rui. cons. 111. num. 5. lib. 4. Iussus autem & authoritas quid differunt. Goz.
cons. 98. nu. 3.
b Alternatiua. Adde Io. And. in regu. in alternatiuis, de reg. iur. lib. 6. in nouel-
la. Io. And. in c. 2. de rescri. lib. 6. in nouella.
Vinc. God. De ista alternatiua, vel, Rui. consil. 27. num. 7. lib. 1. & cons. 30.
num. 7. lib. 3.
c Quot modis possit. Adde in auth. qui semel. C. quo. & quando iud.
d An semper quis sit citandus. Adde Inno. & Doc. in c. si. qui ma. acc. pos. Abb.
in c. Albericus. de testi. Abb. in c. gratum, de offic. deleg. Abb. in c. quamuis.
de re iud. in fi.

quod no. Inno. de eo qui mitt. in pos. cap. fin. vbi dicit quod in
causa matrimoniali altero coniugum absente potest ad defi-
nitiuam procedi. & sufficit absentem citari ad domum, quia
præsumitur malitiose abesse, cum teneatur cohabitare coniu-
gi. & prosequitur Matth. quædam alia no. per Inno. in d. cap.
fi. & in Spe. de inquisitione. §. quare autem. dicens ꝙ ad hoc, vt
valeat citatio ad domum, primo necessariũ est ꝙ citandus in-
ueniri non possit. de dolo. causam. & quod ibi no. secundo ꝙ
a publice, & alta voce citetur, ita ꝙ edictum [a] perueniat ad eos
qui sunt in domo. de do. c. fi. de cle. non resi. ex tuæ. ff. de insti.
to. l. sed & si. §. proscribere. dic plenius, vt dixi in d. cap. fi. de eo
qui mit. in pos. vbi late dixi in quibus casibus valeat citatio ad
domum. Et de intellectu c. cum olim. & c. relatum. & c. perla-
tum. præallegatorum. vbi dixi in dictis cap. Et specialiter dixi,
quando ꝯ coniugatum sufficiat citatio ad domum, vt dixi in
13 dicto c. fi. & d. c. relatum. † Tertio quæro an valeat citatio [b] fa-
b cta die feriata. So. Matth. quærit, & non est quæstio hic neces-
saria. distinguit autem ꝙ aut fit citatio die feriata, vt compa-
reat die non feriata, & non valet, quia est de processu iudicij.
de proba. quoniam. quia fieri non debet die feriata. de feriis.
cap. fi. aut citatur die non feriata, vt compareat feriata, & nunc
debet comparere, quia duo videntur sibi mandata. de dolo.
cum dilecti. de in integ. resti. tum ex literis. de dila. c. fin. de ac-
cu. veniens. Pe. tamen de Sansona, vt refert Matth. tenuit in d.
cap. fi. de fer. ꝙ citatio facta die feriata tenet si cadit in non fe-
riatam. & ita dicit curiam seruare. de hoc. 15. q. 3. placita. &
in Specu. de citatio. §. 1. ver. item excipitur. & de feriis §. 2. ver.
porro. dic vt ibi dixi in d. c. fin. de feriis. & ex ibi no. patet ꝙ ci-
tatio facta die feriata in honorem Dei, etiam ad diem non fe-
14 riatam non tenet. secus si est feriata fauore hominum. † Quar
to quæro si iudex sedens pro tribunali scienter assignat diem
feriatam in fauorem hominum partibus præsentibus & scien
tibus ꝙ est feriata, an videtur renũciasse feriis. Respon. Matth.
ꝙ sic. de quo in Spe. de feriis. §. fi. vers. sed quid si. pro hoc quod
15 dixi de ap. significante. † Quinto quæro in eo ꝙ dicit requiri
certam scientiam Papæ, quomodo hoc constabit, ꝙ ex certa
scientia fecerit. Solu. vt in glo. in ver. ex certa scientia, & idem
Pau. & est glo. notanda. Et facit ad quæstionem cum quæritur
quando dicatur Papa confirmasse ex certa scientia. de quo de
confir. vti. c. antepen. & pe. & in hac gl. ibi, requirẽdi sunt ami-
16 ci. de hoc in seq. q. † Sexto quæro in eo, ꝙ glo. prædicta in ver.
ex certa scientia. dicit ꝙ quando fit citatio ad domum, requi-
c rendi sunt amici: [c] an hoc sit verũ. videtur ꝙ sic, per iura alleg.
in gl. & pro hoc, quod no. de offic. deleg. consultationibus. Sed
Pe. & Cyn. C. de bo. auth. iudi. pos. l. cum proponas. q. 9. dicunt
hoc verum solum in minoribus per l. hæc autem. ff. ex qui. cau.
in pos. ea. vel in maioribus, contra quos proceditur de iure spe
ciali. ff. ex qui. cau. ma. l. item ait. §. fin. & l. seq. vt si maior petit
restitui contra maiorem ex clau. vt ibi. Et hoc quia ius specia-
le facilius denegatur quam commune, vt in Authen. de non
alie. §. quia vero verisimile. col. 2. pro hoc quod no. glo. ff. ex
qui. cau. in poss. ea. l. 2. illa tamen facit in contrarium: quia lo-
quitur de illo, qui semel comparuit, vel de eo, qui fuit inuen-
tus. hic autem debet intelligi de non inuento. & tutius est sta-
re illi glo. quia l. item ait. §. fin. & l. sequens. tradunt generalem
doctrinã. nec bene ꝓbatur iure illa restrictio, quod illud pro-
cedat solum eo casu quo agitur de iure speciali. vnde dic in-
distincte requirendos amicos, quod saltem est tutius. Et secun
dum hoc intellige, quod dixi de elect. cle. causam. §. ꝙ si. q. 3.
Septimo quæro in eo ꝙ dicit quod arctatur citatus ac si fuis-
set citatus personaliter, in quo comparatur hæc citatio cita-
tioni personali. Glo. in ver. personaliter. sol. & dic vt in ea. Et
ex eo ꝙ dicit glo. citatum in forma huius cle. censeri verum
17 contumacem, non tamen manifestum, si non cõpareat: † No
ta differentiam inter verum contumacem & manifestum. &
cum glo. tenet Matth. qui tamen dicit hunc censeri adeo con-
tumacem ꝙ appellare nõ potest: quia si personaliter citatus
iusto impedimento cessante non venisset, haberetur pro con-
tumace, adeo ꝙ appellare non posset, pro hoc quod no. Inno.
de accu. ad petitionem. & Spec. de contumacia. §. 1. ver. fin. &
Archi. de elect. c. 1. lib. 6. & de hoc. 3. q. 9. caueant. de exces. præ-
la. ex literis. vt li. non contest. quoniam. §. si autem. in glo. & in
hac glo. si non potest. & J. tit. 1. cle. vnica. sub tit. de testibus, quæ
est in regula, præsumitur. lib. 6. & de hoc dixi de eo, qui mitti.
18 in posses. c. fi. † Octauo quæro in eo ꝙ dixi in proxi. q. ꝙ citatio
de qua hic, comparatur citationi personali, quod etiã dicerut
in litera, an citatio de qua hic, præsumitur peruenisse ad citatũ
ita vt sit præsumptio iuris & de iure. glo. eadem in verbo, per-
sonaliter. in fi. sentit ꝙ non, in eo ꝙ dicit, ꝙ citatus hoc modo
auditur excusans contumaciam. Idem Lau. dicens ꝙ etiam
admitteretur si incontinenti paratus est probare contrarium
per regulam, hodie constat, hodie agatur. ff. vt in poss. leg. l. si
is a quo. de resti. spol. literas. qui ma. accu. pos. c. fi. Opp. ad hoc
quia videtur hæc esse iuris fictio per quam fingitur citationẽ
hanc ad citatum peruenisse. Sed contra fictionem non ad-
mittitur probatio. C. de proba. l. siue. de spon. is qui. So. Genze.
stat ꝯrio. Io. de Lig. dicit ꝙ admittitur probatio iusti impedi-
menti quam facere posset personaliter citatus, sed non admit
titur probatio ꝙ citatio ad eum nõ peruenerit. & in hoc pro-
cedit dictum Genze. & idem Pau. vt dico in seq. q. pro hoc, qa
in hoc standum est fictioni iuris prædictæ. & pro hoc C. de rei.
vxo. l. vnica. circa princ. quod placet. Quando autem & quo-
modo possit probari contra fictionem vel præsumptionem
iuris & de iure, dic vt dixi de spon. is qui. Nono quæro in eo ꝙ
dicit, citationem de qua hic, procedere de rigore, in quo est
iste rigor? dicit Lau. ꝙ est in hoc, quia rigor est, ꝙ citatio facta
contra Anglicum, vel Britonem in albo Papæ, vel prætorio
sine alia citatione iuris vel hominis, ipsum arctet, qui forsan
non credebat causam aliquam habere in curia. Item per hoc
curia omnes ad se traheret. Item iste non debuit credere re-
ferentibus, nisi esset nuncius iuratus. de app. cum parati. ff. de
custo. reo. l. diuus. non enim debet esse nimis credulus. ff. de
eo per quem fac. erit. l. prima. §. dolum. Item est contra stylum
antiquum curiæ, secundum quem consueuit citare non cita-
tum ab homine, vel a iure. Et vult Lau. dicere quod consueuit
curia citare personaliter. & idem Gen. Propterea secundum
Pau. æqua fuit hic moderatio, alias si generaliter permittere-
tur citatio, de qua hic, teneretur quilibet habere procurato-
rem in curia, quod est durum. Pro hoc quia nec debet fieri
sententia, nisi peremptoria veniat ad notitiam citati. Et secun
dum quosdam lata non tenet. C. quo. & quan. iud. l. ea quæ. ff.
quæ sen. sine app. rescin. l. prima. §. item cum ex edicto. Et quod
no. 3. q. 9. caueant. Azo tamen, vt refert Pau. dixit sententiam
tenere si citatus fuit aduersarius tribus edictis, vel vno perem-
ptorio pro omnibus, licet ad citatum non peruenerit. Sed si
postea probauerit ad se non peruenisse: restituitur contra sen
tentiam. quod est verum per l. C. quo. & quan. iud. ab eo. pro
hoc quod no. Inno. de procur. cap. 2. Et qualiter probatur, no.
4. q. 5. quisquis. Et facit quod no. de in integ. resti. ex literis. 82.
dist. proposuisti. dicit tamen Pau. ꝙ in casu huius constitutio-
nis non audiretur volens probare citationem ad se non per-
uenisse: quia Papa vult hanc citationem habere vim citatio-
nis personalis. facit ad hoc vt lite non cont. quoniam. ad hoc
quod dixi supra præceden. q.

ADDITIONES.

a Quod edictum. Adde Inno. & Doc. in c. fi. qui ma. accus. poss. Io. And. in c. fi. de elect. lib. 6. in nouel. Abb. in c. 1. de postu. præla. Doct. in c. causam. de do. & contu. Abb. in c. Albericus. de testi. Abb. in c. gratum. de off. deleg.
Vinc. God. Citatio per edictum fieri non debet vbi persona est certa, vel facile certificari potest. Rui. cons. 1. num. 3. lib. 1. & a quibus fieri possit citatio per edictum de iure canonico, & ciuili. Rui. cons. 62. nu. 8. lib. 3.

b An valeat citatio. Adde glo. in ver. ecclesiam. in c. placita. 15. q. 4. Abb. in c. fin. de feriis. in 8. colum. ver. redeo ad primum. Spec. titu. de cita. in §. primo. ver. 3.
Vinc. God. Adde Fely. in c. meminimus. col. 3. de accusat.

c Requirendi sunt amici. Adde glo. Ant. de But. & Abb. in c. causam. de do. & contu. Io. de Imo. & Ludo. Rom. in l. si finita in § Iulianus. ff. de dam. infec.
Vinc. God. Quando citatio quæ fit ad domũ, censeatur valere. Cuma. cons. 146. post princ. & quod citatio fieri debeat ad locum solitum, Dec. consil. 163. col. 6. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Postulatio & prouisio non continentur nomine electionis.*
2 *Dignitas, personatus & officium, qualiter differunt.*
3 *Canonicatus & præbenda qualiter differunt.*
4 *Canonicatus & beneficium qualiter differunt.*
5 *Beneficium potest dici etiam non ecclesiasticum.*
6 *Excommunicatio ferri non debet, nisi monitione præcedente.*
7 *Annexum & principale censentur eodem iure.*
8 *Simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij, qualiter hæc verba differunt.*
9 *Constitutio pendentia non respicit, nisi expresse dicatur.*
10 *Iudicij principalia & substantialia quæ sint.*
11 *Reus si sit contumax an actor debeat mitti in possessionem hospitalis consueti regi per laicos.*
12 *Clemen. dispendiosam. de iudi. an habeat locum quando causa agitur de monachatu.*
13 *Quid de causa super canonicatu regulari.*
14 *Quid de causa conuersi.*
15 *Quid si agitur de beneficio, vt de proprietate.*
16 *Quid si agitur ad remotionem beneficiati.*
17 *Quid si agitur pro beneficio super possessorio.*
18 *Quid de beneficijs sæcularibus.*

19 Item

19 *Item super quibus decimis procedit ista cle. dispendiosam.*
20 *Quid in decima papali.*
21 *Quæstio si est inter duos super successione feudi antiqui decimarum, an talis quæstio sit decimalis.*
22 *Decimæ si fuerunt perceptæ ex longa consuetudine, an hi qui debent, possint sine titulo cogi ad præstandum.*
23 *Et an contra aduocatos & alios fauentes detinentibus decimas possit procedi.*
24 *Prior ruralis habens multas possessiones in parochia alicuius qui non vult soluere decimas, an possit procedere contra ipsum secundum tenorem cle. dispendiosam.*
25 *Compensatio an possit fieri cum laicis de aliquo dando pro decimis, quod tamen sit minus quàm decem.*
26 *Rector ecclesiæ, an possit obtinere literas monitorias pro soluendis decimis in futurum.*
27 *Quid in decimis præteritis qualiter procedetur contra non soluentes.*
28 *Iudex ex officio, an possit cogere non soluentes decimas.*
29 *Matrimonij causa quando dicatur esset vt sit locus cle. 2.*
30 *Quid si agitur de sponsalibus.*
31 *Quid si est quæstio de successione & incidit quæstio de natalibus, id est de matrimonio.*
32 *Christianus factus de nouo si petit separari ab vxore infideli, quæ non vult sibi cohabitare sine contumelia creatoris, an sit locus cle. 2.*
33 *Quid si agitur de matrimonio iam soluto post mortem propter natalia successorum in bonis defunctorum.*
34 *Quid si agitur de dotibus restituendis.*
35 *Quid si agitur de vsuris, an locum habeat dicta cle. 2.*
36 *Quid si reus dicit quòd non tenetur compensare secundum tenorem c. salubriter, de vsu.*
37 *Creditor si petit debitum, & debitor dicit quòd est vsurarium, an sit causa summaria.*
38 *Quid si de vsuris agitur in foro sæculari.*
39 *Lex vel canon si dicat quòd in aliqua causa possit procedi summariè, an iudex cogatur procedere summariè.*
40 *Simpliciter & de plano, quid importent talia verba.*
41 *Rescriptum si contineat non omnia, scilicet summariè & de plano sine figura iudicij, an cle. 2. de iud. habeat locum.*
42 *Simpliciter & de plano, an hæc verba remoueant substantialia iudiciorum.*
43 *Quid si dicitur semplenè, siue summariè.*
44 *Quid si dicatur sine strepitu iudicij tantum.*
45 *Quid si additur sine figura.*
46 *Papa an solus possit committere causam decidendam summariè & de plano.*

CAP. II.

DIspendiosam. Not. dispendium esse si
prorogantur lites. C. de
iudi. l. properandum. de do. & contu. c. finem. & di-
citur dispendium longum & inutile, compendiũ
breue. & vtile. de accu. qualiter. 2. ad fi. & expone dispendiosam
idest damnosam, vt in gl. vel dic idest lõgam & vtilem. Pau. qđ
recidit in idem. Secundo no. iudiciorum ordinem regulariter
obseruandum, pro hoc quia restringitur in certis casibus tan-
tum. & de ordine iudiciatio habetur. C. de sent. & inter. l. pro-
latam. de proba. quoniam contra. Tertio no. quod quandoque
ex obseruatione subtilis ordinis iudiciarij nimis prorogantur
lites. & propterea subest æquitas, vt in causis, de quibus hic, de-
siderantibus celeritatem, restringatur, pro hoc quod hic dici-
1 tur in gl. 2. † Quarto no. quòd nomine electionis, [a] non conti-
a netur postulatio vel prouisio, & ponuntur hic tanq̃ diuersa,
pro hoc quod no. de elec. c. fi. lib. 6. tamen quo ad postulatio-
nem solennem, quia multam identitatem habet cum electio-
ne, iura etiam pœnalia loquentia de electione locum habent
etiam de postulatione. de postu. c. 1. in fi. de elec. cum in cun-
ctis. & c. cum in causis. Et quid sit electio, dixi de elect. c. 1. &
2 quid postulatio, dixi de postu. c. fi. † Quinto no. differentiam
b inter dignitatem, [b] personatum, & officium. quandoq; tamen
sumuntur promiscue. de consti. cum accessissent. & quid sit
quodlibet istorum, no. Arch. de consue. c. 1. lib. 6. dixi de præ-
3 ben. de multa. † Sexto no. differentiam inter canonicatum &
præbendam. & quid sit vtrunque, no. gl. de consti. cum M. vbi
dixi. Et no. quod præbẽda est ius spirituale. si enim saperet me-
rum factum, causa super præbenda tanq̃ mere profana non
priuilegiaretur hic. pro hoc quod no. hic gl. in ver. beneficijs.
4 † Septimo no. differentiam inter canonicatum, [c] & beneficiũ.
c differunt etiam tanq̃ genus & species. nam canonicatus quili-
bet est beneficium, non econuerso. tamen quia hic exprimi-
tur de canonicatibus, posset argui ꝙ si tantum dixisset de be-
neficijs, non veniret canonicatus, quod non puto. & fuit hic
expressum causa maioris expressionis. vnde puto ꝙ si solum
dixisset de beneficijs, comprehendisset electiones & postula-
tiones, prouisiones & dignitates, officia, personatus, canonica-
tus & præbendas: nam in quolibet casuum prædictorum cau-
sa dicitur esse super beneficijs, pro hoc quia hæc est dispositio
iuris communis, & sic verbum, beneficijs, debet intelligi lar-
ge. de verb. sign. olim. regu. beneficium. & quod ibi no. lib. 6.
Sed quia hæc cle. exorbitat a iure communi, posset argui in
contrarium quod verbum, beneficijs, debet intelligi stricte,
ideo non sine causa hic expressit casus prædictos: tamen pri-
mum puto verius, quia hoc priuilegium concessum istis cau-
sis nulli præiudicat: ideo debet intelligi large, per præmissa. &
5 de hoc inf. q. 3. † Octauo no. quod potest dici beneficiũ etiam
non ecclesiasticum. probat verbum, ecclesiasticis. tamen in
suo potiori significato nomine beneficij intelligitur de eccle-
siastico. vnde in multis iuribus exprimitur beneficium, non
adiecto, ecclesiasticum. de præben. si tibi absenti. lib. 6. & in plu-
ribus similibus. Nono no. quod ad præstationem decimarum
coguntur non soluentes per censuram ecclesiasticam. de quo
6 in verbo, præstationem. & in verbo, tenentur. † Decimo no. ꝙ
d excommunicatio [d] non debet fieri, nisi præcedente monitio-
ne. qđ dic vt in gl. in ver. præmoniti. & no. illam gl. in eo ꝙ di-
7 cit de monitione generali. † Vndecimo no. quod idem iuris est
in annexo quod in principali: ibi, quoquo modo tangentibus.
de consti. translato. de iud. quanto. & intelligit Gen. quoquo
8 modo, dumtamen sit eadem ratio. de transla. c. 2. † Duodeci-
mo no. differentiam inter illa verba, simpliciter, de plano sine
strepitu iudicij & figura. de hoc in glos. in ver. figura. & inf. di-
9 co. q. 38. & pluribus seq. † Decimotertio no. quod constitutio
non respicit pendentia, nisi exprimatur. de quo in gl. pe. Item
etiam si exprimitur de præsentibus, non respicit pendentia per
appellationem. quod dic vt in gl. vlt. sup. tit. 1. contrario. 5. & 6.
Opp. in eo quòd dicit per hanc cle. restringi ordinem iudicia-
tium, quia imo potius relaxatur. Sol. vt in gl. in ver. restringe-
re. vsque ibi, Et hæc est constitutionis. & ibi gl. reddit rationem
huius constitutionis vsque ad fi. & idem Pau. Secundo opp. ꝙ
in causa electionis non possit procedi sine figura iudicij. nam
si partes sunt præsentes, processus factus li. non conte. non te-
net. de elec. dudum. 2. Sol. illud procedit de iure antiquo, sed
corrigitur hic. quod dic vt in gl. in ver. electionibus. & idem
Gen. parte autem absente per contumaciam etiam de iure an-
tiquo poterat procedi lite nõ conte. vt li. non conte. quoniam,
§. porro. ad hoc de eo qui mit. in pos. eum qui. lib. 6. Et dicit
Pau. quod olim poterat electio confirmari sine solenni cau-
sæ cognitione si petens non habebat aduersarium, vt no. Inn.
de dolo. cum olim. sed si habebat, debebat lis contestari, vt
nunc dixi, & no. Inn. de accu. super his. hodie autem requiritur
citatio in forma quæ habetur de ele. c. fi. lib. 6. Tertio opp. quod
in causa matrimoniali non possit procedi li. non conte. nisi
parte contumace, vt li. non conte. c. accedens 2. & c. quoniam.
§. porro. Sol. illud de iure antiquo. sed corrigitur hic quod dicit
hæc gl. in ver. matrimonijs. ver. hoc autem casu. & idem Pau.
Quarto opp. ad hoc quòd imo etiam hodie parte præsente
debeat lis contestari per hoc quod no. glos. qui fi. sint legi. per
venerabilem. ver. præterea. quam dicunt aliqui fin. Solu. illa
gl. corrigitur per hanc cle. Et si aliud diceretur, nihil adderet
hæc cle. ad c. quoniam. §. si autem de carnali. vt li. non conte.
& sic esset superuacua, & frustra membranas occuparet, con-
tra c. si Romanorum. 19. dist. Gen. Quinto opp. in eo quod ex
primit de pendentibus ab ea extendens hanc dispositionem.
aut enim intellexit respectu præteriti, & istud foret absonum,
quia per hoc ius superueniens non debuit reuocari quod iam
legitimè factum erat. de testi. spo. audita. regula, factum legiti-
mè. lib. 6. aut respectu futuri, & ad hoc extenderetur etiam si
non expressisset. sup. de æta. & quali. cle. vt hi qui. & quod ibi
no gl. ꝙ posteris. Confirma hoc vltimum, quia hæc cle. con-
cernit ordinationem litis, non autem decisionem. & ideo de-
buit habere locum in litibus pendentibus tempore quo fuit
edita

ADDITIONES.

a Nomine electionis. Adde Abb. in c. scriptum. de elect.
Vin. God. Ideo electio non transfert dominium prælaturæ, nisi confirmetur, Bar. in Margar. ver. electio, col. 1.

b Differentiam inter dignitatem. Adde Inn. in c. de multa. de præb. Inno. in c. quia nonnulli. de cler. non resi. Inno. in c cum accessisset. de consti. Arch. in c. 1. de consue. lib. 6. Card. Zab. in Clemen. hi qui. in §. illi vero. in 4. no. sup. de æta. & quali.

c Differentiam inter canonicatum. Adde Do. de Ro. in ti. de consue. decis. 6 in nouis.
Vin. God. Vide Fel. in c. cum M. col. 10. de consti.

d No quòd excommunicatio. Adde gl. in c. indigne. 12. q. 2. in ver monitio. & in c. omnes decimæ. 16. q. 7. & in c. sacro. de sent. excom. & an sententia excommunicationis lata, nulla præmissa monitione, valeat. vide per Anto. de But. in c. excommunicato. in 3. col. de rescrip. & per Abb. in c. illud. in 3. col. de cler. exc. mi.
Vin. God. Vide Doc. in c. reprehensibilis. col. 1. & 2. de app.

edita respectu processus nondum facti, pro hoc quod dixi de
consti. c. fi. dicit Lau. standum contrario, cum hæc lex fuerit
promulgata proprio motu principis. secus si ad instantiam
partis. in Auth. in medio litis sacras iussiones non fieri. §. si ve-
ro. de hoc in Spe. de app. §. nouissime. ver. sed quid si dũ causa
appellationis. de quo die vt dixi in d. c. fi. de consti. & hoc etiam
tenet gl. fi. in ver. dato tamen. Sexto opp. ꝙ ex quo extenderat
hanc cle. ad pendentia, non fuerit opus exprimere de penden-
tibus per appellationem. nam etiam talia dicuntur pendentia.
Sol. vt in gl. vlt. quæ reddit rationem quare fuit opus exprime-
re. & pro hoc in Auth. vt cum de ap. cog. in prin. col. 8. & dixi de
10 consti. c. 1. † Quæro, in eo quòd dicit de obseruatione iudicia-
rij ordinis, quæ sint principalia seu substantialia eius. Sol. per
no. de lib. obla. c. 1. in gl. Et de hoc ordine no. 2. q. 1. in summa.
Dicit autem Pau. quædam sunt non substantialia de se, quæ
tamen petita si non conceduntur, annullatur processus, vt no.
7. q. 4. vxor. Opp. ad hoc quòd semper omissio ordinis vitiet,
de rescrip. cum dilecta. Solu. dicit Pau. quòd distinctio præce-
dens inter substantialia & non substantialia non procedit quã
do a Papa præfigitur ordo, quia tunc indistinctè processus non
tenet. d. c. cum dilecta. vbi de hoc. per Inn. de offi. deleg. vene-
rabili, de rest. spo. Pisanis. inf. tit. 1. c. vnico. Sed quo ad ordinem
iuris communis dicit satis valere sententiam licet testes vel
aliæ probationes non sint factæ si hoc petitum non fuit, cum
sententia talis solum sit lata contra ius litigatoris, de re iud.
cum inter. Opp. ad hoc de c. nos in quemquam 3. quæst. 1. Sol.
Pau. exponendo quòd ibi dicitur, non possumus idest non de-
bemus nec possumus sine partis preiudicio. de hoc melius dic
vt dixi de consti. ecclesia. & per ea quæ dixi ibi non simpliciter
procedit quod dicit Pau. in proxi. contrario: nam si ex actis ap-
paret quòd sententia fuit lata sine medijs, ipso iure non tenet,
vt colligitur ex gl. fi. in d. c. ecclesia. quod intellige vt ibi dixi.
a Secundo quæro, in eo ꝙ dicit de beneficijs, [a] an comprehen-
dantur causæ super hospitalibus eleemosynarijs vel leprola-
rijs. gl. in ver. beneficijs. dicit ꝙ sic, propter verbum officijs, ꝙ
est in litera. & idem Pau. & Genz. dicens subesse identitatem
11 rationis. arg. inf. de relig. do. cle. quia contingit. † Tertio quæro
circa hoc, nonquid propter contumaciam rei debeat actor
mitti in possessionem hospitalis consueti per laicos guberna-
ri. Lap. super hoc quæsitus a Fede. de Senis arguit & contra.
Primo ꝙ sic, per regulam generalem, vt li. non contest. tuæ. &
c. quoniam. §. in alijs. quæ non est restricta, nisi cum agitur de
dignitate, personatu, vel beneficio ecclesiastico obtinendis. de
eo qui mit. in pos. cau. rei ser. cum qui. lib. 6. Hospitale autem
non venit sub nomine beneficij, sed sub nomine pij vel religio
si loci. 1. q. 7. si quis omnem. ver. quicunque. de elec. sciant. & c.
generali. lib. 6. vnde etiam c. cupientes. de elect. lib. 6. non habet
locum in hospitalibus, vt ibi no. & eo. tit. & lib. c. 1. nam & tales
per literas super beneficijs conferri non possunt. inf. de præb.
cle. per literas. de relig. do. quia contingit. pro hoc stylus curiæ
secundum quem in reseruationibus nominantur ecclesiæ mo
nasteria & pia loca. In contrarium est determinatio preceden-
tis quæstionis, & pro hoc verbum generale hic in tex. ibi, qui-
buslibet beneficijs ecclesiasticis. pro hoc etiam, quia institutio
& destitutio rectorum hospitalium pertinet ad diœcesanum,
sicut in rectoribus ecclesiarum. 18. q. 1. quidam. Item subest
eadem ratio quæ in beneficijs, ne pateat ingressus ad ea vitio-
sus. pro hoc quod no. Inn. & Spe. in 2. decreto. §. videndum.
ver. quid si electus. Et hoc tenet Lap. ad contraria respondet
quòd loquuntur in ambitiosis & odiosis in quibus fit stricta
interpretatio, secus in fauorabilibus in quibus nomine eccle-
siæ veniunt monasteria & pia loca. pro hoc quod no. Arch. &
Io. And. de resti. in integ. cap. vlt. in ver. ecclesia. lib. 6. Pro hoc
etiam, quia hæc est dispositio iuris communis quæ debet ex-
tendi. sed in contrarium facit quod dixi in 7. no. quia hæc di-
spositio exorbitat a iure. Item quia glo. hic in determinatione
præcedentis quæstionis mouetur per verbum, officijs. sub quo
comprehenduntur hospitalia. 8. q. 1. apostolica. Et sic secus si
hoc verbum non fuisset appositum, quod puto verius intelli-
gendum de hospitali quod conferri potest laico. nam tale etiã
si in generali vocabulo possit dici beneficium, non est benefi-
cium ecclesiasticum, pro hoc verbum sonat titulum, & sic
cessat dispositio c. cum qui. præall. dictum tamen Lap. est tu-
12 tius. † Quarto quæro, si agitur causa super monachatu, an sit
locus huic cle. glos. in ver. beneficijs. ver. eadem ratione. dicit
quod sic. Pau. idem, & vltra rationes gl. inducit, quia etiam ex
monachatu consequitur quis præbendam monachalem, quæ
consistit in victu & vestitu, & alijs quæ per monasterium mi-
nistrantur. Item consequitur quendam locum qui satis est
officium. ad hoc de simo. de reg & cap. dilectus 2. quod ibi no.
Inn. Item monachandus postulatur a seipso vel ab eo in cuius
est potestate, vt no. Inn. de elec. officij. & sic comprehenditur
in ver. postulationibus. hanc tamen etiam rationem tangit gl.
& intelligit Pau. hoc verum de monacho adstricto regulæ in
specie, non autem in genere tantum, pro hoc etiam quod no.
Host. de regu. c. fi. vbi dicit quòd causa monachalis debet ex-
13 pediri sine libello. † Quinto quæro, quid de causa super cano-
nicatu regulari. dic vt in eadem glo. quæ dicit hanc cle. locum
habere per verbum canonicatibus, positum in tex. & idem
Pau. Et ea hac gl. no. singulariter quòd nomine canonicatus
14 venit etiam canonicatus regularis. † Sexto quæro, quid de cau-
sa conuersi. dicit Pau. idem si est in totum datus 17. q. 1. vt lex.
& quod ibi no. & de priuile. vt priuilegia. hæc tamen iura lo-
quuntur de oblatis. de conuersis autem religiorum dic hoc
procedere indistinctè. nam profitentur substantialia regulæ,
& gaudent priuilegio monachorum. de sent. excom. non du-
bium. & c. parochianos. & c. ex tenore. Septimo quæro, quid
de causa super clericatu. exemplum per c. si iudex. de sent. exc.
lib. 6. dicit Pau. quod si principaliter agitur de clericatu, non
habet locum hæc cle. quia cessant eius verba quo ad hoc. Item
cessat causa huius dispositionis, quia longa dilatio non est in
hoc casu periculosa, secus si accessoriè. exemplum de transa. ex
literis. vt si contra petentem beneficium opponitur quòd non
est clericus: nam tunc cum in principali procedat hæc cle. er-
go & in accessorio. arg. de do. inter vir. & vxo. de prudentia. &
15 de reg. iur. accessorium. lib. 6. † Octauo quæro, si agitur de be-
neficio vt de proprietate. gl. in ver. beneficijs. dicit non esse lo-
cum huic cle. cum hæc quæstio non sit beneficialis. quod dic
vt in ca. idem Lau. secundum quem non subest ratio periculi
propter moram, sicut quando agitur de titulo. Idem etiam
Pau. & Genz. Opp. ad hoc, quia non potest negari quin talis
causa contingat causam beneficialem, & sic est locus huic cle.
per id quod inf. dicit: ibi, eas quoquo modo tangentibus. Sol.
Lau. ꝙ debet exponi eas scilicet ecclesias. & aliud est causa, &
aliud est res ex qua causa oritur. pro hoc de ver. sign. forus. &
hoc sentit etiam gl. ibi, nec hic dicitur de causis ecclesiarum.
Opp. ad idem, quia si agitur de proprietate decimarum, cau-
sa censetur decimalis, vt dicit glo. in ver. decimis. in fi. Solu. vt
ibi, & inf. dico. q. 14. sed Lap. intelligit determinationem præ-
cedentem esse veram si de proprietate beneficij ex vtraque
parte agitur, secus si de proprietate per vnam partem agitur
vel excipitur, & per aliam vt de beneficio defenditur, quia tũc
idem ac si de beneficio tantum ageretur, quia sufficere debet
qualitercunque ageretur vt de beneficio, dummodo non tan-
tum vt de proprietate. quæ ratio petit principium. & dic me-
lius quòd debet ponderari id quod principaliter deducitur, sci-
licet causa proprietatis, licet reus se defendat ratione tituli, cu-
ius prætextu sua interest. de re iud. c. pen. & quod ibi nota. Cau-
sa tamen tota dicitur de proprietate. si autem æquè principa-
liter deduceretur, proprietas & titulus beneficij erunt duæ
causæ diuersæ, & in altera est locus huic cle. in altera non, nisi
diceremus naturam reconuentionis quando per reconuen-
tionem deduceretur operari vt pariter procederetur in causa
reconuentionis vt in principali. de mu. peti. c. 2. quòd quando
procedat dixi ibi, & in c. 1. illius tit. & de hoc inf. de ver. sig. cle.
16 sæpe. ver. non sic. in gl. in ver. voluerit. † Nono quæro, si agitur
ad remotionem beneficiati. gl. ea distinguit, an negetur fœdus
coniugij spiritualis, vt quia negatur eum electum, vel dicatur
eum non habere titulum: an vero petatur remoueri propter
crimen. primis duobus casibus dicit esse locum huic cle. vlti-
mo casu non. exemplum cum negatur habere titulum, vt si
dicatur ꝙ simoniacum habuit ingressum, vel ꝙ non fuit ele-
ctus a canonicis, vel ꝙ per metum fuit electus, vel quid simile.
Lau. & Genz. in hoc contradicentes ꝙ quando negatur habe-
re titulum, vt in exemplis nunc positis, non est proprie quæ-
stio super beneficiis, sed potius contra personas institutas, &
hoc siue criminaliter siue ciuiliter agatur. arg. vt li. non con-
9. q. 2. nullus. & duobus c. seq. Opp. ad hoc de cen. c. 1. & fi. lib.
6. Sol. Pau. quòd ibi casus specialis, & ratio ibi dicitur. Sunt &
alij casus speciales secundum eum, vt si episcopus est negli-
gens. 9. q. 3. cum simus. de offi. ord. ad reprimendam. de senten.
excom. per tuas. Item cum vacat ecclesia cathedralis 12. q. 2.
non liceat, secundum Gof. qui hoc no. de offi. ord. pastoralis.
vbi multos casus no. in quibus metropolitanus habet iurisdi-
ctionem in subditos suffraganeorum. pro hoc quod no. 16. q.
6. placuit. vt in vlt. glo. Octauo quæro, in eo quòd dicit propter
metum, qualis debet esse. dicit Pau. quòd iustus & verisimilis,
qui possit cadere in cõstantem, alias non excusaret. quòd me.
cau. cum dilectus. & super hoc oneratur episcoporum con-
18 scientia. j. §. sane. † Nono quæro, quid intelligitur per verbum,
parte. gl. in hoc verbo, dicit ꝙ de qualibet minima particula,
adeo ꝙ si in quacunque parte diœcesis etiam minima, potest
episcopus iudicare, cessat hæc disputatio. idem Lau. Pau. &
Gen. Ex hoc no. singulariter ꝙ licet dictio, pars, intelligatur
de dimidia, tamen cum adijcitur dictio, aliqua, intelligitur
etiam de minima particula, dumtamen apta ad effectum, de
quo

ADDITIONES.

a An proprijs insignijs. Adde Doct. in c. 1. de aut. & vsu pal. Doct. in c. 2. vt li.
pen. Doc. in c. antiqua. de priuil. Doc. in l. 1. ff. de offi. procon.
Vin. God. Vide Bar. in tract. de Insig. & arm. col. 2. ver. sed quæro.

b Prælatum non posse. Adde Abb. in c. per tuas. de sen. excom.
Vinc. God. Adde quòd prælatus non potest in præiudicium ecclesiæ, etiam
permissa facere, nec remittere exceptiones ecclesiæ competentes. Alex. in l.
si fraudator, de his quæ in fraud. cred. Mar. Soc. consi. 18. prosequendo. versi.
quamuis. lib. 1.

c Episcopalis dignitatis. Adde c. venerabilis. de præb. & in c. Osius. 61. dist. gl.
in ver. manibus. in cle. fi. de renun. gl. in ver. episcopus. in proœ. 6.

quo quæritur, quod vult hæc gl. quæ est singularis. & sic dictio,
aliqua, ampliat significatum cum adijcitur alibi relatiuum re
stringit, ff. de au. & arg. leg. l. si quis legauerit. & quod ibi no. de
ali. & cib. leg. l. a filio. de hoc de ele. non resi. c. fi. sed aliud in re-
latiuo, quis, vt qui restringit subiectum præcedens, pro quali-
tatibus illis solis, quæ sequuntur ex dictis iuribus. Exemplum
dicit cap. fi. præallegatum, in ecclesijs quæ residentiam exi-
gunt &c. Et sic verbum ecclesijs, videtur importare ecclesias
non requirentes residentiam & requirentes, sed restringitur
per relatiuum, quæ, ad requirentes tantum. sed dictio, aliquis,
potius est signum & non relatio. & facit significationem eius
cui adijcitur esse magis particularem. ad hoc quod no. ff. de
19 hære. insti. l. hoc articulo. per Bar. † Decimo quæro, si in aliquo
loco exempto diœcesis suæ potest episcopus manere & proce-
dere dicit glo. eadem tunc cessare hanc cle. idem Pau. quia ne-
gari non potest quin locus exemptus sit suæ diœcesis, licet non
sit suæ iurisdictionis. ad hoc inf. de priuil. cle. 2. & idem Mat.
20 sed non sic expresse. † Vndecimo quæro, circa dicta in proxi. q.
an episcopus in loco exempto possit in casu huius cle. sedere
inuitis exemptis. glos. eadem sentit quod non in eo quod dicit
quod sedere potest in loco exempto si ibi recipitur. secus ergo
si non recipitur. Opp. ad hoc, quia ex quo potest locare sedem
in aliena diœcesi, vt hic, fortius in sua in loco exempto, cum
locus exemptus & locus extra diœcesim æquiparentur. de offi.
ord. cum episcopus. lib. 6. Sol. Io. And. in apost. quod non est ita
graue episcopo ꝙ alius episcopus in aliqua parte suæ diœcesis
se collocet, sicut vni abbati quod in suo monasterio sedeat epi
scopus. Et secundum hoc apparet ꝙ erit necessarium epo vt
possit gaudere priuilegio huius cle. ꝙ primo videat, an in ali-
quo loco exẽpto suæ diœcesis tutè possit iurisdictionem exer-
cere. quod tenere possumus per rationem prædictam in proxi.
q. quia negari nequit locum esse in diœcesi. pro hoc de offic.
21 ord. graue. & quod ibi dixi. de rescri. abbatem. † Duodecimo
quæro, in eo ꝙ ponderat residentiam in verbo residere, quan-
a do & quomodo [a] dicitur prælatus residere in sua ecclesia. dicit
Mat. hoc non esse amarè accipiendum, vt nunquam discedat.
nam verba sunt ciuili modo intelligenda. ff. de serui. l. si cui. de
ædil. edi. l. si quis venditor. & quod no. 37. dist. de quibusdam.
de conse. dist. 5. sicut. præcipuè autem secundum Mat. residere
debent constituti in dignitatibus. de offi. archipres. c. 1. & 2. Et
hi qui habent beneficia dependentia a præbendis. de præben.
extirpandæ. & c. exposuisti. quod intellige vt tales residere de-
beant in beneficio principali dictis iuribus. dicit autem Mat.
quod verbum residere, sumitur diuersimodè. Quandoque stri
ctius, vt cum præbenda habet onus residentiæ annexum. de
præben. significatum. & c. extirpandæ. Quandoque latius vbi
sunt ministri qui officiant per septimanas. 82. dist. proposuisti.
74. dist. consuluit. 7. q. 1. illud 25. dist. perlectis. In omnibus tñ
prædictis debent cessare fraudes. de cle. non resi. ex parte. &
quod ibi no. & negligentiæ. de of. archi. ea quæ. & quod dicatur
quis continue residere etiam si fiat aliqua intermissio, proba-
tur, quia medius actus non impedit quin dicatur sine inter-
missione fieri. ff. de verb. oblig. l. continuus, §. si quis. de duob.
reis. l. duos. 50. dist. si quis voluntate. vnde si testator legauit de-
cem vxori si cum filia moraretur, non requiritur ꝙ moretur
per singula momenta, ff. de condi. & dem. l. si quis ita. de an.
leg. l. Meuia. d. l. continuus. in prin. & §. si quis. pro hoc, quia di-
citur causa stillicidij perpetua quamuis nõ semper cadat aqua.
ff. de ser. vrb. præd. l. foramen. de aqua quoti. & æstiu. l. 1. §. quoti-
diana. pro hoc quod no. gl. de cau. pos. cum ecclesia. & ita in-
telligitur secundum Mat. quod dicitur de frigidis. literæ. de co-
22 ha. per totum. † Decimotertio quæro circa hoc, quid significat
verbum, residere. dicit Mat. idest ecclesiæ seruire. de cle. non
resi. conquerente. 16. q. 1. generaliter. parum est enim residere,
nisi cura habeatur de beneficio vt sic intelligatur residere cũ
effectu. C. de epis. & cle. l. generaliter. de cle. non resi. nonnulli,
23 ff. de e. l. nihil. † Decimoquarto quæro, in eo ꝙ permittit epm
exercere iurisdictionem in aliena diœcesi, si non potest in sua
per se nec per alium, quid si potest ibi exercere per alium gra-
tum persequentibus, sed non per quemcunque etiam idoneũ
& non suspectum. dicit Pau. ꝙ adhuc locus est huic cle. nam
dici non potest, ꝙ iurisdictionem habeat liberam ex quo tan-
tum certæ personæ tenetur committere, cum non sit verisimi-
le ꝙ ille procederet vtiliter contra persequentes. Item nullus
esset effectus constitutionis huius, quia persequentes inueni-
rent aliquem amicum quod facile possent qui nomine epi se
offerret paratum exercere iurisdictionem in diœcesi, pro hoc,
quia non tenetur quis suas causas committere suspectis: imo
commissas potest reuocare. de procu. quamuis. lib. 6. 3. q. 5.
quia suspecti. de ap. cum speciali. vt li. non conte. accedens 2.
venit ergo hoc in arbitrio boni viri, qui considerabit causam,
quare episcopus non possit committere cui velit. Quid enim
si committere velit inimico capitali persequẽtium? certè non
est æquum secundum Pau. idem Lap. quia quod per auxilium
extraordinarium fit vel per vnum solum fieri potest, dicitur
impossibile, vt no. de cau. pos. pastoralis. & in reg. semel Deo.
lib. 6. Decimoquinto quæro circa id, quod gl. in verbo, indul-
gendum. inducit no. in cap. per venerabilem. qui filij sint legi.
quomodo faciunt. dic ꝙ faciunt, quia Io. An. ibi dicit ꝙ si duo
sint electi in discordia, & alter possidet locum, si causa com-
mittitur dignitati, possidens cognoscet. Et sic videbatur ꝙ ex-
pulsus qui non possidet, iurisdictionem exercere non posset.
Sed contrarium hic conceditur per indulgentiam: dic tamen
ꝙ exemplum præmissum non multum facit, quia hic loqui-
tur de expulso qui non negatur esse prælatus. Sed in exemplo
præmisso dubitabatur quis haberet titulum, ideo in dubio
24 præsumitur pro possessore. † Decimosexto quæro, qui dican-
tur consiliarij, & qui fautores. dicit Mat. ꝙ consiliarij dicuntur
hi, qui super crimine præstant consilium, & isti dicuntur com-
municare criminosis in crimine. de sent. excom. nuper. §. in se-
cunda. & mitius puniuntur quam fautores, vt no. de off. deleg.
c. 1. & 2. q. 1. notum. percussores tamen fautores & captores &
hi, qui bannierunt episcopum & consiliarij puniuntur pari pæ-
25 na. inf. de pæ. cle. 1. de hoc dixi in d. c. 1. de offi. dele. † Decimose-
ptimo quæro, qui dicuntur fautores. dicit Mat. ꝙ illi qui elee-
mosynam præstant criminosis, & qui procurant aliqua per
quæ liberentur criminosi vel subministrant aliqua. 23. q. 4. est
iniusta. ff. de fur. l. si pignore, de hære. accusatus, §. sacerdotes.
lib. 6. Et de hoc no. de hære. quicunque. lib. 6. per Archi. & di-
cit Mat. ꝙ tales puniuntur vt principales, inf. de pœn. cle. 1. &
26 dic vt ibi. † Decimooctauo quæro, quando teneatur quis de
consilio. Lau. distinguit ꝙ aut ille erat alias facturus, aut non.
si sic, non tenetur. Inst. manda. §. tua gratia. si non erat alias
facturus, tenetur, vt ff. manda. l. si remunerandi, §. plane. Opp.
ad hoc ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere. de fur. l. qui seruo, §. sed si
aliud. Sol. Lau. ꝙ ibi quando commisit dolum, de quo bene
tenetur, ff. de dolo, l. ꝙ si cum scires. hoc no. ff. de reg. iur. l. con-
silij. Opp. ad hoc idem ꝙ etiam si non erat alias facturus, non
teneatur, ff. de fur. l. si quis vxori, §. 1. Instit. de fur. §. ope. Solu.
Lau. ꝙ non tenetur de fur. vt in contrarijs, nisi opem cum cõ-
silio adhibuerit: tunc enim tenetur de furto etiam si ille alias
erat facturus, etiam si consilium non adhibuerit principaliter,
sed secundario, ff. de fur. l. si pignore, §. pe. & d. §. ope. vt si quis
scalam commodauerit ad ascendendum in domum tuam, li-
cet principaliter ad hoc non consuluerit. Opp. ad idem quod
ex solo consilio teneatur, licet ille alias esset facturus, ff. de ser.
cor. l. 1. §. quis ergo. Sol. Lau. quod ratio est ibi, quia laudando
& hortando seruum ad maleficium, augetur eius malitia, qđ
non oportet. pro hoc quod no. gl. ff. de verb. sign. l. sæpe. §. fi. &
d. §. ope. & d. §. tua gratia, ff. manda. l. 1. in fi. dic plenius vt dixi
27 de offi. deleg. c. 1. † Decimonono quæro, in eo ꝙ hic dr̃ iniuriã
fieri ecclesiæ quæ fit prælato, an & quando possit prælatus pu-
nire iniuriam sibi factam. dicit Mat. ꝙ punire potest si est no-
toria. alias non. quod etiam no. Inn. de verb. sig. ex parte. Steph.
dicit ꝙ iniuriam irrogatam personæ punire nequit. pro hoc
quod no. ff. de iurisd. om. iud. l. qui iurisdictioni. 23. q. 4. inter
querelas. & q. 5. de occidendis. sed factum ecclesiæ sic. 23. q. 4.
Guilisarius. quam etiam remittere nequit, vt dixi in 6. nota-
bili. de hoc dixi plenius in d. c. ex parte. pro hoc quod not. in
Spe. de leg. 1. ver. sed nunquid legatus. & multos casus in qui-
bus quis potest dicere sibi ius, no. Spe. de actore, §. 1. versi. fallit.
28 Vicesimo quæro, quis dicatur [b] locus insignis. dicit Pau. quod
b ille qui est nobilis & præcipuus, & magnæ famæ. pro hoc de
rescr. statutum. lib. 6. & quæ sint talia recurritur ad commu-
nem opinionem prouinciæ. arg. ff. de sup. neg. l. Labeo. & ad
arbitrium boni viri. ff. de verb. oblig. l. continuus. & licèt Ber.
dixerit non sufficere arbitrium delegati, Inno. & Compo. di-
cunt contrarium. & sic quamuis de causa cognoscat, non est
propterea suspectus in arbitrando super hoc. & dicit Pau. suffi-
cere quod ibi inueniantur necessaria pro personis & equitatu-
ris, licet non sint ibi periti, secundum Compo. quod tenet Spe.
de citatione, §. 2. ver. sed quæ loca. vbi dicit non sufficere si lo-
cus non est de se insignis quod delegatus ducat secum peritos
pro

ADDITIONES.

a Quando & quomodo. Adde Doc. in c. peruenit, 7. q. 1. Doc. in c. ex parte. el. 2. de cle. non resi. Arch. & Io. And. in c. licet canon. de elec. lib. 6. Ant. de But. in proœ decre. Lud. Ro. in l. 1. ff. sol. mat.
Vinc. God. Adde quod residentiam requirunt quæcunque beneficia, quæ dantur in titulum. Dec. in c. peruenit, in prin. de app. beneficia autem simplicia, de generali consuetudine non requirunt, nisi sit speciali iure inductum Fel. in c. dilectus. col. 2. in 1. conclu. de rescr.

b Quis dicatur. Adde Spe. tit. de cita. in §. 1. ver. sed quæro.
Vinc. God. Vide Bar. in l. bonorum. ff. de bo. pos. & Bal. in l. iuris. in p. q. C. qui admit.

29 pro consilio.de his dic vt no.in d.c.statutum. † Vicesimopri-
mo quæro, in eo quod dicit loca debere esse secura, quod etiam
dixi in 9. notabili, quid requiritur vt secura censeantur. dicit
Mat. requiri quòd ipsi citati sine periculo possint accedere,&
omnes sui testes,aduocan,seu procuratores.33.q.2.siue de cõ
iugij. 3.q.9. hortamur.a.q.2.ca.si.ff.de iud.l.si locus.de senten.
excom. venerabilibus.§.& hoc.lib 6.de re iud.clement.pasto-
30 ralis.ver.Pisana. † Vicesimosecundo quæro, circa hoc,an eo-
ipso quod locus non tutus assignatur, possit appellari. Vincen.&
Goff.de appel.interposita.dicunt quod non,sed debet opponi ex-
ceptio de loco non tuto coram iudice causæ, & probari,ff.de
offic.procon.l.nec quicquam.§.fin.& hoc si causa non est no-
toria. secus si notoria.pro hoc quod no.vt lit.non contest.c.2.
& dicto versi.Pisana. vbi non tenet sententia lata contra cita-
tum ad locum notoriè non tutum. sed Inn.de noui ope.nun-
cia.cap.penul. dicit eoipso posse appellari quòd locus non tu-
tus assignatus est. idem tenet de appel.ex parte.quia iudex de-
bet per se assignare locum tutum.Hostien.in dictis locis tenet
contrarium , dicens iudicem requirendum vt locum tutum
assignet.& si negat vel negligit,poterit appellari expressis cau
sis quare locus non est tutus. de hoc per Archi.in d.cap.vene-
rabilibus.Mat.nihil approbat.dicit tamen non sufficere offer-
re securitatem parti, quia propterea non tenetur in loco non
tuto cõparere. di.cap.2.vt lit. non contesta. Et quando debeat
opponi exceptio de loco non tuto,not. Spec.de appel.§.restat.
versi & nota.Genze.autem dicit opi.Innoc. procedere quan-
do notorium est,locum non esse tutum, per not.in d.cap.2.vt
lit. non contesta. ad hoc dictus versic. Pisana. & ff.de arbi.l.si
cum dies.§.si arbiter.quod non procedit,quia notorietas non
excusat ab onere proponendi , licet excuset ab onere proban-
di,vt not.glo.inf.de appel.clement.appellanti. de hoc ergo dic
melius vt dixi in d.c.penult. de noui oper.nunc. & d.c.ex par-
31 te.† Vicesimotertio quæro,qui dicantur expulsores,an etiam
qui venientem non admittunt.glos.in ver. expulsores.dicit quod
sic. quod verum est si primo possidebant. secus si a principio
non recipiuntur.& sic nunquam possederant.ad hoc §.qui ad
nundinas.allegat.in gl. Item quia turpius eijcitur &c.de iure-
32 iur.quemadmodum. † Vicesimoquarto quæro,in versi.alio-
qui in. in eo quod dicit de ecclesia cathedrali , si mandatur ali-
cui capellano curato vt aliquem citet, an sufficit hoc fieri in
ecclesia & diebus dominicis. dicit Bertran. quòd sic, quia in-
telligitur quòd fiat in missa , vt perueniat ad notitiam citati ,
vt hic. quod tamen dicit procedere si primo capellanus requi
siuit domi & non poterat inuenire citandum, vt hic. pro hoc
vt lit.non contestat. quoniam.§.porro.dic in eo quod dicit de
diebus dominicis , hoc procedere,quando est potius intima-
tio quam citatio.& sic est actus facti.secus si iuris, quia tũc nõ
valeret facta die feriato.quod dic vt no.de ferijs.cap.fin.quan-
tum tamen ad hanc clemen. fit citatio diebus dominicis & fe
stiuis,vt hic.versic.si vero. Sed hic est casus specialis.& hoc ca-
su procedit dictum Bertran.pro hoc quod dixi sup. contrario
33 tertio. † Vicesimoquinto quæro , in eo quod dicit de domicilio,
a quid si citandus[a] habeat duo domicilia. dicit Lauren.quod debet
citari,vt no.sup.eo.ex parte G. & de rescript.dilectus.2.& vtro-
34 que dixi sufficere cum citari in altero. † Vicesimosexto quæ-
ro,an sufficeret hoc casu citationem fieri in ecclesia cathedra
li. dic quòd non , etiam si fiat in alia valde principali , quia in
hoc oporteret inhærere literæ. secus autem est in casu clemẽ.
1.supra de iudi. vbi sufficit quod in maiori ecclesia illius loci.
Lau.Vicesimoseptimo quæro,in versi.si vero.quid requiritur
vt possint episcopi procedere , vt sequitur, adeo quod sit verum
dicere eos non posse citare, vt præmissum est. Lau.exemplifi-
cat, vt quia imminet periculum nuncijs citationem portanti
bus. timor enim talis excusat. quod dixi sup.q.8. dicit tamen
Lau.quod in hoc casu sufficit quod possit citationem sine me
tu mittere ad illum locum. quo casu non est locus huic versi.
35 argum.de dolo.cum dilecti. † Vicesimooctauo quæro,an for
ma citationis , de qua hic, sit generalis. dicit Matt. quòd licet
hæc clemen. contineat aliqua specialia, tamen quo ad formã
citationis,quę hic ponitur,continet ius generale,& emanauit
ad declarationem eorum quæ sup.de hac materia no.de iudi.
clemen. 1.de elect.clemen.3. Et ex hac clement.not.Mat.mo-
dum, secundum quem debet fieri citatio. primo enim citan-
dus est quis in ciuitate vel diœcesi personaliter,si inueniri po-
test. si autem est extra vel vagabundus , debet citari ad domũ.
pro hoc inducit literam istam ibi , personaliter,vel ad domũ.
Alioquin si hoc fieri non potest, citari debet in ecclesia cathe
drali loci contractus , delicti , vel quasi, vel vbi habet domici-
lium,& tunc publicè citandus est in dicta ecclesia& alta voce,
ita quòd edictum perueniat ad eos qui sunt in ecclesia.ad hoc
de eo qui mit.in pos.cap.fin.ff.de insti.l.sed & si.§.præscribere,
& de cleri.nõ resid. ex tuæ. & dicit Mat.speciale in odiũ mali-
tiæ citandi,vt citatio facta in ecclesia cathedrali domicilij,vi-
geat citatum , & debet talis citatio secundum eum fieri per
ordinarium domicilij, ad requisitionem ordinarij loci cõtra
ctus. Si autem in dictis locis citari non posset vel propter ti-
morem vel malitiosum impedimentum quod facit citandus
ne ad eum perueniat,tunc potest citari in ecclesijs, scilicet pa-
rochialibus.inf. quæst.31. vt ciuitatum,vel locorum insigniũ
vicinorum , aliquibus diebus dominicis & festiuis , vt in hoc
ver. Et attenditur dies festiua , quia maior populi multitudo
conuenit tunc ad diuina.& dicit Mat.obseruari quòd quando
est citandus absens,requiruntur parentes & consanguinei ci-
tandi vt pro eo mittant & ipsum ad propria reuocent.quæ ob
seruantia approbatur secundum eum. qui filij sint legi. perla-
tum.de hoc toto dic clarius vt dixi de eo qui mit.in pos.c.fi.&
de intellectu cap.perlatum.ibi dixi.& qui ma.ac.poss.cap.1.&
de hoc an requirendi sint consanguinei seu amici, dic vt dixi
de iud.clemen.1.quæst.6. Vicesimonono quæro , in eo quod
dicit malitiose, quid si sine malitia citandi contingit impedi-
mentum.dicit Pau.non procedere quod hic dicitur,vt si pro-
pter guerram non permittitur aliquem intrare locum,sine ta
men facto expellentium contrariorum consiliariorum & fau
torum.Ego dixi contrarium sup.in vlt.contrario,quia hic ap-
paret sufficere quòd episcopi non sint ausi istos ibi citare mo-
do superius posito & deinde per alternationem. vel sequitur
casus quando malitiose impedimentum præstatur per citan-
36 dos. † Tricesimo quæro, in eo quod dicit,cum populus con-
uenerit ad diuina , an sufficit quod conuenit ad audiendũ verbũ
Dei. dicit gl.in ver.diuina. quod sic. idem Paul. & secundum
hoc cum possit prædicari in ecclesia interdicta,ad hoc de sen.
excom.1.responso.poterit ibi fieri citatio in hac forma,secun-
37 dum eum.Genze. † Tricesimoprimo[b] quæro , in eo quod di-
b cit citationem debere fieri in ecclesijs , de quibus intelligitur.
dicit Genz.non sufficere quod in quibuscunque ecclesijs, sed
debet intelligi de parochialibus,cum populus conuenit ad di
uina,quia saltem diebus festiuis tenetur conuenire. de conse.
distin.1.missas.de parochijs. vt dominicis. ad hoc in Auth. de
eccles.titu.§.si quis vnum de sanctis.collatio.9.vbi etiam paro
38 chialis dicitur ecclesia ciuitatis. † Tricesimosecundo quæro,
c an in pluribus ecclesijs[c] expedit citationem fieri.videtur quod
saltem in duabus per plurale,ecclesijs.pro hoc quod not.glos.
sup.eadem versi.in verbo,diebus.dicit tamen Genze. suffice-
re quod in vna.& plurale,ecclesijs,concernit pluralitatem lo-
corũ vt sic singulæ ecclesiæ ad singula loca referantur.argum.
ff.vi bon.rap.l.2.§.homines. & pluralitas soluitur in singulari-
tates. argum.de priuil.vt priuilegia. & hoc dicit indubitanter
verum,vbi vna ecclesia sola sit in loco,alias tutius est quod fit
39 in pluribus. sed dic non necessarium ratione prædicta. † Tri-
cesimotertio quæro,an citatio facta in forma hic posita, quæ
facit citatos intelligi citatos peremptoriè , vt hic,sufficiat , vt
possit procedi contra non venientes in tota causa , etiam ad
sententiam eis amplius non citatis.dicit Pau. quòd sic,si citati
fuerunt ad totam causam. secus si ad aliquem specialem arti-
culum , quia tunc ad alios non procedetur, nisi iterum citen-
tur. quod tenet Innocent.de offic.delega.consuluit & de pro-
cura. auditis. quod dic vt dixi de dila.c.fin.& est simile secun-
dum Paul.de citato ad locum suspectum , qui licet ibi semel
respondeat si citetur iterum,nihilominus potest excipere etiã
post litem contesta.in alia tamen instantia,in eadem enim nõ
posset. & durat instantia vsque ad datam licentiam partibus
a iudice,vt no.Vin.de rescrip.dilectus.2. & Compost.de rescr.
nonnulli.ad hoc de elec.cum dilecti,ff.de oper.liber.l.Campa
nus.& l.operis.vbi si sciens se posse operas recusare soluit , do-
nare vr.Sed alia vice cogi nequit inuitus præstare, pro hoc quia
si non posset de nouo opponere,sequeretur quod semel grauatus
semp grauaretur,quod esse non debet.de censi.peruenit.C.de
pact.l.si certis.qd tenet Spe.de ap.§.restat videre. ver. & no.vbi
dicit quod quandiu durat grauamen, potest appellari etiam post
decẽ dies.durat autẽ donec reuocetur.arg.de pę. dist.7.ca.fin.
ver.qui autem. secundum Paul.dic melius quo ad præcedens
dictum

ADDITIONES.

a Quid si citandus. Adde gl.in clem.causam,de elec.Bar.in l.3.in §.prætor ait,
ff.de dam.infec.Bar in l.quod si dubitetur,ff.de acqui.hære.Papien.in sua pra-
ctica de libel rei ven.in termino.
Vinc.God. Adde quod citatio non debet esse alternatiua respectu loci, Ruyn.
consi.150.nu.5.lib.5.

b Tricesimoprimo. Adde Spec.titu.de instrum.edit.in §.4.versic.qualiter, &
versic.seq.& versic.ante litem contest.Old.consi.194.incip.articuli Domi-
ni Arnaldi.

c An in pluribus ecclesijs. Adde gl.in c.2.de rescrip. & est gl.1.in ordi.

dictum ꝙ cum exceptio de loco non tuto sit dilatoria, si non fuit opposita in termino dilatoriarum, non potest amplius
40 opponi.de excep. pastoralis. † Tricesimoquarto quæro, si iudex qui de causa cognouit, citauit partem ad sententiam audiendam, postea commisit alicui prolationem sententiæ, an necesse est ꝙ iterum pars citetur. dicit Mat. ꝙ non. pro hoc de offic.deleg.consuluit, ff.de iudi.l.mortuo.& de hoc in Spec.de citatione.§.fin.ver.item quæritur.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopi expulsi possint iurisdictionem suam exercere in alienis diœcesibus modo statuto per cle. vnicam. de foro comp.§.eisdem.*
2 *Episcopi an possint exercere iurisdictionem suam extra diœcesim suã in causis meri imperij in casu clem. vnica, de foro compe. vide.*
3 *Episcopi expulsi exercentes iurisdictionem in diœcesibus alienis, an possint procedere secundum constitutiones suas.*
4 *Et an subditum suum qui deliquit extra suam diœcesim, possint punire secundum suas constitutiones.*
5 *Quid si ipsi subditi deliquerunt in diœcesibus vbi dicti episcopi morantur.*
6 *Expulsores episcoporum, an possint trahi ad quantamcunq; distantiã, si ab alijs conueniuntur.*
7 *An autem episcopi his casibus procedant vt delegati, an vt ordinarij.*

1 §. Eisdem. † Episcopi expulsi inter suos subditos possunt in diœcesibus alienis, in quibus morantur, iurisdictionem suam exercere si hoc per se vel per aliũ in proprijs diœcesibus non audent vel non possunt, ita tamen ꝙ subditi qui non sunt expulsores, fautores, vel consiliarij vltra duas diętas a fine suę diœcesis non trahantur. No. prouidẽdum ne cui desit iustitia: vnde & iudex qui negligit facere iustitiam, facit litem suam. 23.q.2.dominus, & per totum.de foro compe.cum sit. C.de pac.l. si quis. Opp. in eo ꝙ dicit de duabus diętis, cum de vna potius dicere debuerit.de rescrip.statutum.lib.6. Sol. illud in literis apostolicis, hoc in ordinario, & simile. ad hoc de præben. præsenti.§.loca.lib.6. Genze.& est hic casus, in quo quis conuenitur extra diœcesim, cum tamẽ alias extra territorium ius dicentis &c.ff.de iurisd. omn.iud.l.fi.eo.tit.cap.1.lib.6.de consti.cap.2.eod.lib. Mat. qui dicit suam diœcesim dici, vbi quis habet domicilium. Quæro, quid consequuntur [a] episcopi per indulgentiam huius §. Sol. vt in gl.1.& & in ea ibi, volentes tantum. per id quod sequitur in gl. & idẽ Pau.& not.gl. Secundo quæro, in eo quod permittitur episcopis procedere inter subditos, quid si habent subditos laicos. dicit glo.in ver.subditos. quòd etiam in eis habet locũ quod hic dicitur. & idem Pau. Tertio quæro, quid de non subditis qui prorogare volunt iurisdictionem. Sol. eadem gl. non esse locũ huic §. idem Pau. & Genz. ratio secundum Genze. quia tunc cessat ratio, quæ hic ponitur de defectu iustitiæ, quia per aliũ potest reddi. Quarto quæro, si alter tantum est subditus. Sol. vt in ea.glo. quæ dicit non sufficere, sed oportere quòd vterq;. quam singulariter not. in eo quòd facit differentiam, an permittatur procedi inter subditos, an permittatur de subditis. Opp. ad hoc quòd debeat sufficere reum esse subditum, quia alias posset deficere iustitia agenti si contrarium diceremus. vt finge episcopum Vincentinum expulsum sedere Paduæ, si non poterit Paduanus citari facere Vincentinum coram eo, carebit iustitia. Solu. suppetunt alij modi. poterit impetrari a Papa, & si hoc est difficile, habet remedia prodita in locum deficientis iustitiæ. de quibus de resti.spol olim. per Inn. vel secundum Ioan.de sancto Georgio poterit Paduanus petere licentiam a Paduano episcopo conueniendi Vincentinum coram Vincentino episcopo, & tunc poterit per c.1.eo.tit.lib.6. quod non procedit Vincentino dissentiente, quia non potest trahi inuitus extra diœcesim, vt dixi sup. in primo contrario.& no.de offic.ordi. vt litigantes.in glo.2.lib.6.& ad cap.1.eod.tit. lib.6. in princip. dic quod loquitur de consentientibus partibus, vt ibi exprimitur. Si ergo Vincentinus dissenserit, remediũ est quòd Vincentinus episcopus deleget causam cognoscendam in diœcesi Vincentina, vel impetretur a Papa, vt proxime dixi. Quinto quæro, quid de subditis ratione delicti vel contractus. videtur quòd etiam contra tales possit episcopus expulsus procedere per id quod dicitur in text. ibi, iurisdictionẽ omnimodam. glo. tamen eadem tenet contrarium dicens ꝙ non dicuntur subditi, licet sortiantur forum. quam singulariter not. quia facit ad multa. & idem Pau. quia nec de talibus iudicatur nisi de repertis in sua diœcesi. eod.tit.c.1.§.contrahen-
2 tes.lib.6. pro hoc de temp.ord.cum nullus. in princ.lib.5. † Sexto quæro, an causas meri & misti imperij possint isti episcopi in alienis diœcesibus tractare. glo. in ver. omnimodam. quod sic, quia verbum omnimodam, sub verbo iurisdictionem, hic positum, comprehenditur. quod multũ no. Idem Pau.& Lau. qui reddit rationem. nam talia sub nomine iurisdictionis cadere possunt, secundum canones qui de proprietatibus verborum non multum curant. de procu. petitio. de verb.sig. præterea. & sic accipitur de tap. in archiepiscopatu. maxime cum de iure canonico, etiam ea quæ sunt meri imperij, possint de-
b legari, [b] sicut depositio. 23.quæst.4.illud. 2.quæst.7.sicut. quod no. in gl. de offic.ord. quod sedem. & per hoc secundum Lau. si habent temporalem iurisdictionem poterunt committere causam etiam vsque ad vltimum supplicium. ne cle. vel mo. cap.fin.lib.6. & idem Genze. quod dictum Genze. est verum, sed melior est ratio sup. reddita secundum gl. non enim procedit quod dicit Lau. ꝙ talia cadunt sub iurisdictione secundum canones, quia etiam de iure canonico procedit distinctio meri & misti imperij & iurisdictionis. quod dixi in d. cap. quod sedem. sed quando iurisdictio sumitur large, comprehẽ-
3 dit hæc omnia, vt ibi dixi. & ita est hic. † Septimo quæro, an prædicti episcopi in diœcesibus alienis procedentes possint ꝓcedere, secundum constitutiones suas. gl. in ver. omnimodã. quòd sic, siue constitutiones ordinent litem, siue decidãt causas, vel puniant, concludens in omnibus & per omnia, episcopum posse procedere, vt posset existens in sua diœcesi. quod
4 not. † Octauo quæro, an subditum suum, qui deliquit extra diœcesim, possint secundum constitutiones suas punire. glos. ea. quòd non, ratione prædicta in proxi. quæst. quod etiam no. & facit ad quæstionem de illo qui deliquit extra diœcesim, quem licet punire possit episcopus domicilij, non tamen pœ-
5 na expressa in suis constitutionibus. † Nono quæro, an prædicti episcopi possint punire subditos suos de delictis commissis in diœcesibus, in quibus ipsi episcopi morantur. videtur quòd sic: nam iudex domicilij punire potest subditum de delicto vbicunque commisso, & præuenire iudicem delicti. C. vbi de crimi. agi opor. l.1. sed episcopi prædicti possunt omnia prædicta, quæ possunt in suis diœcesibus, vt dictum est in duabus quæstio. præceden. contrarium tenet Ber. dicens istos episcopos posse exercere iurisdictionem modo prædicto, sine præiudicio tamen diœcesanorum in quorum diœcesibus morãtur, vt in hac clemen.§.fi. Sed hic pararur præiudicium, quia si episcopus expulsus fuisset in propria diœcesi, forte non præuenisset ordinarium delicti, quia non ita cito ad eius notitiam peruenisset. de præsump. quanto. Ioan. de Lig. tenet primum per dicta in duabus q. præceden. & quia hic generaliter permittitur exercitium omnimodę iurisdictionis, quod est verius. ad rationem Ber. respondetur quòd episcopus hoc casu vtitur iure suo, & sic nemini iniuriam facit ff.de damn.infec.l. Proculus. de elec. cum ecclesia Vulterana. nec debet attendi hoc aduentitium, seu quod est per accidens, vt quod citius scire potuit. nam etiam posset de facto contingere, quòd ęquè cito sciuisset existens in sua diœcesi. Item saltem non citius debuit scire, quàm ordinarius delicti, qui in sua diœcesi debet habere testes synodales referentes delicta. 35.quæst.6. episcopus in syno-
6 do. de testi.cog. præterea. de accu. sicut olim. † Decimo quæro, an expulsores possint trahi ad quantamcunque distantiam, si conueniuntur ab alijs. glo. in ver. non fuerunt, quòd sic, quia priuilegium quod datur hic subditis, ne trahantur vltra duas diętas, non concernit expulsores, aut fautores, vel cõsiliarios, quod tamen dicit gl. esse durum. est autem ex eo maximè durum, quia remotius trahi poterunt quando proceditur super causa tituli, quam quando proceditur tanquam contra expulsores, quo casu non nisi in loco viciniori trahi possunt, vt in princ. huius clemen. Sed quando ad instantiam aliorum trahuntur, sufficit quod episcopus in loco moretur, vt in glos. carent autem prędicti priuilegio exemptionis de duabus diætis propter suum delictum. 11.q.3. priuilegium. de priuile. episco-
7 porum.lib.6. vbi de hoc. † Vndecimo quæro, an episcopi hoc casu procedant vt delegati, an vt ordinarij. videtur quòd vt delegati, ex eo quòd excipitur de duabus diętis, sicut & coram delegato Papæ excipitur de vna dięta. supra, de rescript. statutum. libro sexto. contrarium tenet Laurent. & Genze.
quoniam

A D D I T I O N E S.

a Quid consequuntur. Adde de materia istius gl. in ver. expensis, in c. vt litigãtes, de off ord. lib. 6.
Vinc. God. Vide Laud. Pont. in sing. in verbo diœcesis. ver vbi aliquis. An diœcesis appellatione, veniat diœcesis originis vel domicilij.
b Meri imperij possint delegari. Adde Bar. in l. 1. ff. de off. eius cui mand. est iur. in prima quæst.
Vinc. God. Vide latissime per Alexand. in l. iubere. de iurisdi omn. iud. & per Felyn. in cap quod sedes. de offi. ordi. & in c. quoniam. §. is autem, col. 3. de off. deleg. & quid ex causa impedimenti publici, Alexã. in l. 1. col. 10. de off. eius cui man. est iurisd.

quoniam episcopi iudicant hoc casu inter subditos iure suo,
ergo tanquam ordinarij.de offic.ord.c.1.ff.de iurisd.om.iudi.
l.& quia. Item iudicant authoritate huius iuris, & sic vt ordi-
narij.ex quo non dicitur ꝙ faciant tanquam delegati,sicut di
citur de offi.ordi.irrefragabili,§.cæterum.de hære.ad abolen-
dam. in fi. iurisdictio enim quæ datur a iure,censetur ordina-
ria.de offic.ord.cum ab ecclesiarum.& quod ibi not.Item hic
solum fit prorogatio de loco ad locum,sed iurisdictio proro-
gata est talis qualis erat prima.de offi.dele. P.& G.vbi hoc no.
gl.ad hoc,ff.de pac.dota.inter socerum,§ cum inter. Duodeci
mo quæro, si subditi non expulsores non possunt trahi de fa-
cto vltra duas diætas, an poterunt trahi in loco remotiori.gl.
in ver.non trahantur.ꝙ non. idem Paul.quia hoc casu sumus
in iure communi, secundum quod non potest subditus trahi
extra diœcesim inuitus.de offic.ordi.cum episcopus.lib.6.se-
cus autem in expulsoribus,consiliarijs,& fautoribus, qui licet
citari debeant in loco viciniori,tamen si tute fieri non potest,
citari possunt vbicunque tute fieri potest,dumtamen vicinis.
ratio diuersitatis, quia ipsi sunt in culpa & dolo, in quo non
sunt alij subditi. Oppo.ad hoc,quia secundum hoc continge-
re poterit ꝙ indulgentia concessa per hunc§.erit delusoria.cō
tra id de priui.si Papa.lib.6.ergo videretur intelligendum qđ
hic dicitur de diœcesibus in quibus moram traxerint.s.secu-
ram,alias enim non viderentur moram trahere quo ad id qđ
ibi commode non possunt.arg.ff.de verb.sig.nepos.vt lit.non
contest.accedens.2. pro hoc rō tex. ne ob defectū iustitiæ &c.
possent enim subditi conquerentes pati magnum detrimen-
tum.Confirma quia hæc indulgentia est fauorabilis & sic ex-
tendenda.de dona.cum dilecti.regula,odia.lib.6.& calumnio
se intelligenda,ff.de serui.& l.si cui.ad exhib.l.pen.de ver.sign.
olim. Item quia aliter intelligendo esset hæc dispositio imper
fecta, contra id C.qui mi.pos.vel non pos.l.si quis seruum.lib.
12. Sol.dicit Genz.standum istis contrarijs.licet enim tex.hic
indefinitè loquatur, tamen debet attendi mens per quam re-
ceditur etiam a propria significatione verborum vbi mēs ali-
ter salua esse non potest,C.de lib.præte.l.3.de verb.sign.intelli
gentia. & quod ibi no.Item quia istud verbum non trahātur,
sic potest exponi.s.si commode intra illas duas diætas trahi
possunt. quæ expositio est minus capriosa & minus iniqua q̃
indefinitè intelligendo, ergo amplectenda,ff.de reg.iu.l.quo-
ties.de consue.cum dilectus. Item quia secundum hunc intel
lectum maiorem effectum importat hic.§.& in dubio debet
intelligi ius in casu in quo plus operatur. argu ff.ad muni.l.1.
§.fin.Opp.ad hoc quia securitas episcopi non debet subditis es
se damnosa, vt trahi possint vltra duas dietas. Sol.Gen.ꝙ hoc
fit ob necessitatem, quæ legi non subiacet.de obser.ieiun. cō-
silium.de reg.iur.quod non est. de conse.dist.1.sicut. Item
hoc tantum locum habet, quando intra duas diætas trahi nō
possunt, quo casu maior esset iniquitas si nullo modo trahe-
rentur,quam quod trahantur vltra duas dietas: nam contin-
geret quòd episcopus expulsus sine causa careret exercitio suę
iurisdictionis,& agens careret debito suo, quæ sunt duo ma-
la.ꝙ autem subditus trahatur vltra duas dietas si est malum,
est vnicum, & sic debet potius permitti vt in pluribus malis
permittatur potius id quod est minus.20.quæst.4.ꝙ Dauid &
c.si aliquid. Item quia aliter multa delicta remanere possent
impunita. contra id de sent.excomm.vt famæ. Opp.ad idem
quia tenendo opin.Genz.non erit differentia inter expulsores
& alios. quam tamen facit iste tex.Sol.Genz.ꝙ imo: nam ex-
pulsores ad locum quantumcunq; distantem, viciniorem ta-
men & securum trahi possunt,non expulsores autem non vl-
tra duas dietas vt hic:puto,non obstantibus præmissis deter-
minationem gl.& Pau. veriorem:nam sicut s.ea.q. dixi extra
casum hic expressum sumus in iure communi secundum qđ
subditus trahi nequit inuitus extra diœcesim. & expositio Gē.
cum dicit subditum non trahendum vltra duas dietas,ita ta-
men ꝙ tute possit inter eas trahi, nimis restringit tex. & sine
ratione.ad absurda,quæ inducit Genze. facile respondetur. ꝙ
enim expulsus episcopus careat exercitio iurisdictionis, licet
sit malum & cauendum, sufficit tamen subdito trahendo, ꝙ
ex sua causa hoc non surgit, ꝙ autem dicit Genze. de actore
qui carebit suo debito,non procedit: nam potest recurrere ad
legatum si est in prouincia, vel a Papa impetrare,vel si hoc est
difficile competunt ei remedia prodita in defectum iustitiæ.
Item rarissime hoc occurret ꝙ inter duas diætas non inuenia
tur aliquis locus pro episcopo.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopi expulsi volentes iurisdictionem suam exercere in alienis diœ cesibus debent petere licentiam ab episcopis illius diœcesis, & si nō possint obtinere,nihilominus poterunt exercere suam iurisdictionem.*
2 *Quid autem si procedant non petita licentia, an valeat processus.*
3 *Episcopus expulsus an teneatur petere a diœcesano, vt citet subditos suos.*
4 *Subditi episcopi expulsi, an possint conqueri de iniustitia processus coram diœcesano.*
5 *Quid si expulsi delinquunt.*

1 §. Volumus. † Episcopi prædicti in præmissis debēt
petere licentiam diœcesanorum, qua
etiam non obtenta procedere possint. Not.de verbo, volu-
a mus, ᵃ quod inducit preceptum. pro hoc s̄.de off.vic.cle. vni-
ca.in glo.in verbo,volumus,& quod ibi dixi in 3.notab. Secū-
do no. casum in quo sufficit petere licētiam. etiam si non ob-
tineatur. simile in consilio petendo. in quo sufficit congruo
tempore expectare responsum. de ele.cum in veteri. aliquan-
do autem requiritur ꝙ licentia obtineatur, sup.de elec si reli-
giosis.lib.6. Quæro qua ratione fuit inductum vt peteretur li-
centia,ex quo non expedit vt obtineatur. dicit Lau. ꝙ ideo vt
ostenderetur superioritas diœcesanorum quorum episcopi
expulsi sunt tanquam subditi.arg. de renun.ad supplicationē.
pro hoc quod dico inf quæst.12.vel secundum Pau.ne episco-
pi expulsi videantur contemnere diœcesanos.fuit autem secū
dum Steph. permissum vt etiam non obtenta licentia proce-
dere possint ne periret iustitia subditorum, quam colere est
summum bonum. 12.q.2.cum deuotissimam, & in odium
2 episcoporum qui hanc licentiam forte denegarent. † Secun-
b do quæro, si non petita licentia ᵇ procedant,an valeat proces-
sus.gl.1.dicit ꝙ non,per verbum, ante omnia & per ca.proui-
da,de elc.c.lib.6.quod facit, quia hic traditur potestas non ha-
benti sub certa forma. ergo ea non seruata non tenet quod ge
ritur. & idem Gen.frustra enim exigeretur petitio licentiæ si
non obesset non petere. arg. ff.de iure fis.l.si fiscus.cum ibi no.
& voluntas Papæ de qua hic, esset delusoria contra iura.ff.ne
quid in lo.pu.l.vlt.quæ voluntas pro lege seruanda est.Insti. de
iur.natu.§.sed quod princ.dist.19.in memoriam. Tertio quæ-
ro, si sub spe ratificationis & obtinendæ licentię procedit epi-
scopus,videretur valere processus secuta ratificatione.63.dist.
salonitanæ.9.q.2. Lugdunen.18 q.2. de monachis ff. de sol. si
quis. contrarium tenet Paul. & contraria sūt cum loquuntur
de ratihabitione eius,qui potest totum supplere ratione pleni
tudinis potestatis, vel de ratihabitione eius cuius nomine ge-
stum est,sed hic non procedit episcopus nomine alterius epi-
scopi, sed proprio,& sic ratihabitio locum non habet de sen.
excomm.cum quis.2.respon so.lib.6.pro hoc quia hic ordo est
de substantia.20.dist.§.1.24.quæst.4.displicet.1.q.1.vt euiden-
ter.43.dist.sit rector.de rescript. cum dilecta.eod.titu cap.pen.
lib.6.de elec.prouida.eod.lib.alias autem si hic litera non exi-
geret ordinem, quia non esset hic verbum, ante omnia, suffi-
ceret,quòd licentia etiam postea interueniret, ff.de aqua plu.
arc.si plures.vbi de hoc per Bar.facit quod not.Innoc.de con-
sue.cum consuetudinis. Quarto quæro, quid hic intelligitur
c per diœcesanos. ᶜ sol.vt in glos.in ver.diœcesanis.idem Pau &
de hoc inf.§.fi.quæst.2. Quinto quæro, an ab officiali episcopi
sufficit hanc licentiam peti.gl.eadem dicit ꝙ non, maxime si
episcopus est in diœcesi. Item Pau.& Genze. & quod dicit gl.
maxime, intellige pro tantum, per iura, quæ allegat. Sexto
quæro,si episcopus multum distet, nec est ibi officialis a quo
possit peti. dicit eadem gloss. quòd facta requisitione apud lo
cum habitationis prædictorum poterit procedi. quod not. &
idem Pau. Septimo quæro, si vacat sedes. dicit eadem gl ꝙ
sufficiet peti a capitulo. dic idem si quasi vacat. de suppl.neg.
præla.si episcopus.lib.6 & quod ibi not. Octauo quæro, si ec-
clesiæ vacanti datus est visitator. dic quòd ab eo petetur. de
electio. is cui. lib.6. Nono quæro, an sufficit licentiam peti
generaliter pro omnibus causis. gloss. in versic. in præmissis.
dicit

A D D I T I O N E S.

a De verbo volumus. Adde gl.in ver.volumus.in cle.vni.de off.vic.glos.in ver.,
volumus,in c.vni.de re.permu.gl.in ver volumus, in clem.1.de censi. gl.in
ver respondemus,in c.vlt.de verb.sign.lib.6.Abb.in c.ex ratione,in ver.vl.
no.de app. Card Zab.in c.1.de cōcel.idem Card.in c.ad audientiā, de rescri.
Vinc.God. Velle tamen & nolle habet medium.s.non nolle Goz. consi. 37.
nu.1.cum datur inter admittere.& excludere.

b Si non petita licentia. Adde Bertachi. de Firmo, in tract. de gabel. in 3.parte
8.partis,in 7.col.ver.item non tenet processus.

c Quid hic intelligitur per diœcesanos. Adde secundum Abb.hic super ista gl.
dum dicit,vel quasi.ꝙ non solum veniunt episcopi, sed etiam inferiores ha-
bentes in illo loco iurisdictionem quasi episcopalem, item competenté epi-
scopis, dummodo habeant illam in illo loco exclusis episcopis. & ibi Abb.
allegat istam gl.sing.
Vinc.God. Adde Fel.in c.cum olim,in prin.de præscr.& appellatione diœ
cesani ꝙ veniant Bononienses,dicit Alex.in l.2.de verb.sig.

dicit ꝙ sic. idem Pan. & Genze. Decimo quæro si in vna causa
petita fuit. dicit ea. gl. ꝙ siue denegata fuerit siue data, pro alia
peti debebit. & idem Pau. & Genz. ratio secundum Genz. q̄a
concessio in vna causa non trahitur ad aliam, ff. de verb. sign.
boues. §. hoc sermone. de aqua quo. & æsti. l. 1. §. item quęritur.
3 & §. Trebatius. de præb. non potest. lib. 6. † Vndecimo quæro,
an habeat necesse episcopus expulsus petere a diœcesano, vt
citet suos subditos. videtur ꝙ sic, sicut & alias vnus iudex in
subsidium iurisdictionis alterius citat. ar. de treu. & pac. c. 1. C.
de iud. l. properandum, §. sin autem reus. Genze. tenet contra-
rium. pro hoc quia nec possent diœcesani citare subditos ex-
4 pulsorum, & hoc quando nulla ratione sibi subsunt. † Duode
cimo quæro, an subditi expulsorum possint conqueri de iniu-
stitia processus coram diœcesano. videtur ꝙ sic, per id quod
dico in seq. q. gl. in ver. procedant. dicit contrarium & ratione͂
reddit. & idem Pau. eadem ratione. idem etiã Lau. quia vter-
que episcopus authoritate legis mortuæ suam iurisdictionem
exercet. & hæc est quædam prorogatio loci. sic & alias debent
episcopi inuicem suffragari. de treu. & pac. c. 1. & dicit Lau. ꝙ
hæc petitio licentiæ est potius ad notandum reuerentiam q̄
subiectionem. simile de regu. licet. de sepul. cle. dudum. §. sta-
tuimus. quia non habet imperium par in parem. de elec. inno
5 tuit. pro hoc quod dixi s̄. in 1. q. † Decimotertio quæro, quid si
a episcopi expulsi [a] delinquunt. dicit ea. glo. ꝙ poterunt iudicari
a diœcesano. & idem Pau. Oppo. ad hoc de notatis in præced.
q. Sol. aliud quando delinquunt procedentes, vt ordinarij, vt
in q. præmissa. quo casu habet locum ratio, par in parem & c.
aliud quando delinquunt tanquam priuati, vt in hac q. Deci-
moquarto quæro, quid si delinquunt in territorio prælati in-
ferioris episcopo. gl. eadem remittit de maio. & obe. inferior.
vbi Inn. dicit episcopum a tali pręlato puniri posse. Host. tenet
contrarium. primum verius, vt ibi dixi.

A D D I T I O.

a Quid si episcopi expulsi. Adde Abb. in cap. sane. de foro competen. Doc. in c. 1. de rap. Doc. in c. 2. de consti. lib. 6. Ioan. de Fan. 3. q. 6. in glos. summæ. & Barb. in d. c. sane.

S V M M A R I V M.

1 *Dicere veritatem licet quilibet teneatur, fit tamen quandoque specifice iniunctio, ne contra conscientiam dicat aliquid.*
2 *Et sic est casus in quo quis relinquitur conscientiæ suæ.*
3 *Assertioni episcopi expulsi, an stetur super alijs quàm super his quæ habentur in cle. vnica, §. sane.*
4 *Citari peremptoriè, an quis possit prima vice.*
5 *Terminus quilibet post litem contest. an dicatur peremptorius.*

§. Sane. Si episcopi prædicti asserant se non ausos citare
expulsores, consiliarios, vel fautores modis præ
missis in princ. huius clem. vel ipsos malitiose impedisse ne sic
citarentur & se in nulla parte diœcesis suæ contra tales tute
posse procedere statur assertioni, oneratur tamen in hoc eorũ
conscientia. Not. casum in quo statur testimonio alicuius in
facto proprio. de hoc in gl. in ver. assertionibus. & J. in primo
1 contrario. † Secundo no. ꝙ licet teneatur quilibet dicere veri
tatem, vel saltem non dicere falsitatem, tamen quandoq; spe
cifice super hoc fit iniunctio, ne contra conscientiam menda
citer dicat, vt hic. & dicit Lan. ꝙ talis iniũctio operatur quòd
contrarium faciens peccat mortaliter. arg. 10. distin. denique.
idem Genz. quod no. & pro hoc quod dixi de æta. & quali. cle.
vnica. q. 8. tamen etiam circa hanc iniunctionem dicens men
dacium præiudiciale alteri, peccat mortaliter. 22. q. 2. primũ.
2 de c, i. fal. c. 1. † Tertio not. casum in quo relinquitur quis con-
a sciẽtiæ [a] suæ. de iureiu. mulieri. de rescr. statutũ. §. assessorem. J.
de sepul. dudum. §. in quibus. de reli. do. quia cõtingit. ver. qui
eorum. de lurepa. clem. 1. J. de verb. sig. exiui. §. nos volentes. &
dicit Mat. quòd ex infrascriptis causis relinquitur aliquid cõ-
scientiæ alicuius vel iudicio. primo quando non debet prohi
beri, vt quia potest indifferenter facere vel omittere sine pec-
cato. 33. q. 4. vir cum propria. vel cum multitudo est in causa,
vt in d. c. denique. & 1. q. 7. quoties. 23. q. 4. non potest. & c. ipsa.
vel quia deficit iudicium, & hoc dupliciter. vel propter perso-
nam. quia non potest iudicare. 17. distin §. hinc etiam. 21. dist.
nunc autem. vel propter crimen quod est occultum. 33. distin.
habuisse. in fin. 35. quæst. 6. consuluisti. Oppon. in eo ꝙ credi-
tur soli episcopo, quia non debet credi vni soli. de proba. quo-
niam. de testi. veniens. & c. licet. Sol. vt in gl. in ver. assertioni-
bus. quod est speciale. idẽ Lau. dicens hoc speciale esse in odiũ
expellentium. sic inf. tit. 1. clem. vnica. Quæro, quid si episcopi
possunt in suis diœcesibus exercere iurisdictionem contra ali
quos, licet non contra expulsores. Sol. gl. 1. ꝙ adhuc quo ad ex
3 pulsores locus est huic clemen. idem Genze. † Secundo quæ-
ro, an stetur assertioni episcopi super alijs hic non expressis, vt
si dicant loca ad quæ citant fore secura vel esse viciniora vt re
quiritur, supra ead. clem. in prin. glo. in ver. in his. dicit ꝙ non.
idem Pau. & Genze. quia permittendo de aliquibus, videtur
prohibuisse de alijs, cum hæc clem. obuiet iuri communi ꝙ
credatur assertioni cuiuscunque in facto suo. in cõtrarium in-
ducit Genz. quia si creditur episcopo super maioribus, de qui-
bus minus videretur, vt in expressis hic, fortius in minoribus,
vt in his de quibus quæritur, quia cum conceditur maius & c.
de deci. ex parte. regula, cui licet. lib. 6. Item consideratis ratio-
nibus huius clemen. & quia de speciali indulgentia talia per-
misit, videtur indulgentia extendenda, ff. de consti. princ. l. vl.
de dona. cum dilectus. quia ius ordinariorum hic non lædit̃,
vt infra in hac clem. in fin. & quia de fauore spoliatorum agit̃,
& odio spoliantium vel suorum fautorum. dicit tamen Gen.
primum verius, alias sequeretur quòd assertioni episcoporũ
crederetur quòd episcopi essent expulsi consilio aliquorum,
qui vellẽt super hoc se defendere, quod dicere est absurdum.
cuius etiam contrarium tenet glo. hic in ver. super his. & dicit
Genz. quòd hic creditur assertioni ne effectus huius clement.
possit tolli vel plus debito differri. & in hoc testificantur epi-
scopi in facto proprio, excepto vno casu in quo testificantur
in facto alieno in eo quòd creditur episcopis asserentibus illos
malitiose impedisse ne citarentur. & ratio quare creditur, po-
test esse hoc casu, quia non agitur de magno præiudicio illo-
rum in hoc quòd potuerint citari vel non. hoc enim non in-
quiritur per alias probationes solũ ne super ista malitia exor-
ta contentiose negotium principale plus debito differatur. ar.
4 ne se. vac. cap. 1. lib. 6. † Tertio quæro, in eo quòd dicit de cita
tione, & sup. eadem cle. §. si vero. dixit de termino perempto-
rio, an quis prima vice possit citari peremptoriè. Mat. dicit ꝙ
non debet fieri, C. quomodo & quando iud. l. consentaneum.
& auth. qui semel. nisi ex iusta causa & necessaria, ff. de re iud.
l. a. de iud. l. nonnunquam. de dila. c. 1. de in integ. rest. tum ex
literis. in fin. de dolo. cum dilecti. & cap. cum olim. & c. fin. 24.
quæst. 3. de illicita. licet cõtrarium seruetur quasi vbique, quę
consuetudo obuiat cap. 1. de dila. secundum Matt. qui tamen
dicit quòd in d. c. 1. iudex grauauit in duobus. s. assignando ter
minum peremptorium & nimis breuem. Innoc. autem ibi di
cit, ꝙ ex eo, quòd prima vice statuitur terminus peremptor-
rius, non est sufficiens causa appellandi, per d. l. nonnunquã,
& cap. de illicita. ego ibi dixi quòd non fuit necessarium quòd
terminus esset peremptorius & cum hoc nimis breuis, sed suf
ficit ad iustificandum appellationem, ꝙ terminus etiam non
peremptorius sit nimis breuis. Quarto quæro, si quis citetur
& nihil exprimitur de peremptorio. dicit Mat. quod si citatur
ter, intelligitur peremptoriè, C. quomodo & quando iud. l.
tres. & secundum eum debet iudex in peremptorio commi-
nari, ꝙ nisi citatus compareat, procedetur in causa quantum
de iure fuerit. dic. cap. tum ex literis. & de dolo. cum dilecti. nõ
est tamen comminatio de substantia citationis. Quinto quæ-
ro, si citatur quis peremptoriè ad procedendum in causa ad
certum articulum, & generaliter ad procedendum in causa.
dicit Mat. ꝙ contra non comparẽtem procedi poterit ad om-
nia etiam ad sententiam eo amplius non citato. C. de iudi. l.
properandum. de dolo. cap. fin. de offic. dele. consuluit. vbi de
hoc. & de procu. auditis. & in Spe. de citatione. §. viso. ver. item
licet. de hoc dixi s̄. ea. clem. in princ. q. 33. & plenius de dila. ca.
5 fin. † Sexto quæro, si statuitur terminus ad aliquid faciẽdum
post lit. contest. dicit Mat. ꝙ post lit. contest. quilibet terminus
est peremptorius, licet non dicatur. de hoc de accus. ad petitio
nem. per Innoc. & in Spec. de citatione. §. viso. ver. dicunt. & de
dila. §. videndum. ver. quid si data est. sic etiam secundum eũ
si datur terminus simpliciter ad omnes exceptiones propone͂
das, intelligitur peremptorius licet non exprimatur. de excep.
pastoralis. de appell. licet. de hoc in Specu. de dila. §. fina. ver.
& not. & dic generaliter, quòd post inchoatum iudicium etiã
ante litem contestat. omnis dilatio intelligitur peremptoria,
quia post primam non datur secunda, nisi ex causa. de dila. ca.
a. & quod ibi not. Septimo quæro, mandat Papa alicui quòd
moneat Petrum quòd restituat talem domum intra mẽsem
Martino, alioquin citet eũ vt intra duos menses cõpareat co-
rã Papa: ille mandato recepto monuit Petrũ ꝙ intra terminũ
restituat domũ, alioqñ extunc citat eũ ꝙ vadat ad sedẽ aposto
licã. dicit Spec. de cita. §. 1. in ver. sed pone Papa. Papã pronun-
ciasse citationem nõ tenere. idem Mat. hic, quia potestas data
erat

A D D I T I O.

a Vinc. God. Quando conscientiæ episcopi expulsi relinquitur contra expulso-res. vide Ias. in titu. de act. num. 136. cum pluribus numeris seq. Insti. eodem titulo.

eiat sub condi.de rescrip.ab excommunicato.de offic.delega.
prudentiam.in princ.int.de concess.præb.clem.vnica.

SVMMARIVM.

1 *Diœcesanus suffragatur alteri denunciando illius sententiam.*
2 *Quid si requisitio fiat non ab episcopo expulso, sed ab aliquo tertio cuius interest.*
3 *Quid si processus episcopi expulsi sit notorie iniustus, an diœcesanus requisitus teneatur denunciare.*
4 *Ordinarius si dicat se delegatum, & excõmunicauit Titium, mandatq; Antonio vt denunciet Titium excommunicatum qui Antonius nõ petita copia delegationis denunciat Titium excommunicatum, an sit dictus Antonius puniendus.*
5 *Libellus an sit dandus in executione sententiæ.*
6 *Episcopi expulsi an possint punire diœcesanos nolentes denunciare sententias eorum.*

1 §. Eorundem. † Not. φ vnus diœcesanus alteri suf
fragatur in denunciãdo sententiã
illius. simile de treu.& pac.c.1.in fi. vna enim potestas requisi-
ta debet aliam adiuuare. 23.q.2.dominus.90 dist.præcipimus,
2.q.1.multi. 11.q.3.curæ, Aut. vt nulli iudi.§.si vero quis com-
prehensorum.& non auxilians punitur, vt in dictis iuribus. &
dicit Mat. φ etiam mortuo episcopo vicini episcopi tenentur
supplere defectum episcopi si inuitantur. 7.q.1.pontifices. Op.
in eo φ dicit in præmissis casibus, & sic innuit in alijs non te-
neri vnum episcopum denunciare sententiam alterius. cõtra
2 id 11.q.3.curæ.de treu.& pac.c.1. Solu. vt in gl.1. idem Paul. †
Quæro, quid si requisitio, de qua hic, fiat non ab episcopo ex-
pulso, sed a tertio cuius interest? dicit glo. in ver. ab his. hoc nõ
sufficere. Intelligo quo ad hoc vt possit redargui non renun-
3 cians, bene tamen posse denunciare. pro hoc qđ dico ĵ.q.4. †
Secundo quæro, si processus est iniustus notorie, an teneatur ni-
hilominus episcopus requisitus denunciare. gl. in ver. requisi-
sti. dicit φ non. idem Pau.& Paul. qui dicit in dubio petendũ.
11.q.3.Iulianus.23.q.1.quid culpatur. de offi.deleg. si quando,
& c.pastoralis de temp.ord. ad aures. vbi de hoc. Genze. tenet
contrarium, dicens φ illa iura intelliguntur de præcepto iniu
a sto[a] quod per superiorem fit subdito, quia tunc non tenetur
subditus parere, cum parendo peccaret. sed hic loquimur de
denunciatione seu publicatione processus, quæ fit per requisi
tos, vt per executores ex dispositione huius cle. qui requisiti ta
lem executionem euitare non possunt, di. ca. pastoralis, §. quia
vero. nam nec in tali denunciatione includitur pactum, cum
per eam quis amplius non ligetur. de ap. pastoralis potissime,
quia talis denunciatio tunc demum fit cum processus transi-
uit in rem iudicatam, ff. de pęn. l. 2. §. fi. de his qui no. infa. l. fur
ti. vnde frustra dubitandum videtur de iniustitia talis proces-
sus, cum sententia fecerit ius inter partes, ff. quæ sen. sine ap. re
scin. l. 1. de re iud. cum inter. Ioã. de Lig. tenet primum per ca.
si quando, de rescrip. & d. c. ad aures. de temp. ord. dicens φ nõ
exequens erit tutus coram superiore. Item subditus non tene
tur parere præcepto prælati notorie iniusto vt fatetur etiam
Genz. fortius nec vnus episcopus alteri. & dicit Ioa. de Lig. nõ
requiri in hoc cognitionem cum præsupponatur esse noto-
b rium. de accu. euidentia. & quia vix potest esse[b] sententia in-
iuste notoria, quin sit etiam nulla. de sent. excom. per tuas. nul
litatis autem exceptio impedit executionem, vt no. in d. c. pa-
storalis, §. quia vero. quia dixi de offi. dele. cum in iure. Et in eo
quod dicit Ioã. de Lig. vix posse esse sententiam iniustam no-
toriè sine nullitate, dic vt dixi de re iud. cum Bertholdus. per
hoc tollitur ratio Genz. cum dicit sententiam facere ius tanq̃
quæ transiuit in rem iudicatam. non enim potest transiuisse
cum constet de notoria iniquitate, & sic de nullitate. quomo-
do autem & quando dicatur sententia seu euidenter seu noto
riè iniqua, dixi in d. c. cum Bertholdus. Opp. ad hoc iustifican-
do opi. Gen. quia is qui exequitur denunciando, nihil dicitur
facere. ŝ. de app. pastoralis. & sic de ipso non potest conqueri
denunciatus, ergo simpliciter pareat. si enim denunciatus cõ-
queritur, potius conqueri debet de eo qui mandauit. pro hoc
quod no. Inn. de off. deleg. cum in iure. in gl. 1. vbi dicit fortius
φ etiam is cui materia datura delegato vt aliquid exequatur,
licet non teneatur parere nisi videat literas delegationis per d.
c. cum in iure. tamen parere potest, & prudenter agit si exequi
tur etiam si literas non videat, dummodo delegatus sit proba
ta persona. pro hoc inducit 97. dist. nobilissimus. vbi creditur
dicenti se legatum, etiam sine literis propter honestatem di-
centis: nam secundum Inn. ibi etiam si per se appellet, ne exe
quatur nisi videat literas, potest non audire, nam hæ appella-
tiones coram delegato, non coram executore, sunt faciendæ.
de offic. deleg. super quæstionum, §. porro. item secundũ Inn.
in d. c. cum in iure. in minoribus. i. non præiudicialibus, forte
non tantum potest parere, sed debet etiam si non videat lite-
ras delegationis. vt si præcipitur alicui vt compareat de dila.
c. 2. nisi delegatus esset nimis remotus & vilis persona. dicit ta-
men Inno. in d. c. quod alij. contra. Sol. dic prędicta debere in-
telligi, quando de notorietate iniustitiæ constabat executori
sine alia discussione, vt quia ex tenore sententiæ hoc collige-
batur, quo casu iustitia notoria inducit nullitatem. de of. dele.
cum contingat. vbi hoc aperte probatur. & ibi dixi. & hoc ca-
su potest executor non tantum non parere: imo etiam si pare
re vellet, posset impune sibi non obediri vt posset ei violenter
resisti. de offi. deleg. ex literis. & quod ibi no. in gl. pen. quæ sic
intelligitur, alias si non esset talis notorietas, etiam si executo
ri sit certum, φ sententia sit iniusta, debet parere. de off. dele. si
quando. ibi, certum sit. quod intelligo certum sit, non tamen
notorium. sed in dictis Inn. non suberat notorietas, quæ indu-
ceret nullitatem, sed potius probabilitas dubij. per hoc infero
4 ad q. facti sequentem. † Tertio quæro circa dicta in proxi. q.
c ordinarius[c] qui in veritate non erat delegatus asserens se dele
gatum apostolicum, & ex vigore delegationis excommuni-
casse Titium, mandat Antonio subdito vt denunciet Titiũ,
qui non petita ostensione delegationis paruit. conqueritur Ti
tius de Antonio petens eum puniri, quia denunciauit, cum
sententia foret nulla tanquam lata a non delegato. an incum-
bit Antonio onus probandi delegationem, & an siue ꝓbet
siue non, vel etiam si quomodocunque constet φ ordinarius
non habebat delegationem, possit Antonius puniri? Ad pri-
mum dico φ dicens illum non fuisse delegatum, debet hanc
negatiuam probare, cum super ea se fundet. pro hoc quod no.
secundum Innoc. de accu. super his. & quod ibi dixi, quia ne-
que propriè potest conqueri Titius de Antonio qui verè non
grauat, sed potius obedit suo prælato, qui licet mandauerit tã
quam delegatus, ita quod potuisset Antonius petere sibi ostẽ-
di delegationem, tamen prudenter egit hoc non petendo, ne
videretur non credere suo superiori cui credere debuit ꝓpter
honestatem personæ, vt aperte probatur in d. c. nobilissimus,
& per id quod sup. q. proxi. dixi. Ad aliud dic φ quicquid pro-
betur etiam si doceatur quomodocunque, quod episcopus
non habuit delegationem, nõ propterea punietur Antonius,
quia non est in iure expressum, nam c. sacro. de sent. excomm.
loquitur in excommunicante, non in denunciante. Item q̃a
nulla culpa saltem punibilis potest imponi Antonio, qui licet
posset velle videre delegationem, tamen etiam non videndo
non peccauit, quia nullo iure hoc probatur, sed potius proba
tur contrarium, cum potuerit & debuerit verisimiliter crede
re episcopo suo, maxime in hoc leui & non multum præiudi
ciali, in quo & alias creditur literis ordinarij. de proba. post ces
sionem. pro hoc quod dixi sup. q proxi. Et circa prædicta no-
tanter ponderanda est litera c. cum in iure. quia illud cap. diri-
gitur episcopo, cui mandabatur ab aliquo vt denunciaret quẽ
excommunicatum, & non dicitur qualis foret is, qui manda
bat: vnde poterat esse persona alias non authentica vel hone
sta, de qua etiam non erat verisimile quòd sibi foret facta de-
legatio. Item quæcunque foret persona, sufficit quòd ibi nihil
aliud probatur, nisi quod exequi non tenetur, nec cogitur. nõ
per hoc tollitur, quin possit & prudenter agat exequendo, cũ
verisimiliter debuerit ei credere. per hæc dico quòd si asserens
se delegatum fuisset persona cui verisimiliter non debuit cre
dere, vt quia non multum honesta, posset imputari ad culpã
exequenti, & tunc posset puniri pœna extraordinaria, cum
nulla sit pœna statuta. pro hoc de offi. deleg. de causis. quæ no.
Quarto quæro, in eo quòd dicit requirendos vicinos episco-
pos, vt denuncient, an non requisiti hoc poterunt exequi. di-
cit Lap. quod sic. pro hoc de offic. delega. cap. 3. & quod not.
Hostien. eodem tit. nouit. & probatur de raptoribus, cap. 1. eo.
tit. postulasti. 11. q. 3. si quis presbyter. pro hoc quod dixi supra
5 q. 1. † Quinto quæro, circa dicta in proxi. q. an in executione
dabitur libellus. dicit idem Lap. quod non. nec aliquis ordo iu
ris seruabitur, vt no. Spec. de senten. execu. §. nunc dicendum.
ver. sed pone iudex. & §. breuiter dicendum. vbi dicit quod
non

ADDITIONES.

a De præcepto iniusto. Adde glo. fin. in c. ne Dei ecclesiam. de simo. c. 1. de voto, c. inquisitioni. de sent. exc. c. ad aures. de temp. ord Card. Alex. in c. testimonium. ad ti. 2. col. verb. quid si prælatus. vide.
Vinc. God. Præcepto iniusto & prohibito resistere possumus, Bar. Soc. consi. 156. pro iuramento. vers. 30. & vlt. lib. 1. & de huiusmodi præceptis excedẽtibus officium superioris vide Dec. consi. 71. col. 1. lib. 2.
b Vix potest esse. Adde Card. consi. 56. incip. dominus reuerendus. Felyn. in ca. inter cæteras. de re iud. in fi. 10. col. ver. tertia conclu.
c Vinc. God. Ordinarius & delegatus vniuersalis, qualiter cognoscantur, Alex. in l. prætor, de iurisdi. om. iud.

non debet exequendo iudicis partes assumere, sed solum executoris, nec cognoscere an sit bene vel male sententiatum, sed tantum an sit sententiatum. & quod dicit de libello, dicit idē Innoc. libe. obla. cap. 1. per hæc dicit Lap. quòd in casu huius §. episcopus exequens non poterit recusari, vt suspectus, nec ab eo appellari, cum sit merus executor. de offic. delegat. super quæstionum. de ap. nouit. pro hoc quod no. Inn. de offi. deleg. cum in iure. in gl. 1. & Archid. 2. q. 6. in §. sunt etiam quorum. ver. ab executore. nec tenetur aliquas exceptiones etiam nullitatis admittere, sicut est exceptio falsi. quod not. Compo. de rescri. super literis. Inn. de re iud. de cętero. Host. eod. titu. ꝙ ad consultationem. Spec. tit. prædicto. §. vlt. ver. fi. Archi. 2. q. 1. sicut. & si admitteret exceptiones, posset ab eo appellari, vt no. Host. in cap. quod ad consultationem. de re iud. quia per hoc modum excederet, pro hoc quod not. de cōfir. vti. c. 1. dic melius ꝙ de exceptionibus nullitatis poterit se instituere, non vt pronunciet, sed vt supersedeat, si videat eas veras. de offi. dele.
6 pastoralis. §. quia vero. & dic vt ibi dixi. † Sexto quæro, an ep̄os conuicinos nolentes denunciare possint episcopi expulsi punire. gl. vlt. dicit ꝙ non. idem Genze. quia par in parem &c. de elec. innotuit, ff. ad Treb. l. ille a quo, § tempestiuum. sed agetur, vt dicit glos. coram superiore vt puniat. & dicit Pau. ꝙ puniet istos tanquam contemptores canonum. de temp. ordi. ia ne. & c. literas. & cap. nullas. alleg. in gl.

SVMMARIVM.

1 *Inferior episcopo habet quandoque iurisdictionem æqualem episcopo.*
2 *Iurisdictio si spectat ad episcopum & ad archidiaconum, an vterque sit requirendus ad denunciationem sententiæ episcopi expulsi.*
3 *Episcopi expulsi si iudicent in alienis diœcesibus inter subditos diœcesanorum, an ipsis præiudicent si non contradicant.*

1 Per præmissa. † No. ꝙ quandoque inferior episcopo habet iurisdictionem quasi episcopalem. de hoc in gl. in ver. habentibus. Oppo. in eo ꝙ dicit non præiudicari iurisdictionem habentibus, ꝙ imo præiudicet, nisi protestentur de iure suo. nam ex quo patiuntur ep̄os expulsos iudicare propter eorum negligentiam, præscribetur iurisdictio contra eos. de præscr. ad audientiam. & c. auditis. & quod protestatio sit necessaria, ꝓbatur de elec. Cumana Solu. per reseruationem de qua hic, non præiudicatur iurisdictionem habentibus & non protestantibus. quod vult gl. in ver. vt prædicitur. & eam no. Ex hoc no. casum in quo non currit ꝑscriptio. sunt & alij qui no. de præscrip. cum non liceat. & ratio quare hic non currit, est secundum Genz. quia præscriptio de sui natura contra negligentem inducitur, C. de anna. exce. l. vlt. de præscr. vigilanti. diœcesanus autem non potest dici negligens hoc casu, quia inuitus cogitur obseruare quę hic statuta sunt, quod etiam vult prædicta gl. in ver. vt prædicitur. Ex quo not. singulariter ꝙ is qui vtitur potestate sibi concessa in modum priuilegij per ius commune, non intelligitur vti animo præscribendi. pro hoc de præscr. veniens. & quod ibi not. Quæro in eo ꝙ dicit de dięcesanis, vel alijs iurisdictionem habētibus, quid intelligitur per verbum, alijs. Sol. intelligitur de omnibus qui habent episcopalem in loco. pro hoc s. §. volu-
2 mus, & quod ibi not. in gl. per diœcesanos. † Secundo quæro circa dicta in proxi. q. si iurisdictio spectat ad duos, vt ad ep̄m & archidiaconum. dicunt Lau. & Genz. ꝙ vterque requiritur. ad hoc de vsu pal. ex tuarum. & hoc si habet exercere casum tangentem iurisdictionē vtriusque, quia ꝙ oēs tangit &c. ff. de ser. ru. præd per fundū. C. de auth. præst. l. ñ. de off. archid. ad hęc. in fi. de præscr. accedentes Insti. de sup. ser. per totum. si autem habent exercere casum spectantem ad iurisdictionem solius episcopi, solus ep̄us requiritur. Opp. ad hoc ꝙ etiam in casu pręcedenti sufficiat requiri solum ep̄m. per id quod not. s. ea. clem. §. volumus. in gl. in ver. diœcesanis. Sol. sta contrario, quia licet alius habet iurisdictionem cum episcopo, nō dr̄ habere quasi episcopalem, & sic per id quod dicit illa glos. debet hic ver. intelligi de his qui habēt iurisdictionem quasi episcopalem per exclusionem episcopi. quod est verius. nam si non est exclusus episcopus, tunc ipse habet totalem iurisdictionē episcopalem. de offi. ord. cum ab ecclesiarum. & sic sufficit eū
3 solum requiri. † Tertio quæro, quid si episcopi expulsi in dięcesibus alienis iudicent inter subditos aliorum diœcesanorū. dicit Lau. & Genze. ꝙ præiudicabitur si non contradicant & sciunt de præscri. auditis. de re iud. cap. pen. ff. de re iud. l. sæpe. Contra tamen videtur, quia tex. dicit nullum præiudicium fieri illis, sed dic hoc verum per exercitium iurisdictionis inter subditos episcoporum expulsorum de quibus sup. dictum est. in alijs casibus cessat iste ver. per præmissa. & sumus in dispositione iuris communis, & ideo primum verius.

De causa possessionis & proprietatis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Causa beneficiali delata ad curiam per appellationē vtraque pas potest intentare petitorium & possessorium &c.*
2 *Appellatio est commune remedium appellanti & appellato.*
3 *Decernimus, verbum inducit ius nouum.*
4 *Conclusio causa potest fieri, etiam in spiritualibus.*
5 *Restitui se petens ad beneficium non tenetur probare titulum.*
6 *Possessorium & petitorium, an possint ab eodem intentari.*
7 *Et an possit quis transire de possessorio ad petitorium, sicut in odiū spoliantis potest quis transire de petitorio ad possessorium.*
8 *Possessorium intentans an possit suspendere petitorium aduersarij.*
8 *Restitui se petēs ad beneficiū, an semper teneatur iustificare de titulo.*
9 *Appellans qui est in carceribus episcopi, an post appellationem debeat relaxari a carceribus.*
10 *Clemen. vnica, de cau. possess. & proprieta. an procedat in causa non beneficiali.*
11 *Quid si agatur de beneficio tanquam de proprietate.*
12 *Quid si causa deuoluatur ad curiam per querelam, non per appellationem.*
13 *Quid si appellatio est extraiudicialis.*
14 *Libellus an debeat dari in causa appellationis.*
15 *Cle. vnica, de cau poss. & proprie. an habeat locum, si causa sit deuoluta ad curiam per immediatam subiectionem.*
16 *Cle. vnica, de cau. poss. & proprie. quæ loquitur de appellatione interposita ad sedem apostolicam, an habeat locum, in appellatione interposita ad inferiorem a Papa.*
17 *Conclusio in causa qualiter fit.*
18 *Conclusio & renunciatio, an differant.*
19 *Publicatio attestationum si sit facta in causa, an possit rediri de petitorio ad possessorium.*
20 *An autem transiens de petitorio ad possessorium ante conclusionē debeat condemnari in expensis. Adde ad idem nu. 21.*
22 *Succumbens in petitorio, an possit agere possessorio.*
23 *Quid autem si reus obtinet in petitorio, actor autem in possessorio, & obtinens in possessorio petit sententiam exequi. quid iuris?*
24 *Possessorium an possit suspendi & transiri ad petitorium.*

CAP. I.

1 Causa. † In causa beneficiali delata etiam per appellationem ad curiam, vtraq; pars potest petitorium & possessorium intentare, & ante causæ conclusionem potest spoliatus suspenso petitorio suo vel aduersarij possessorium prosequi. habet duo dicta. secundum ibi, & in spoliantis. pone casum per id quod dico ȷ. q. 1. No. ꝙ per appellationem deuoluitur causa ad superiorem per hoc verbum, deuoluta causa. non autem deuoluitur res super qua litigatur, vnde de illa re cum tertio coram superiore non potest agi. de app. Romana. §. in alium. & §. seq. lib. 6. de hoc in Spec. de appel. §. nouissime. ver. illud tamen. & ver. veruntamen. Lau. & Genze. dic tamen ꝙ tertius pōt pro suo interesse appellare, vel appellationi assistere. de re iudi. cū super. & quod ibi no. Secundo no. ꝙ vt actus pariat effectum, debet esse legitimè factus. probatur in ver. legitimè. ad hoc de
2 transla. c. 2. de procu. clem. 1. & quod ibi no. gl. in ver. debito. † Tertio no. ꝙ appellatio est commune remedium appellanti, & appellato. ibi, tam appellanti quā appellato. pro hoc de app. sæpe. c. oblatæ. & c. Nicolao. & c. interposita. Ex hoc no. secundum Lau. ꝙ literæ super appellatione impetratæ, prosunt ēt aduersario, vt per eas possit petere procedi etiam contradicēte appellante. de rescrip. ex parte. s. de resti. spol. ex conquestione. d. c. oblatæ. pro hoc quod not. Inn. de app. cordi. lib. 6. & ratio est vt dicit hic gl. in ver. appellato. quia cum appellatio afficet vtranq; partem, hoc casu cum appellatur super causa beneficiali, de elect. c. 1. lib. 6. debet vterque sentire commodum. idem Genze. ex hoc apparet, quòd in causis beneficialibus aliud sit, quod tenet glo. 2. & est verum quo ad effectum huius clemen. Sed generaliter loquendo in qualibet causa procedit quod dictum est, vt etiam appellatus appellationem prosequi possit. Quarto no. casum in quo in causa appellationis potest
3 deduci noua causa. de hoc inf. in primo contrario. † Quinto
a not. quòd verbum, decernimus, inducit ius nouum. quod colligit glos. 3. licet non aperte. de hoc de iudi. decernimus.

Sexto

ADDITIO.

a Quod verbum, decernimus. Adde glo. in cle. per literas. de præben. in cle. si. de ætat. & qualit. in clem. 2. de ap. in clem. 1. de rebus eccl. non alie. Vinc. God. Vide Fely. in c. decernimus, in fi. de iud.

Sexto no. casum in quo ab eodem potest intentari petitorium
& possessorium. de hoc ꝭ. eo. pastoralis, & J. in 5. contrario. &
hoc no. secundum Lau. ꝙ ex eodem libello potest quis prose-
qui duplex commodum. pro hoc de capel. mo. cap. 2. ꝙ proce
dit intelligendo ꝙ idem in eodem libello possit petitorium,
& possessorium intentare. quod probatur hic ex eo quòd hæc
litera loquitur indistinctè. Septimo not. ꝙ in odium alicuius
quandoque statuitur ius sicut hic in odium spoliantis. & de
4 hoc J. in 4. contrario. † Octauo no. de conclusione causæ quæ
fieri potest, etiam in spiritualibus. quod tenet gl. in ver. conclu
sionem. de hoc J. q. 13. & 12. Nono no. casum singularem, in
quo actio habet vim exceptionis, quia hæc in odium spolian
tis possessorium post petitorium intentatum agendo prædi-
scutitur. idem probatur de resti. spo. ex cõquestione. & de hoc
5 J. 8. ꝯrio. † Decimo no. ꝙ petens se restitui ad beneficium nõ
tenetur probare titulum. probatur hic ex eo ꝙ potest prosequi
possessorium solum recuperandæ. de hoc in gl. si. & dico J. in
contrario. 8. Oppo. ꝙ cum causa deuoluta est per appellatio-
nem, nõ debeat posse deduci petitorium & possessorium, put
hic permittitur, sed intantum super quo fuit appellatum ex-
tra iudicium, siue in iudicio ante sententiam, vel a sententia,
vt probatur in iuribus allegatis in tertia gl. Solu. vt in ea. ꝙ hęc
clem. procedit in appellatione super causa beneficiali quæ de-
uoluit omnia, quæ concernere possunt illam causam. de elec.
ca. 1. lib. 6. contrarium ergo procedit, in alijs causis. idem Pau.
& Stepha. qui dicunt ꝙ sicut ca simplici commissione causæ
venit petitorium & possessorium, ꝭ. eo. c. 1. & 2. de sequest. c. 1.
vbi de hoc. sic ex simplici deuolutione veniat vtrumque, qđ
dictum sic generaliter prolatum videretur intelligendum in
qualibet causa. Sed tamen non procedit, nisi in causa benefi-
ciali, quæ per appellationem dicitur simpliciter deuolui per
d. c. 1. aliæ autem causæ deuoluuntur solum quo ad id, super
quo est appellatum, vt vult hæc glos. Secundo opp. ad hoc ꝙ
etiam in causa beneficiali non possit deduci aliud q̃ id, super
quo est appellatum. de elec. vt circa. lib. 6. Solu. hoc operatur
noua prouisio huius cle. ita vult eadem gl. & Pau. per verbum
decernimus. vel responde aliter ꝙ ca. vt circa. non habet locũ,
cum quis prosequitur suum interesse, vt dicit ea. glo. & Paul.
sed per hoc oporteret hanc cle. restringi in casu in quo appel-
lans prosequeretur suum interesse, quæ tamen gñaliter loquitur.
tur. vnde verior videtur præcedens solutio, secunda tñ etiam
est vera in suo casu. Tertio opp. ꝙ non possit intentari petito-
rium super beneficio, cum prælatus non sit dominus benefi-
cij. de dona. fraternitatem. nam sacra in nullius bonis sunt.
Insti. de re. diui. §. nullius. & §. seq. Sol. Lau. ꝙ prælatus est domi
nus quantum ad administrationem, & sic intelligit ꝙ eccle-
siastica sunt in bonis nullius personæ secularis, sed ecclesiasti-
cæ sic. pro hoc quod not. Innoc. eo. tit. cum super. & de proba.
c. ex literis. & quod no. in Auth. de alie. & emphyt. contractus,
§. & quod cognouimus, col. 9. vel secundum Io. de Lig. contra
rium non vrget, quia non dicitur hic quòd non possit præla-
tus vendicare beneficium, sed dicitur ꝙ erat causa beneficia-
lis. i. super titulo beneficij. quod est verius: nam super tit. cum
sit intitulatus, potest per ipsum agi petitorio. Quarto oppo. in
eo ꝙ dicit, in spoliantis odium, quia in odium alterius nõ de-
bet aliquid statui. 13. quæst. 4. inter querelas. Sol. odio vitij, vel
excessus statui potest, vt hic, & de resti. spol. sæpe. sed in odium
personæ non, vt in contrario. ad hoc 86. dist. odio. de re iud. cũ
6 æterni. lib. 6. Lau. & Genze. † Quinto oppo. ꝙ ab eodem non
possit intentari petitorium, & posses. si enim quis intentat pos
sessorium, quandoque dicit se possidere, vt in possessorio reti-
nendæ. de proba. licet. sed intentando petitorium dicit aduer
sarium possidere. de iud. examinata. & sic est sibi contrarius,
& non audiendus. de app. solicitudinem. Solu. hic loquitur de
possessorio recuperandę, vt probatur in verbo, spoliantis. & in
hoc possessorio non procedit contrarium. de possessorio autẽ
retinendæ, an & quando concurrat cum petitorio, dixi eo. tit.
pastoralis. Lau. etiam generaliter hic prosequitur de quolibet
possessorio dicens ꝙ cum quæritur, an ab eodem vel a diuer-
sis possit intentari petitorium & possessorium simul, dicen-
dum est quod aut natura actionis quam proponit petitor,
talis est, quæ non excludit prorsus dominium ipsius rei, nec
negat quin dominium esse possit apud reum, vt est hæredita-
tis petitio in qua non asserit ad se spectare dominium, sed di-
cit bona esse hæreditatis tempore mortis eius cui successit, &
tũc tale petitorium intentari põt cum possessorio adipiscẽdę,
ff. quo. leg. l. 1. §. ꝙ autem. aut præsupponit sibi deberi tale do-
minium, & aut intentando vtrunque esset sibi contrarius, aut
non. si sic, non auditur. d. c. solicitudinem. vt si intentet Salua
num per quod dicit bona alterius sibi obligata, & cum hoc
rei vendicationem per quam asserit rem suam esse, cum tamẽ
res propria non possit sibi obligari, quia res sua nemini seruit.
Si autem non esset sibi contrarius, secus. vnde possessoriũ adi-
piscendæ & recuperandę, simul intentari possunt cum petito-
rio, ff. quo. leg. quo. bo. l. 1. eod. tit. cum ecclesia. & cap. cum su-
per. sed possessorium retinendæ non, vbi possessio & detentio
præsupponitur pro petente, ergo sibi non cõpetit vendicatio.
d. c. examinata. Si tñ licet possideret, nõ detineat, poterit vtrũ-
que intentare, vt in re deposita & commodata, ff. cõmo. l. rei
commodatæ. hæc procedunt cum quæritur, an actor possit
vtrunque intentare: sed si actor intentauit possessoriũ & reus
petitorium, si erat possessorium adipiscendæ, auditur reus cõ-
ueniens de proprietate, si habet probationes incontinenti pa-
ratas, & prædiscutiť petitorium, ff. ad exhi. l. 3. §. ibidem. quia
dolo petit &c. regula, dolo. lib. 6. Sed si non habet probatio-
nes incontinenti paratas, vtrunque simul tractabitur, vt no. de
resti. spo. c. 1. Si vero actor intentat interdictum recuperandę,
reus non reconueniet de proprietate. de resti. spo. cap. solicitè.
& c. in literis. nisi hoc fiat de voluntate aduersarij. d. c. 1. In hoc
tamen quo ad causam matrimonialem, dic vt in ca. literas. de
resti. spo. si autem actor intentat possessorium retinendæ, po-
test sustineri, vt reconueniatur de proprietate, per c. audita. de
resti. spo. quod dic vt ibi, ad hoc etiam de proba. licet. in hoc ta
men dicit Lau. ꝙ si spoliator primo intentet petitorium, reus
vero postea intentet possessorium, petere poterit vt possesso-
rium contra eum primitus intentatum, suspendatur, vt hic. de
hac materia concussionis plenius & formalius dixi eo. tit. pa-
7 storalis. † Sexto opp. in eo ꝙ permittit de petitorio transire ad
possessorium in odium spoliantis. per hoc enim videtur secus
econuerso, quia tunc cessat ratio odij spoliantis, cuius contra-
rium no. eod. tit. pastoralis. in gl. mag. ante medium. Solu. vt in
glo. in ver. spoliantis. quæ primo dicit per hunc tex. videri glo.
illam esse reprobatam. deinde defendit dupliciter. primo ꝙa il
la glo. solum dicit posse transiri de possessorio ad petitorium,
non autem ꝙ possit suspendi possessorium. vnde potest intel-
ligi quòd possit transiri renunciato priori iudicio, & dic quo
ad hoc quòd etiam non renunciato, dummodo non suspen-
a dat possessoriũ, sed accumulet petitorium possessorio [a] quod
fieri potest in possessorio, cuius natura non repugnat tali accu
mulationi, & sic proceditur super vtroque secundum regulã,
qui prior appellat &c. de ord. cog. cum dilectus. de hoc dic, vt
dixi in d. c. pastoralis. sed alio modo defendit glo. hic gl. d. cap.
pastoralis, quòd hic sit speciale vt etiam in causa appellationis
possit fieri suspensio & transitus. de quo hic. quod dic vt in gl.
& in eo quod remittit ad no. sup. ea. cle. in glo. fortius vult di-
cere ꝙ hoc procedit solum in causa beneficiali, quod non vi-
detur procedere: nam etiam in causis non beneficialibus quã-
doque deduci potest in causa appellationis, aliud a principali
reconueniendo, quæ reconuentio etiam in appellatione, quã-
doque licet secundum ea quæ no. de mu. peti. ca. 1. tamen de-
fendendo hoc dic, vt ꝭ. in 1. contrario. Mat. autem simpliciter
dicit hic reprobari opi. illorum qui dicunt ante cõclusionem
causæ omisso possessorio, posse haberi recursum ad petitoriũ.
Genz. etiam dicit talem transitum non permitti, quia in hoc
posset versari fauor spoliantis, & pęna immunitatem præsta-
re non debet. ff. de inter. & rele. l. relegatorum, §. si. dicit tamẽ
quòd cum fauore spoliati sit introductum quod hic dicitur,
potest renunciare huic fauori. & mos ei gerendus est. ff. de p-
ba. l. circa. hoc intelligo secundum ea quæ dixi supra eod. cõ-
trario. Septimo opp. ꝙ non liceat suspendere petitorium a se
& ab aduersario intentatum, quia agens petitorio dicit reum
possidere. de iud. examinata. possessor autem non potest age-
re petitorio. dict. cap. forte metu contrarij gl. antepen. exponit
& pru vel. dic quod etiam potest stare proprie per id quod di-
8 co infra quæst. 1. † Octauo opp. quòd intentans possessorium
non possit suspendere petitorium aduersarij, sed potius sit lo-
cus regulæ, qui prior appellat &c. de ord. cog. cap. 2. non enim
de natura actionis est operari exceptionem. Solu. vt in glos in
ver. aduersarium. quæ dicit hic approbari opin. eorum quos
allegat, tenentium, quòd quando super eadem re vnus inten-
tat petitorium, alter super illa intentat possessorium recupe-
randæ, prius auditur, & sic hoc possessorium est priuilegia-
tum, vt etiam habeat naturam exceptionis. Refert tamen gl.
opin. Hostien. qui tenuit contrarium de restitutio. spolia. ex
conquestione. quod dic vt in glo. & dixi in dic. cap. ex conque
stione, Lau. approbat primum, dicens quod ante hanc clemẽ.
non erat dubium, quin suspenso possessorio posset is, qui pos-
sessorium intentasset, recurrere ad petitorium, & econuerso,
per capit. pastoralis. eodem titu. Sed de petitorio vel posses-
sorio aduersarij dubium erat, per dictum capit. cum dilectus,
indu-

ADDITIO.

a Vinc. God. Petitorium & possessorium, an & quando & per quæ verba intententur, Bar. Soc. consi. 267. in causa, in prin. in lib. 2.

inducendo, vt nunc dixi opponendo. Sed dicit Lau. ꝙ illud
est regulariter verum, sed fallit in casu huius cle. per quam ha-
bemus ꝙ possessorium etiam intẽtatum post petitorium per
viam actionis, primo expeditur si hoc petat spoliatus, & hoc
fit tam in odium spoliantis, vt hic, q̃ in fauorem beneficiorũ
ecclesiasticorum, in quibus & alia spolia sunt statuta. s̃. de iu-
di. clem. 2. de eo qui mit. in poss. cum qui. lib. 6 dicit tñ Lau. ꝙ
non bene potest reperiri exemplum quomodo possidenti cõ-
petat petitorium, prout hic, nisi in matrimonialibus, vt hic, &
eod. tit. cum semper. quod declaro exemplando hanc cle. j. in
3. q. Pau. etiam concordat cum glo. ꝙ quia super eadem re in-
tentatur petitorium & possessorium, per possessorium præiu-
dicatur processui super petitorio, vt prædiscutiatur possesso-
rium: aliter secundum cum si essent super diuersis, forent mu
tuæ petitiones, dict. cap. cum dilectus. & de hoc in Spe. de pe.
& pos. §. 1. ver. porro. & ꝙ possessorium hoc casu præiudicet
modo prædicto, inducit Pau. d. c. ex conquestione, & c. literas,
eo. tit. vbi ex ordine literæ apparet ꝙ mulier egit ad diuortiũ
contra virum prætextu consanguinitatis. vir autem non exce
pit de spoliatione, sed egit directe petens restitutionem, & ex
fine colligitur ꝙ prius tractatur causa reconuentionis quã cõ-
uentionis, quod procedit quo ad c. literas, sed in c. ex conque-
a stione. fuit econuerso, quia ibi vir petijt matrimonium [a] sepa-
rari, & mulier petebat se restitui, tamen est effectus. Refert vl-
terius Pau. ea quæ no. Hostien. in d. c. ex conquestione. q̃ omit-
to, quia ibi dixi, & quia hic in effectu ponuntur in glo. refert
deinde opi. aliorum dicentium ꝙ in c. ex conquestione. prius
actum fuit ab vxore possessorio: & ideo vir non potest recon-
ueniri super consanguinitate. de or. cog. ca. fin. secus si primo
agatur petitorio, secundo possessorio, quia tunc sunt mutuæ
petitiones, vt sic priuilegium spoliationis in hoc consistat ꝙ
spoliatio primo proposita non patiatur alicuius petitorij re-
conuentionem, & proposita in modum exceptionis repellat
agentem, sed posterius proposita in modum actionis non tol
lit primum, licet hoc obtineat in præiudicialibus. 3. q. vlt. §. si
quando. & c. seq. Insti. de exce. §. præiudiciales. vult hæc opin.
ꝙ possessorium non habet indistincte naturam præiudicialis,
vt debeat semper discuti ante petitorium: tamen in eo ꝙ di-
cunt ꝙ q̃n primo actum est possessorio, non auditur actor in
petitorio, non probatur hoc iure nisi de possessorio excipiat,
vt dixi in d. c. ex conquestione. vbi etiam ponitur hęc solutio,
& reprobatur. dicit Pau. ꝙ per hoc reprobatur opi. Ber. in d. c.
ex conquæstione. vbi tenet ꝙ post lit. contest. etiam super peti
torio non auditur reus de spoliatione agendo vel excipiendo.
de quo in Spe. de pet. & pos. §. 1. ver. si vero vnus. dicit tñ Paul.
ꝙ licet probetur hic gl. illa Ber. quo ad id quod dicit de spolia-
tione deducta agendo, quia vt hic patet, potest ante conclusio
nem deduci, non tamen hic reprobatur in eo ꝙ dicit de spo-
liatione deducta excipiendo. cum enĩ sit dilatoria, per conse-
quens ante lit. contest. est proponenda. 3. q. 6. §. exceptio. & no.
29. quæst. 2. cuius rei causa. in gl. arg. quod tenui in d. c. ex con-
questione. Matt. circa hoc generaliter declarat qualiter super
mutua reconuentione agi debeat, & qualiter petitoriũ & pos-
sessorium simul deducuntur. de primo tamen remittit ad no.
de mu. pe. c. 1. & dic vt ibi dixi de secundo distinguit, quia aut
agitur petitorio ab vtroque & tunc proceditur, vt dixi in d. c.
1. aut agitur possessorio ab vtroque, & tunc si possunt simul
tractari, primæ tractari debent. de or. cog. c. fin. & tractantur se
cundum illam regulam, qui prior appellat & c. ff de iud. l. qui
prior. & d. c. cum dilectus, & quando simul tractantur, debent
vna sententia terminari. d. c. cum dilectus. Si vero vnus agit pe
titorio & alter possessorio, subdistinguit qualiter obijciat spo-
liatio, quia si directè petit restitutio, sunt duæ petitiones mu-
tuæ, & sic simul tractandæ. d. c. cum dilectus. Sed si spoliatio
proponitur in modum exceptionis, primo tractanda est. d. ca.
cum dilectus. & secundum eum in hac cle. tam appellans quã
appellatus intentare possunt petitorium simul in causa appel
lationis. & etiam possessorium, vel econuerso, sed per hæc ver
ba Mat. nulla specialitas apparet in hac clem. vnde quo ad hoc
vt cle. inducat casum nouum, dic vt dixi s̃. eod. contrario. & s̃.
8 contrario prox. † Nono opp. in eo, quòd permittitur hic super
causa beneficiali posse procedi in solo possessorio, quia petẽs
se restitui ad beneficium debet iustificare suam possessionem
ex tit. de fil. presbyt. constitutus. Solu. vt in glo. vlt. quæ primo
dicit hic probari quòd petens restitui ad beneficium non ha-
bet iustificare possessionem, vel probare titulum, deinde ibi
volens se defendere sentit quòd teneatur iustificare possessio-
nem ex titulo in eo ꝙ dicit ꝙ aliud est intentare petitorium,
aliud ꝙ teneatur iustificare possessionem ex titulo. quod ex-
pedit vbi natura possessorij hæc requirit. quod not. sing. & per
hoc vult hæc gl. ꝙ iste qui procedit in solo possessorio, dicitur
ex eo procedere in possessorio solum, quia non tenetur pro-
sequi principaliter, sed tantum tenetur prosequi ad iustifican-
dum possessorium. Paul. autem simpliciter dicit per hanc cle.
ꝙ tenetur etiam iustificare possessionem ex titu. & de hoc per
Host. in sum. de resti. spo. §. in casibus. ver. quid ergo. vbi quæri-
tur si quis petit ecclesiam quam possidebat tãquã beneficiũ,
quia fuit spoliatus, & dicit eum nõ restituendum nisi probet
ꝙ authoritate ordinarij ipsam fuerat adeptus. de insti. ex fre-
quentibus. de renun. admonet. de cle. peregri. c. fi. d. c. constitu
tus. ipse tamen Host. notauit contrarium de resti. spo. sæpe. q̃d
tenuit frater Aluarus per not. 3. q. 2. in sum. & facit hæc cle. vt
dicit Mat. Ber. autem dicit quæstionem fuisse in palatio Papę.
Quidam beneficiatus molestabatur in possessione beneficij
sui per quendam qui asserebat illud ad se spectare, quæreba-
tur, an teneretur facere fidem de titulo? videbatur quòd non,
per l. cogi. C. de pe. hær. & de rei ven. l. fi. & de resti. spol. in lite-
ris. In contrarium, quia iste non debet dici possessor sine tit.
reg. 1. lib. 6. vt lit. pend. vt hi qui. co. lib. & dicit sic obtentum in
palatio. Ad l. cogi. rñdet ꝙ loquitur in casu in quo non præsu-
mitur contra possidentem, hic autem præsumitur, nisi ꝓbet
tit. Ad l. fi. præalle. respondet eodem modo dicens ꝙ ad insta-
tiam nõ tenetur facere fidem, sed ex officio sic. Sed dicit hęc
vera in interdicto vti possidetis, in quo obstat exceptio tituli
secundum aliquos, per c. audita. de resti. spol. licet contrarium
no. de insti. cum venissent, in gl. pe. & idem ibi tenet Innoc. de
quo ibi dico in pe. & vlt. contrario. vbi dixi ꝙ obstat quando
per eum infert ꝙ possidens possidet vi, clam, vel precario ab
aduersario, sicut est in ca. audita. de resti. spo. alias non. sed etiã
in interdicto vnde vi, idem tenet Ioã. Cal. vt dixi de resti. spol.
ex parte. sed ibi tenui contrarium. sufficit. n. ꝙ constet peten-
tem esse habilem ad beneficium, vt quia est clericus. & si be-
neficium requirit sacros, est in eo ordine quem requirit bene
ficium. quo præsupposito eo ipso ꝙ docet possedisse tanq̃ be-
neficiatum, debet restitui docto de spoliatione. non. n. est verũ
ꝙ præsumatur contra ipsum: imo potius pro ipso, quod dic plenius
vt dixi in d. c. ex parte. Et pro hoc dico ꝙ glos. quæ vult saltem
opus esse ꝙ iustificet possessionem ex titulo, non est vera, vt de
necessitate ad hoc teneatur. tutum tamen est hoc facere ad
euitandas opiniones, sed satis hic aperte probatur in tex. ꝙ suf
ficit docere de solo possessorio. nec est verum ꝙ ille qui dedu-
cit petitorium etiam non principaliter, vt ad iustificandum
possessorium, dicatur omnino in solo possessorio procedere.
Spe. tamen de teste. §. dicendum. ver. sed pone ꝙ in beneficiali
bus. dicit petentem restitui, non restituendum nisi ꝓbet legi-
timum titulum, licet aduersarius obijciens de proprietate nõ
sit audiendus, vt in cap. ex literis. de resti. spo. quod sequitur hic
Lap. dicens vt dicit Host. de resti. spol. ex transmissa. hoc posses
sorium diuersum esse ab alijs possessorijs, & esse simile posses
sorio matrimonij carnalis in quo expedit docere de coniugio
consumato. de resti. spo. ex transmissa. sed primum verius. Et
ratio diuersitatis inter matrimonium carnale & spiritiuale, pa
ret ex his quæ dixi in d. cap. ex parte. Quæro de exemplis hu-
ius clem. Sol. Lau. ponit casum. pone ꝙ beneficium vacans ꝙ
erat mihi debitum, tanquam priori in data alter acceptauit,
& sibi conferri fecit ponens se in possessione in qua prius posi
tus fueram, & violenter me eiecit, vnde appellaui ad curiam.
quæritur an ego appellans vel ipse appellatus possumus peti-
torium & possessorium insimul intentare. & dicitur quòd sic.
secundo an cum ego spoliatus insimul vtrunque intentaue-
rim, possim suspendere petitorium & prosequi possessorium.
& dicitur ꝙ sic in odium spoliantis. sed per hanc positionem
non aperitur intellectus huius clemẽ. videtur enim mirabile
quo ad id quod dicit spoliatum posse suspendere petitorium
ab aduersario intentatum & deducere possessorium recupe-
randæ. quomodo enim potuit spoliatus per spoliantem con-
ueniri petitorio, cum possidenti non sit prodita actio. de iudi.
examinata. & ideo non est facile per hanc cle. exemplificare.
Sed dic vt dixi de cau. pos. pastoralis. & de resti. spo. ex conque-
stione. vbi plura exempla posui, quorum vnum ponit Io. An.
in addi. Spec. de peti. & pos. §. fin. & pro nunc pone vnum, egi
petitorio. & possessorio super beneficio contra te possidentẽ,
reconuenisti me petitorio, quod potes. de proba. in præsentia.
in causa appellationis possum prosequi possessorium recupe-
randæ, & meum & tuum petitorium suspendere. & secundũ
9 hoc intellige quod dixi supra contrario 7. † Secundo quæro,
in eo ꝙ dicit causa beneficiali per appellationem deuoluta,
quia dixi s̃. in 1. notab. ꝙ per appellationem deuoluitur causa.
non

ADDITIO.

a Vinc. God. Quando autem mulier petit aliquem virum in maritum, si non probat vir absoluitur, Dec. in consi. 133. viso processu. col. 1. & 2. lib. 1. & quando requirantur in probando matrimonium, Dec. in consi. 163. in causa matrimoniali per totum eo. lib. 1.

non autem res, super qua est lis, quid si appellans ab episcopo
ante appellationem erat in carceribus episcopi, an relaxabitur? videtur q sic, vt possit appellationem prosequi. Stepha.
contra per rationem prædictam in principio quæstionis, & p
l.C.de app.eos.§.super his,& l.minime. Tertio quæro in quib.
beneficiis procedit hæc cle.Sol.procedit in omnibus tam ma
ioribus quam minoribus quam etiam in præbendis, vt hic in
gl.1.& idem Pau.& Genze.& not.gl.ad hoc quia sub hoc ver
bo,beneficium,in materia non restringibili comprehenditur
præbenda. pro hoc quia præbenda est titulus.de constit.cum
10 M.vbi dixi. † Quarto quæro,an in causa non beneficiali procedit hæc cle.dicit gl.1.quod non,& idem Genze.& Mat.pro
hoc,quia dicẽdo de causa beneficiali,excludit de aliis de quibus si voluisset hoc ĩtelligi,expressisset. C.de cadu.tol.l.vnica,
§.si autem ad deficientis. de deci. ad audientiam. idem Pau.
qui etiam prosequitur de causis non beneficialibus ad sciendum quando possit possessorium & petitorium intentari. &
distinguit,quia aut intentatur ante litem contestatam & ante porrectionem libelli, & tunc finita causa appellationis in
qua appellatione nõ licet prosequi nisi causas expressas in ea,
vt infra,de app.cle.appellanti,potest appellans intentare petitorium & possessorium, sicut posset coram iudice principalis
causæ, quia adhuc non dicitur iudicium cœptum. ad hoc in
auth.de religio.§.omnem.de verb.sig.ex parte 3.& sic coram
iudice appellationis potest inchoare iudicium prout posset
coram iudice causę principalis in cuius locum succedit.idem
Pau. de appellato si in causa principali erat actor & reus ante
libelli porrectionem ex causa appellauit,alias reus hoc nõ posset etiam per reconuentionem,cum non habeat locum recõuentio in causa appellationis. ff. de iudic.l.2.§.legatis,& quod
no. Inn.& Host. de mu.pe. c.1. de quo ibi dixi.& per ibi nota.
videtur q ex quo est appellatum ante litem contestatam, finito appellationis articulo possit fieri reconuentio coram iudice ad quem, sicut posset coram iudice a quo. aut libellus erat
parti porrectus vel facta litis contestatio,& tunc cum actor tenetur illam instantiam finire. C. quomodo & quando iud.
auth.qui semel,ad hoc de dolo.causam.nisi iuris beneficio est
suspensa,possit ad aliam transire.co ti.pastoralis,& hic in fi.dicit Pau. q qui intentauit petitorium,nõ potest transire ad possessorium, quia opus est noua instantia quæ virtute appellationis non est ad superiorem delata cum sit alia causa. in hoc
ergo speciale est hic in causa beneficiali in qua sicut appellans
& appellatus arctantur per c.1.de elect.lib.6. Si vterque potest
petitorium & possessorium intentare,de hoc dic etiam,vt in-
11 fra q.6.& dixi sup.in proximo contrario. † Quinto quęro si agatur de beneficio tanquam de proprietate, glo. 1. dicit non
esse locum huic clem.idem Lau. & Genze. pro hoc,quia hæc
causa non est beneficialis,vt no.sup.de iudi.cle.dispendiosam.
vbi dixi,q.8.ad hoc de eo qui mit.in poss.c.1.& ca.cum qui.li.
12 6. † Sexto quæro,quia dicitur hic de causa deuoluta per appellationem,quid si per querelam.glo.2.dicit idem & fortius,&
secundum hanc gl.post verbum,causa beneficiali deberet addi dictio,etiam.reddit autem glo.rationem quare expressit de
causa deuoluta per appellationem, quod dic,vt in glo.& pro
hoc quod dixi sup.q.4.& idem Genze. dicens prout dicit glo.
quod quando per simplicem querimoniam causa est delata,
est eadem & maior ratio,ergo idem ius.de consti.vti.cum dilecta.ff. de verb.obl.l.a Titio.nam etiam submittens se protectioni sedis apostolicæ,habetur pro appellante. de app. ad au-
13 dientiam.† Septimo quæro quid si appellatio est extraiudicialis.glo.ea.videtur dicere locum esse huic cle. ibi,siue extra iudicium.& idẽ videtur reile in qualibet appellatione.sed Matth.dicit hanc cle.procedere tantum in appellatione extraiudiciali,cum hic vtatur tex.verbo,intentare.& ille qui intẽtat vel
petit aliquid in iudicio etiam in causis vbi non debet seruari
iudiciarius ordo,debet date petitionem in qua intentatur petitorium vel possessorium.inf.de verb.sig.cle.sępe.ver.verum.
non ergo potest dici in causa appellationis intẽtare quod iam
intentatum est.& hoc intelligendo de appellatione iudiciali,
solum ergo in appellatione extraiudiciali locum habet. Item
secundum eum sequeretur aliud absurdum, quia posset quis
aliam causam prosequi quam ex qua esset appellatum,contra
cle.appellanti.inf.de app. Opp.ad hoc de c.vt circa. de elect.li.
6.sol.Matth. quod illud c.locum non habet quando quis prosequitur suum interesse vel ius ecclesiæ, quod etiam dicit hæc
glo.2. hic in fi. quo ad id quod dicit de prosequente ad suum
interesse, sed quo ad dictum præcedens Genze. tenet contrarium,dicens propter indefinitam istius tex. quod in qualibet
appellatione iudiciali vel extraiudiciali locus est huic cle. &
respondet ad id quod dicit Matth.de verbo,intentare. dicens
q appellans prosequens appellationem dicitur intentare in effectu idem quod primo,cum ille idem dicatur actor in causa
appellationis qui fuit in cã principali. C.de ap.l.hi qui ad ciuilia.& quod ibi no.nec sequitur q a causa ob quam appellauit,
discedat. Nam potuit esse q primo appellauit, quia non restituebatur quod nũc prosequitur.quod etiam tenet Io. de Lig.
& est verius,nam quod dicit intentare,intellige ad bonum,sic intentet ab initio, vt quia appellatum est extra iudicium,
vel in iudicio ante litem contestatam, vel ante tempus quo si
fieret contestatio,contestari soleat vel intentari, i. in effectu
idest iam intentatum prosequendo.nam etiam dicitur prosequi qui iam prosecutus est.de rescrip.mandatum.& quod ibi
14 not. † Octauo quæro circa hoc,an in causa appellationis [a] de-
a beat dari libellus.dicit Matt. quod in causa beneficiali,de qua
hic,non debet dari libellus etiam in causa principali. infra. de
verb.sign.cle.sæpe.ver.nos autem.Sed tantum petitio redigenda est in actis,vt in ea.cle. ver.verum. In aliis autem causis distinguit,quia aut appellatur ab interlocutoria, aut diffinitiua.
Primo casu non datur libellus,secundo sic, & sic seruatur in
curia,vt no.Spec.de libel.concep.§. nunc dicendum,versi. sed
nunquid.pro hoc quod not.de offi.deleg.cum contingat. sed
Io.And.in d.versi. sed nunquid,dicit quod potius esset dicendum econuerso, quia quando est appellatum ante sententiam,
noua est causa grauaminis, nec statim intentatur negotium
principale, & sic opus sit libello in discutiendo appellationis
articulo. Secundo casu cum articulus appellationis nõ distinguatur a principali,cessat hęc ratio. & idem tenet Io.And.de
test.Raynal.super gl. in ver. contestata.pro pratica curiæ quæ
videtur niti veritate,facit, quia in appellatione ab interlocutoria procedi debet tanquam in superemergenti, & super emergentibus non datur libellus,nec fit litis contestatio de necessitate,de offi.deleg.prudentiam.§.sexta,& quod ibi no. gl.ex lo
co isto. Sed quando a diffinitiua est appellatum cum per appellationem extinguantur acta ordinaria iudicii,licet nõ decisoria,quod dixi de proba.quoniam contra,merito debet dari
libellus,sicut etiam de nouo iuratur de calumnia. de iura.cal.
c.2.in prin.lib.6.& idem dixi in d.ca. Raynal.& de hoc etiam
15 dico de app.cle. fin.q.9. † Nono quęro si causa est deuoluta ad
curiam per immediatam subiectionem, an sit locus huic cle.
Lau.quod sic,& idem Genze. ponendo exemplum per ca.cupientes.in prin.de elect.lib.6.mouetur Lau.quia eadem est ratio si de spoliatione opponatur & partes sint in curia pręsentes,arg.d.c.cupientes.§.1.dicit tamen quod aliud in confirmatione, quę deuoluit ipsum beneficium & electionem ad curiam,& secus in appellatione quæ causam & processum & psonas partium tantum deuoluit. & hoc verum principaliter,
sed non incidenter. vnde dicit q quia etiam in confirmatione potest oriri quæstio & causa,videtur eadem ratio in ea quę
in appellatione,duntamen partes sint in curia pręsentes,cum
curia sit communis patria ar.comm quæ no.sup.de elect.cle.
constitutionem.§ insuper.vbi dixi in 6.& 9.contrario. & in 3.
16 q. † Decimo quęro,quia hic dicit de appellatione interposita
ad sedem apostolicam,quid si ad inferiorem.glo.3.dicit secus
esse.& idem Pau. Lau.tenet contrarium per id quod no. de electi.statuimus,& ca.vt circa.lib.6. Genze.tenet primum,quia
ex eo quod dicitur in tex.de appellatione ad papam emissa, videtur contrarium dici de emissa ad inferiorem,quia si voluisset idem si ad inferiorem,hoc expressisset. de deci.ad audientiam.de transla. ca.2. ver. sed neque.est & alia ratio potissima
secũdum eum,quia appellatio emissa ad alium solum articulum appellationis ad illum defert,nec de alio potest intromittere,de for. compe. Romana,lib.6. & sic vult Genze.secus in
appellatione ad papam interposita, vt talis deuoluat totã causam.quod est verum in casu c.cordi.de appel.lib. 6. & in casu
huius cle.quæ cum exorbitet a iure communi, extra suos terminos non est trahenda. regula,quæ a iure. lib.6. Vndecimo
b quæro in eo q ante conclusionem [b] permitti id q in tex. dicitur,an post conclusionem vllo casu liceat.gl.in verbo,conclusionem.q sic. q dic,vt in ea. Opp.ad hoc & ad tex.quia in cã
beneficiali non fit conclusio.inf.de verb.sign.cle.sępe,& sic in
nullo debet ponderari conclusio.So.Matt.q licet non fit con-
clusio

ADDITIONES.

a An in causa appellationis. Adde Inn.in c.cum contingat,de offi. deleg. Spec. tit.de appel.in §.nunc dicendum.ver.sed nunquid & ibi Io.And.in addi. & etiam vide ibi per Bal.in additio.Spec.tit.de li.concep.ver.in causa appellationis.Laufr.in sepe.cle.sæpe,de verb.sign.versi.libellus.Bal.in auth.hodie.
C.de iur.calum.

Vinc.God. De hoc plenius per DD.in c.per tuas,de appell.

a Ante conclusionem. Adde Domini.in c.is cui.in §.sane.in 1 colu de sent. excom.lib.6.

Vinc.God. Conclusio potius attendenda est quam ipsa narratio. Rayn.consil.
127.nu.4.lib.5.

clusio necessaria in prędictis, tamen fieri potest si videtur in
dici, nec propterea est irritus processus, vt dicitur in d. cle. sæ-
pè. ponderatur autem conclusio secundum Stepha. quia post
conclusionem non restat nisi ferre sententiam, ideo regulari-
ter non permittitur transitus de petitorio ad possessorium.
17 † Duodecimo quęro, circa hoc qualiter fit conclusio in cau-
sa. dicit Pau. ꝙ fit cum renunciatur probationibus facti & iu-
ris secundum Inn. qui hoc no. de cau. poss. pastoralis. vel cum
renunciatur allegationibus, secũdum Io. de Deo. quod tenet
Spe. de renun. & concl. ver. & no. & vei. auditis. pro hoc quod
no. gl. de prob. quoniam contra, in verbo, renunciationes. vbi
dicit ꝙ post conclusionem nulla admittitur exceptio vel alle-
gatio vel instrumentum, & idem tenet de fi. instru. cum dile-
ctus, vbi in verbo, conclusum, exponit, idest renunciatum, alle
gationibus & omnibus probationibus. Opp. ad hoc, maxime
ad dictum Inn. quia post conclusionem prohibetur solũ pro-
ductio eorum quę consistunt in facto, vt testium & instrumē
torum. C. de dila. l. cum a nobis, secũdum verum intellectum
quem tenet ibi Cy. & Bal. non autem prohibentur allegatio-
nes iuris, nam etiam partibus non allegantibus iudex ex offi
cio in talibus allegationibus iuris supplere debet. C. vt quę de-
sunt aduoc. l. vnica. de postu. bonę 1. Solu. communiter statur
contrario, & ita de facto obseruatur. nam coram consultore
assumpto ad consulendum quę sententia ferenda veniat ex a-
ctis, allegatur de iure, licet non posset coram eo produci ali-
quid cõsistens in facto. C. de rela. l. 1. vbi per Bar. qui idem no.
ff. de app. l. 1. §. quæsitum, per d. l. cum a nobis. dic ꝙ licet scri-
bentes ponant dictum Inn. prout iacet, debet tamen intelligi
ad suum intellectum, videlicet, ꝙ post conclusionem vlterius
non potest quicquam dici de iure nec de facto, quando super
hoc peteretur dilatio, quę non est danda, per d. l. cum a nobis.
sed si pars sine dilatione vult allegare de iure, auditur, sicut ap
paret in obseruantia. tamen inhęrendo rigori iuris posset dici
quod standum est verbis Inno. vt quando partes concludunt
in causa intelligantur fecisse quicquid in eis est tam de facto
quam de iure, adeo quod iudex nõ teneatur audire etiam alle
gationes iuris. tamen, vt dixi, contrarium est in obseruantia.
& ex hoc conclude quod cõclusio propriè concernit solum
exclusionem eorum quæ sunt in facto, nõ autem eorum quę
sunt in iure, nisi quantum oporteat fieri aliquid in facto, vt qa
petatur dilatio quę danda non est, vt prædixi, & ita cõsului in
18 q. facti. † Decimotertio quęro, an sit differentia [a] inter renun-
a ciationem & conclusionem. Pau. dicit ꝙ non, pro hoc indu-
cens hanc cle. quæ ex eo facit, quia nihil dicit de renunciatio-
ne, sed tantum de conclusione. vnde secundum Pau. ponun-
tur pro eodem. inducit quod no. de cau. poss. pastoralis. ibi, aut
conclusum. vbi aut, exponitur pro. 1. & secũdum Tan. & Gof.
contrarium tamen tenet ibi Hosti. dicens ꝙ in plus se habet
conclusio quam renunciatio, quia qui concludit, bene renun
ciat, sed non econuerso: licet enim quis renunciet testibus, po
test tamen instrumenta producere. de fid. instru. cum dilectus.
dic ꝙ renunciatio posset esse talis ꝙ per omnia haberet vim
conclusionis, vt quia renunciatum est probationibus iuris &
19 facti, prout dixi sup. proxi. q. † Decimo quarto quæro, an post
publicationem attestationum possit reddiri de petitorio ad
possessorium? videtur quod nõ, sicut nec post conclusionem,
vt hic. cõtrarium tenet Pau. quia post publicationem possunt
adhuc fieri probationes saltem per instrumenta vel per testes
super articulis. Sic etiam positiones & cõfessiones, de fide in-
str. cum dilectus. quod vltimum not. in eo quod dicit deposi-
tionibus, quia iam vidi altercari io facto, nam dicebant qui-
dam positiones post publicationem attestationum admitti
non debere. sed primum verius, quia cum possent fieri proba
tiones, ergo & positiones quæ sunt adinuentæ ad releuãdum
ab onere probandi. inf. de verb. sig. clem. sępè. ver. & quia posi-
tiones. & hoc tenet Spec. de positionibus. §. 4. ver. regulariter.
ibi, quidam tamen dixerunt & male. & sic consului in q. facti.
pro primo autem dicto de transitu petitorii ad possessorium
ꝙ possit fieri post publicationem, facit, quia nõdum causa est
liquida, ex quo non est conclusum, super qua ratione funda-
tur c. pastoralis, eo. tit. & hæc cle. quatenus prohibet talē transi
tum post cõclusionem, quia tunc cum causa sit liquida super
petitorio, debet pronunciari. Opp. ad hoc, nam etiam post cõ-
clusionem producuntur testes per beneficium restitutionis in
integrum. de in integr. resti. auditis, & sic nec tunc videtur de
causa plene liquere. Sol. Pau. quod nõ dicitur posse fieri quod
fit per beneficium restitutionis in integ. cum sit auxilium ex-
traordinarium, & non competit donec competat extraordi-
narium. ff. de mino. l. in causę. 2. a. respon. quod tenet Inn. in d.
20 c. pastoralis, in ver. renũciatur, & est singulare. † Decimoquin-
to quæro, an faciens transitum de petitorio ad possessorium
ante conclusionem condemnabitur in expensis? gl. in ver. su-
21 spendere. dicit ꝙ non. idem Genze. & Matth. † Opp. ad hoc:
quia temere videtur intentasse petitorium ex quo nõ persistit.
ergo propter temeritatem debet cõdemnari in sumptibus. ff.
de iud. l. eum quem temere. de pęn. calumniam. Sol. Matth. ꝙ
non temere facit cum ei hoc iure permittatur, & nemini fa-
cit iniuriam & c. de elec. cum causa. & beneficium iuris nemi
22 ni est auferendum. 28. dist. de his. regula, indultum. li. 6. † Deci
b mosexto quæro, an succumbens [b] in petitorio possit agere pos
sessorio. Pau. refert id quod no. glo. sup. eo. pastoralis. vbi dicit
ꝙ sic, si nudam proprietatem deduxit in iudicium cum sepa-
rata sit causa possessionis & proprietatis. ff. de acq. poss. l. natu-
raliter. §. nihil. & pen. ergo sententia lata in vno non parit ex-
ceptionem in reliquo. ff. de excep. rei iudi. l. 3. C. de interdic. l.
incerti. contrarium videtur notari. ff. de interdic. l. 2. §. quędã.
vbi no. quod sententia lata in petitorio absorbet ius possesso-
rii. Dyn. in regula, qui ad agendum, lib. 6. dicit quod si est tale
possessorium quod excluditur per exceptionem dominii, vt
possessorium adipiscendę, & retinendę, sententia lata in peti-
torio præiudicat in possessorio. sic intelligit quod no. indic. §.
quædam. sed si est tale possessorium quod non excluditur per
exceptionem dominii, vt possessorium recuperandæ, senten-
tia lata in petitorio non nocet in possessorio. sic intelligit d. l.
incerti. Opp. ad hoc quod etiam obstet in possessorio recupe
randę. nam per sententiam latam in petitorio surgit notorie-
tas proprietatis pro eo pro quo fertur, cum sententia faciat no
torium, de cohą. cle. c. fi. sed notorietas dominii pro aduersa-
rio excludit possessorium etiam recuperandę. de fi. præsb. con
stitutus. & quod ibi not. de diuor. significasti. & quod ibi not.
Inn. Solu. contrarium est difficile & per scribentes non tangi-
tur. dic vt dixi in d. c. pastoralis, ad fin. vbi dixi ꝙ notorietas do-
minii non excludit possessorium, quod habuit ortum priuſ-
quam surgeret talis notorietas, quia ex facto superuenienti nõ
debet tolli ius iam quæsitum parti, de resti. spol. audita. & sic
non obstante sententia lata in petitorio pro aduersario, potest
pars deducere possessorium recuperandę, quod sibi competit
ex spoliatione prius facta. Si autem competeret ex spoliatione
postea facta, videretur posse dici quod non competeret posses
sorium, per d. c. significasti. Contrarium tamē not. Inn. de cau.
poss. cum dilectus. quod dic, vt dixi de rest. spo. in literis, & per
ibi no. videtur verius dictum Inn. quicquid autem sit de hoc
vltimo, potest tamen si propria authoritate deiecit, compete-
re condictio ex l. si quis in tantam. C. vnde vi. de qua no. de do
lo. c. 1. vbi dixi, de resti. spo. sæpe. ex qua condictione non tan-
tum potest agi, vt in iuribus prędictis. & no. eo. tit. pastoralis, in
gl. sed nunquid. sed etiam excipi, vt no. in eo. c. pastoralis. in gl.
23 pen. † Decimoseptimo quæro, si reus obtinet in petitorio &
actor in possessorio & obtinens in possessorio petit sentētiam
exequi. dixit Odo. vt refert Pau. ꝙ aut ideo obtinet reus in pe-
titorio: quia proprietatem probauit, & tunc actor non potest
petere executionem in possessorio, aut ideo obtinet reus quia
actor nihil probauit, & tunc potest actor petere executionem
possessorii. arg. ff. de iureiuran. l. sed & si. 1. respon. quod tenet
Abb. eo. ti. cum dilectus, & Spe. de peti. & poss. versi. quid si is.
pro hoc. quod dicitur eo. tit. cum ecclesia. vbi secundum ali-
quos fit in possessorio executio tantum verbo, ex quo petito-
rio constat pro aduersario. dic melius, vt ibi dixi quod imo fit
etiam realiter quo ad fructus preteritos. patet, quia ibi cassata
24 fuit electio facta exclusis quasi possessorib. iuris eligendi. † De-
cimooctauo quæro, nunquid possit suspendi possessorium &
transiri ad petitorium? videtur quod non, arg. a cõtrario hu-
ius cle. cum hic permittatur transitus ad possessoriũ in odium
spoliantis. Contrarium not. gl. eo. tit. pastoralis. sed dicit Pau.
primum verius. ꝙ dic, vt hic in gl. in verbo, spoliantis, & dixi
sup. contrario sexto.

ADDITIONES.

a An sit differentia. Adde Spe. tit. de pet. & poss. in §. 1. ver & solas.
Vinc. God Vide ad hoc Fel. in c. si col. 4. de consti. qui dicit quod paria sunt,
esse iudicatum, vel renunciatum in cau.
b An succumbens. Adde Spec. in titu. de peti. & poss. per totum. & ibi Bald. in
addi.
Vinc. God. Et ratio etiam adduci potest quia succumbens per iudicis senten-
tiam præsumitur habere malam causam, Alc. in trac. de præsump. præs. 6.
nu. 5. quod habetur in lib. 8. trac. fol. 186.

De dolo & contumacia. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi interpositæ ante diffinitiuam sententiam non semper o-
pus est eidem deferri, secus in appellatione a diffinitiua.*

2 Appellans

2 Appellans ante diffinitiuam, si non appellat a diffinitiua, transibit in rem iudicatam.

3 Iudex in certo casu potest procedere ad diffinitiuam contra non citatum, puta quando quis recedit a iudice appellando ante diffinitiuam.

Adde ad idem nu. 6.

4 Appellatio debet interponi intra certum tempus.

5 Appellatio manifeste friuola non excusat a contumacia, nam talis appellans est manifestus contumax.

7 Iudex a quo est appellatum si remanet dubius, an appellatio videatur esse iusta.

8 Iudex si præfigit terminum ad appellationem, an videatur eidem deferre.

9 Appellatio quando est manifeste friuola, quare non auditur si quis appellat a diffinitiua.

10 Iudex si detulit appellationi interpositæ ante diffinitiuam licet sit iniusta, an talis delatio deuoluat causam ad papam, posito quod iudex sit subdelegatus delegati papæ.

11 Appellatio quando est manifeste friuola, quare non potest appellans postea a diffinitiua appellare.

12 Contumax verus manifestus quis dicatur, & quis non manifestus.

13 An autem ad veram contumaciam sufficiat quod reus vel citatus dicat nuncio se non esse venturum.

14 Contumax fictus & contumax verus quis dicatur.

15 Contumax quando & quomodo possit appellare.

16 Appellatum si est ante sententiam, an appellatio a sententia in aliquo releuet.

17 Appellans an possit in eodem libello prosequi vtramque appellationem, scilicet interpositam ante sententiam diffinitiuam, & interpositam a sententia diffinitiua.

18 Citatus a iure si non venit, an sit verus contumax.

CAP. VNICVM.

SI ante. Appellans ante diffinitiuam, etiam a diffinitiua lata eo absẽte citato vel nõ, appellare potest, nisi prima appellatio fuerit friuola manifeste, quo casu non appellat tanquam manifestus contumax. primo dictum, secundo exceptio, ibi, nisi. No. ꝙ appellari potest ante diffinitiuam, quod est verum indistincte de iure canonico, dum tamen appelletur ex causa rationabili, de ap. vt debitus. sed de iure ciuili non appellatur ni-
2 si in certis casibus. quod dixi de app. super eo. el 2. † Secundo no. ꝙ appellationi interpositæ ante diffinitiuam non semper deferri oportet, de appel. cum appellationibus. lib. 6. secus si a diffinitiua, de iureiu. venientes, de app. non solum. lib. 6. Ratio est, quia in appellatione ante diffinitiuam exprimitur causa, nec potest ex alia causa iustificari, vt hic in gl. a. sed in appellatione a diffinitiua non expedit causam exprimi. ff. de app. l. scio, & no. de ap. cum causam, & hoc procedit, nisi in aliquib. casibus in quibus prohibetur appellatio a diffinitiua, vt si appellans est criminosus notorius, de app. peruenit, & in casibus similibus, quod dic, vt ibi, & de ap. non solum. li. 6. Ex hoc no. secundum Genz. ꝙ appellatio ante diffinitiuam debet iustificari ex virtute grauaminis illati, non autem ex superuenientis. inf. de ap. appellanti. licet gl. tenuerit contrarium & minus be-
2 ne, vt li. non contest. accedens. † Tertio no. fm Lau. & expressius, fm Genz. qui dicit hoc innui ex hac cle. ꝙ si quis appellauit ante diffininiuam, nisi appellet etiam a diffinitiua, transibit in rem iudicatem, & appellatio pręcedens non extenderetur ad grauamen sequens, nec ex illo maiores vires assumeret. dic verius ꝙ si appellatio prima tenet, sententia postea lata venit reuocanda per modum attentati, vt hic in gl. magna. ver. sed secundum hoc. & ex hoc quod ibi dicit glo. tollitur obiectio de hac cle. & colligitur quis est effectus secundę appellationis.
3 pro hoc quod dico inf. in 4. contrario. † Quarto not. casum in quo potest procedi ad diffinitiuam contra non citatum, vt qñ quis recessit a iudice appellando ante diffinitiuam, eo. ti. cum qui, lib. 6. ꝙ dicit hic gl. 3. Et est ratio secundum Lau. & Genz. quia appellans ante diffinitiuam sub colore boni, vult suã contumaciam paliare, cum tamen paliatio non sit introducta ad defensionem iniquitatis. de appel. cum speciali. multiplicat ergo suam malitiam, quia simulata æquitas duplex est iniquitas, ideo non citatur amplius, qui tamen citaretur, si non appellasset, alias autem regulariter non tenet sententia, nisi prius assignato termino peremptorio ad hoc, & non sufficit simpliciter partem citari, nisi dicatur ad audiendam sententiam. quod not. Inn. de off. deleg. consuluit. de accu. ad petitionem. pro hoc ff. quæ sen. sine appel. rescin. l. 1. §. item cum ex eo edicto. ad hoc de testi in integ. tum ex literis. ad fi. dicit tamẽ Stepha. ꝙ interdum curia hoc non seruat. licet enim non sit necesse citare, tamen quandoque citat, quia quandoque citatur quis ad conuincendam malitiam de dolo, prout, ex hoc no. ꝙ quandoque quis citatur etiam si non sit opus. pro hoc litera hic, ibi, eo citato, & eod. tit. cum qui. li. 6. & quod ibi not. gl. in
4 verbo, non teneris. † Quinto no. ꝙ appellatio non debet interponi intra tempus debitum. ꝙ exponit gl. in verbo, debitum, i. decendium a die notitiæ, per c. concertationi, de app. li. 6. Sed Lau. dicit a die sententiæ computando de hora in horam. de re iud. quod ad consultationem. Genze. tenet primum per id quod habetur in auth. de collat. §. ad hęc, 4. col. 2. q. 6. anteriorum, quia decem dies prędicti sunt vtiles ab initio, sed continui in progressu. C. qño & quando iud. l. ab eo. quod est verius. dic ergo ꝙ currunt a die sententię cessante legitimo impedi-
5 mento. † Sexto not. ꝙ appellatio manifeste friuola non excusat a contumacia, ꝙ patet hic, quia talis appellans est verus & manifestus contumax, adeo ꝙ non auditur appellans a diffinitiua secuta. de hoc in gl. magna, & inf. q. 10. & 11. Oppo. vt aperiatur quę fuit ratio dubitandi, nam videtur appellantem ante sententiam non audiendum, si postea appellat a sententia, maxime si pręsupponimus eum fuisse citatum ad diffinitiuã, & non venisse, ꝙ probat litera ibi, absentem. facta relatione ad verbum, citato. & tamen tunc tanquam contumax videtur non audiendus per iura quæ allegantur in gl. fin. Item dato ꝙ non fuerit citatus, videtur idem, quia iudex non tenetur citare appellantem ad ea quæ postea fiunt in iudicio. eo. ti. cũ qui. lib. 6. Item superflua videtur appellatio a diffinitiua, cum sufficiat appellatio ante diffinitiuam, quę si tenet, infertur postea secuta renocari debere. So. ex his potuit surgere dubitatio. Sed his non obstantibus deciditur contrarium, nisi prima appellatio fuerit friuola manifeste. Ratio autem decidendi colligitur ex gl. vlt. & inf. dico, q. 11. Secundo opp. ꝙ contra appellantem ante diffinitiuam non teneat diffinitiua postea lata, cũ possit esse ꝙ appellauit ante lit. contest. ad hoc, vt lite non contest. in rubro & nigro. Solu. vt in gl. in verbo, promulget, quæ intelligit hoc c. quando lis erat contest. vel erat casus in quo procedi poterat lite non conte. Tertio op. ꝙ nullo mõ possit a diffinitiua appellare sine suo pręiudicio, ex quo appellauit ante, quia si prima appellatio est legitima, diffinitiua postea lata non tenet. de app. non solum. lib. 6. Sed appellando ab ipsa, videtur eam habere ratam. ff. rem ra. ha. l. 3. §. falsus. Sol. vt in gl. in verbo, appellare. quæ tamen non soluit contrarium, sed remittit. Sed solue secundum Pau. ꝙ licet in §. falsus, per appellationem videatur velle recedere a iudice, tamen appellando videtur factum procuratoris falsi acceptare, vt sic sententia non mandetur executioni contra ipsum procuratorem, quæ cessante appellatione non fuisset mandata executioni contra dominum, cum quo ad ipsum esset nulla, sed contra procuratorem quia
6 non ad ipsum tenet, de hoc de re iud. c. 1. † Quarto opp. ꝙ nul
a lo modo possit iudex[a] a quo est appellatum ante diffinitiuam, procedere vlterius contra non citatum. de ap. si a iudice. lib. 6. Solu. Lau. ꝙ ibi iudex ad hoc, solum citat appellantem, vt veniat ad audiendum reuocari grauamen. sed Io. de Fantu. per illud c. dixit oportere cle. istam limitare ꝙ loquitur vbi appellatio interposita ante diffinitiuam erat friuola. c. vero, si a iudice, loquitur quando erat legitima. Et per hoc dicit summariũ Pau. non esse verum qui summando hanc cle. dicit hic loqui de appellante legitime ante diffinitiuam. Ego autem summaui generaliter, non distincto, an appellatio prima fuerit legitima, an non. pro opinione tamen Ioã. de Fantu. licet ipse nihil indicat, est gl. in c. eum qui. in verbo, appellans, eo. ti. lib. 6. qui ibi ad verbum appellans, supplet frustratoriè, dicens ꝙ si bene appellasset, non posset procedi contra eum, cum non esset cõtumax. & pro illa gl. facit argumentum a titulo, quia sub illo titulo de dolo, & contu. nõ bene poneretur illud c. si loqueretur de bene appellante, & sic de non contumace. Sed tamen dic, vt prædixi, ꝙ hæc cle. loquitur indistinctè, vt sic appellans ante diffinitiuam, nisi eius appellatio prima fuerit friuola manifeste, audiatur appellans a diffinitiua. quo vero ad id quod hic dicitur procedi posse ipso appellante nõ citato vlterius, licet multum vrgeat gl. in d. c. eum qui. & ratio quam supra pro eo feci, tamen dico ꝙ etiam pręsupposito ꝙ appellatio sit nõ friuola, non tamen processus iudicis factus appellãte amplius non

---

ADDITIO.

a Nullo modo possit iudex. Adde Domi. in d. c. si a iudice. Fel. in c. cum causa. de re iudi. in 3. col. ver. limita tertio.

Vinc. God. Quando autem iudex a quo potest procedere contra appellantem si appellans intra terminum fidem non fecit quod se præsentauerit iudici ad quem. Fed. de Sen. consilio 27. secus si detulit appellationi. idem Fed. in consi. 187. ad fi. Vide late per Dec. prae. meum in c. vt debitus, colu. pen. & fin. de appell.

non citato, potest dici nullus tanquam factus contra non cita
tum. nõ enim expedit eum citari cum protestari videatur eo
ipso quod appellat se nolle coram iudice a quo de cætero liti-
gare, vt dicit c. eum qui. nõ est ergo amplius citandus pro hoc
quod no. ff. quando appell. sit l. 1. §. fi. & ff. de in integ. resti. l. fi.
in gl. vlti. & C. quõ, & quando iud. l. tres denunciationes. & 24.
q. 2. de illicita. in gl. magna. versi. tamen. de quo per Io. And. in
addi. Spe. de contumacia. §. i. post prin. vbi concludit potius ta
lem esse citandum qui verbo dixit in prima citatione se nolle
venire: quia potest esse quod si putasset se amplius non vocan
dum, hoc non dixisset, licet secus sit de eo qui dixit appellan-
do, vt in d. cap. cum qui. quia tunc ipso facto videtur expresse
velle amplius non litigare coram ipso iudice. & plus est facto
facere quam verbo dicere. de ap. dilecti. 2. & de hoc infra q. 8.
Ex hoc dico quod etiam præsupposito quod appellatio tenue
rit, tamen in hoc dubio processus iudicis qui putauit eum nõ
tenere, & per hoc non detulit: nõ potest dici nullus ex eo quod
non citauerit in sequentibus: licet postea si docebitur de veri-
tate appellationis veniat processus reuocandus per ca. non so-
lum. de app. lib. 6. Et hic est verus intellectus c. cum qui. licet
aliter videantur scribentes sensisse, maxime d. gl. in ver. appel-
lans. ad c. si a iudice. dic quod non probat iudicem teneri ad ci
tandum appellantem: sed solum dicit quando teneatur cita-
tus non obstante appellatione coram ipso comparere, quia te
netur quo ad hoc solum vt audiat reuocari grauamen si iu-
dex ad hoc ipsum citauit. vbi dic quod si iudex reuocaret gra
uamen ignorante appellante, talis reuocatio nõ sufficeret ad
effectum vt posset iudex procedere, vt etiam ibi tenet Io. An-
dr. tamen puto quod si reuocauit etiam appellante non cita-
to, dummodo intimet appellanti de reuocatione, poterit pro-
cedere, & poterit appellans de aliquo conqueri: quia nec cita-
tio omissa ad videndum reuocari ad aliud tendebat nisi vt ap-
pellanti constaret de reuocatione. Et hunc dico verum intelle
ctum illius c. & sic cõsului in quæstione facti. & circa hoc di-
cit Steph. quod interdum in curia Romana seruat̃ cõtrarium
quo ad hoc quod qui appellauit ab interlocutoria etiam ma-
nifeste friuola, citatur ad vlteriora. Sed dic quod hoc fit ad
abundantem cautelam, vel ad conuincendam cõtumaciam.
ar. de dolo. prout. Quęro in eo quod hic loquitur de iudice qui
non detulit appellationi interpositæ ante diffinitiuam, quid si
detulisset. gl. in verbo, non deferens. dicit quod sententia per
ipsum postea lata non teneret. idem Paul. qui tamen dicit ꝙ
7 posset ab ea appellari. ff. quorum ap. non reci. l. 1. §. fin. † Secun
do quęro, circa hoc si iudex a quo est appellatum remanet du
bius, an appellatio sit iusta vel nõ. dicit Matth. quod debet po
tius deferre. de ap. dilecti. quod non multum facit. & dic vt su
8 pra. in a. no. & de ap. cum appellationibus. lib. 6. † Tertio quæ-
ro, an idem operetur pręfigere terminum ad appellationem
quod deferre. dicit Matth. quod non, quod tenent Archid. &
Io. And. de ap. cum appellationibus. lib. 6. Et probatur rationi-
bus. Primo quia decretalis oblatæ. de ap. ponit hæc tanquam
diuersa. pro hoc. infra. de app. cle. 1. vbi idem probatur. Secun-
do quia vbi facta est præfixio termini si appellans appellatio-
nem suam non fuerit prosecutus intra terminum a iudice da
tum ad prosequendum, iudex a quo cognoscit de causa prin
cipali. de ap. sępe. secus est si detulit. quamuis enim appellatio
sit friuola: non potest se vlterius intromittere. d. c. cum appel-
lationibus. quod dic vt ibi. Tertio quia vbi est præfixus termi-
nus ad prosequendum & non est aliter delatum appellationi,
sufficit quod quis mittat procuratorem ad impetrandũ tan-
tum. vbi vero delatũ esset, debet mittere ad totam causam. de
renun. vehiens. vbi de hoc in gl. sed non videtur, ꝙ dic vt ibi di
9 xi. supra de appell. Nicolao. † Quarto quæro per quid cogno-
scitur appellationem manifeste friuolam. & cur quando est
manifeste friuola appellans non auditur, si appellat a diffini-
tiua. Sol. vt in gl. vlt. quam diuide: quia primo dę appellatione
friuola ponit quatuor exempla. Secundo ponit differentiam
inter contumacem manifestum & non manifestum. ibi, &
aduerte. Tertio ponit duplicem distinctionem de contuma-
cia. ibi, Gui. Quarto dist. Iac. de Aret. ibi, Iac. Quinto quatuor
opi. simul de vero & ficto contumace, & approbat secundam
ibi, sed circa. Sexto de appellatione contum. ponit etiam qua-
tuor opi. ibi, sciendum. Septimo ex his suam opinio. infert ibi,
& ex his. Octauo ex prędictis infert ad intellectum huius cle.
Ibi, ad text. Nono contra prædicta & contra text. opponit, &
quadrupliciter sol. ibi, sed secundum hoc. Decimo ex prædi-
ctis infert solutionem vnius q. ibi, ex prædictis. Et de singulis
partibus prędictis dic vt sequitur in hac. q. & sequentibus. Et
quo ad primum quæsitum per quid cognoscitur appellatio-
nem manifeste friuolam, dic vt in hac gl. in prin. quæ enume-
rat quatuor modos, & adde quintum si appellatio non fuit fa
cta in scriptis, & de hoc constat. de app. cap. primo, libro sexto.

Et ex hac gl. in eo quod de appellatione friuola exemplificat,
quando pronunciatum iam erat appellationem esse falsam,
& non fuit appellatum, nota singulariter quod quando appel
latur ab interlocutoria si iudex a quo, non deferat appellatio-
ni tanquam ex causis friuolis interpositę, oportet appellari ab
hac reiectione: alias a diffinitiua appellans postea non audire-
tur, quod omnino notatur. Opp. ad hoc & ad tex. quod indi-
stincte teneatur iudex a quo appellationi deferre etiam si pręe-
cedens appellatio fuerit friuola manifeste. non enim potest
de hoc ipso cognoscere, sed iudex ad quẽ. ff. de admi. tu. l. chy-
rographis. in fi. nil noua. ap. pen. l. prima. C. de app. l. a procon-
sulibus. Solu. dicit Inn. de offic. deleg. pastoralis. in gl. mirum.
quod per euidentiam facti potest hoc videre. si enim per eui-
dentiam cognoscit male appellatum, non deferret, sed exe-
quetur. Pone enim quod appellatum fuit ab interlocutoria,
& iudex reiecit appellationem tanquam ex causis friuolis in-
terpositam, nec a reiectione fuit appellatum. si postea appel-
letur a diffinitiua, non audietur appellans tanquam manife-
stus contumax. & hoc sentit gl. hic vt dixi. sup. in ea. q. pro hoc
quia hoc quod iudex non deferat, habet vim cuiusdam inter-
locutoriæ, & hoc spectat ad ipsum vt videat an sit admitten-
da vel non. de app. cum appellationibus. lib. 6. ergo potest co-
gnoscere, an sit admittenda, an reijcienda, vt idem iuris sit in
præparante & præparato. de offi. deleg. pręterea. cum simi. &
per hoc videtur quod sine solennitate hic possit, quod tenet
Inn. in d. ca. pastoralis. si ergo fuit interlocutus appellationem
non esse admittendam, talis interlocutoria præiudicat nõ ap-
pellanti, quod est no. dignum. Pro hoc quod no. de testi. ex par
te. vbi ad solutionem contrarii c. interposita. de app. dicitur ꝙ
oblatio probationum reiecta non sufficit ad iustificandam ap
pellationem: nisi a reiectione fuerit appellatum. quod dixi in
d. c. ex parte. pro hoc etiam ista cle. Et ita consuluit Io. Cal. in
q. facti. licet videatur magnus rigor per quem plurimi appel-
lantes illaqueari possunt putantes sufficere appellationem ab
interlocutoria interpositam, & per hoc a reiectione appella-
re non curant. sed imputetur eis qui debuerunt consulere pe-
ritiores, prout de iure fieri debet, pro hoc quod dixi de igno-
rantia iuris quando & quomodo excuset. de rescr. ab excom-
municato. & de postu. cap. primo. Opp. ad hęc, quia si iudex a
quo, super hoc cognoscit, an appellatio sit admittenda, vide-
tur impedire officium iudicis ad quem, quod fieri non de-
bet: de ap. solicitudinem. Sol. cognitio iudicis a quo, facta mo-
do prædicto in nullo impedit cognitionem iudicis ad quem.
quicquid enim pronũciet iudex a quo, dummodo appellans
non consentiat, sed appellationem prosequatur, cognoscet iu
dex ad quem de appellatione, prout dicitur de appell. Roma-
na. §. cum autem. & §. si vero. & §. quod si obiiciatur. libr. 6. Et
quamuis iudex a quo, reiecit, poterit eam admittere iudex ad
quem. Pro hoc quod dicit hic gl. magna in ver. ex his. & not.
hæc tanquam minus plene declarata per scribentes. Et de his
10 etiam dixi de off. deleg. pastoralis. † Quinto quæro, circa hoc,
præsupposito quod appellatio ante diffinitiuam fuerit iniu-
sta, si detulit iudex a quo qui erat subdelegatus delegati papę:
an delatio deuoluat causam ad papam, adeo quod nec ipse,
nec delegatus, nec subdelegans possint se impedire exequen-
do. videtur quod nõ: quia hęc delatio non potest censeri nisi
quędam interlocutoria: quia edictum iudicis faciens ad cau-
sam, nec causam diffinit: ergo est interlocutoria. pro hoc glo.
quæ secundum aliquos nõ est alibi, in auth. de litigiosis. §. ad
excludendas. 8. col. quod dixi de app. cum cessante. sed interlo
cutoriam potest iudex reuocare. ff. de re iud. quod iussit. & d.
c. cum cessante. & nõ refert an expresse an tacite. s. per actum
contrarium, de ap. ex parte M. statim ergo cum delegatus vel
delegans incipiet exequi, reuocata erit illa delatio. Item dela
tio iudicis a quo, nõ defert ipso iure causam: sed tũc demum
cum fuerit acceptata per iudicem ad quem. vnde si non acce-
ptat delationem, primus remaneat iudex d. c. cum appellatio-
nibus. ver. si vero. vbi patet quod iudex ad quem, potest appel-
lationem & delationem refutare & pronunciare, quod nõ va
luit, quo pronunciato iudex a quo, remaneat in pristina iuris-
dictione etiam si erat delegatus. quod tenet gl. in d. c. cum ap-
pellationibus. & Arch. & Io. And. ibi. pro hoc de offic. delegat.
quamuis. lib. 6. & quod ibi not. Inn. de rescri. ab excommuni-
cato. in gl. isti. præterea quando actus non tenet, licitè cõtraue
nitur etiam per eum qui fecit. C. de lib. cau. l. prima. de eiec. l.
si tibi liberam. 35. quæst. 9. quod ius. de elec. nostri. de reb. ecc.
non alie. si quis. Quarto probatur idem & fortius: quia si di-
ceretur quod ab hora delationis esset facta deuolutio: iudex
a quo, postquam detulit, non posset assignare terminum ap-
pellanti ad iter arripiendum, vel se præsentandum, quod ta-
men potest, vt no. de matr. contrac. contra interdic. eccle. ca.
2. in quarta gl. & probatur de ap. personas. c. cum sit, & c. repre-
hen-

hensibilis.quę generaliter loquuntur.& expressius de appel.ſę
pe.& expressissime de ap.c. 1.lib.6.quod etiam tenet Io. An.in
d.c.cum appellationibus. In contrarium videtur de app. dile-
ctis.§. praeterea. vbi licet non valeret appellatio, tamen iudex
qui detulit,sibi adeo pręindicat quod si postea facit aliquid,ip
so iure est nullum,etiam si sit tale quid,quod statim sortiri so
leat effectum , vt est excommunicatio de qua loquitur prędi-
ctus §. pręterea.nõ enim tennit ibi appellatio decani ad papã,
cum ipse non detulisset appellationi episcopi. eo.tit.constitu-
tis. t. & ca.an sit. nec causa quam expressit,fuit rationabilis de
pręsbytero qui detinebatur captus. hoc enim erat illud quod
principaliter erat in quæstione , & sic iniuste conquerebatur
ante finem causæ in eo quod volebat per iudicem reuocari
vel fieri quod principaliter veniebat in diffinitiua.eo.ti.signifi
cante.& ponderandum est,quia illud c.fortissime facit . pro-
bat enim hoc in appellaoone ante sententiam:fortius ergn in
appellatione a sententia,cui regulariter deferẽdum est. de ap.
non solum.lib.6.vnde dicit gl. fi. in c.cum appellationibus. ꝙ
iudex a quo,qui detulit appellatinni a diffinitiua etiam friuo-
lę,nõ potest increpari:quia ex nouis causis poterit contra pri-
mam sententiam etiam iustam iudicari.C. de temp.app.l.per
hanc.de fi.instr.cum Io.& quod no.de testi. fraternitatis.secus
si ante diffinitiuam est appellatum:quia ibi fuit querela de ini
quitate iudicis tantum,de ap.interposita.§.fi.nec iustificari po
test ex nouis causis.de app. cle. appellanti. Secundo probatur
idem:nam præsupposito quod delatio non tenuerit,index ta-
men delegatus non potest eam reuocare si deferendo errauit
in iure,vt quia appellatio erat manifeste friunla. secus si erras
set in facto.ita singnlariter dicit Inn. de re iud.ca. 1. & per l.er-
ror.C.de iur.& fac.igno.quæ facit:quia error facti,non autem
iuris excusat.Pro hoc regula,ignorantia.li.6.& hoc tenet Bar.
ff.de re iud.l.iudex. sed delegans videretur posse quantum ad
hanc raoionem:tamen dici potest idem de eo vt actus delega-
ti deferentis teneat etiam in præiudicium delegantis,sicut fa-
ctum procuratoris in his quæ non inferunt poenam propter
delictum pręiudicat domino,vt li. non contesta.ca. 1. Item est
perinde ac si ipse delegans detulisset,cum esset delegatus ad to
tam causam.& delegatus & delegans censentur eadem perso
na quo ad illam causam & vtriusque est eadem potestas.de re-
scrip. super literis.in fi.de offi.deleg.studuisti.ff.de iurisd.omn.
iud.l.& quia. Tertio quia delatio tollit iurisdictionem iudicis
a quo,saltem sub conditione, si voluerit index ad quem,d.ca.
cum appellationibus. spectat ergn ad iudicem ad quem, hæc
declarare,& non ad iudicem a quo.C. de contrahen.emp.l.fi.
quę ad hoc optime facit,pro hoc quod not.sup.de condit.ap.
super eo. in gl.in ver.arbitrio. Quarto quia cum per interlocu
toriam extinguitur iurisdictio iudicis,talem reuocare nequit,
vt si interloquitur se non esse iudicem.de off.deleg.significan
tibus.de præben.dilectus. 3.& vtrobique dixi. talis autem fuit
hæc,quia quantum ad se iudex a quo , abdicauit a se iurisdi-
ctionem de c.cum appellationibus.ver.si vero.quod tenet ibi
Io.An.de app.constitutus.2.de accu.meminimus . Vnde in c.
cum appellationibus.dicit iudicem non posse reuocare dela-
tionem , nisi sit nulla , quod intelligo de nullitate facti, per id
quod dixi in secunda pręcedenti ratione.& quod ipse iudex a
quo , de nullo possit se impedire postquam detulit etiam ap-
pellationi friuolæ,induco dictum ver.si vero.iuncta glo.in ver
bo,eãdem.quæ exponit.s.friuolam appellationem.nec in ver.
saluis.in fi.tex.dicit contrarium . quod enim ibi dicitur aliud
esse in appellaoonibus a diffinitiua, procedit quo ad alium ef
fectum,prout ibi exponit gl. fi. & quantum ad potestatem re-
uocandi delationem , fortius procedit , quod non potest re-
uocari,quando a diffinitiua est appellatum, cum tunc etiam
citra appellationem tollatur iurisdictio delegati tãquam fun-
cti officio.ff.de re iud.l.iudex.& l.Paulus.de offi.deleg. in lite-
ris.has rationes pro & contra induxi super hoc pũcto in quo-
dam consilio, in quęstione facti , vbi conclusi secundam par-
tem esse veriorẽ,respectu eius quod quæritur de iudice a quo,
vt sic non possit ex quo detulit vlterius se impedire. Et ad ra-
11 tiones contrarias patet responsio ex prędictis . † Sexto quæro
quæ est ratio quod quando appellatio est manifeste friuola,
non potest appellans a diffinitiua postea appellare.Sol.gl.ma-
gna in secunda particula ibi, & aduerte . sentit rationem esse,
quia talis est contumax manifestus. & ex hac gl.relata ad text.
apparet quod non omnis contumax prohibetur appellare :
sed tantum manifestus. Op.ad hoc,quia iura dicunt generali-
ter contumacem non appellare,quæ allegãtur in eadem par-
ticu.gl.sol.illa iura debent intelligi secundum hanc cle.de cõ-
tumace manifesto, quod singulariter no. gl.tamen hæc infra,
in 6. particula ibi,& ex his , sentit quod etiam si non manife-
stus,dumtamen sit verus contumax, appellare non potest . ꝙ
dico.infra.q. 10. Oppo.ad hoc quod quilibet contumax indi
stincte possit appellare. ff. de ap.l.creditor.§.iussus.Sol.vt in gl.
quia prædicta intelliguntur de contumace in non parendo iu
dici,vt si iudex præcipit præsenti quod aliquam rem restituat
aduersatio,si nõ paret,nihilominus potest appellare.sed quan
do citatus a iudice non comparuit,tunc tanquam contumax
to veniendo ad iudicium non auditur appellans. ratinnem di
uersitatis reddit gl.quia non comparẽs pecat in vno tm̃:non
veniens in duobus:quia nec venit,nec cõparet.Item est & alia
raoo: quia cõtumacia in non parendo non est ita proprie con
tumacia sicut in non veniendo.spernit enim magis iudicem,
qui ad eum venire non vult,quam si venit & nnn paret,quod
12 tamen recidit in idem cum glo. † Septimo quæro, circa hoc
a quis sit verus contumax [a] manifestus & quis non manifestus.
b Item quis sit verus contumax,[b] & quis non verus.Gl. in tertia
particula ibi,Gui.ponit duas opi. Speculatoris . Prima distin-
guit duplicem cõtumaciam,veram & pręscriptam . Secunda
opinio distinguit triplicem:quia vltra verum & pręsumptum
addit euidentem . & dicit euidentem contumacem eum qui
13 citatus respondit se non esse venturũ & de hoc in se q.† Octa-
uo quæro,circa dicta in proxima q. an ad inferendam euiden
tem contumaciam, sufficiat quod reus extra iudicium dicat
nuncio se non venturum.gl.remittit ad c.venerabilib.§.secus.
de sen.exc.lib.6.vbi videtur gl.velle ꝙ per hoc non sit vera cõ-
tumacia: sed melius ibi dixisset ꝙ per hoc non esset notorius
contumax,seu manifestus.hoc enim solum probat tex. in d.§.
secus.& pro hoc.ff. de ap.l.ex consensu.§.fi. & C.qũo & quan-
do iud.l.tres denunciationes . in quibus gl.tenet contrarium :
sed in vtraque lege loquitur quantum ad hoc, vt cum quis di
xit se venturum,amplius non citetur;quia in incertis,non cer
tis est locus coniecturis.Et hoc sequitur Io. And. in addi.Spe.
c de cõtu.§.j.vbi dicit ꝙ ex eo ꝙ quis dicat se non venturum[c] in
termino coram iudice, non detegitur statim contumacia . Si
enim non obstantib.illis verbis veniet , hoc sufficit,qa quam-
uis hęc verba dixerit extraiudicium,non per hoc infertur cõ-
tumacia,nisi postea persistat non veniendo ad iudicem. Item
secundum eum non est credendum nuncio hoc referenti,cre
d ditur enim sibi [d] in hoc solo an citauerit, hoc enim solum iu-
tat se fideliter citaturum,& relaturum . sicut ergo non crede-
retur nuncio dicenti se percussum a citato , sic nec debet cre-
di super relatione prędictorum verborum. sed glossæ iuris ci-
uilis dicunt hanc esse apertam contumaciam. Ita no.glo.ff.ex
qui.cau.in pos.ea.l.Fulcinius.§.fi.& de in ĩteg.resti.l.fi.ibi tamẽ
solum dicit talem esse verum contumacem . Ego puto quod
relationi nũcii in hoc sit credendum: quia hoc est de his quæ
sunt iuxta id super quo iurat nuncius.sicut igitur in mandato
quod est stricti iuris,veniunt ea quæ sunt iuxta mandatum. ff.
iudi.sol.l.iam tamen.pro hoc quod no.de off.dele. cũ olim.in
gl. 3. & quod ibi dixi in q.pe.ita & in iuramento nuncii: maxi
me quia in hoc multum interest.si enim expresse dixit se nol-
le venire cum per hoc certe constet de sua intentione non est
necessario citãdus amplius quo ad illud super quo citabatur,
de quo supra contrario quarto . & omnibus libratis videtur
verius quod talis possit dici verus contumax, imo etiam ma-
nifestus postquam nuncius retulerit,adeo quod iudex statim
etiam non expectato termino,possit contra eum tanquã con
tumacem procedere . non enim prodest citato terminus cui
nnn consensit : quia non potest se iuuare ex eo quod impu-
gnat.de censi.cum olim. tamen quia cap.venerabilibus. in §.
secus.in eo quod dicit de eo qui dixit in iudicio,multum resi-
stit,a contrario sensu possumus dicere quod iudex non debet
procedere contra talem ante euentum termini : post termi-
num autem tenendo quod credatur nuncio , infertur,contu-
maciam illam debere censeri manifestam. Si autem nõ credi
tur nuncio quo ad hoc,tunc per illa verba nulla detegitur con-
tumacia,sed solum ex eo quod nõ venit. vt tamen prædixi ve-
rius

ADDITIONES.

a Quis sit verus contumax. Adde Spe.eo.tit.in §. 1.vers. & no.
Vinc.God. Contumax verus & fictus quibus modis cognoscatur. Felyn. in cap.quod ad consultationem. colum. 14.vers.considera duos.cum sequ. de re iudi.

b Quis sit verus contumax. Adde Inno.in c.calum.de poenis. Anto.de But. & moder.in c.infra.de iudic.& Ang.consi. 120.incip.ad hoc vt scriptura sit publica.
Vin. God. Contumax vere differt a ficte contumace. Nep. de Mont, Alba. in trac.except.art. 14.nu.7.quod habetur in lib.8.trac.fol.131.

c Quia dicat se non venturum. Adde gl.in c.2.de dolo & contu.li.6.gl. 14.q.4. c.de illicita Host.in summa ti.de contu. Ant.de But.in c.fi. de eo qui mit.in poss. Abb.in c. 1.in 20.col de in Spe.tit.de cita.in §.viso. ver.item potest constare.& ver.sit ergo peremptorium.Bal.in l.de crimi.C. de fideicom.li.Bal. in l.qui crimen.C.qui accu.

d Creditur enim sibi. Adde Inn.& Io. And.in c.inquisitionis , de accu. Ioan.de Imo.in l.si finita.in §.Iulianus.ff.de dam.infec.

rius puto ꝙ nuncio credi debeat, & hoc, vt quis sit euidens
14 contumax, declaro melius per id quod dico in seq. q. † Nono
quęro, circa opi. Spe. de qua sup. q. 7. quis dicatur verus contu
max, & quis fictus. Respondeo quod ille quem citatio com-
prehendit, est verus. & potest intelligi citationem apprehen-
disse, vel quia fuit inuentus, vel saltem postea ad eum perue-
nit citatio. fictus autem secundum Specu. est quando citatus
fuit ad domum, nec eum citatio appręhendit. per hoc dicit
Spec. quod citatus personaliter qui nihil dixit, est verus contu-
max: maxime si bis vel ter fuit citatus. ff. de app. l. ex consensu.
§. fi. dicit enim Spe. in §. 1. allegato in gl. circa hoc quædam a-
lia quæ tanguntur in sequ. opin. Est enim circa prædicta alia
opi. Iac. de Aret. quam ponit glo. in quarta particula supra si-
gnata qui dicit contumacem esse triplicem, verissimum, ve-
rum, & fictum. verissimum dicit eum qui inuentus dixit se
nolle venire, quem sup. q. 7. dixi euidentem secundum Spec.
verum autem dicit eum qui inuentus dixit se venturum, &
postea non venit. fictum vero dicit eum qui citatur non per-
sonaliter: sed ad domum. quando autem & quomodo prædi
cti appellant, licet gl. simul hic referat eum opin. Iac. de Are.
hoc tamen reseruo ad sequentem quęstionem. Deinde glo. in
quinta particula ibi, sed circa. ponit quatuor opiniones circa
hoc, quæ omnes differunt a duabus opinionibus præmissis:
quia in illis distinguitur triplex contumax. In istis duplex tan-
tum: omnes enim quatuor sequentes opiniones solum distin
guunt de vero & ficto contumace, inter quas prima opinio
vult verum contumacem dici eum quem supra dixi euidco-
tem, secundum Spec. vel verissimum secundum Iac. de Aret.
variatur tamen hæc opi. in hoc membro, quia quidam requi-
runt ꝙ citatus fuerit inuentus. Alij hoc non requirunt, sed di-
cunt sufficere ꝙ se citatum nouit. Alii exigunt ꝙ fuerit citatus
ab homine, & hoc vltimum coincidit cum quarta sequenti
opinione quę habet citatum a iure non posse dici contuma-
cem verum, sed fictum tantum. quę reprobatur, vt dico infra.
ea. q. fictum autem dicunt tenentes hanc primam opi. inuen-
tum qui dixit se venturum, vel tacuit, sed non venit. secunda
opi. ponitur in gl. ibi. Alii dicunt hunc verum, & vult hęc opi.
quod inuentus qui dixit se venturum vel tacuit: sed non ve-
nit, dicatur verus contumax. fictus autem dicatur non inuen-
tus. tertia opinio ponitur in gl. ibi, tertii. & quarta ibi. Alii di-
cunt, & clare sunt in gl. glossator autem approbat secundã &
reprobat primam & quartam, & non dicit quare: sed ratio re-
probationis opi. primæ surgit ex eo ꝙ gl. vult eum dici verum
contumacem quem vere citatio appręhendit. Constat autem
quod inuentus siue dixerit se venturum, siue tacuerit, fuit ap-
præhensus, & sic est verus contumax, cum tamen prima opi.
velit eum censeri fictum tantum. Causa vero reprobationis
quartæ opinionis colligitur ex eo quod dicit gl. in fi. cum di-
cit veram contumaciam fortius cadere in citato per ius com
mune, quod ignorare non licet. ad hoc de consti. c. 2. quam in
citato per iudicem, quod tenuit Pe. & Cy. post eum. C. de iud.
l. properandum. §. sin autem reus. q. pen. vbi refert pronuncia-
tum fuisse in Romana curia, talem dici contumacem fictum
& appellare posse, quod reprobat ratione prædicta, quod sen-
tit Rota deci. 54. Et idem tenet hic Pau. Lau. autem tenet pri-
mum, dicens ꝙ talis reputatur dubius contumax tanquam ci
tatus per citationem fictam quę fit a iure. sed primum verius
ratione prædicta. Tertiam vero opinionem gl. declarat ibi, &
licet tertia. dicens quod non inuentus qui postmodum sciuit
de citatione, qui dicitur verus contumax in tertia opi. licet ve
re dicatur contumax verus: tamen quia hoc iudicialiter non
constat, & ex præsumptione iudicamus, habetur pro ficto. Ex
hoc apparet gl. velle quod ad hoc vt quis possit dici verus con
tumax, requiritur quod constet iudicialiter eum fuisse apprę-
hensum per citationem, quod etiam vult secunda opinio. quã
gl. sup. approbat. sed tamen gl. dicit in hac particula quædam
verba, per quæ videtur velle quod ille dicitur verus cõtumax,
qui vero iudici contumaciter resistit, quibus verbis inhęren-
do oporteret dici tunc quem censeri verum contumacem,
quando ex mera voluntate & cõtemptu iudicis ad iudicium
venire recusat. & hoc clarius tenet gl. in septima particula, ibi,
& ex his. Et per hoc habemus declaratas opiniones quas circa
prædicta tangit gl. Laud. autem ponit triplicem contumacẽ,
notorium vel euidentem. Item verum, non tamen euidẽtem
vel notorium. Item interpretatiuum seu fictum. Primum di-
cit eum qui citatus dicit se nolle venire. Secundum dicit eum
qui citatus nihil dicit, vel dicit se venturum, nõ tamen venit.
Tertium dicit eum quem citatio non appręhendit, dicens eũ
dici fictum, sicut etiam citatus a iure nõ veniens dicitur fictus
tantum. quod tamen supra. ea. q. reprobaui. Pau. videtur con-
cordare cum gl. dicens verum cõtumacem inuẽtum, fictum
nõ inuẽtum, per id quod no. ff. de ap. l. ex consensu. §. fi. Refert
etiam opi. Nic. de Neap. quam refert Cy. in d. §. sin autem. quę
est quod verus contumax est, qui inuentus nihil dicit, vel non
inuentus ad cuius notitiã citatio peruenit. pro hoc quod not.
gl. ff. quando appel. sit. l. vlt. Sed dicit Pau. ꝙ non potest dici ve
rus, nisi quando de hoc iudicialiter constat. Et hoc etiam di-
cit hæc gl. vt dico in seq. q. in 2. op. & dixi etiam sup. ea. q. Bart.
vero. ff. de in integ. rest. l. fi. ponit quadruplicem cõtumacem,
quia secundum eum quidam est verus apparenter & existen-
ter. Quidam verus apparenter, sed non existenter. Quidam fi-
ctus apparenter & verus existenter. Quidam fictus apparenter
& existenter. Primum dicit eum qui inuẽtus dixit se nolle ve-
a nire,[a] vel dixit se venturum & postea non venit sine vlla cau-
sa, & per solam contumaciam venire desistit. Secundum di-
cit inuentum qui dixit se nolle venire, postea mutauit propo-
situm & venire volebat, sed fuit impeditus absque culpa sui.
Tertium dicit eum qui non fuit inuentus, tamen citatio per-
uenit ad eius notitiam, & cum possit venire, non venit. Quar-
tum dicit eum qui citatus fuit ad domum, nec ad eum perue
nit citatio. Et hæc verba licet aliter relata coincidunt cũ opi.
gl. maxime in eo quod dicitur in septima particula ibi, & ex
his. Pro quorum omnium clara notitia videndum est, quid
importet hoc verbum, contumacia, vel verbum contumax.
Hugutio dicit in deriuationibus quod contumax deriuatur a
contumeo, quod componitur cum con, & tumeo, quod si-
gnificat inflari vel superbire. Dicitur ergo contumax secun-
dum eum superbus, vel iniuriosus, vel repugnans. & dicitur
sic, quia tumet in verbis iniuriæ, vel quia contemnit & negli-
git. Papias autem dicit contumacem dici eum qui superiores
contemnit. & hæc probantur. ff. de re iud. l. contumacia. vbi di
cit quod contumax est, qui tribus edictis propositis, vel vno
pro tribus euocatus presentiam sui facere cõtemnit. pro hoc
de dolo. causam. ibi, iudicio vestro parere contempserit, & ca.
prout. ibi, contumaciter iuramento contempto recessit. Ex
hoc infertur quod tunc tantum est contumax, quando in po-
testate eius fuit venire in termino, & non venit, quod expres-
se dicit l. ff. de app. l. ex consensu. §. cum qui. hoc præsupposito
dic ꝙ distinctio Bart. statim posita saluari potest. Et declaran-
do plenius dic ꝙ ille tantum in veritate est verus contumax
qui ex contemptu resistit iudici, ille autem qui non resistit ex
contemptu non est verus contumax, imo nec contumax, vt
patet ex significato vocabuli per præmissa, sed quia veritas nõ
semper patet. de sen. excommuni. a nobis. Secundo cum quæ-
b ritur de contumacia [b] quo ad hoc ꝙ possit tanquam contu-
max puniri, oportet considerari circunstantias. & propterea
si iudici verum constat eum fuisse citatum tribus edictis, vel
vno pro tribus, & fuisse inuentum, si aliud non apparet, ha-
bet eum pro vero contumace, & pro tali habetur donec aliud
appareat. Sed si postea doceret se iuste fuisse impeditum, dete
geretur eum non fuisse contumacem, cum per hoc appareat
eum non recusasse ex contemptu venisse ad iudicem. & hoc
vult gl. in 7. particula, ibi, si vero constabit. vsque ibi, ad tex. igi
tur. & quod dixi de tribus edictis vel vno pro tribus, procedit
in casu in quo requiritur trina citatio, non autem in casu in
quo sufficit vnica. Et quando & quomodo requiratur trina
vel sufficiat vnica, dixi de off. deleg. cum causam, & c. consul-
uit. Si autem citatus non fuit inuentus, si tamen citatio fuit
facta ad domum in casu quo sufficit ad domum citare, quod
dic vt dixi de eo qui mit. in pos. c. fi. tunc talis non potest cen-
seri contumax, quia non apparet quod fuerit appręhẽsus per
citationem. tamen si citatio ad eum peruenit & non venit ad
iudicem sine causa, est vere contumax, & ita pronunciabitur si
postea hoc apparebit. Sed si non peruenit ad eum citatio, nul
lo modo est contumax, adeo ꝙ si quid fiat tanquam contra
contumacem, dato postea ꝙ ad eum non peruenit citatio, re-
uocabitur. ꝙ dic vt in gl. in d. ver. Et ex his tamen interim dici
mus eum fictum, seu verius præsumptum contumacẽ, & hoc
ideo quia pręsumimus ad eum peruenisse citationem, ex quo
facta fuit ad domum. ad hoc de elec. c. le. causam. §. verum. hæc
procedunt quando constat, an fuerit appręhensus per citatio-
nem, ex quo facta fuit ad domum. ad hoc de elec. cle. causam. 15
§. verum. hęc procedunt q̃n constat, an fuerit apprehensus per
citationẽ, an non. sed in dubio dicit Bal. C. de iud. l. properan-
dũ. §. & si quidẽ. ꝙ præsumitur nõ appręhensus, & potius cen-
setur.

ADDITIONES.

a Vin. God. Citatus qui dixit se nolle venere, vlterius citandus non est. Bar. Soc. consi. 195. circa primum. versi. accidit nam, lib. 3.

Vin. God. Quod contumacia sit delictum vel non, vide plene per Alex. in l. si mora, col. 6 [illegible] sol. ma. Fel. in c. ex literis, de constit. & Ias. in l. si prius, col. 10. ff. de op. no. nunc.

ſetur fictus cõtumax quam verus, vt fiat minor interpretatio. regula,in pœnis. lib.6. vt finge,commiſit iudex nuncio vt citaret perſonaliter vel ad domum, & nuncius retulit ſe feciſſe ſibi iniuncta,præſumitur potius ad domum quam perſonaliter. Opp ad prædicta de ſen.exc.venerabilibus.§.idem.& §.ſecus.vbi dicit præſumptum contumacem fore quando citatus non venit,cum poſſit ſubeſſe iuſtum impedimentum, & ſic etiam ſi fuit apprehenſus, non poteſt dici verus contumax, ſed hoc pendet ex futuro euentu. Manifeſtum autem contumacem dicit ibi tex. in §.ſecus.eſſe illum qui fatetur ſe contumacem, vel de cuius contumacia conſtat,vt quia dixit in iudicio ꝙ minime compareret. Sol. illi duo §. faciunt potius pro prædictis.Ex his apparet ꝙ vera eſt opi.gl. & vera eſt diſtinctio Bar.inſuper apparet ꝙ aliquando quis nullo modo eſt contumax,aliquando aliquo modo.& hoc ſecundo caſu, aliquando vere,aliquando pręſumptiue.ſi vere, aliquando manifeſte ſeu euidenter ſeu veriſſime. quæ omnia vocabula ad idē tendunt. aliquando non manifeſte,& manifeſte dicimus contumacem quando de contumacia iudicialiter conſtat, & ſic loquitur §. ſecus.præalle. Et in hoc accipimus manifeſtum pro notorio iuris. Non manifeſte autem contumacem dicimus quando iudicialiter non conſtat. Et hæc etiam perfectius de-
15 clarabuntur in ſequenti quæſtione. † Decimo quęro,quando
a & quomodo cõtumax [a] appellare poſſit. gl.in 6.particula,ibi, Item ſciendum.ponit quadruplicem opi.circa hoc. Prima eſt ꝙ verus contumax non appellat,fictus ſic.pro hac inducit hãc cle. quæ facit hoc modo, quia hic dicitur eum qui appellauit ante diffinitiuam appellare poſſe a diffinitiua,niſi prius appellatio fuerit friuola manifeſte.Et ſic,dato quod ſit friuola,licet per hoc appellans ſit contumax,tamen ex quo non eſt manifeſte friuola,debet cenſeri fictus contumax, & eius appellatio admitti,vt hic.Et hoc idem dicit Pan.quia ſecundum eum ſicut occultus peccator in dubio nõ prohibetur a communione euchariſtiæ.de conſe.di.2.non prohibet.& no.2.q.6.ad Romanam. ſic hoc caſu non poteſt dici contumax in iudice a quo,licet videatur dicere ſe nolle litigare coram eo. Nam ex iuſta cauſa receſſit cum cauſam ſuã proſequi videatur in hoc dubio. Secunda opi. indiſtincte dicit contumacem appellare non poſſe,per l.properandum.§.ſinautem reus. C.de iudi.vbi dicit de non inuento qui tamen dicitur fictus. ſed ad illum §. poteſt reſponderi per id quod dicit glo. in verbo,vbi iudicialiter.ergo quæ dicit quod ſi de non inuento conſtaret iudicialiter ꝙ ad eum peruenisset citatio, haberetur pro vero contumace.& ſic dicit intelligi poſſe dictum §.ſinautē reus.& idem Pau.vt dixi ſup.q.proxi. & ſic intelligendo cum text.ibi dicit, Sinautem reus abfuerit,debet exponi abfuerit.ſ.a iudicio. & tunc non infertur ꝙ loquatur de non inuento,imo de inuento,ibi,& ſi obnoxius fuerit inuentus.ſed illud verbum inuentus, coniungitur cum verbo, obnoxius.ſ. in non veniendo. Item pro primo dicto eſt quod dicitur in ea. l. in §. ſinautem ex geſtis.ibi loquitur etiam de non inuento,& tamen ibi dicitur quod non poſſit appell.& glo.etiam hic. Pro hac ſecunda opi.inducit.ff.de iud.l.& poſt edictum.in fi. vbi ſimpliciter dicitur citatum peremptorie qui per contumaciam defuit,non audiri appellantem. Ad quod reſpondet gl.quod debet ibi intelligi de eo qui vere fuit contumax, ſicut etiam ibi dicit glo. quia tex. ibi dicit ꝙ ſi non defuit per contumaciam, auditur appellans.quod exponit ibi gl.quando fuit cõtumax præſumptiue,non vere.ſi autem nullo modo foret contumax, non eſſet neceſſaria appellatio, quia ſententia foret nulla tanquam lata contra non citatum,nõ autem poteſt intelligi d.l. & poſt edictum.in fi.ꝙ ibi audiatur beneficio nullitatis:quia tunc nõ conueniret parti ibi pręcedenti,quæ dicit citatum peremptorie & abſentem non audiri appellantem,vt dicit hęc gl. ibi,& ſi exponas &c.Et iſte eſt ſenſus huius particulæ gl. Deinde ponit gl.tertiam opi.ibi,Alij dicunt ficte contumacem.quę vult ficte contumacem appellare poſſe tunc tantum cum venit iudice ſedente pro tribunali per pręallegatum. §. ſinautē.quem ſic intelligunt hanc opi.tenentes. Et hanc opi.tenet glo.in d.§. ſinautem. in verbo,contradictionem.vbi cum tex.dicit contumaci contradictionem denegari, ſupplet niſi veniat iudice ſedente pro tribunali.& loquitur ibi de pręſumpto contumace,vt patet per prædicta.ſed in eo quod hæc opi.vult quod audiatur appellans,Iac.de Are. dixit eum audiri nõ de iure communi,ſed beneficio reſtitutionis,vt patet.ſup.in glo.ibi Iac.de Aret.& hoc per l.diuus.ff. de integ.reſt.quæ hoc probat.Alia vero quæ dicit Ia.de veriſſimo & de ficto contumace quando appellet,patent in gl.in d.ver.Iac.de Are.deinde glo.in verbo, alij dicunt nedum.ponit quintam opin.quæ eſt quinta reſpectu eius quod nunc dixi contra tertiam.& vult hæc opi.etiam verum contumacem appellare, dummodo non ſit manifeſtus ſeu euidens ſeu veriſſimus,quæ omnia vocabula ad idem tendunt. Accipimus enim manifeſtum hic quando de contumacia iudicialiter conſtat, vt dixi in q.præced.in fi. & pro hac opi. inducit gl. hanc literam, & de ſen.excom. venerabilibus.§. idem eſt,lib. 6.Sed dic quod hæc opi.non eſt vera ſimpliciter, ſed debet intelligi ꝙ verus contumax auditur appellans.ſ. prima facie, quia recipitur appellatio per iudicem ad quem, tamen in effectu non auditur:quia conſtito ꝙ fuerit verus contũmax,reiicitur appellatio. quod vult gl.in verbo & ex his. & tunc ad hanc literam dic ꝙ non probat niſi ꝙ reiicitur appellatio a diffinitiua interpoſita per eum qui appellauit ante ſententiam manifeſte friuolã,quo caſu infertur eum fore contumacem. Sed tamen non poteſt propterea concludi quod inferatur contumax manifeſte,niſi accipiatur verbum manifeſte,pro notorio iuris,vt quia notorie cõſtat appellationem eſſe friuolam,ponendo exempla per id quod dicit gl.iſta in prin. & adhuc ſic intelligendum. licet probetur hoc quod quando appellatio eſt friuola non manifeſte debeat audiri appellans, non tamen infertur quod contumax audiatur appellans. Poteſt enim eſſe quod appellans putauit cauſam fore rationabilem & ſe probaturum,& tamen probare non potuit. & ſic nõ reſiſtit iudici contumaciter. Ad ca. venerabilis. §. idem.dic ꝙ ibi ſolum probatur id quod dicit hic glo. ꝙ citatus etiam apprehenſus non veniens non ſit propterea vere contumax, ſed tantum pręſumpte,quia potuit eſſe impeditus ita ꝙ venire nequit.nihil ergo probat de vero contumace.i.de illo qui contumaciter reſiſtit iudici. Deinde glo.in 7.particula ponit opi.ſuã ibi, & ex his. Et vult in effectu ꝙ contumax verus etiam non manifeſtus non appellet cum effectu, & in hoc ponit practicam quæ in gl.patet.& eſt gl. ſignanda vſque ibi,ad tex. igitur. Et idem cum gl.tenet Bar.in l.fi.ff.de in inte.reſti.licet per alia verba,dicens,ꝙ contumax verus apparenter,& exiſtenter non auditur appellans per l.ex cõſenſu.in fi.ff.de ap.& l.& poſt edictum.in fi.ff.de iu. ſed contumax verus apparenter tantum appellans a iudice a quo,non auditur,tamen ſi apparebit coram iudice ad quem, quod ſit non contumax exiſtenter, auditur in effectu ſecundum Bar. Pet.de Anch.dicit quod hoc caſu audietur non per appellationem, ſed remedio reſtitutionis per c.ex literis.de in integ.reſti. & de re iud.cum Bertholdus. primum verius.& dic ad c.ex literis.quod ibi plene non conſtitit ꝙ ille non fuiſſet contumax.de hoc ibi in glo.hoc ideo. Ad c. cum Bertholdus. dic ꝙ nõ appellauit.& dic vt ibi. dicit etiam Bar.vbi ſupra.ꝙ fictus contumax ſeu præſumptus apparenter verus exiſtenter auditur appellans a iudice a quo,quia ſibi nõ liquet eum eſſe verum contumacem.ſed ſi liquebit coram iudice ad quem,non audietur in effectu. Fictus autem ſeu pręſumptus contumax apparenter & exiſtenter auditur appellãs cum effectu.i.a iudice a quo,& a iudice ad quem. C. quomodo & quando iud.l.ab eo.Et quid intelligat per vocabula prædicta, exiſtenter & apparenter, dic vt in q. præcedenti. & hæc opi.eſt vera,& probatur ex iuribus præallegatis,& etiam de ſe eſt notabilis, vt illi denegetur appellatio qui per inobedientiam iudici reſiſtit. Nõ enim debet ſibi faueri in pręiudicium honoris qui iudici debetur. de appel. vt debitus. curia Romana audit appellantem etiam ſi ſit verus contumax, dũ tamen appellet intra decendium a die prolatæ ſententiæ, vt patet in dec. Rotæ 365.ſecundum vnam computationem. ſecundum aliam computationem eſt in nume.151. vbi etiam deciditur quod citatus per edictum iuxta formam cle. i. ſup. de iudi.& non comparens,poſſit a diffinitiua intra decendium a die notitiæ appellare.quod vltimum placet.intelligo quod non fuerit vere contumax.ſed ſi ad eum peruenisset citatio,non deberet audiri,etiam intra decendium a die prolatæ ſententiæ. & hoc in effectu.Et deciſio Rotę pręcedens debet intelligi ꝙ auditur.ſ.prima facie. ſi autem vellet ꝙ audiretur in effectu, ita ꝙ etiam conſtito poſtea ꝙ vere reſtitiſſet iudici, permitteretur ei proſequi appellationem, tunc repugnaret omnibus iurib.dicentibus contumacem non audiri appellantem, quę nõ fundatur ſuper euidentia contumaciæ, ſed ſuper veritate, vt patet ex prędictis. pro hoc gl.in 8.particula infert ad intellectũ huius clem. dicens quod cum duplex appellatio interponitur

ab

ADDITIO.

a Quando & quomodo contumax. Adde Inn.in c.perſonas de app. Abb.in ca. ex ratione.de app.Alb in c.dilectus. de ſequeſtra poſſ.& fruc.Bart.in l.fi.in 4.col.de in integ.reſt. & l.1.C.a quib. app.non licet. Bar.in l.contumacia.ff. de re iud.Bar.in l.ex conſenſu.§.fi.ff.de app.Bar.& Bald.in l.properandum, in §.& ſiquidem,& in §.ſinautem. C.de iudi.Spec.in ti.de app.in §.2. ver. 1.Spec.tit.de compenſa.in §.1.Bal.in add.Spec.tit.de appell.ver.verus contumax.

Vinc. God. Adde Alexand.in l.ex conſenſu. §. fina. de appell. & Rot. in deciſ.160.

ab eodem, vt hic in tex. antequam per iudicem ad quem reci-
piatur appellatio ſecunda, cognoſceret de prima tanquam
præiudiciali cuius euentus dabit initium, vel denegabit cogni
tionem ſuper altera. quod declaro. Si enim inueniet primam
fuiſſe friuolam, manifeſte reiiciet illam & etiam ſecundam.
Si autem inueniet eam validam, admittet ſecundam. Si vero
inuenio primam friuolam, ſed non manifeſte, admittet ſecū-
dam prima reiecta, quia, vt ſupra in hac q. dixi, licet prima fue
rit friuola, nō per hoc infertur ꝙ fuerit contumax verus, vel ſi
16 per iam agitata apparet, reiicietur etiam ſecunda. † Oppo. ad
prædicta & ad text. quod ex quo eſt appellatum ante ſenten-
tiam, nil releuet appellatio a ſententia, quia per primam ſi te-
nuit, attentata poſtea ſunt reuocanda. ſi autem nō tenuit, hoc
conſtito infertur ꝙ etiam ſecunda non tenuit. iura ad hæc
membra allegantur in gl. Sol. vt in glo. in 8. parti. ibi, ſed ſecun
dum hoc. quæ ponit effectum geminationis appellationum.
& eſt clara. & idem Pau. & Gen. & in eo quod glo. remittit ad
no. de app. dilecto. dic vt ibi no. Ioan. Cal. ꝙ etiam non proſe-
quens primam, auditur ſecundo appellans, niſi prima fuerit
friuola manifeſte, vt hic. Et hoc etiam caſu dic quod ſi reuer-
ſus eſt ad iudicem a quo nec perſiſtit in appellatione deſerta,
auditur iterum appellans, quia per reuerſionem ad iudicem a
17 quo, tollitur contumacia præcedens † Vndecimo quęro, cir-
ca geminationem appellationum, de qua in proxima q. nun-
quid in eodem libello poſſit appellans modo præmiſſo proſe
qui vtramque appellationem. videtur ꝙ non, quia alia veniūt
examinanda tam in vna quam in alia. nam in appellatione an
te ſententiam appellans non poteſt proſequi niſi cauſam in
ea expreſſam. inf. de appel. cle. appellanti. ſed in appellatione a
diffinitiua omnia veniunt per quę ſententia poteſt reddi iniu
ſta. C. de app. l. eos. 2. q. 7. ab eo. In contrarium quia vtramque
poteſt interponere, vt hic, ergo & proſequi. de exce. ſignifica-
uerunt. Et appellanti eſt licitum dicere ſententiam nullam &
iniuſtam & quibuſcunque modis ſuam appellationem defen
dere. ff. de appel. l. ſeio. ad fi. quæ ſen. ſine app. reſcind. l. 1. & per
totum. ff. fami. erciſ. l. quædam. de opt. leg. l. vlt. & ſic virtute ap
pellationis primę poteſt petere ſententiam ſecutam pronun-
ciari nullam, & reuocari per modum attentati. de appel. non
ſolum. & ſi prima appellatio non tenet, tamen ſententia ſecu
ta reuocabitur remedio ſecundę appellationis. ad hoc de pri-
ui. cum olim. & quod not. Inn. de app. dilecto. & Spec. de ſent.
prola. §. iuxta. verſi. ſed nunquid talis libellus. nec poſſunt dici
hæc contraria, cum tendant ad eundem finem. ſ. iuſtificatio-
nis appellationis & caſſationis proceſſus. ſoluit Pau. ꝙ ſi de am
babus velit litigare, de prima tanquam pręiudiciali cognoſce-
tur prius, quia ſi conſtabit eum vere & manifeſte contumacē,
nō audietur appellans, vt hic. alias ſic. ꝙ declara vt dixi in prę-
18 cedenti q. † Duodecimo quæro, an citatus a iure non veniens
ſit verus contumax. gl. in decima particula ibi, & ex prædictis.
dicit quod ſic, quod declara vt dixi ſupra in q. 9.

Vt lite pendente nihil innouetur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præſuppone ſummarium in hac clem. hic poſitum.*
2 *Sedes apoſtolica & Romana curia pro eodem accipiuntur.*
3 *Titulus beneficij extinguitur per mortem beneficiati.*
4 *Conditio collatoris melior eſt apud quem moritur poſſeſſor beneficij.*
5 *Præferri debet is qui eſt maioris authoritatis, cæteris paribus. Adde ad idem nume. 6.*
7 *Cuius non intereſt, non auditur.*
8 *Euentus dubius ſpectandus eſt.*
9 *Agi poteſt de iure ſpectante ad defunctum.*
10 *Proteſtari quis debet de iure ſuo.*
11 *Papa habet plenam & liberam diſpoſitionem beneficiorum.*
12 *Poſſeſſio beneficij, an potius debeat attendi quam titulus, vel econtra.*
13 *Litigātes ſi ambo in curia decedūt, an beneficium vacet in curia etiam ſi ad neutrum ſpectauerit.*
14 *Clementina prima, vt lite penden. an habeat locum qualitercunque beneficium vacat.*
15 *Ordinarius ſi dicit neutrum litigantium ius habuiſſe in beneficio & ſe petat admitti, an audiri debeat.*
16 *Clementina prima, vt lite pendente, an habeat locum ſi electus & non confirmatus in curia moritur lite pendente ſuper electione vel confirmatione.*
17 *Beneficium de quo prouidetur per electionem ſi vacat in curia, an eius collatio ſpectet ad papam.*
18 *Beneficia eius qui confirmatur in curia, an vacent in curia.*
19 *Fictiones duæ an poſſint cadere circa idem.*
20 *Geſtum nomine alicuius ſumit robur, cum is cuius nomine geritur, habet ratum.*
21 *Litigantes ſi moriuntur in curia, beneficium litigioſum vacat in curia, quid ſi renunciant.*
22 *Poſſidere quis dicatur.*
23 *Litigans contra poſſeſſorem beneficij ſi renunciat liti & cauſa in manibus ſuperioris qui conſentit, an amplius dicatur lis pendere.*
24 *Ordinarius quis dicatur quo ad effectum cle. primę, vt lite penden. nihil innouetur.*
25 *Proteſtatio vt proſit proteſtanti, quid requiritur, vide.*

CAP. I.

1 SI duobus. † Si duo litigantes ſuper benefi
cio moriuntur, ſiue vterque in
curia vel ſolus poſſidens, vel neutro poſſidente al
ter tantum altero alibi moriente, ad papam & in
conuerſis caſib. ad ordinarium ſpectat collatio, ſi ad alterum
beneficium pertinebat. Si aūt alter tantum moritur, ſi ſuper-
ſtes vel alius cuius interſit litem proſequitur, ex futuro euen-
tu apparebit ad quem collatio ſpectat. Diuide vt in glo. primo
diſtinguit, & diſtinctionis vnum membrum proſequitur. ſe-
2 cūdo aliud ibi, ſi vero. tertio proteſtatur, ibi, ſalua. † No. de Ro
mana curia. & dicit Pau. ꝙ pro eodem accipiuntur hoc caſu
ſedes apoſtolica, & Romana curia. de concei. pręben. c. 1. & c.
pręſenti, lib. 6. cuius c. præſenti. moderationem dicit Pau. locū
3 habere in caſu huius clem. † Secundo no. ꝙ per obitum bene-
ficiati extinguitur titulus beneficij, nam ſecūdum Gen. mors
eſt diſſolutio corporis & animæ. de pę. diſt. 2. charitas. ver. cor-
pus, de cele. miſ. in quadam. Item per mortem abdicatur om-
ne ius a defuncto. in auth. de nup. §. deinceps. 4. co. Et dicit Mat
th. quod mors dicitur a morſu primi hominis, quia per eſum
pomi mortem incurrit. Et tria ſunt ſecundum eū genera mor
tis, eſt. n. mors acerba, vt infantium: immatura, vt iuuenum:
4 matura & naturalis, ſenum. † Tertio not. ꝙ melior eſt condi-
tio illius collatoris apud quem moritur poſſeſſor beneficii, ꝙ
dic vt in gl. in ver. poſſidebat. Et quo ad id quod dicit glo. me-
liorem eſſe conditionem poſſeſſoris, dic quia peritore nō pro-
bante abſoluitur poſſeſſor etiam nihil probans. ff. ſi vſusfru. pe
ta. l. vti frui. de probatio. ex literis. ff. de rei ven. l. fin. de hoc inf.
5 contrario 2. 3. & 4. † Quarto not. ꝙ cęteris paribus pręfertur is
qui eſt maioris authoritatis. arg. C. de natur. libe. l. 2. Ex hoc
no. Laud. malum fore habere diuidere cum ſuo ſuperiore. ne
ſciunt enim potentes diuidere, imo totum ſibi appropriant.
Inde dicit lex, potentioribus pares eſſe nō poſſumus. ff. de alie.
mu. iud. l. 3. & Gen. dicit ꝙ ſuperiores libenter ducunt aquam
ad molendinum ſuum. arg. C. de bonis vacan. per totum. &
6 10. coll. quæ ſint regalia. Quinto no. ex eo ꝙ dixi in proxi. not.
ꝙ vbi duo actores cōcurrunt & factum eſt tale ꝙ per alterum
tantum habet expediri. i. ꝙ non poteſt ſimul expediri per v-
trumque, licet vtrique ius competeret, pręfertur maior, per
hoc quia ceſſat officium minoris legati præſente maiori. de
off. leg. volentes. 21. di. denique. 8. diſt. quæ contra. 11. q. 3. qui
reſiſtit. Et ratio eſt, quia tunc agitur de quadam parilitate quæ
a ſuperiore duob. conceditur, ideo pręfertur maior, ne in vno
corpore ſint duo capita quaſi mōſtrum. de offi. ord. quoniam
in plerisque. Pau. qui etiam dicit quod præſente maiore ceſſat
minoris iuriſdictio reuerentialis, & inſignialis, non autē con-
tentioſa 93. diſt. ecce. 11. q. 1. peruenit. & per hoc præſente lega
to de latere exercet epiſcopus ſuam iuriſdictionem & confert
beneficia. Papa tamen & eius legatus poſſunt contentioſam
iuriſdictionem lędere inquantum placuerit. 8. diſt. quę contra
d. c. qui reſiſtit. de app. ſi duobus. de off. leg. c. i. Et hæc no. Hoſt.
in d. ca. volentes, de quo dic vt ibi dixi. & hoc vltimum de lę-
denda iuriſdictione ordinarii, verum eſt de papa qui habet
plenitudinem poteſtatis, non autem in legato cuius poteſtas
iure limitatur vt non lædat ius diœceſani. de confir. vti. c. ſi. &
7 quod ibi dixi. † Sexto no. in ver. ſi vero. quod non auditur cu-
ius non intereſt, & dicit Laud. quod de hoc intereſſe ſaltem
ſummarie conſtare debet de in integr. reſti. ſuſcitata. de teſt. ve
8 niens. 2. de re iud. cum cauſa, & idem Genze. † Septimo not.
de euentu dubio ſpectando, & ꝙ dubius eſt litis euentus, vt in
glo. eſt euentus. & de hoc. ff. de re iudi. l. quidam, & ſi cer. pet. l.
9 proinde. † Octauo no. quod agi poteſt de iure ſpectante ad de
functum, & hoc propter ſuperſtitem, vt in caſu iſto. argu. 2. q.
a 1. in primis. ſicut etiam agitur de crimine[a] poſt mortem pro-
pter

ADDITIO.

a Sicut agitur de crimine. Adde cap. admonere 33. quæſt. 2. in l. vlt. C. ad leg. Iul. ma.

Vin. God. Crimina ſuper quibus poteſt tranſigi, Fely. in rub. de treu. & pace. col. 1. ver. fallit primo.

pter bona 24. q. 2. sane. & ibi de hoc in summa 24. distin. quo-
rundam. de hære. accusatus. lib. 6. C. si reus vel accusat. mot.
20 fue. l. vlti. Paul. † Nono not. quod quis debet ius suũ protesta-
ri, ibi, salua tamen. pro hoc ff. quib. mod. pign. vel hypothe.
sol. l. si debitor. §. si venditor 27. distinct. diaconus 9. quæstion.
3. saluo. vbi de hoc. de appell. vt debitus. Pau. de elec. Cuniana,
21 & de consti. cum M. Ferra. vbi dixi. † Decimo not. quod li-
bera & plena dispositio beneficiorum ecclesiasticorum per-
tinet ad Papam, vt hic in fi. & intantum pertinet secundum
a Pau. quod potest priuare quem suo beneficio, [b]quod intelli-
ge etiam sine causa, vt not. 9. q. 3. per principalem. & pro hoc
quod no. 10 distinct cap. 1. 12. q. 1. omnis, & c. sequ. & pro hoc
11. distin. c. 2. quia vocatus est in plenitudinem potestatis. Alij
in partem solicitudinis. de vsu pal. ad honorem 2. q. 6 decreto.
3. quæstio. 6. multum. vnde adiectione non indiget plenitudo.
6 quæstio. 1. si omnia. Oppo. quòd hæc clem. non pertineat ad
titulum. potius enim pertinet ad titulum de conces. præben.
dic quod pertinet, quia hic quæritur de beneficio super quo
pendebat lis. & hoc vult glos. in verbo, litigantibus. & idem
22 Pau. † Secundo opp. in eo quòd attenditur possessio beneficij,
cum tamen in beneficijs potius debeat attendi canonica insti-
tutio. regula prima. libr. 6. soluit Paul. quòd hoc est quia ma-
gnum est commodum possessionis, adeo quòd facit meliorẽ
conditionem eius, penes quem moritur possessor. quod etiam
sup. dixi in tertio notabili, & hoc secundum Genze. est, quia li-
cet possessio ius non tribuat, præsumptionem tamen inducit
quo ad id quod hic dicitur, & eo ipso quòd quis rem detinet,
præsumitur eam possidere, vt not. Innoc. de priuile. cum olim,
2. quod plenius dico infra q. 11. Tertio oppo. ad idem, quia e-
tiam beneficium ab aliquo possessum sine titulo, potest colla-
tor libere conferre. de præben. de multa, & c. licet. 2. lib. 6. & sic
possessio non iuuat. Solu. iuuat quo ad dispositionem huius
clem. licet non iuuet quo ad omnia, vt in contrario. Quarto
oppo. in vers. si vero. in eo quod dicit quòd si superstes vel alius
litem prosequitur, beneficium conferre non potest. Nam pen-
dente lite potest existens in quasi possessione conferendi ea
vti. 16. q. 4. volumus. vt lite pendente. c. 1. & 2. de in integ. resti.
c. 2. Solu. aut lis pendet inter habentes ius eligendi, conferen-
di, vel præsentandi, & procedit contrarium. Aut inter electos
vel præsentatos vel eos quibus est facta collatio, & procedit
hæc clemen. vt lite pendente non fiat præsentatio, collatio, vel
electio, quæ etiam non valeret prima cassata. de elec. conside-
ranimus. licet de præsentatione patroni laici & hoc procedat,
cum possit præsentare plures accumulatiue. de iure patrona.
pastoralis. Et secundum hoc intelligitur eod. tit. c. 1. & 2. libr. 6.
Quinto opp. in versi. quòd si. quia omittit alterum membrum
subdistinctionis & c. vt in glos. in verbo, ad neutrum. solue vt
in ea. Sexto opp. quia omittit & aliud membrum quando con
stiterit beneficium ad vtrumque pertinuisse. Sol. vt in ea. glos.
versic. ad vtrumque autem, & ex ea not. quòd impossibile est
duos esse intitulatos a iudice in eodem beneficio. de præben.
23 maioribus. † Septimo oppo. quòd etiam si constiterit benefi-
cium ad neutrum litigantium spectasse, debeat tamen dici va
care in curia si litigantes in curia decedunt. sup. ea. clemen. in
prin. cuius contrarium dicitur in vers. quod si ad neutrum. di-
cit Mat. quòd principium loquitur quando vterque decessit
antequàm sit declaratum ad quem pertinet collatio beneficij.
Sed vers. quòd si. loquitur post declarationem, & vno litigan-
tium tantum mortuo alio superstite & ius suum prosequente.
dic tamen quòd versic. quod si. procederet etiam si vterque
decessisset si patenter constaret ad neutrum pertinuisse bene-
ficium. Sed in dubio procedit principium huius clemen. a quo
tamen excipitur versi. nisi forsan. per quam exceptionem ap-
paret quod nõ tantum quando patenter apparet ad neutrum
pertinuisse, sed quomodocunque constare possit, non spectat
collatio ad Papam. vbi aduerte quòd in vers. nisi forsan. loqui-
tur quando constat quod alius a litigantibus ius habet in be-
neficio, quo casu patet beneficium, non vacare, & sic non esse
locum collationi, & per consequens non procederet q. huius
cle. sed ver. quòd si. ad neutrum loquitur quando solum con-
stat quod ad neutrum de litigantibus beneficium pertinuerit,
non autem quod ad alium tertium pertinuerit. quo casu præ-
supposita vacatione beneficij collatio spectat ad ordinarium.
constat enim vt dicit gl. pen. quòd non vacauit in curia etiam
si is qui obijt, decessit in curia. & idem Matt. secundum quem
licet pendente lite differatur collatio ordinarij, tamen ius con
ferendi ei non aufertur, nec auferri debet propter factum liti-
gantium. Quæro quia dicit in princ. de duobus litigantibus su-
per beneficio, quid si sint plures. gl. 2. idem dicit. & idem Lau.
Paul. & Genze. quia non potest reddi diuersitatis ratio. ff. de
aniu. testa. l. post humi. §. 1. C. de libe. præte. l. 1. de confir. vti. cum
dilecta. Et dicit Laud. quòd vadit 10. simul petentes vnam præ-
bendam in ecclesia beata Mariæ Pictanien. & hoc procedit si
contingit omnes mori in curia. secus autem secundum Laud.
si vnus de illis pluribus superesset, vel si esset quidam tertius
qui doceret se ius habere in illo beneficio, quia tunc procedit,
quod dicitur inf. in ver. nisi forsan. arg. de testi. veniens 2. Non
refert autem quo ad casum huius cap. secundum Lau. an si-
mul moriantur, an ex interuallo, an vnus sit iuuenis, alter se-
nex, licet aliquando referat. ff. ad Trebel. l. ex facto, ad hoc. ff.
de rebus dub. l. qui duus. §. cum in bello. Secundo quæro, de
quo beneficio loquitur litera ibi, super beneficio. gl. in ver. be-
neficio, dicit quod de quocunque & idem Paul. quia indefini-
b te[b] dictum, indefinite debet intelligi 19. di. si Romanorum. ff.
de off. præsi. l. 3. & hoc exceptis episcopatibus, pro hoc quod
14 no. de præben. c. 2. lib. 6. & hoc vult hæc gl. ibi, saluo & c. † Ter-
tio quæro, circa hoc nunquid quomodocunque agatur de be-
neficio procedat hæc dispositio. dicit Laud. procedit quando
litigatur super beneficiali & personali iure quod quis assequi-
tur in talibus ex sola institutione canonica. regula. beneficium
lib. 6. hoc enim est ius cohærens omnino ipsi personæ, & ab ea
dependens. & sicut de nouo in ipsa institutione creatur cum
instituto, sic & perimitur eo defuncto. arg. de præben. dilecto.
& ideo remanet vacans & liberum in curia penes Papam, ex
quo omnes qui in dicto beneficio ius sibi vendicabant in cu-
ria, mortui sunt, quia ex hoc constat beneficium in curia va-
care, quod sufficit, de præben. licet. lib. 6 & in eo quod Laud.
dicit hic intelligi de beneficio idest beneficiali & personali iu-
re. concordat Gen. dicens tale ius acquiri per solam collatio-
nem absque alia traditione. de præben. si tibi absenti. & c. quo-
dam. lib. 6. de conces. præb. quoniam, eo. li. & de hoc per Inn. de
resti. spo. in literis. Pau. vero intelligit hanc literam cum agitur
de beneficio principaliter cuius sit. secus si accessorie, vt quia
obijciatur de pluralitate beneficiorum. de elec. dudum 2. quo
casu non impeditur collatio ordinarij collatoris. quod no. In
eo vero quod Laud. dicit ius beneficij extingui cum defuncto
instituto, dic hoc verum respectu defuncti, sed ipse titulus be-
neficij de per se manet nisi in casu in quo loquitur de præben-
da in ecclesia in qua non est certus numerus, tunc enim ex to-
to ius creatur cum electo & extinguitur cum defuncto. d. c. di-
15 lecto. † Quarto quæro, si ordinarius beneficij asserit neutrum
de litigantibus ius habuisse, & petit admitti in prosecutione
causæ iuxta tenorem c. 2. eo. ti. lib. 6. dicit Laud. quod admitte-
tur, & ex euentu causæ apparebit, an ad ipsum vel Papam spe-
ctet collatio. inf. ea. cle. §. si vero. & ideo sequitur inf. nisi forsan
alius & c. Quinto quęro, quid si litigant super beneficio dicen-
tes sibi deberi. gl. in verbo, collatio dicit non esse locum huic
cle. pro hoc quod dico inf. q. 12. & idem dicit Pau. in eo quod
hic dicit de beneficio collato non referre an a clerico, an a lai-
co in hoc potestatem habente sit facta collatio secundum id quod no. 10.
di. imperium, & 16. q. 3. in summa. quod dixi de elec. quod sicut.
16 † Sexto quęro, circa hoc de electo nõ confirmato qui moritur in
curia pendente lite super electione vel cõfirmatione. Sol. vt in
ea. glos. in ver. & per hoc. quæ dicit non esse locum huic cle. Et
idem Pau. dicens idem de præsentatione, cuius institutio pete-
retur. arg. de præben. cum in illis. li. 6. quod facit, quia ibi distin
guitur inter collationem, institutionẽ, & præsentationẽ. & hoc
quo ad impetrãtes, vt ibi, alias in multis ęquiparãtur, pro hoc
quod no. de elec. c. si. li. 6 pro hoc ẽt secundum Pau. quia per obitum prę-
dictorũ nõ viduatur ecclesia. quã ẽt rõnem ponit gl. vsq; ibi, &
faciunt hæc vbi gl. inducit prædicta per oppositum quã tenet de elec.
cupientes. §. quod si. in gl. vlti. li. 6. vbi dicit quod si electus non serua-
uit tpa c. prædicti, cupiẽtes. licet sit priuatus ipso iure, vt ibi, nõ
tñ vacat beneficiũ in curia, sed electio reuertitur ad electores. quod
tenet ẽt Pau. Archi. tenet ibi contrarium, dicens curiam sic seruare
vt fiat celerius ecclesiarum expeditio, sed dic primũ esse verius,
quia nulla subest rõ quare dicatur in curia vacare hoc casu be-
17 neficium. † Septimo quæro, si in curia vacat beneficiũ de quo
prouidetur per electionem. dicit Pau. quod tunc bene specta-
bit

ADDITIONES.

a Quod potest priuare quẽ suo beneficio. Adde Abb. in c. translato. de cõst. Io. de Imo. in c. ad supplicationem. in vlt. no. de renun. Do. in c. in illis. 4. distin. Do. in c. 1. in 3. col. 10. dist. Pe. de monte in sua monarchia. in 14. & 48. col. & Car. Zab. cons. 80. inci. venerabilis vir, & c. 16 est pp gl. sing. in d. c. p principalem. & dicit Do. de S. Gemi. in c. si gratiose. de rescri. li. 6. in pe. col. quòd Papa in titulis beneficialibus habet voluntatem pro ratione, & quod ad libitum potest prælato auferre titulum beneficialem, & diffuse in ista materia vide Cardi. Zab. cons. 141. inci. sanctissimus dominus noster.
Vinc. God. Adde quod potest alteri in iure quęrendo præiudicare etiam sine causa Ruy cons. 7. nu. 2. li. 5.

b Indefinite. Adde in c. denique 4. dis. & in c. denique 26. dist.
Vinc. God. Indefinita quando æquipolleat vniuersali. Alexan. cons. 215. nu. 3. lib. 7. & Dec. cons. 6 lib. 1.

bit ad Papam collatio, vt patet de præben. licet. lib. 6. vbi tenet
Io. And. idem si spectat ad præsentationem. sed Bar. & Archi.
tenent contrarium in patrono laico: & sic dicit Bart. se vidisse
seruari in curia. ad hoc de præben. dilectus 3. de iurepatro. cum
dilectus. nam cum Papa non appareat voluisse mutare gra-
tiam ex quo patroni laici habent iuspatronatus, quod nõ mu-
tatur &c. C. de testa. l. sancimus. Et quòd de gratia habeat hoc
ius, patet 10. q. 1. nouerit. 16. q. 2. si quis episcopus 32. quæstio. 4.
nemo. de iurepatrona. quoniam. sed si voluisset immutare,
bene potuisset, cum sit supra ius. de conces. præben. propo-
suit. de hoc dic vt dixi de offic. lega. dilectus. vbi feci differen-
a tiam an laici habeant[a] ius præsentandi ratione patronatus,
an non ratione præscriptionis: vt primo casu talia non confe-
rantur per Papam adeo quòd collatio valeat nisi faciat men-
tionem de patronatu. secundo casu sic: quod tenet Federic. de
Senis in consil. 163. in princ. ita etiam possemus dicere, quòd
si ratione patronatus spectat præsentatio, non dicitur benefi-
cium vacare in curia, si beneficiatus ibi decedit: & hoc quo
ad hoc vt Papa conferat: secus si ratione præscriptionis. Ben.
tamen in extrauagan. execrabilis, Ioan. 22. quam glossauit, di-
cit quòd si Papa reseruat beneficia, & adijcit, quòd nulli li-
ceat in eis aliquid innouare, impeditur etiam præsentatio
laici patroni, quæ est innouatio: sed verius est, quòd in gene-
rali dispositione non includitur beneficium spectans ad præ-
sentationem laici patroni, vt not. in cle. per literas. in glos. not.
18 de præben. † Octauo quæro, de beneficijs confirmati in curia,
b an vacent in curia:[b] & quando vacare dicantur. glos. in verbo,
collatio. ver. sed de prioribus. refert opin. Arch. dicentis quòd
vacant per adeptam possessionem, vel cum per eum stat. Et
sic si tempore possessionis confirmatus est in curia, vt quia
per procuratorem apprehendit possessionem, beneficia va-
cant in curia: quia fingitur mortuus quo ad illa beneficia, &
mori non potest nisi vbi personaliter est. sed contrarium te-
net glos. quam signa ibi, non placet, quia secundum eam se-
queretur absurdum, quia si quis constitueret procuratorem
ad renunciandum beneficio in curia, facta renunciatione non
in curia vacaret beneficium, sed vbi esset qui procuratorem
constituit. quod dicit gl. falsum per id quod not. idem Archi.
de præben. c. 1. lib. 6. Ad rationem Archi. respondet quòd re-
nuncians dicitur mortuus quo ad illa beneficia ficte, non ve-
re: sed bene potest fictio trahi ad locum vbi possessio appre-
henditur: & sic vbi vacat beneficium. Et procedit hoc si con-
sideramus actum per quem inducitur vacatio. iste enim be-
ne potest esse separatus a persona beneficiati. sed si conside-
remus separationem personæ beneficiatæ a beneficio quod
ei cohærebat per inuestituram per quam separationem in-
ducitur vacatio: tunc non potest fieri, nisi vbi est persona: ta-
men licet vacatio videatur vere fieri vbi est persona benefi-
ciata, nihilominus quo ad potestatem conferendi tale bene-
ficium considerantur actus vacationem inducens, etiam alibi
factus. nam sæpe id quod agitur in vno loco, porrigitur ad a-
lium vbi eius effectus perficitur. ff. de offic. præf. vrb. l. 1. ff. de
19 act. & oblig. l. contraxisse. de foro competen. dilecti. † Opp. ad
hoc: quia duæ fictiones non cadunt circa idem. de spon. c. fin.
vbi dixi. C. de do. promiss. l. 1. & ibi no. in glos. fi. non potest ergo
in casu nostro fingi, quòd is qui constituit procuratorem, fue-
rit in loco apprehensæ possessionis: quia per hoc essent duæ
fictiones, scilicet ista & altera per quam fingitur mortuus. Sol.
respectu diuersorum non repugnat duas fictiones fieri in eo-
dem facto, pro hoc quod dixi in clemen. quo circa. de elect.
quæst. 20. sic autem est hic: quia quòd fingatur mortuus, hoc
fit respectu beneficiorum quæ prius habebat. quòd tamen fin-
gatur fuisse in loco apprehensæ possessionis, hoc fit respectu
20 beneficij nouiter acquisiti. † Opp. ad idem: quia gestum nomi-
ne alicuius habet robur solum cum ipse ratum habet. de præ-
ben. si tibi absenti. lib. 6. ergo tunc tantum vacabunt beneficia
cum sciens de apprehensione possessionis beneficij nouiter
acquisiti eam ratificat: & sic vacabunt prima vbi fit ratificatio.
Sol. vt in ea. glos. ibi, sed vbi amicus. quam signa: ex qua habes
differentiam inter gestum a procuratore, & gestum a negotio-
rum gestore: quia in primo non requiritur ratificatio: in se-
cundo sic. ideo de secundo dicit gl. procedere posse opi. Archi.
Ego vero puto quòd etiam in gestore idem sit quod in procu-
ratore. Nam ratificatio trahitur retro ad diem apprehensæ
possessionis, & comparatur mandato: regula, rati. lib. 6. Idem
sentit Pet. de Anch. licet sub dubio forte. & pro hoc, quia sicut
ratihabitio trahitur retro quo ad tempus. dicta regula, rati. ita
& quo ad locum. arg. ff. si cer. petatur. vinum. sic etiam actio
negotiorum gesto. oritur non ex ratihabitione, sed ex negotio
gesto propter ratihabitionem. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. item
quæritur. licet glos. aliter ibi dicat. sed hoc probatur. ff. de neg.
gest. l. 3. §. hæc autem actio. pro hoc quod no. Bart. ff. de fideius.
l. si vt proponitur. vbi etiam dicit quòd existens Perusij man-
dat delictum committi Florentiæ, commisso delicto potest
puniri Florentiæ, per prædicta. Oppo. ad idem, quia in curia
beneficia promoti in episcopum statim conferuntur etiam
antequam sibi constet de promotione. frustra ergo quæritur
de possessionis apprehensione. Solu. vt in ea. glos. ibi, item ad-
uertendum. quam etiam no. ibi, quod puto. vsque ibi, si vero
consecrationis tempore. Et ex ista glos. not. quòd si Papa ali-
quem episcopum creat Cardinalem, potest administrare tan-
quàm episcopus, & non desinit esse episcopus nisi postquàm
consenserit. pro hoc quod no. in regula, quod ob gratiam. lib.
6. quod dixi de postu. c. fin. per hæc clara manent cætera quæ
21 dicit hæc glos. † Nono quæro, in hoc quod dicit de litiganti-
c bus[c] morientibus, quid si renunciant. Solu. vt in glos. in verbo,
mori. quæ dicit idem esse. & ex hoc not. quòd quo ad istam
clemen. comparantur mors ciuilis & naturalis, & cum hac
glo. concordat Pau. dicens quòd attenditur mors litigantium
pendente lite, sed secus esset ea finita per definitiuam a qua
non est appellatum, quæ haberet vim rei iudicatæ 2. dist. §. 1.
ff. de re iudic. l. 1. quia tunc spectamus mortem tantum obti-
nentis quo ad collationem per Papam faciendam. de præben.
lib. 6. Et hoc etiam sentit hic glo. in verbo, interim. cum expo-
nit scilicet illa lite pendente, & sic secus vbi non pendet. Et de
hoc eo. tit. c. 2. lib. 6. Genze. tenet etiam idem cum gl. quamuis
secundum eum simpliciter loquendo de morte videretur hic
intelligendum de naturali. ff. de verb. oblig. l. ex ea. §. insulam.
quod dic vt de rescrip. susceptum. lib. 6. Et ratio quare hic in-
telligitur etiam de ciuili, est, quam nunc dixi. Decimo quæro,
quid si non emanasset hæc constitutio. Sol. vt in glos. in verbo,
possidebat. quæ dicit quòd adhuc post mortem quærendum
hoc fuisset ad quem de iure spectasset beneficium, & idem
22 Pau. pro hoc quod dixi in 8. notabili. † Vndecimo quæro, circa
d hoc, quis dicatur possidere.[d] Solu. Pau. quod is qui detinet, per
id quod no. Inno. de priuile. cum olim 2. & de hoc sup. in 2. con
trario, & procedit hoc, nisi iuris adminiculum obuiet. de re-
scrip. causam, & secundum Paul. is possidet beneficium qui
possidet omnia bona beneficij vel maiorem partem. de resti.
spo. c. 1. lib. 6. & sic spectatur possessio rerum corporalium non
tantum spiritualium. argu. 1. q. 3. si obiecerit. cum spiritualia
non possideantur sed quasi. de foro compe. conquestus. adeo
quòd in eis non datur interdictum vnde vi. ff. si serui. vendi. l.
2. §. Pomponius. dic tamen quòd pro eis competit interdi-
ctum vtile vel condictio ob causam ex c. querelam. de elec. de
quo ibi dixi. Item secundum Paul. si beneficium est curatum,
ille dicitur possidere qui habet liberum exercitium curæ, vt
no. de elec. commissa. lib. 6. Opp. ad hoc quòd etiam incorpo-
ralia dicantur possideri, vt no. 74. dist. quisquis. dic quod non
est possessio proprie. de cau. pos. cum ecclesia. & quod ibi not.
23 † Duodecimo quæro, si mouens litem contra possessorem be-
neficij renunciat liti, & causæ in manibus superioris consen-
tientis, nunquid amplius dicitur lis pendere. Sol. Pau. quòd si
lis erat cum eo qui dicebat beneficium suum & sibi collatũ,
& tunc dicitur pendere donec per sententiam terminetur, &
hoc dicitur de casu mortis, nam per talem renunciationem di
citur beneficium vacare si ad renunciationem spectabat. opor
tet ergo de hoc cognosci ad hunc finem, & interim potestas
eius a quo dicebat beneficium sibi collatum, remanet in suspẽ
so, ne propter nouos aduersarios qui interdum &c. eo. ti. c. 2. li.
6. Si vero non dicebat beneficium suum, sed ratione alterius
interesse petebat possessorem amoueri, tunc per ipsius actoris
renunciationem finita est instantia, nec per hoc aliquo casu dr̃
de nouo vacare beneficium, vnde non subest cã, quare debeat
amplius lis durare pro hac distinctione facit prin. huius cle. in
verbo, collato, quod etiam tenet gl. in illo verbo, pro hoc quod
dixi

ADDITIONES.

a An laici habeant. Adde Cardi. Alexan. in c. hortamur. in vlti. col. 70. dist. vers. & per prædicta.

b An vacent in curia. Adde Io. de Ana. in c. innotuit. de elec. Domi. de Rota decisio. 100. in nouis.
Vinc. God Cor. cons. 137. licet per totum, li. 3.

c De litigantibus. Adde Abba. & Ioan. de Anania in cap. ad petitionem. de accusat.
Vinc. God. Adde quod litigans quando impeditur facto aduersarij datur ei noua dilatio. Maran. in sua prat. de ord. iudic. in 6. par. nu. 8. cum pluribus numeris quomodo & quando detur noua dilatio.

d Quis dicatur possidere. Adde gl. & Arch. in c. commissa. de elec. lib. 6. & glo. in verbo, antea. in clemen. 1. de seque. posses. & fruc. Innoc. in ca. constitutus. in glo. sua, de app. Archi. in c. licet episcopus, de præb. li. 6. gl. in clemen. gratiæ, de rescri. Doc. in cle. si plures, de præb.
Vinc. God. Adde quod qui possidet iure familiaritatis non dicitur vere possidere Goz. cons. 99.

dixi. supra. q. 5. Decimotertio quæro, circa hoc ratione cuius
interesse possit quis se opponere. Sol. vt in gl. in verbo, intersit,
24 & in ca. ibi, c. 2. & quod not. ibi in gl. pe. † Decimoquarto quæ-
ro, quis intelligitur ordinarius quo ad effectum huius cle. in
qua hoc verbum ordinarium, crebro repetitur. dic quòd in-
telligitur quilibet collator etiam si non habeat ordinariam in
loco, vt dicit gl. in verbo, ordinarium, & idem Pau. pro hoc de
conces. præben. si soli. li. 6. & sic non solus episcopus, alias tamen
ordinarium dicimus eum qui habet iurisdictionem ordina-
riam siue sit episcopus siue inferior. 11. q. 1. experientiæ. in fi. 50.
dist. in capite 2. q. 1. nemo 15. q. 3. nullus sacerdotum & q. 4. c.
1. & quod no. 11. q. 3. qui resistit. alibi archipresbyter appellatur
pastor. 63. dist. si in pluribus, sm Pau. qui dicit ordinarium esse
eum qui suo iure vel principis beneficio vniuersorum iurisdi-
ctionem exercere potest. ff. de iurisd. om. iudi. l. more. & seq. &
quod no. de offi. archi. c. vlti. in gl. 2. & quod nomine ordinarij
intelligatur hic quilibet collator, tenuit Genz. & Matth. & sic
sumitur de offic. lega. colla. lib. 6. de conces. præb. si soli. eo. lib.
de offic. ordi. cle. 2. licet frequentius sumatur pro episcopo, vt
sup. ea. q. dixi, & pro hoc de offi. ordi. per totum, & sm eos sunt
hæc in argumentum quòd ad episcopum tantum spectet col-
latio beneficiorum suæ diœcesis. ad hoc de hæreti. cum ex in-
iuncto. de hoc dixi in c. cum ecclesia. de elec. Decimoquinto
quæro, in eo quod dicit quando neuter possidet, quid si possi-
det vterque. Sol. vt in gl. idem puto, quæ dicit idem esse, & idē
25 Genze. † Decimosexto quæro in eo quod in fine ibi, salua tñ parte
a protestatur, quid requiritur vt prosit protestatio.[a] Sol. Pau. per
ea quæ no. gl. 27. dist. diaconus. vbi dicit quòd protestatio facta
re integra præsente aduersario, valet: nisi iudex vel aduersarius
contradicat, de in integ. restitu. cum venisset, pro hoc de elc.
Cumana. sed ibi Inno. & alij dicunt protestationem non pro-
desse nisi aduersarius expresse consentiat, quia licet protestan-
ti credatur pro se, non tamen contra alium. argu. ff. de interro.
act. l. de ætate. §. 1. quod placet Pau. qui dicit quòd in cap. Cu-
mana, de elec. partes fuerunt concordes. Vnde per mutuum
consensum protestatio facta est conuentionalis, quod decla-
ra vt ibi dixi, & plenius de consti. cum M.

ADDITIO.

a Vt prosit protestatio. Adde Inno. Host. & Io. And. in c. Cumana. de ele. & in c.
in Genesi. eo. tit. Archi. in c. diaconi. 18. dist.
Vinc. God. Tunc enim prodest protestatio quando afficit protestatum tacen-
tem & non contra dicentem. Bar. Soc. cons. 107. vt in quælibonum. ver. non
obstat, in lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Lis quando dicatur pendere ad hoc vt nihil debeat innouari.*
2 *Citatio vt inducat litis pendentiam quo ad reuocanda innouata necesse est quòd sit facta a iudice competente.*
3 *Citandus si stat per eum quominus citatio ad eum perueniat, habetur ac si ad eum citatio peruenisset.*
4 *Et qualis debeat esse citatio vt inducat litis pendentiam.*
5 *Litis pendentia vt inducatur quatuor sunt necessaria, quæ autem sint illa, vide.*
6 *Citatio debet esse certa ne citatus vagetur in incerto absque culpa sua.*
7 *Gesta lite pendente an debeant reuocari.*
8 *Lis an dicatur pendere si libellus est principi oblatus etiam citra citationem.*
9 *Et an per solam commissionem causæ dicatur lis pendere.*
10 *Lis vt pendere dicatur an requiratur litis contest.*
11 *Et an requiratur quod citatio peruenerit ad citatum.*
12 *Citatio si non peruenerit ad citatum an habeat robur.*
13 *Innouata lite pendente qualiter reuocentur.*
14 *Litis pendentia vsque ad quantum tempus durat.*
15 *Iudex competens & incompetens qui dicatur.*
16 *Citatio facta per rescreptum nullum an inducat litis pendentiam.*
17 *Citatio qualem expressionem debet continere ad hoc vt citandus dicatur certus & plene possit instrui quare citatur.*
18 *Quid si iudex in citatione sufficienter expressit, sed nuncius non intimauit parti sufficienter, an lis pendere dicatur.*
19 *Quid si iudex sufficienter expressit, & nuncius aptè intimauit, sed non retulit iudici de citatione facta.*
20 *Quare autem requiritur plena expressio ad litis pendentiam inducendam.*

CAP. II.

1 CVm lite. † Lis dicitur pendere quoad hoc,
vt nihil debeat innouari cum cita-
tio legitimè peruenit ad partem, vel per eam stetit
quominus perueniret cum tali expressione quòd
potuit instrui super quo conueniatur. primo dictum generа-
2 le, secundo declarat, ibi, litem. † No. quod ad hoc vt citatio indu-
cat litis pendentiam quo ad reuocanda innouata, expedit quod
facta sit a iudice competenti, & sic sm Genz. facta a non com-
petenti non sufficit quo ad hoc. nam nec talis interrumpit
præscriptionem. C. ne de statu defunctorum. l. si pater, & ibi
no. de appel. vt debitus. nec arctat citatum, vt no. de accu. ve-
niens. & ff. si quis in ius voc nō ier. l. ex quacumque. quia cum
extra territorium & c. ff. de iurisdi. om. iudi. l. penn. de consti. c.
a. lib. 6. sic ēt sm eum requiritur quod sit facta tempore competē-
ti, vt not. de elec. bonæ. ff. si quis in ius voca. non ier. l. 2. in fi.
alias arctat sicut nec facta ad locum inhonestum. ff. de arbi. l. si
cum dies. § si arbiter. vel notoriè non tutum. de re iudi. cle. pa-
3 storalis. ver. Pisana. † Secundo no. quòd is per quem stat quòd
citatio ad eum non perueniat, habetur pro citato. simile sm
Genz. ff. de euic. l. si ideo. & l. si dictum. §. si præsente. vt lite non
contest. quoniam. §. porro. de elec. cle. causam. de re iudi. cle.
4 dudum. de foro compe. cle. quis. † Tertio no. quod vt citatio indu-
cat pendentiam litis debet esse cum plena expressione per quā
pars plene instruatur super quo citatur, alias secundum Gen.
patum prodesset citationem intimari quo ad impediendam
innouationem & obtinendam reuocationem innouatorum,
nisi fieret talis instructio. facit in simili in Auth. quō oportet
episcopos. §. igitur ordinandos. & quod ibi no. & ff. de transact.
5 l. cum Aquiliana. & de his. ad Velleia. l. fi. § pe. † Quarto no. ex
eo quod dixi in proxi. no. & ex tex. simul, quòd ad hoc vt indu-
catur litis pendentia quatuor requiruntur. Primum quòd ci-
tatio emanauerit. Secundum quòd a competenti iudice. Ter-
tium quod ad citatum peruenerit vel per eum steterit. Quartum
quòd plene potuerit instrui secundum Genze. Quintum adde
quod citatio sit apta. de hoc in glos. alibi quod dicam inf. q. 3. Sex-
tum, quod nuncius sufficienter intimauerit, per id quod dicit gl.
6 vlti. in fine. † Quinto nota ex prædictis, quod citatio debet fieri
certa: ratio est, ne citatus vagetur in incerto sine sua culpa. ad
hoc de rescrip. cum in multis. lib. 6. de postula. c. vnico. de elec.
vt quis duas. eo. lib. & de hoc. C. de litigio. auth. litigiosa. & sic
intelligitur. C. de præscri. 30. anno. l. sicut 16. q. 3. §. pe. pro hoc
quia & alias scriptura nimis generalis vel obscura non pro-
dest. de libel. obla. cap. 1. & 2. de dolo. ex literis. sicut sigillum in
quo literæ non apparent, non est sigillum. de fide instrumen.
inter. Ex hoc no. Laud. quòd si aliquid per alteram partium
producitur inter acta quod non est intelligibile, vel per quod
alia pars quantum eam tangit, non potest instrui, habetur pro
non producto per iura præallegata. quòd no. Oppo. quòd hæc
rubrica sit superflua per titulum de restitutione spoliatorum.
per quem sufficienter prouidetur contra innouata in præiudi-
cium partis. Sol. vt in glos. 1. vers. & in hoc differt. quæ est clara.
ad idem Paulus dicens quòd quo ad illum titulum iudex so-
lum habet summariè se informare quàm quod citatio in cau-
sa præcesserit, & quòd post eam aliquid fuerit per partem in-
debite innouatum, & talia innouata per modum attentati
reuocabuntur sicut ea quæ fiunt appellatione pendente vel
recusatione vel relatione vel dilatione. de appellationibus,
dilectis. & c. cum speciali, & cap. intimasti, & cap. significan-
te. sicut etiam ea quæ fiunt pendente itineris arreptione. de
7 cleri. peregri. cap. vnico. † Secundo oppo quòd facta lite pen-
dente non debeant reuocari. licitum est enim pendente lite
vti possessione sua. non enim debet quis priuari commodo
suæ possessionis lite pendente. de restit. in integ. cum venis-
sent, vt lite penden. cap. 1. & 2. Solu. Paul. quòd lite penden-
te nihil debet innouari in partis præiudicium, alias bene po-
test aliquis vti possessione sua, etiam si possessionem habeat
tantum ex consuetudine præscripta, quia nemo debet sine
cognitione causæ spoliari. d. cap. 1. de resti. spolia. conquerente.
de accu. olim. & hoc non est innouare, sed verius ius suum
conseruare. de iudæ. consuluit. potest etiam aliqua noua face-
re & ante lit. contest. & post, vt not. Inno. & Hostien. in d. cap.
1. nam per negationem, prohibitionem & appellationem ali-
cuius non debet quis dimittere iure suo vti. C. de rei vendi.
l. si fundum, & de hoc per Innoc. de censi. venerabili. de offic.
delega. sane 2. vbi dixi. Item non debet sua possessione pri-
uari nec res litigiosa alienari vel priuilegium impetrari su-
8 per ea. cod. titu. cap. 1. penul. & fi. † Tertio oppo. quod etiam ci-
tra citationem lis dicatur pendere statim cum libellus est
principi oblatus. C. quando libel. princ. oblatus l. 1. & 2. Et hoc
fortius ex quo est impetratus iudex. de appella. suggestum.
de testi. causam. 2. Solu. videtur standum contrario per id
quòd dicitur in glos. 1. in princip. Sed dic quod illa quæ po-
nuntur hic in glos. recipiunt limitationem per hanc clem. vt
vult eadem gl. in princ. ibi determinans. quod no. Hostien &c.
idem Pau. & alij, & sic est sensus gl. & aliorum quòd requiritur
citatio quoad effectum reuocandi attentata, quod expresse di-
9 citur in hac cle. † Quarto oppo. ad hoc quod inio per solam com-

missionem causæ dicatur lis pendere adeo ꝙ priuilegia vel re-
scripta postea impetrata debeant reuocari, dicto c. causam, de
testi. Sol. gl. in verbo, citatio, vt stare ↄrio, & idem Laud. dicens
22 tione. de ap. peruenit. de offi. ordi. c. præsenti. §. porro li. 6. † Decimoquinto quæro, circa id quod dicit de sequestratione de quibus in sequentibus qõnibus, & primo quid est sequestratio. dic ꝙ rei de qua est controuersia, facta depositio. ff. depo. l. licet. in princ. & quod ibi dr̃ quod non, nisi per plures fit sequestrũ, intelligo in effectu, idest de re de qua est quæstio inter plures, sed quo ad apparentiam potest fieri per vnum, nam iudex solus aliqñ sequestrat. de sequestra. c. 1. non expedit autem ꝙ sit controuersia iudicialis, sed sufficit etiam extraiudicialis,
23 vt patet ex sequentibus. Decimosexto quæro, an sequestra-
c tio [c] sit vnius naturæ, & sit vnica. an plures? Dic quod plures. &

ADDITIONES.

a Ecclesiam ad suam mensam. Adde quot sunt beneficia de mensa. vide glos. in c. 1. de sup. neg. præla. in cle. 1. de exces. prælat. Inn. & doc. in cap. vt super. de reb. eccle. non alienan. Adde in cle. 1. de rescrip.
Vinc. God. Beneficia siue ecclesia quando dicantur de mensa prælati. Cor. cons. 262. litera c. lib. 3.

b Quæ dicatur persona idonea. Adde l. si quis stipulatus. in fin. ff. de verb. oblig.
Vinc. God. Persona idonea per testes probari potest, Rota in decis. 274. si mandetur, in nou.

c An sequestratio. Adde gl. & Bal. in l. 1. C. de prohibi. sequest. Bal. in l. interesse ff. de acqui. poss. Abb. & doct. in c. examinata. de iud. Abb. in c. 1. de sequest. poss. & fruc. Ab. in c. dilectus eo. tit.

res. & quia diuisiones res fit lucidior,.ff de doli excep. l. t. ideo
diuidendo sequestrationem, dic ꝙ alia fit partium conuentio-
24 ne alia à iudice. † Decimoseptimo quæro circa dicta in proxi.
q. quo ad sequestrationem, quæ fit partium conuentione de
exemplis. Solu. exemplifica per l. licet, ff. deposi. vt quia conue
niunt concertantes, quod res de qua est concertatio, deponatur apud tertium, ff. deposi. l. ei. in princip. §. penult. & iste tertius vocatur sequester a sequendo, quia vterque de cōtendentibus fidem ipsius sequitur dictis iuribus. & ff. de verbo. signi.
sequester. Regulatur autem hæc sequestratio ex conuentione
deponentium, d. §. vlt. cum sit contractus depositi, & contractus ex conuentione legem recipiunt, ff. deposi. l. prima. §. si cō
25 uenerit. † Decimooctauo quæro circa hoc, an sequester possideat. videtur ꝙ sic, dicta l. licet. §. rei. In contrarium, ff. de acqui. poss. interesse puto. vbi dicitur, ꝙ possidet tunc tantum
quando fit sequestratio animo dimittendæ possessionis. Glo.
in hoc variant. nam in c. examinata, de iudi. dicit ꝙ sequester
non possidet. Contrarium tenet de sequest. c. 1. in ver. sequestrari. dic vt dixi in d. c. examinata. nam gl. in c. examinata. intelligitur de sequestratione necessaria, quæ fit a iudice. sed gl.
in c. 1. intelligitur de voluntaria, quæ fit a concertantibus. qđ
dic vt ibi dixi, & secundum Io. Mo. in regula, locupletari. lib. 6.
& Archi. 11. q. 2. quia res. vbi ponit verba Io. Mo. ad contextū
authore suppresso. de quo no. Io. And. in addi. Spec. eo. titu. &
secundum Pau. hic dic ꝙ quando non fuit per deponentes expresse actū ꝙ sequester possideat, vel non possideat, possessio
proderit victori contra alios, sed vnus contra alium de possessione illa non poterit se iuuare. si autem actum fuit ꝙ sequester possideat, tunc neuter concertantium potest se iuuare ex
possessione contra alios quo ad actum vsucapionis, cum iam
sit interrupta. vult dicere ꝙ quando actum fuit, ꝙ sequester
possideat, possessio dicitur abdicata a litigantibus quo ad effectum vsucapiendi, ita ꝙ neuter potest complere vsucapionē,
cum possessione translata in sequestrum sit interrupta vsucapio. dic tamen quoad hoc, ꝙ adhuc non remanent alia com
moda ex possessione surgentia: nam ei, qui possidebat ante
sequestrum non incumbit onus probandi, sicut si possideret,
prout dixi in d. c. examinata. quando autem nihil fuit actum
ꝙ sequester possideret vel non, vult dicere Archi. ꝙ possessor
poterit se iuuare. si autem actum fuit, ꝙ possessio intelligitur
remanere apud deponentes, quo ad effectum complendæ
vsucapionis, ita quod is qui obtinuerit, dicitur vsucepisse contra quoscunque præterquā contra aduersariū. Et est ratio quare non contra aduersarium, quia cum disposuerint sequendo
fidem sequestri, inter eos vnus contra alium possessione iuuari non debet, sed contra alios non concertantes, sic tamen quo
ad eas liberas ædes habeat. i. liberā possessionem, ff. si ser. ven.
l. loci corpus. §. competit. sic intelligunt Io. Mo. & Archi. differentiam l. licet. & l. interesse puto. ff. de acqui. poss. quæ no. pro
26 concordantia illarum legum. † Decimonono quæro, an hæc
a sequestratio [a] sit regulariter permissa. dic ꝙ sic, ex quo est voluntaria. quod intellige a principio, cum fiat de consensu cōcertantium, sed ex postfacto est necessaria, sicut cæteri contractus, C. de act. & obl. sicut. vnde ex quo conuentum est, recedere non licet, nec ipsis concertantibus, nec sequestro, nisi
ex causa, ff. depo. l. ei. §. si velit. Vicesimo quæro, qua actione
hoc casu conuenitur sequester. Sol. vt no. gl in dicta l. licet. vbi
27 dicit ꝙ actione depositi sequestraria. † Vicesimoprimo quęro,
de sequestratione, quæ fit iudicis authoritate, an & quando
locum habeat. dic ꝙ locum habet, siue de re sit contentio in
iudicio, siue non. secunda duabus ex causis fieri potest, aut ad
iuris sui conseruationem, aut oneris euitationem. exemplum
primi. plures hæredes habentes instrumenta communia con
certant inter se apud quem ex eis seruentur, si non possunt
conuenire, fit iudicis authoritate sequestratio apud alium qui
seruet, ff. fami. ercisc. l. cæteræ. §. 2. & l. seq. ff de fi. instru. l. vlt. vel
exemplifica per c. cum olim. de spon. vbi sequestratur mulier
quæ petitur in coniugem in domo tuta. exemplum secundi,
debitor volens soluere creditori, ne imputetur sibi mora, si
per creditorem stat pecuniam deponit apud aliquem authoritate iudicis. C. de vsur. l. acceptum. de sequestratione vero de
re contentiosa, dic ꝙ est rei de qua contenditur in iudicio vel
fructuum eius a possessore separatio, & penes alium depositio
iudicis officio, & ex causa, & hoc casu dicitur a sequestrādo. i.
28 separando. † Vicesimosecundo quæro de sequestratione necesb saria quot modis [b] fieri potest. dic ꝙ quatuor, quia aut officio
iudicis nobili, aut mercenario, aut ad petitionem sequestri,
aut alterius partis. Exemplum primi, iudex videt litigantes
paratos ad arma, potest & debet eos compescere sequestrando rem, ff. de vsufr. l. æquissimum. pro hoc quod no. de proba.
l. licet. ad fi. Exemplum secundi, beneficiarus monitus a superiore non deseruit beneficio, sed appellat superior ex officio
mercenario deseruiente illi monitioni, & sic causæ inchoatæ
sequestrat fructus beneficij, & assignat ei, qui deseruiat. de ap.
peruenit. ad hoc C. de asser. tol. l. 1. §. super peculio, C. qui ad lit.
procla. non licet. l. 3. per quæ iura videtur, ꝙ si duo contendūt
de beneficio quorum nullus sit possessor pacificus, poterunt
fructus sequestrari, maxime vbi possessor vitiose possessionē
intrauit. s. contra inhibitionem superioris, ff. de proba. l. si quis
liberum. & deposi. l. 1. §. apud Iulianum. & ad hoc de rescript.
cum contingat. ff. de tabu. exhi. l. vlti. Et hoc indubitate procedit in causa bñficiali, vbi mota est lis inter duos, quorum neuter antea pacifice possedit. de iure pa. cap. 1. 2. & 3. Et circa hoc
quædam alia recitat Io. Mo. in dicta regula, locupletari. & Archid. in præalleg. cap. quia res. 11. q. 1. Exemplum tertij quādo
ad petitionem sequestri, vt quia sequester se vult exonerare ex
causa, & sic authoritate iudicis apud alium res sequestratur.
dicta l. ei. §. si velit. Exemplum quarti datur multiplex. nam
quandoque petit pars sequestrationem pendente causa princi
pali, quandoque pendente appellatione a sententia, quandoque pendente appellatione ab executione sententiæ. primo
casu quando pēdente causa principali, aut petitur contra pręsentem, aut contra absentem. si cōtra præsentem, regulariter
non conceditur, C. de prohi. sequest. l. vnica. 8. q. 4. nonne. non
enim debet concedi, nisi quando est præsumptio contra possi
dentem, quę pręsumptio regulariter non surgit ante cognitum de causa, sed vbi surgeret, concederetur. de despon. cum
locum. de resti. spol. literas. in fi. ff. de offi. præsi. l. senatus, ff. qui
satisd. cog. l. si fideiussor. §. vlt. ne quid in loco publi. l. vlt. facit
quod no. Spec. eo. tit. in fi. ideo dicitur in hoc casu subsidiaria,
C. de agri. & censi. litibus. lib. 11. ff. deposi. licet. & fiet cū causæ
cognitione. de simo. querelam. eo. tit. cap. 2. C. si p vim vel alio
modo. l. vlt. si vero petitur contra absentem, aut cōtumacem
aut non. secundo casu non potest concedi. quicquid enim fit
iudicialiter contra non citatum, non tenet. ff. de adop. l. nam
ita diuus. de maio. & obe. inter. si autem contra contumacem,
aut est causa in qua potest procedi ad missionem, aut non. si
non, vt quia agitur de beneficio in titulum quo casu non potest fieri missio de eo qui mit. in pos. cum qui. lib. 6. tunc potest
fieri sequestratio. de rescri. olim. nam cum missio cesset, hoc
casu fieri debet id, quod est ei vicinius. ita no. Archid. 11. q. 1.
quia res. dicens glo. quæ in cap. olim. dicit, ꝙ male fuit facta sequestratio, minus bene diceret, cum eadem decre. prosequatur factum sequestrationis, quod non faceret si indebite facta
fuisset, quod etiam tenet Pau. hic, & est æquum, tamen non
omnino probatur in d. c. olim. non enim Papa in aliquo approbauit sequestrationem ibi. si vero est causa in qua possit fieri
missio, tunc cum illa sit via ordinaria, regulariter est seruanda, C. vbi in rem act. l. 2. vt li. non conte. tuæ, & c. quoniam, §. in
aliis. intuitu tamen religionis, vel alia iusta causa iudex potest
ad sequestrationem procedere. de dolo. c. 2. & in hoc dicit Archid. in dicto cap. quia reus. ꝙ hoc casu cum reus est contumax, sua contumacia de iure est punienda. aut in re de qua
contenditur, aut in persona. si in re, puniri non potest. d. c. tuæ.
& in re dupliciter. nam vbi missio fieri non potest, fertur excommunicatio, vt ibi, vel fiet sequestratio. & ꝙ possit fieri sequestratio etiam vbi missio locum habet, est quod no. glo. in
d. cap. 2. de dolo. nam plus est actorem in possessionem mitti,
q̄ rem sequestrare, & magis reo pœnale, & in animo durius.
ergo si iudex potest quod est grauius, potest & leuius, argu. de
deci. ex parte. qui fil. sint legi. per venerabilem. de reg. iur. cui
licet. lib. 6. Sed Pau. hic tenet contrarium, quia sequestratio regulariter est prohibita, & fieri non potest, nisi in casibus expresis a iure, de quibus eo. tit. c. 2. & ad c. 2. de dolo. respondet
quod ibi non requiritur de vi sequestri, sed tantum narratur
factum ad narrationem præmissam, dicit ꝙ sequestratio magis prohibetur q̄ missio, quia magis exosa iuri. & illa ratio, ꝙ
cui conceditur maius &c. non procedit, quando leuius est magis exosum iuri. de transa. c. vlti. Item sequestratio aliquo respectu est maior, quia non restituitur res sequestrata ante sententiam, & post sententiam datur victori, vt hic. Sed si fit missio,
restituitur res quandoque intra annum. his tamen non obstantibus primū videtur verius, quod ob intuitum religionis
mitius

ADDITIONES.

a An hæc sequestratio. Adde Inno. in c. fi. de sequestr. poss. Lanfran. in repe. cap. quoniam contra, de proba. ver. appellatio. Bal. in addi. Specu. tit. de app. ver. pendente appellatione. Papiensis in sua practica in libello sequestri. glo. in l. si cum dotes, in §. fin autem, ff. sol. mat.

b Quot modis. Adde Bal. in addi. Spec. titu. de libell. concep. ver. quando partes. Bald. in addi. Spec. tit. de sequestr. poss. ver. 1.
Vinc. God. Sequestratio quando fieri possit Alex. in l. minor, de euic. & quando valeat, & sit licita. Soc. in cons. 91. nu. 34. & nu. 36. lib 4. & quando non valeat nisi præcedat citatio, Ruy. cons. 137 nu. 16. lib. 1. & quando in beneficialibus fieri possit, Fel. in c. olim, col. 1. & 2. de rescri.

mitius agendo possit fieri sequestratio loco missionis, vt sic
in hoc d.cap.2. de dolo, ponat casum singularem, de quo ibi
dixi. Si vero proceditur in negotio appellationis interpositę a
definitiua, aut petitur sequestratio contra petitorem appellan
tem, aut contra possessorem. primo casu fieri non potest, cum
nil possideat, nec possit ab eo separari res, ex quo non habet,
2.q.6. quoties.2. si contra possessorem appellantem regulari-
ter fieri non debet, cum status appellantis debeat remanere
integer pendente appellatione, ff.nil noua.appel.pen. l.fin. fal-
lit quando possessor fructus dilapidat. 2.q.6.quoties.2. ff. de
appel l.imperatores.eo.tit c.fi.& vbicunque in causa principa
li posset procedi ad sequestrationem, multomagis in causa ap
pellationis vbi possessor victus appellat, cum enim iam defi-
nitum sit contra eum, facilius est procedendum ad sequestra-
tionem q̃ prius si autem petitur sequestratio in causa appella-
tionis interpositę ab executione sententię, aut immobilis, &
sequestrantur, aut res est mobilis, & ipsa sequestratur fructus
eius restituendi ei, qui obtinuerit & hoc casu pręcipitur seque
strationem fieri non distincto, an possessor sit suspectus vel
non, C.quor app.non reci.l.ab executore. & est ratio propter
magnam pręsumptionem quę est contra victum, qui a sen-
29 tentia non appellauit, sed ab executione tantum. † Vicesimo-
tertio quęro, si in casu huius cle. possessor beneficij velit satis-
dare, an euitabit sequestrationem. videtur q; sic. ff. de offi. prę-
sid.l senatus.in fi.& C.de agne.& censi.litibus, lib.11. pro hoc
quod dixi de iudi.examinata.Io.And.in addi.Spec.eo.titu.di-
cit, q; in hoc casu nihilominus fiet sequestratio, ne is qui succu
buit, incumbat vitiose possessioni beneficij. de eo qui mit.in
poss.cum qui.libro 6 & ne protelet litem de fructibus benefi-
30 cij. quod est no.dignu. † Vicesimoquarto quęro, an possit fieri
sequestratio, de qua hic, apud plures personas idoneas simul,
vel saltem successiue. Sol. ad primum dic q; non, quia in sin-
gulari hic dicit apud aliquam idoneam personam, nec extat
causa quare plures ponantur in loco vnius. si enim de pluri-
bus voluisset intelligi, expressisset, sicut fecit de duobus coad-
iutoribus episcopi. de cle. ægro.c.vnico.lib.6. subest enim ratio
curationis expensarum. minus enim grauat vnus quam duo,
cum tamen tales debeant de bñficio alimentari. de app. perue
nit. Ad secundum dic q; ex causa potest puta mortuo primo,
vel male se gerente, vel administrare nolente. & ita in vtroq;
31 dicto tenet Ioan.Andr.in addit. Specu.eo.titu. §.primo. † Vi-
cesimoquinto quæro, an sequestratio in forma huius clem.
debeat fieri vocatis quorum interest, & cum causæ cognitio-
ne. dicit Lap. in quadam additione, q; si per ordinarium fit ex
officio, vel ad petitionem habentis sententiam, & sine com-
missione papali, vocari debent possessor, & hi quorũ interest.
de maio.& obed. inter. sicut cum datur commenda. de elect.
dudum.2. & eod.tit.nemo. lib.6. facit de præben.licet episco-
pus.eod.lib. si autem eam faciet ad mandatum Papę, non ha-
bet aliquem vocare, cũ in hoc sit merus executor, nec potest
aliquis de eo conqueri, nec ab eo etiam appellare, secundum
ea quæ no.de concess.pręben.proposuit. quod vltimum proce
dit quãdo Papa cognito de causa, & plene discussis omnibus
exceptionibus hoc mandat. alias secus, pro hoc quod dixi de
off.deleg.pastoralis, §.quia vero.& 3.q.4. hoc tamen casu cõtra
rescriptum per quod mandatur ordinario q; sequestret, pote-
rit opponi exceptio falsitatis, & obreptionis, & aliæ legitimæ,
& simpliciter cõtra ipsum deputatum. nec ex hoc dicetur op-
ponens impedire sequestrationem, quia hic loquitur de impe
diente de facto, nemini autem facit iniuriam &c. de elec. cum
ecclesia. nec debent alicui tolli legitimæ exceptiones. de offi.
32 delega.ex parte.2.& sic consului. † Vicesimosexto quæro, an
sequestratio, de qua hic, in aliquo præiudicet quo ad ius pos-
sessionis vel proprietatis. dicunt Lau. & Genze. quod non, q̃a
fit in inuitum, & de necessitate, & per iudicem cuius actus iu-
diciarius non debet esse alicui, ita nociuus quod sine causa ius
possessionis sibi perpetuo auferatur, C.de agric. & censi l.liti-
bus. circa fin. libro 10. secus autem si voluntarie per partes
res litigiosa poneretur apud aliquem. tunc enim perdit pos-
sessor ius possessionis, ff.depo.si.l.licet.nisi protestetur quod sal
uo sibi iure petitorio & possessorio hoc facit, quia tunc nihil
amittit, pro hoc quod dixi 3.q.18.& sic intelligit Genze.quod
sequestratio hæc fiet per ordinarium, inuocatu cõtra resisten-
tem si opus fuerit, brachio sæculari. de off.ordi.cap.1.& c.qm̃.
33 † Vicesimoseptimo quæro, quod sit officiũ sequestri, de quo
hic. Sol. vt dixi in 10.no. quia debet habere plenam curam de
beneficio, & est similis administratori legitimo sede vacante.
de quo de cle.quia sæpe.lib.6.& hoc tenet Ioan. Andr. in addi.
Spe.eo.titu.§.1. dicens fateri oportere q; habet titulum aliqua-
lem ex quo habet administrationem. pro hoc quod no.de
34 cle.nemo deinceps.lib.6.in glo.2.& super ea. † Vicesimoocta-
a uo quæro, nunquid sequester, [a] de quo hic, fructus qui super-
sunt vltra onera beneficij possit conuertere in vtilitatem be-
neficij. Sol. vt in glo. in ver. restituat. quæ dicit, q; non. idẽ Lau.
35 Pau.& Genz. Vicesimonono quæro, in eo † quod dicit hic de
finali victoria, quando dicitur hæc obtenta. Solu. vt in glo. in
ver. si. idem Lau. Pau.& Genze. dicunt finalem victoriam dici
sententiam, quæ vltimo super proprietate fertur. de cau. poss.
cum dilectus. dic hoc verum si petitorium & possessorium,
simul deductum & prosecutum est, alias sufficeret sola senten
tia vltima in possessorio vel petitorio, vt probatur hic per al-
ternatiuam ibi, in petitorio vel possessorio. dicit autem Lau.
q; post latam vnam sententiam postq̃ fit sequestratio, vt hic,
licet obtineret in secunda instantia is qui succubuit in prima,
non per hoc reuocabitur sequestrum, donec appareat quis fi-
naliter obtinebit, nec poterit amodo allegare bonam fidem,
vt ex eo possit fructus suos facere, iuxta c.grauis.de restit.spol.
imo potius mala fides præsumitur, ideo fit sequestratio vsque
ad finalem sententiam, vt hic.

ADDITIO.

a Vinc.God Sequester qua actione agat contra possessorem rei quam perdidit, Alex.post Bart.in l.an interesse, ad h.ff.de acqui.poss.

SVMMARIVM.

1 *Interesse debet restitui antequam absoluantur hi, qui malitiose ponunt impedimenta.*
2 *Sequestrationem impediens, an indistincte debeat puniri.*
3 *Restitutio interesse q; restituere debet impediens sequestrationem fructuum beneficii, cuius sumptibus debet restitui.*
4 *Fructus beneficij litigiosi si quis occupauerit, & ita tenetur ad restitutionem eorum, an possint remitti per eum qui obtinuit victoriam in lite.*
5 *Absoluere quis possit ab excõmunicatione quam quis incurrit occupando fructus beneficij litigiosi, & impediens sequestrationem ipsorum.*
6 *An autem absolutio facta non seruata forma de qua hic, teneat.*
7 *Ordinarius an possit pronunciare impedientem sequestrationem cecidisse a iure suo.*
8 *Sequestrationem impediens quare tam grauiter punitur.*
9 *Ordinarius qui debet sequestrare beneficium si sibi restituatur, an possit inuocare brachium sæculare.*
10 *Appellari an possit a sententia per quam pronunciatur aliquem cecidisse a iure suo, quia impediuit sequestrationem beneficij litigiosi.*

Si quis autem. No. q; occupare sumitur hic in ma-
la parte. de hoc in glo. in verbo, oc-
cupare. & concordat secundum Pau. 8.q.1.illud. de proba. ex
literis. de elec. vt pręteritæ. eo. tit generali.& c.quia sæpe. de of-
fic.ord.præsenti.libro sexto.C.vi bon.rap. l.1.vnde vi.l.fin.J.de
iureiu.cle.1.Aliqñ sumit in bona parte. 7.q.1. factus. de pœni.
dist.2.charitas.de pse.dist.2.nunq̃.de pecu.non iniuste.& eo.tit.
si duo.li.6.& de elect. si quis iusto.eo.li. Scdo no casum in quo
incurrit excõicatiõ ipso facto. de hoc in glo. alios. & alios ca-
sus colligunt hic Pau.& Mat.de quibus.J.de sen.excõ. cle.1.in
1 gl.& per Spec.in suo reper.in tit.de sent.excom. † Tertio no.in
eo q; non sit absolutio, nisi prius amoto impedimento ɔ̃ illos
qui in electionibus vel matrimoniis, vel aliis quibuslibet ne-
gotiis voluntarie & malitiose impedimenta proponunt, q; nõ
possint absolui, nisi interesse restituãt si possunt, & impedimẽ
ta remoueri faciãt. arg. de rap. c.2. qđ fm Lau. nõ erit facile ex
quo causa translata est ad superioris tribunal. arg. de elec. q̃uis.
& c.constitutio.li.6 & credit Lau. ɔfessores, maxime discretos
& literatos errare, si alias istos absoluant. arg. de pœ. q; quidã.
de vsur. cũ tu. Quarto no. casum in quo ponit̃ duplex pœna. &
de hoc in glo. in ver. nihilominus. Quinto no. de duplici iure
respectu beneficij. s. in re & ad rem. de hoc in glo. in ver. vel ad
2 ipsum. † Oppo. q; impediens sequestrationem non indistincte
debuerit puniri prout hic punitur, nam põt esse q; ex causa re-
sistit iudici sequestranti, qđ fieri potest etiã de facto. de off. de-
leg. ex literis.& qđ ibi no. glo. pe. dicit Lau q; hic dicitur proce-
dere si constat q; sequestras mouet bono zelo, vel si est de hoc
dubiũ, quia in dubio debet obtemperari. 23.q.1.quid culpat̃.
sed si notoriũ erat, q; non erat lata sñia, vel aliud impedimen-
tum pp quod non erat facienda sequestratio, tunc standũ est
ɔ̃rio, & idem Genze. ad hoc, C.de iure fisci.l.prohibitũ. lib.10.
intellige tñ q; tũc permittitur resistẽtia facti ɔ̃ iudicem quãdo
grauamen reparari non potest per superiorẽ, alias non. qđ no.
C.v.de app.l.ab executore.& dixi in d.c.ex literis. pro hoc quod
no. Inno. de restit. spo. olim.1. vbi dicit licitum esse ius sibi dice-
a re etiam de facto in defectum [a] omnimodæ iustitiæ, & prædi-
ctus concordat Pau. dicens verbum, impedire, hic intelligi qñ
de facto,

ADDITIO.

a In defectum. Adde Bal.in repe.l.2.in 19.col. C.de serui.

de facto, secus si de iure, puta allegando sententiam non esse
latam, quia tunc non incurrit pœnam, nisi de hoc conuictus
adhuc de facto resistat, vel impediat. facit quod no. de præbē.
pro illorum. secus si confitetur sententiam latam, sed dicit
nullam, vt dicit hæc clem. in fi. Quæro, an sub verbo, si quis,
comprehendatur etiam episcopus. Sol. vt in glo. 1. quæ dicit ꝙ
sic. & idem Genz. Oppo. ad hoc & solue, vt in gl. Secundo quæ
ro, in eo quod dicit de restituendis fructibus, quid si non ex-
tant. Sol. tenetur ad æstimationem, vt dicit glo. in verbo, fru-
ctibus. Et idem Genz. pro hoc quod no. 3. q. 1. §. sed notādum.
3 † Tertio quæro circa hoc, cuius sumptibus fiet hæc restitutio.
dicit Genz. quod sumptibus occupatoris. arg. ff. de rei vendi. l.
si vero. & quod no. in simili. 3. q. 1. reintegranda. & per glo. de
4 vsu. cum tu. † Quarto quæro, nunquid isti fructus possunt re-
mitti ab eo si obtinuit causam? videtur ꝙ non. de rescr. statu-
tum, §. notorium. de censi. felicis. in fi. lib. 6. de hære. cle. 2. §. 1.
in fi. Contrarium tenet Mat. & ad contraria respōdet, ꝙ in eis
prohibetur remissio, quæ non prohibetur hic, tamen secun-
dum eum non debet absolui absque satisfactione, quod intel
lige respectu tollendi impedimentum. pro hoc j. de hære. cle.
2. de pœ. cle. 1. §. 2. de senten. excom. clem. fi. sed quo ad fructus
dicitur satisfactum eo ipso ꝙ ille remisit. pro hoc quod no.
præ. gl. in regula, peccatum. lib. 6. dic quod hoc casu non suffi-
cit remissio in odium impedientis sequestrum, & quia isti fru
ctus pendente lite non efficiuntur partis aduersæ, imo debent
permanere apud sequestrum, j. ea. clem. & hoc puto fuisse de
mente, quia non sunt fructus prædicti in libera dispositione
5 partis aduersæ, eius ergo remissio non iuuat. † Quinto quæro,
a quis potest absoluere [a] ab excommunicatione, de qua hic. Sol.
6 vt in gl. in ver. nullatenus. quæ dicit ꝙ ordinarius. † Sexto quę-
b ro, an absolutio [b] facta non seruata forma de qua hic, teneat.
Sol. vt in ea glo. quæ arguit pro & contra, & remittit ad no. in
clem. 1. de iure pa. de quo ibi in gl. hic addit. & per ibi no. dicen-
dum est absolutionem tenere. Aliud est enim quando simpli-
citer mandatur absolutionem non fieri, nisi certa forma ser-
uata, quia forma videtur esse quædam monitio, vt hic. & hoc
ex quo alias habet potestatem. Aliud quādo simpliciter pro-
hibetur potestas absoluendi, quia tunc legata est potestas infe
rioris, & sic loquuntur iura allegata in glo. ad probandum ab-
solutionem non tenere, pro hoc quod no. Hosti. de priui. c. 1.
lib. 6. tamen pro parte quod non teneat hic absolutio, indu-
cit Genz. verbum nullatenus, hic in tex. quod denotat abdica-
tionem potestatis absoluendi. de app. Romana, §. sententias.
lib. 6. & quod no. Host. de sent. exc. Romana, §. in vniuersitatē.
& §. officiales. lib. 6. & dicit Genz. hoc tutius, quia in dubio de-
bet potius putare se ligatum ꝙ absolutum. de cle. excom. illud.
& quod no. vt li. non conte. quoniam. in gl. vlt. primum verius
per rationem prædictam. Septimo quæro, quare in ver. & ni-
hilominus, fit restrictio ad alterum de litigantibus tantum.
dicit Pau. ꝙ ideo, quia si duo litigant de beneficio, quod totū
spectet ad tertium, absurdum foret dicere, quod per talem li-
tem ille impediretur in iure suo. si ergo tertius, qui non est de
litigantibus, impedit sequestrum vel fructus occupat, non est
7 locus huic pœnæ. † Octauo quæro, an ordinarius possit pro-
nunciare impedientem sequestrum cecidisse a iure suo. Sol. vt
c in glo. in ver. cecidisse. [c] quæ non expresse aliquid approbat, ta-
men inclinat ꝙ sic. & hoc tenet Lau. quia ex quo notoriè com
missum est crimen in sua iurisdictione, ipse habet iudicare, ff.
de offic. præsid. l. præses. 24. q. 3. ecce. de offic. ordi. cap. 1. cessat
enim in hoc omnis exceptio priuilegij vel appellationis, vbi
res de se notoria est iudici, vt in dici. de appel. Romana. §. sinau
tem. lib. 6. 2. q. 1. §. quando. maxime cum omnis notorius rea-
tus excludat quamcunque dignitatem. de offic. ordi. clem. vt
clericorum. dicit autem ꝙ non est necessaria hominis senten-
tia in priuando, sed sufficit declaratio, quod etiam dicit hæc
glo. in fi. ad hoc de hære. cum secundum. lib. 6. & quo ad pri.
concor. Lap. in quadam additione, quia ordinarius punit sibi
subditum de quocunque crimine etiam priuando eum bene-
ficio, licet de causa beneficij quæstio sit in curia. pro hoc de pri
uil. cap. 1. in princ. lib. 6. & quod no. de off. deleg. super eo. de re
8 iud. de cætero. & de maio. & obe. per tuas. † Nono quæro, qua-
re impediens sequestrum, ita grauiter punitur hic. So. quia de-
liberatæ voluntati superioris resistit. pro hoc 11. q. 3. qui resi-
9 stit. & c. Iulianus. Lau. † Decimo quæro, an ordinarius si inue-
nit resistētiam possit implorare brachium sæculare. Sol. Lau.
10 ꝙ sic. de offic. ordi. c. 1. & ibi dixi. † Vndecimo quæro, an a sen-
tentia, de qua hic, per quam pronunciatur cecidisse a iure suo
possit appellari. dicit Lap. ꝙ non, cum a pęna legis non appel-
letur. sufficit autem quod is qui læditur, contradicat, vt no. de
consti. cum omnes. nec enim lex confirmatur processu tem-
poris: imo si est iniusta, nunquam valet. 10. q. 3. inter cætera.
alias post quingentos. vbi no. in glo. ibi, præscriptio, quæ est sin
gularis. pro hoc quia de ratione legis est, ꝙ sit iusta. 4. dist. erit
autem lex. pro hoc ꝙ non posit appellari, est, quia hic cadit
ipso facto ad hanc pœnam, vt probetur ipso facto. & idem se-
cundum Lap. si diceret eo ipso cadat. de elec. quam sit. in fi. li-
bro sexto. secus si diceret cecidisse pronūcietur, quia tunc sen-
tentia esset hominis, non iuris. pro hoc de iura. calum. c. fin. &
quod ibi no. in gl. fi. de foro compe. si diligenti. in glo. sed nun-
quid. bene autem secundum Lap. poterit appellari a declara-
tione pęnæ legis, quæ ab homine fit, & hoc cum dubium est
an inciderit, vel constat eum incidisse. pro hoc quod no. de
elec. cupientes. §. insuper. in glo. & pertineat. lib. 6. quæ est sin-
gularis. & Spec. de recu. §. vlt. ver. hoc etiam no. & per Archid.
3. q. 5. ꝙ suspecti. & hoc casu per appellationem suspenditur
effectus pęnæ legis cum dependeat ab ipsa declaratione, quæ
suspensa est per appellationem, qua pendente &c. de ord. co-
gni. tuam. qui fil. sint legi. causam. 2. & dicit Lap. idem videri si
appelletur a declaratione qua pronūciatur aliquis excommu
nicationem incurrisse, quia pendente appella. non debet in
extraiudicialibus, & forte etiam in iudicialibus euitari. de sen-
ten. excom. solet. in fi. lib. 6. de appel. peruenit. 1. & quod no. de
app. pastoralis. Opp. ad hoc, quia sicut non appellatur ab excō-
municatione. d. c. pastoralis. ita videtur ꝙ non posit appellari
ab hac declaratione, per quam pronūciatur illum excommu-
nicatum, cū huic declarationi sit standum. de proba. post ces-
sionem. Solu. aliud quando iudex excommunicat, quia tunc
constat de excommunicatione, quæ ligat etiam si iniusta. de
sent. excom. sacro. nec suspenditur per appellationem. d. c. pa-
storalis. aliud in tali declaratione, quæ potest esse non vera:
ideo in dubio, vel cum constat eam non esse veram, procedit
dictum Lap. quod est singulare & vtile in practica. & idem
no. Lap. de sen. excom. is cui. lib. 6.

ADDITIONES.

a Quis potest absoluere. Adde Pau. de Leaz. in cle. 1. de reb. eccle. non alie.
Vinc. God. An iudex ordinarius absoluere possit, an ille qui excommunica-
uit. Fely. in c. ad reprimendum, de off. ord.

b Absolutio. Adde Bertachinum de Firmo in tract. de gabellis. in octaua parte
tertiæ partis. in princ. 7. col. ver. item est in absolutione. Card. in cle. 1. 30. q.
de doci.
Vinc. God. Quæ autem sit practica absoluendi. Vide Fely. in c. ex tenore. in
prin. de senten. excom. quæ autem sit forma. idem Felyn. in Serm. de indulg.
plena. col. 5. ver. 3. dicit.

c Glo. in ver. cecidisse. De materia istius glo. vide in cap. 1. de priui. lib. 6. & ibi
Doct. in c. super eo. de off. deleg. Doct. in c. de cætero. de re iud. Doct. in c. per
tuas. de maio. & obe.

Præmissis. No. ꝙ constitutio non concernit præceden
tia, nisi de eis exprimatur. & quomodo, &
quando concernat, dixi de consti. c. 2. & c. fi.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis qualibet, an intelligatur sublata in cle. vnica, de*
sequest. possess. ver. non obstante.
2 *Et an qualibet exceptio inferens nullitatem audiatur.*
3 *Appellatio interiecta a sententia lata super possessorio, an suspendat*
ipsam sententiam, ita quòd impediat executionem, sicut si lata esset
in petitorio, & ab ea appellatum.

Non obstante. No. casum specialem, in quo non
excipitur de nullitate, cum tamen
alias posit excipi, & pendente causa nullitatis nil debet inno-
uari sicut pendente appella. C. nil inno. app. pen. per totum. de
1 reg. iu. de cætero. † Quæro, an quælibet exceptio nullitatis hic
intelligatur sublata. glo. vlt. dicit ꝙ non est sublata nullitas per
quam negatur iurisdictio, quia oportet, ꝙ constet de senten-
tia, & de iurisdictione auditoris. quæ glo. est singularis, & ne-
scio alibi. & facit ad multa, & pro ea est. ff. qui satisd. cog. l. se-
cunda. §. quod ait prætor. 2. & quod ibi no. Bart. nam ex eo qđ
ibi dicit tex. ꝙ id quod dicit prætor, sufficere, qualiscunque fi-
deiussor accipiatur de iudicio sisti, referendum est ad faculta-
tes. i. ꝙ etiam non locuples. arguit Barto. saltem de substantia
oportere ꝙ constet, videlicet ꝙ sic fideiussit. & pro hoc argu.
ad q. Dictat statutum ꝙ sententia arbitri nulla obstante exce-
ptione mandetur executioni. quod debet intelligi, ita tamen
ꝙ constet, ꝙ sit arbiter, & ꝙ sententiam tulerit, quod expresse
deciditur per hanc gl. pro hoc quod plene no. Bart. ff. quod vi
aut clam. l. 1. §. hoc interdictum. vbi dicit ꝙ si statutum dictat
ꝙ contra instrumentum publicum nulla obstet exceptio, in-
telligitur, ita tamen ꝙ constet de instrumento, & ꝙ constet
esse publicum, & sic admittitur quælibet exceptio contra solē
nitatem substantialem instrumenti. aliæ autem exceptiones
non iure exceptionis, sed per implorationem officij iudicis
etiam admitti possunt, quia prohibitus excipere non prohi-
betur officium implorare, ff. de peti. hære. l. plane. & l. fin. nau.
cau. sta. l. 3. in fi. quod no. & pro hoc de iureiu. ad nostram. 2. &
idem

idem dixi de offic.deleg.ex parte.2,& quod dico J.ea.q. secus
autem dicit Bar.ibi si statutum dicit,nulla exceptio, seu defen
sio admittatur, quia nūc etiam iudicis officium est exclusum.
quod no.per hoc infertur ibi, ꝙ si opponeretur stāte casu præ-
misso, quod instrumentum esset simulatum,non admittitur
exceptio,quia licet contractus, de quo in instrumento,non sit
verus,sufficit tamen ꝙ instrumentum est publicum. quod dic
verum respectu simulationis concernentis contractum, sed si
opponitur simulatio respectu rogationis,vt quia dicitur ꝙ ro
gatio notarij nō fuit simulata, bene admittitur, quia pro hoc
deficit solennitas substantialis instrumenti.in Auth. de rabel-
lio.§.nos autem.col. Oppo. ad prædicta, potissime ad dictum
glo.in eo quod dicit, vt prædixi solam nullitatem per quam
negatur iurisdictio hoc casu opponi posse, quod imo, & alia
nullitas notoria,vel quam statim paratus sit probare. argu.de
resti.spol.literas.in fi.Sol. Lau.& Genze. ꝙ si ordinarius habet
sententiam pro bona, iusta, & rite lata, non audietur impu-
gnans ex aliqua causa nullitatis in casu isto. alias si sibi non
constat,poterit informari,& audiet tunc impugnationem su-
per nullitate ratione deficientis processus de quo non præsu-
mitur,nisi probetur.de proba.quoniam.vbi de hoc. vel aliter
dic ad c.literas, ꝙ ibi loquitur quando de impedimento con-
stat.& per illud cap.dico ꝙ non auditur hic exceptio nullitatis
quando de ipsa oporteret probari,secus si cōstat, ꝙ tenet Lap.
dicens ꝙ a quocunque opponatur,non auditur exceptio nulli
tatis, vt hic. si tamen constaret ordinario sententiam nullam
esse, non faciet huiusmodi sequestrationem. non enim dici
potest lata sententia, quæ nulla est. & dicit Lap.quod in mul-
tis casibus repellitur opponens, non tamen tollitur iudicis of-
ficium, vt no. 2.q.7.alieni. facit de elec. si forte. lib 6. & quod
ibi no.de exce.exceptionem.& c.1.lib.6. & quod no.Innoc.de
app.solicitudinem. ver.cum autem. pro hoc quod dixi J.e.q.
& de hoc etiam de æta. & quali.eam te. & quod no. Archi. de
rescrip.si eo tempore.li.6.ꝙ singulariter no. & pondera in hoc
quod dicit glo. vlt. ibi, ex quo tamen de iurisdictione & pro-
nunciatione constat,& sic vult de his duobus constare debere
excludendam exceptionem nullitatis,sed constare non potest
quando constat de nullitate sententiæ: nam parte etiam non
opponēte tenetur iudex ex officio reijcere per nunc dicta. pro
hoc de fi.presby constitutus. & de offic.vica. c.1.quod ibi dixi
post Innoc.& hoc etiam sentit Genz.hic dicens,ꝙ quando nō
constat de iurisdictione eius, qui tulit sententiam, non proce-
dit hæc litera, quia nec tunc potest dici sententia aliqua fore
lata, ꝙ exigit hoc c.de ver.sig forus.ver.in omni.possent enim
si aliud diceretur,procurari fraudes infinitæ,vt quia per priua
tam personam petitor faceret, sententiam ferri ad suum sen-
sum.& secundum hoc dicit Genz.ꝙ verba hic posita,non ob-
stante &c. debent ciuiliter intelligi. tamen hoc dictum non
facit,ꝙ si cōstaret de alia nullitate quam de ea,quæ opponitur
ratione iurisdictionis quod sufficiat, imo potius facit contra.
& expressius facit,ꝙ subijcit Genz. dicens ex alia causa nō ad-
mitti exceptionem nullitatis, in quo secundum eum salubris
fuit hic prouisio, ne sit in potestate eius contra quem lata est,
omni tempore dicere nullam,& sic omnino tollere prouisio-
nem huius cle.cuius ratio potest esse secundum eum,quia vbi
constat de iurisdictione sentētiam ferentis,ius præsumit quod
sit legitima.de renun. in præsentia. secus vbi non constat. arg.
C.de mand.prin.l.1.de offic.deleg.cum in iure.ꝙ vltimum nō
procedit. non enim præsumitur pro sententia,nisi transiuerit
in rem iudicatam: ideo oportet, ꝙ per acta probetur. de pro-
ba.quoniam contra.hic autem loquitur de sententia quæ nō-
dum transiuit in rem iudicatam. patet in eo quod pōderatur
expectandam finalem victoriam, quæ frustra expectaretur si
non esset appellatum,quia iam diceretur peruentum ad victo
riam. vnde dic verius prout prædixi secundum Lap. & vt di-
2 co infra quæst.seq.† Secundo quæro circa hæc,an quælibet ex-
ceptio inferens nullitatem iurisdictionis audietur. videtur ꝙ
sic per prædicta in proxi.q.sed Io.de san.Geor.intelligit,ꝙ au-
dietur, cum proponitur per verba negatiua, vt quia negatur
proferentem fuisse iudicem, quæ negatio transfert onus pro-
bandi in aduersarium, vt no.de ele.bone.1.vel si negatur com
missionem ei factam, quia statim per cancellarium constare
potest de hoc: sed si per verba affirmatiua, vel negatiua, quæ
resoluerentur in affirmatiua,secus, vt si dicit iudicem excom
municatum, vel rescriptum impetratum ab excōmunicato,
non audietur etiam si velit statim probare. & dicit sic seruari.
& est mirabile. Opp.ad hoc de resti.spo. c.literas. præalleg. vbi
apparet paria fore si constat, vel si statim vult probare.Solu.
puto æquius,vt stetur contrario, & restringatur iste tex. ad ex-
ceptionem de qua nō constat, vel constare statim non potest,
alias inhærendo literæ, ita indistincte loquenti dici oporteret
nullam penitus exceptionem admittendam, quod tenendo
resultare possent absurda, vt dixi in q.præced. Item qn̄ statim
constat vel constare potest, exceptio potest dici notoria, quo
casu locus est c.literas. & de diuor. significasti. & qđ ibi no. in
quibus probatur,ꝙ etiam vbi non debet admitti exceptio,ta-
men admittitur ea de qua constat, vel statim constare potest.
quomodo autem dicatur statim constare posse, no. de appel.
3 interposita. † Tertio quæro,si appellatum fuit a sententia lata
super possessorio, an per appellationem suspendatur ipsa sen-
tentia & eius effectus, ita ꝙ non fiat executio,sicut non fieret,
si esset lata super petitorio,& appellatum ab ea.dicit Lap.pos-
se dici,quod sic,per principium & fi. huius cle. & ꝓ hoc quod
no.2.q.6.§.diffinitiua.ver.de possessione.per Ioan.& Lau.& in
Spec.de appel.§.in quibus. ver.6. & seq. licet cōtrarium teneat
Io.1.q.7.in sum. & Archi. in d.ver.de possessione. & Innoc.de
no.ope.nun.cap.pen. dicit etiam Ioan.And. de rescript. cap.1.
quod ille ver.de possessione. non habet locum secundum ca-
nones,quod dicit Lap.hic esse satis expressum.de qua quæstio-
ne dic melius,prout dixi supra in prin.in 3.contrario.

De probationibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Papa si dicat, reseruamus nobis, an si dicat, sedi apostolicæ, qualiter hæc inter se differant.*
Adde ad idem num 4.
2 *Literis inferiorum Papa an credatur.*
3 *Sententia in qua dicitur libellum oblatum, litem contestatam, & simi-lia, an faciat fidem.*
5 *Reseruatio beneficij, an possit fieri ab alio quam a Papa.*
6 *Reseruatio legati de beneficio, an sit realis vel personalis.*
7 *Inferior a Papa, an possit committere potestatem recipiendi resigna-tionem beneficij.*
8 *Verba narratiua Papæ, an & quando faciant fidem.*
9 *Quid si Papa narrat reseruationes suorum prædecessorum, super qui-bus gratia fundatur.*
10 *An antē & quādo dicatur intētio Papę esse fundata super narratione.*
11 *Papa narrauit in literis, ꝙ priuauerat Titium & reseruauerat tale be-neficium, quod habebat, quod conferri mandat Seio, venit aliquis ter tius & vult probare, quod Titius nunquam tale beneficium habuit, an audiri debeat.*

CAP. VNICVM.

1 Literis. † No.differentiam, an Papa dicat,
reseruamus nobis, an dicat, sedi
apostolicæ. de hoc in gl.3. & idem Pau.nam
primo casu morte Papæ extinguitur, secun-
do non.de rescr. si gratiose.in 6.de hoc J.q.3.
a Secundo no. de verbo, censemus,[a] de quo
dic vt in glo.vlti. Opp.quod literis narratiuis
Papæ credi non debeat. de priuil.si Papa.lib.6.Sol.hæc fuit ra-
tio dubitandi,vt colligitur ex glo.1. & solue vt in gl.in ver.fun
datur.ratio autem decidendi,quare quādo fundatur intentio
Papæ super narratione creditur, est secundum Lau. quia soli
viuæ voci Papæ crederetur. de test. cum a nobis. & eius literis
b bullatis[b] est credendum.de proba.post cessionem.maxime cū
hæ literæ ad aliud non valeant, cum tamen debeant aliquid
operari,arg.ff.de leg.1.l.si quando.d.cap.si Papa. & ex hoc no.
Lau. ꝙ tantum valet vox expressa per literas,sicut oretenus
prolata.de quo per Host.de despon.impub. ad dissoluendum.
vel secundum Genz.ratio potuit esse,quia Papa non puri ho-
c minis,[c] sed Dei, quem impossibile est mentiri, vicem gerit.de
transla. quanto. & eius legatione fungi dicitur. 7.q.1.omnis.
nec non discipulorum eius.2.q.5.si quis presbyter. nam co ip-
so quod ad tantæ dignitatis apicem est promotus, sanctus re-
putatur.40.dist.non vos. vnde actus sui ex cælesti arbitrio facti
censentur.C.de sum.trini.l.1.in fi.& vtraque ratio tolerari po-
test.Secundo opp.ad idem infra de sen.excom. cle.si summus.
Sol.

ADDITIONES.

a De verbo censemus. Adde glo.in cle.1.de conces.præben.
b Literis bullatis. Adde gl.in verbo,maxime, in l.1.& ibi Cy.& Bal.C.de epis.
& cle.Bal.in l.si qua.C.eo.tit. Bal.in l.si procuratorem,ff.de procu. Io.And.
in addi. Spec.in tit.de instru edi.in §.nunc videndum, ver. sed supplemen-
tum.in addi.mag.
Vin.God. Bulla Apostolica in forma curiæ confecta præsumitur, ꝙ vera sit,
& valeat.Mar Soc.consi.12. qn̄ in præsentiarum. ver.qn̄ principium.lib.1.
c Papa non puri hominis. Adde c.vt nostrum vt eccl.benefi c.1.de homic.li.6.
tex.in cle.1.in §.ideoque. de magist. tex.in c.ad apostolica, in §.nos itaque.
de re iud.lib.6.in verbo, quod Deo, in c.serpens, de pœ.dist.1.glo.in ver-
bo,Papa.in proœmio lib 6.
Vin.God. Papa potest concedere licentiam Cardinali testandi de bonis ac-
quisitis occasione Cardinalatus, Gua.consi.41.nu.4.

Sol. non contradicit, sed concordat, & sol. vt ibi in gl. pen. Ter-
tio opp. ꝙ etiam si non fundetur intentio Papæ super narrati-
uis verbis, tamen debeat eis stari. de censi. cum olim. & ꝙ ibi
no. de instrumento faciente mentionem de finibus episcopa-
tuum, licet principaliter non cōfecto super finibus, cui tamen
statur. So. Mat. ꝙ illud procedit in probatione finium, vbi non
requiruntur arctæ probationes. de proba. cum causam. quasi
velit dicere ꝙ sufficit semiplena probatio. & colligit aliqua ge
nera semiplenæ probationis. primo per vnum testem, ff. de
do. præleg. l. Theopompus. quemad. test. aper. l. prima. §. fi. Itē
per scripturam domesticam, quæ non sola, sed cum alijs pro-
bat. C. de proba. l. instrumēta. de hoc dic, vt dixi, de fi. instr. c. 1.
Item per fugā. in Auth. de col. §. super hoc. & §. si quis autem.
de præsum. nullus. 3. q. 9. decernimus. Item si quis dicit se in vr
be cōpulsum, quia nō est verisimile, ex hoc oritur semiplena
probatio contra eū. ff. quod me. cau. l. non est. Item per famam.
C. de reb. cred. in bonæ. quod dixi de test. veniēs. 1. & quod no.
2 glo. de app. c. 1. † Quæro, an literis[a] inferiorum Papæ credatur.
a Sol. vt in glo. 2. quæ remittit. & de hoc etiam de re iudi. abbate
sanc. lib. 6. & de verb. sig. abbate. Lap. distinguit, ꝙ aut narratio
seu assertio in talibus literis fit in commodum alterius, & pro-
bat, aut in damnum, & non probat. ratio diuersitatis, quia in
primo fauor, ideo ampliandus. in secūdo odium, ideo restrin-
gendum. regula, odia. libro sexto. in præiudicium vero impe-
trantis, vel scribentis bene faciunt fidem. pro hoc quod no. de
iureiu. c. fin. lib. 6. & per eundem Lap. in repe. c. Iacobus. de si-
mo. in 4. quæst. sed quod dicit Lap. quod in commodum alte-
rius creditur, non videtur procedere, nisi in præiudicium scri
bentis, & sic potius debet fieri duplex membrum tantum ꝙ
in præiudicium scribentis, vel impetrantis statur. sed in præiu
dicium alterius non. & hoc quo ad priuatas personas, quo ad
3 alios dic vt no. in c. post cessionem. alleg. in gl. † Secundo quæ-
ro de instrumēto sententię, in quo dicitur libellum oblatum,
litem contest. & similia, an faciat fidem de illis. Sol. glo. in ver.
fundatur. remittit, dicit Pau. ꝙ facit fidem, quia tabellio non
intelligitur loqui, nisi de his, quæ eadem die & loco acta sunt
coram eo, etiam si exprimatur dies & locus, quibus singulari-
ter prædicta facta dicuntur, quia de eis instrumentum est te-
stimonium, vt no. Inno. de proba. quoniam, & de hoc ibi dixi.
4 † Tertio quæro, in eo quod hic fit differentia, prout etiam di-
xi in t. no. an Papa reseruet collationi suæ an se. ap. quia dicit,
reseruauimus collationi nostræ vel se. ap. talem prouisionem,
an obeunte Papa extinguatur reseruatio. videtur quod non,
quia ibi duæ disiunctiuæ proponuntur, quorum alterum per
se stare potest, primum secundum ordinem scripturæ recipi-
mus. ita dicimus Lau. qui subdit contrarium videtur, & nihil
alle. pro primo de ordine attendendo. de præb. super eo. lib. 6.
pro secundo, quia dispositio videtur incerta, & sic non tenere.
de elec. c. 2. lib. 6. tamen quia actus Papæ non possunt per infe-
riorem interpretari. de consit. vti. c. 1. & cap. 2. videtur dicen-
dum, quod ipse reseruans vel successor habeat eligere, an re-
seruatio sit facta sub nomine personæ, an sub nomine digni-
tatis. de alternatiua autem dic, vt dixi de rescr. inter cæteras.
5 Quarto quæro, an reseruationem[b] beneficij possit alius face-
b re quam Papa. Sol. vt in glo. in ver. reseruasse. & idem Pau. &
6 Gēze. & in gl. fi. & de hoc per Host. de app. cōstitutus. r. † Quin
to quæro, quia in gl. in ver. reseruasse. fit mentio de reseruatio-
c ne legati, an eius reseruatio[c] sit realis, an personalis. dic ꝙ expi
rat finita legatione. de offi. leg. præsenti. li. 6. ideo dicit Archi.
ibi quod est personalis. arg. 7. q. 1. petisti. 26. q. 2. non exemplo.
7 de concess. præben. constitutus. † Sexto quæro, an potestatem
recipiēdi resignationem beneficij possit alius quam Papa cō-
mittere alijs, & cum hoc potestatem conferendi. Sol. vt in glo.
in ver. commisisse. & idem Pau. Septimo quæro, de exemplis
circa tex. Sol. in eo quod dicit de reseruatione Papæ, exemplū
de c. si capitulo. de concess. præb. li. 6. in eo quod de receptione
resignationis, exemplum de offi. deleg. ex parte. 1. de præben.
dudum. lib. 6. in eo quod dicit suspendisse, exemplum de con-
cess. præb. c. fi. de do. & contu. cap. veritatis. in eo quod dicit vel
alia similia, exemplum vt in glo. in hoc verbo, vel secundum
Genz. vt quia dicit postulationem vel electionē se refutasse. de
elect. innotuit. de postu. præla. gratum. vel secundum Pau. vt
8 quia dicit se interdixisse vel deposuisse vel loca exemisse. † Octa-
uo quæro generaliter, an & quando stetur verbis narratiuis
Papæ. Solu. vt in glo. in ver. fecisse. quæ est notabilis, & in effe-
ctu vult, ꝙ aut super narratiuis non fundatur intentio Papæ.
& non probant. aut sic, & aut sunt de facto proprio &c. vt in
glo. ver. ex his. vsque ad fin. cuius membra bene probantur in
præced. parte glo. & idem Pau. in eo tamen quod glo. dicit ꝙ
statur narratiuis etiam quæ non sunt de facto Papæ, dummo-
do super eis fundetur eius intentio. Cōtrarium videtur tenere
Oldr. in consil. 368. per arg. a contrario huius literæ. sed verius
est, quod dicit glo. quę bene respondet ad hanc literam. Et pro
pleniori intellectu glo. dic, vt in seq. q. maxime quæst. 10. Et in
eo quod hic dicitur de narratiuis verbis literarum Papæ, ge-
neraliter de verbis enunciatiuis, an probent, no. de suc. ab inte.
c. si. & per Bar. plene, ff. de dona. l. ex hac. per Barto. C. de mili.
9 test. l. ex his. † Nono quæro circa hoc, quid si Papa narrat in li-
teris suis de reseruationibus suorū prædecessorum, super qui-
bus gratia fundatur. Sol. vt in extrauag. Cle. 6. prouida. vbi di-
10 citur, quod adhibetur plena fides in iudicio & extra. † Deci-
mo quæro, quando dicitur super narratione fundari intentio
Papæ. dicit Lau. ꝙ tunc quando apparet, ꝙ Papa intendit ad
hoc principaliter narrandum & insinuandum. & ideo dicit
idem Lau. & Genz. hanc cle. intelligendam de literis principa
liter confectis ad insinuandam gratiam vel intētionem, licet
principaliter ipsam gratiam non cōtineant, quod fieret si prin
cipales literæ exhiberentur. de offic. delega. cum in iure. C. de
man. Princ. l. 1. & in hoc distinguit Lau. nam quandoque Pa-
pa narrat factum suum tantum, sicut quando suam gratiam
vel intentionem in suis literis indicat, & tūc est ei credēdum,
vt hic. quandoque narrat factum alterius tantum, puta quan-
do ea, quæ sibi per partem sunt suggesta, in suis literis narrat, &
non vult sibi credi, nisi sint veritate subnixa. de fi. instr. ex lite-
ris. de priui. si Papa. in prin. lib. 6. de præbē. clem. si dignitatem.
quandoque narrat factum suum & alterius, vt quando in lite
ris ius parti reddit vel alicui in illis literis gratiam facit, & tūc
credendum est d. c. si Papa, §. 1. de renun. sanc. de verbo. sig. ab-
bate. cum simi. Lap. vero dicit posse dici, ꝙ etiam si narrat fa-
ctum alienū, super his super quibus fundatur intentio Papæ,
dummodo non de facto suorum prædecessorum, si hoc facit
proprio motu, stetur, licet posset probari contrarium: si autē
ad petitionem alterius, non stetur, nec transferatur onus pro-
bādi in aduersarium, sed probet ille pro quo est facta narratio,
ad hoc de præbē. si motu proprio. & c. seq. lib. 6. & cle. si Roma
nus. eo. tit. de sent. excom. si summus. de transa. ex literis. & qd
ibi no. in regula, non liceat actori. 3. q. in fi. lib. 6. & secundum
hoc limitandum foret, quod hic dicitur in gl. magna. tamē de
stylo curiæ est, quod literis non motu proprio concessis, post
narrationem dicitur, vt asseruit impetrans, vel vt asseritur. Et
verum est, quod impetranti incumbit onus probandi. & de
hoc dic, vt dixi de præsumpt. c. fin. & per hoc deciditur q. seq.
11 † Vndecimo quæro circa hoc, Papa narrauit in literis, quod
priuauerat Titium, & reseruauerat tale beneficium quod ha-
bebat, quod mandat conferri Seio, nunquid auditur tertius
volens probare ꝙ beneficium nō fuit Titij. Sol. fuit q. in facto.
dic ꝙ sic, & hoc aperte dicitur in glo. mag. in verbo, probatio
vero. & in hoc dicit Lau. de Pinu concordando ei, ꝙ dixi sta-
tim, ꝙ impetrans tenetur probare, quod beneficium fuerit il-
lius. & ꝙ hæc litera non probat, quod super hoc literæ Papæ fi-
dem faciat. Alij tamen in quæstione illa allegauerūt, ꝙ de sty-
lo curiæ non cōcederentur literæ, nisi fides fieret, quod benefi
cium fuisset Titij. dic vt dixi supra q. proxi. ꝙ imo conceduntur
tur cum illis verbis, vt asseruit impetrans, vel vt asseritur, &
tunc incumbit impetranti onus iustificandi suam gratiam
per prædicta.

ADDITIONES.

a An literis. Adde Ro. decis. 404. in nouissimis.
b An reseruationem. Adde tex. in c. 1. de off. deleg. lib. 6.
Vinc. God. Reseruatio iuris per copulam intelligitur de diuerso a præceden
ti, Buy. cons. 30. nu. 4. lib. 5.
c An eius reseruatio. Adde Doct. in c. præsenti, de off. leg. lib. 6. & Archid.

De testibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Hand, dictio quid importet, & qualiter stet.*
2 *Princeps, verbum qualiter potest accipi.*
3 *Principes non debent concedere priuilegia infidelibus, quæ cedant in opprobrium fidei catholicæ.*
4 *Religio, verbum quot modis sumi potest.*
5 *Authoritas superioris non excusat in delictis.*
6 *Censura ecclesiastica circa quæ consistit.*
7 *Christiani si producuntur in testes contra infideles, an possit contra eos excipi de criminibus.*
8 *Quid si infidelis testificatur pro Christiano.*
9 *Testis Iudæus an admittatur contra Iudæum, vel infidelis contra infidelem.*
10 *Iudæus si litigat contra Christianum, an iurare debeat super sacra, vel de calumnia.*
11 *Frater an possit testificari pro fratre.*
12 *Dapifer vel familiaris, an possit inter duos dominos testificari.*
13 *Testes si inter se discrepant, quid erit.*

CAP.

CAP. I.

Vm Iudæi. Summa vt in glo. 1. vel magis propriè sic. Exhortantur principes ne priuilegia concedant Iudæis vel Saracenis, ꝙ per Christianos testes conuinci non possint, & ꝙ priuilegia concessa super hoc seruari non permittant, qui-
1 bus si vtuntur, subtrahitur Christianorum commerciũ. † No.
a de dictione, haud,[a] quod secundum Pau. stat negatiuè, & coniunctim, & innuit quod super ciuilibus & criminalibus priuilegiati erant. facit ff. de verb. oblig. l. si sic stipulatus. secundum eum, sed melius probatur, ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta, §. vtrum. nam alternatiua sequens negationem habet vim copulatiuæ, vt hic. de quo dixi de rescri. inter cæteras. potest etiã secundum Pau. dictio, haud, esse alternatiua, & innuere, ꝙ super altero tantum priuilegiati erant, & vtrunque intellectum tangit glo. 3. & qualitercunque intelligatur in hoc non refert.
2 Secundo no. ꝙ verbum, princeps,[b] aliquando sumitur genera-
b liter pro quolibet principe citra regem, sicut hic. & sumitur hic latius quam infra de bapt. cle. vnica. nam comprehendit quemlibet sub quo tanquam sub domino temporali degunt Iudæi. eo. tit. postulasti. & c. in nõnullis. idem dico J. de iureiu.
3 cle. vnica. in prin. in 1. no. † Tertio no. ꝙ principes non debent priuilegiare infideles in his, quæ sunt opprobriosa fidei. de hoc in glo. in ver. principum. in fi. & sic intelligitur secundum Steph. 25. q. 1. generale. sic & secundum Pau. non potest princeps dispensare vel aliquid concedere contra ius canonicum, sicut nec contra ius naturale, J. de re iud. clemen. pastoralis. ante fi. & dicit Stepha. quod contra iura priuilegiare nõ possunt, nisi Papa & Imperator, C. de offic. præfec. præto. l. secunda. facit, quod no. Host. de offi. & rehi. c. fi. & dicit Genz. quod in casu huius cle. priuilegium est de manibus Iudæorum vel Saracenorum eripiendum & principi remittendum, C. de paga. l. sicut. nam de iure non valet tanq̃ bono publico contrarium, C. de preci. impe. offe. nec damnosa. canonizata 25. q. 2. ad idem
4 ead. q. omnes. & C. si contra ius vel vtil. publ. omnes. † Quarto
c no. de religione Christiana. sumitur autem[c] & aliis modis religio, de quo remittit glo. in ver. religioni. sed Pau. prosequitur. nam primo sumitur prout hic. concordat. 92. dist. cap. 1. de diuor. gaudemus. de homi. pro humani. lib. 6. C. de sum. tri. l. 1. & 4. & l. si quis. aliquando sumitur magis strictè, vt cum per professionem perditur liberum arbitrium. 12. q. 1. non dicatis. de elec. si religiosus. lib 6. Aliquando pro vita honesta. de consti. ecclesia. de reb. eccl. non alien. c. fin. 16. q. 1. iuxta. 33. q. 5. quod Deo. Aliquando pro dignitate episcopali. de voto. ex multa, §. primo. Quinto no. ꝙ superior ex officio debet prohibere obseruantiam illiciti & prohibiti secundum Pau. de his quæ fi. a ma. par. cap. c. 2. de sen. excom. nouerint. de suppl. neg. præla. cle. vnica. Sexto no. casum in quo prohibetur sub pœna vsus priuilegij, non autem impetratio. de hoc in glo. in ver. vti.
5 & idem Pau. quia ius offenditur hic ex solo vsu. † Septimo no. ꝙ in delictis superioris authoritas non excusat. 11. q. 3. si dñs. de temp. ordi. dilectus, & c. ad aures. patet hic, quia non excusantur vtentes priuilegio principum, minus tamen puniendi sunt inferiores quando in delictis sequuntur errorem maiorũ
6 de transla. cap. a. ad finem. † Octauo no. de censura ecclesiastica. & dicit Mat. quod cõsistit circa spiritualem pęnam. de ver. sig. quærenti. Seueritas autem canonica consistit circa pœnã temporalem. de pœnis. in quibusdam. Sed ecclesiastica animaduersio consistit circa degradationem & curiæ sæcularis traditionem. de verb. sig. nouimus. quę no. Hostien. de homic. pro humani. li. 6. sumuntur autem hæc promiscuè vnum pro alio. pro hoc quod no. de pœn. in quibusdam. de verb. signific. quid per censuram. Oppo. ꝙ Papa non debuerit iudicare contra Iudæos vel Saracenos, qa nihil ad nos de his qui foris sunt. 2. q. 1. multi. de diuor. gaudemus. Confirma quia Papa habet curam solum populi Christiani. J. de re iud. clem. pastoralis. in prin. Sol. vt in gl. in verbo, principum. quæ dicit contraria procedere regulariter, & quod iste est casus specialis. & idem Pau. Mat. dicit ꝙ in quantum Deum offendunt, procedunt: sed in quantum offendunt hominem, procedit clem. vel secundum eum contraria possunt intelligi de directa coërtione, hoc de indirecta, pro hoc quod dicit glo. pen. & hæc vltima vera, licet etiam pręcedentes tolerari possint. Secundo opp. ad idem, quia Iudæi sunt tanquam laici sub regula laicali constituti. 11. q. 1. duo. Item post eorum ortum non recipiunt aliquid spiritualitatis exterius, puta coronam vel conuersionem religiosã, nec interius characterem baptismalem, & sic nec quo ad forũ contentiosum corpus, nec ad forum animæ eorum animæ Papæ subsunt. Sol. Genz. quod hoc facit Papa propter iniuriã & offensam quam aduersus religionem Christianam cõmittunt, quam Papa aduersus quoscũque extraneos defendit. 23. q. 4. displicet. vel ꝙ subsunt indirectè, prout dixi in præceden. contrario. vel secundum eum etiam directè, quandoque quo ad pœnam temporalem non quo ad spiritualem. de hoc 17. q. 4. constituit. 28. q. 1. sæpe. & quælibet solutio de prædictis tolerari potest. Tertio oppo. ꝙ non debuerit prohiberi priuilegiũ de quo hic, nam Iudæi contra Christianos non recipiuntur in testes. eo. tit. Iudæi. & c. licet. ergo & econuerso non debent Christiani admitti contra Iudæos, vt seruetur paritas in iudiciis. Solu. vt in gl. in ver iuri. quam singulariter no. in eo quod dicit illam regulam de paritate seruanda in iudiciis, intelligi quo ad personas actoris & rei, non autem quo ad alias. quod dic, vt in gl. & idem Pau. vel secundum Lau. contrarium procedit quo ad priuilegium, ꝙ quis impetrat ad sui instantiam, tunc enim tenetur etiam recipere contra se. ff. quod quisq. iur. in rubro. & in l. 3. ad hoc de consti. cum omnes. de præb. pro illorum. secus in priuilegio ꝙ habent Christiani, ne conuincantur per testes infideles, quia fuit cõcessum proprio motu & sic non debet contra Christianos retorqueri. similem sol. no. glo. de mutu. peti. ca. fin. in fi. quæ est notabilis pro hoc secundum Lau. & Genze. quia in Christianis cessat ratio, quæ est in infidelibus. Infideles autẽ tanq̃ in fide Christi fallarij contra Christianos non admittuntur quasi de falsitate suspecti. 2. q. 7. non putest, & c. seq. nam Deo infidelis non præsumitur esse fidelis homini. 23. q. 5. si apud. pro hoc quod no. 2. q. 7. pagani. cessante ergo ratione & c. 61. dist. §. his omnibus. Quarto oppo. in eo quod Papa exhortatur principes, potuit enim comminari, & pœnam infligere. de Iudæ. Iudæi. 2. Sol. vt in gl. in ver. exhortamur. quę stat cõtrario, dicens ꝙ hoc facit ex curialitate. idem Lau. Pau. & Genz. & dic ꝙ potius exhortatur q̃ puniat, iuxta illud Mat. 13. ne forte colligẽs zizaniam eradicet & triticum. i. ne coercendo infideles prouocet Christianos in principes. Quinto oppo. in eo quod prohibet obseruari priuilegia prius cõcessa, quia constitutio debet concernere futura non præterita. de consti. c. 2. & fi. Sol. Lau. ꝙ constitutio hic retro respicit, quia concordat iuri naturali. simile de vsu cum tu. & idem Genze. & dic naturali. i. diuino, pro hoc quod no. de consue. c. fi. Item ad contrarium dic ꝙ constitutio concernit præterita, quando de præteritis exprimit, vt hic. ratio autẽ quare hic iuste exprimit, est ea quam nunc dixi. Sexto oppo. ꝙ non debuerit Papa hortari principes, vt priuilegia per eos cõcessa facerent non seruari, cum non liceat venire contra factũ suum. de cleri. coniu. diuersis. dicit Pau. ꝙ possunt contrauenire, quia factum a iure improbatur, vt no. in d. c. diuersis. alias non liceret, quia priuilegia simpliciter data sunt perpetua. 25. q. 2. c. 1. 12. q. 2. si episcopus. de insti. cum venissent de præb. si cui. & de reg. iu. decet. li. 6. Auth. hæc constitutio, quæ de dignitatibus. in fi. col. 6. Septimo opp. quia cum hic prohibeatur tantum vsus priuilegiorũ sub pœna, vt in ver ꝙ si Iudæi. non debuit supra prohibere priuilegia concedi. Sol. Pau. quod prohibetur concessio, ne principes vel eorum officiales timentes negare promissa, obseruent ea de facto. 22. q. 4. c. 2. & eadem ratione prohibetur factio statutorum contra libertatem ecclesiæ, ne de facto ea seruent officiales. de sent. exc. nouerint. & c. graue. J. de vsur. clem. vnica.
7 † Quæro si Christiani producuntur in testes contra infideles, quod possunt, vt dixi s. in 3. contrario, an poterit excipi contra eos de criminibus. Sol. vt in glo. 4. quæ dicit ꝙ sic. & remittit. Lau. arguit pro & contra. primo, ꝙ debeant admitti, quia
d omnis legitima defensio[d] competit etiam excommunicato, & cuicunque. de excep. cum inter. In contrarium, quia frustra legis auxilium &c. de vsur. quia frustra. Solu. secundum Host. qui hoc notauit s. eo. Iudæi. si crimen quod obicitur, est vtroque testamento damnatum admittitur, & idem si nouo tantum,

ADDITIONES.

a De dictione, haud. Adde ꝙ aliquando ponitur pro coniunctiua, vt est glo. 2. in c. 1 de confess. lib. 6. quandoque ponitur restrictiue vel correctiue. Bal. in l. hoc amplius, §. fi. ff. de dam. infec. quandoque ponitur pro &, vt in l. sæpe, ff. de verb. sig. gl. in auth. sed nouo iure, C. de epis. & cle. quandoque ponitur pro non, vt in l. 1. C. quib. mu. excu. & debet scribi per h. & quando, pro vel. Archid. in c. 1. 44 dist.

Vinc. God. De ista dictione haud, vt ponatur pro non, & quando sine h. ꝙ ponatur disiunctiue, vel aduersatiue, vide Cor. in cons. 200 circa, litera a. lib. 2. & Ant sum. in tract. de eo quod interest, in 1. c. nu. 7. ꝙ habetur in li. 5. tract. fol. 178.

b Princeps. Adde in cle. 1. de iureiu. in cle. 1. de rerum permu. in c. fundamenta, de elec. lib. 6.

c Sumitur autem. Adde c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. & in c. fi. de reb. eccl non alien. c. gaudemus, de diuor. & in c. pro human, de homic. lib. 6. Doct. in rub. de regu.

Vinc. God. Benedic. in c. Raynutius. chas. 70. & 71. de testa. vbi plene de religionibus & religiosis.

d Omnis legitima defensio. Adde cle. vnicam, de homi. & diffuse per Fely. in c. intelleximus, de iud.

tantum, cum iudicentur secundum legem Romanam, & secundum eam excipere possunt, C. de Iudæ. l. Iudæi. sed si veteri lege tantum damnetur, vt comederc carnes suinas vel similes, repellentur. 28. quæst. 1. sæpe. cum seq. sed tamē in eo quod dicit de peccato secundum nouum testamentum tantum aliter dicitur in d. c. Iudæi. & Pau. hic dicit tale crimen opponi non posse per infideles in pœnam erroris sui, de quo dixi in d.
8 c. Iudæi. †Secūdo quæro, si infidelis[a] testificatur pro Christia-
a no. Sol. Pau. ꝙ testificari potest vbi non tractatur de alieno præiudicio, vt no. de pœn. distin. 1. multiplex. ad fi. alias secus. sic intelligit quod no. Spec. de teste. §. primo. ver. itē ꝙ est Iudæus.
9 †Tertio quæro, si Iudæus producitur in testem contra Iudæū, vel alius infidelis contra infidelem, an admittitur. dicit Spec. ꝙ sic, in d. ver. Item ꝙ est Iudæus. per c. 2. q. 7. si hæreticus. & c. potest. 23. q. 4. ipsa pietas. Quarto quæro, quæ est ratio quare reprobatur priuilegium, de quo hic. Sol. Lau. & Genze. quod ideo, quia cum infideles pro sola humanitate foueātur a Christianis, cum ipsi admittantur in aliquibus casibus contra Christianos. C. de hæreti. l. quoniam multi. viderentur Christiani inferiores eis, saltem secundum distinctionem auth. si hæreticus. 2. q. 7. cui videtur standum, cum sit in volumine decretorum, licet aliqui dicant non standum, cum omnes hæretici
b sint hodie excōicati. de hære. excōicamus. t. & Iudæi[b] sint in peccato mortali, & sic merito repellendi. co. tit. testimonium. pro hoc quod no. co. tit. c. 1. & ex hac ratione imparitatis, quia Iudæi non vtuntur cibis Christianorū, prohibentur Christiani eorū cibis vti. 28. q. 1. oēs, de Iudæ. & si Iudæos. in princ. Lau. & in eo qđ dicit de hæreticis indistincte repellendis, dicit verū ratione pdicta: de infidelibus aliis dic ꝙ illi non indistincte repelluntur, nec est vera rō præmissa ꝙ sint in mortali. & de
10 his dic vt dixi s. co. tit. c. 1. †Quinto quæro, si Iudæus producit
c in testē, nūquid super sacra iurabit,[c] vel si litigat cum Christiano, nūquid iurabit de calumnia. vr ꝙ nō, quia non licet ei ingredi sacra sic, nec tangere. 5. dist. ad eius. C. de Iudæ. l. Iudæi. in prin. dicit Lau. ꝙ si expedire videbitur iudici, potest compellere, vt iuret super sua lege. C. de Iudæ. l. si qua. quæ parum facit. de hoc in Spec. de iur. cal. §. restat videre. in fi. Sexto quæro, cur communicamus cum infidelibus, & non cum excommunicatis, cum vtrique sint immundi, & sic euitandi. 43. dist. in mandatis. dicit Lau. ꝙ ideo, vt lucrifaciamus Christo, & quia parum curarent si eis non communicaremus, secus de Christianis, quia ex rubore propter hoc confunduntur, vt no. glo.
11 11. q. 3. ad mensam †Septimo quæro, nunquid frater pro fra-
d tre[d] possit testificari. Sol. Mat. quærit de hoc, & de pluribus similibus sequētibus, quæ nō sunt hic necessaria. de hoc in Spe.
12 co. tit. §. primo. ver. sed nunquid. †Octauo quærit idem Mat. de dapifero. i. familiari, an possit inter duos dominos testificari. de hoc quando & quomodo admittantur testes de familia.
13 co. tit. in literis. †Nono quærit, si testes discrepant inter se. de hoc co. tit. in nostra. & dicit Mat. notandum ꝙ testes in causa criminali debent de gradu concordare si interrogentur. 35. q. 6. de parentela. dicit etiam quod testem, quem semel approbaui, reprobare non possum. de hoc de excep. cum venerabi-
14 lis. †Decimo quæro, si testis dixit vnum verum, & aliud falsum, an possum pro parte approbare, & pro parte reprobare, & an si reprobatur in vno articulo, per hoc reprobetur in omnibus. de primo dic ꝙ si pro me recipio, teneor & contra me. co. tit. præsentium. & quod ibi no. de censi. cum olim. de secundo dic, ꝙ vnō dicto testis reprobato reprobantur omnia, quia
15 conuincitur periurus. ꝙ dixi de hæret. fraternitatis. †Vndeci-
e cimo quærit an testis[e] teneatur respondere, an sit infamis, criminosus, vel odiosus. de hoc co. tit. cum causam.

ADDITIONES

a Si infidelis. Adde tex. in c. 1. de testi. & in c. Iudæi, & in c. vniuersis, de testib. in c. placuit, 4. q. 3. Spec. tit. de test. in §. 1. ver. item ꝙ Iudæus. Alex. de Imo. cons. 70. in 1. vol.

b Vin. God. Iudæi tolerantur ab ecclesia non autem hæretici, & ratio est, quia fides Iudæorum habet primordium veritatis, Fely. in c. consuluit, in 2. no. de iud. an autem possint intrare scholas Christianorum, Deci. in c. consuluit, el 3. col. 1. de app.

c Nunquid super sacra iurabit. Adde Io. de Imo. hic in ista clem. circa prin. Ant. de But. in procœmio.

d Nunquid frater pro fratre. Adde Do. Ant. in c. literis, de testi. Idem Ant. in c. literas, de proba. & diffuse per Alber. in tract. de test. in 4. col. ver. si autem causa.

e An testis. Adde Bal. in l. si duo patroni, in §. idem, ff. de iureiur. Doct. in c. 1. in ver. sine confessione, de excep.
Vinc. God. Testis an possit interrogari de turpitudine sua. Barto. in l. 3. post princ. ff. de testib. & alibi per eum, & Alex. in l. 2. col. 1. ff. de iurisd. om. iud.

SVMMARIVM.

1 *Rite, verbum quid importet.*
2 *Publicatio an impediat testium receptionem.*
3 *Testes an admitti debeant super articulis contrariis.*
4 *Testium receptio quando dicatur rite facta.*
5 *Quid si post receptos testes, & publicatos per lapsum triēnij instantia perit, an in alia instantia poterunt recipi testes.*
6 *Testes si deposuerunt super aliquo incluso in articulis, an pars impeditur post publicationem producere super hoc testes.*
7 *Testes an poterunt produci in causa appellationis, si nulli sunt producti in causa principali.*
8 *Quid si pars renunciauit productioni testium, tamen nullos testes produxit.*
9 *Testes ijdem ab eodem, an sæpe possint produci ante publicationem.*
10 *Testes si sint publicati & attestationes perduntur, an iterum poterunt recipi testes.*
11 *Testis si primo vnum dicit in suo testimonio, postea aliud in secundo, cui stabitur.*
12 *Subornatio testium quare magis timetur post publicationem quā ante.*
13 *Testes an post publicationem poterunt produci saltem per restitutionem in integrum.*
14 *An autem & quando liceat post receptos testes alios recipi.*

CAP. II.

Testibus. Primo dictum, secundo ratio: ibi,
1 cum non minus. †No. de verbo, ri-
a te.[a] quod exponit Genz. 1. solēniter, quia hoc verbum iuris solennitatem denotat. ff. de bo. poss. cōtra tabu. l. non putauit. §. non quæuis. de inoff. testa. l. secunda. p hoc de sum. Trin. c. 1. vers. vna. vbi distinguitur inter rite & recte. Secundo no. de articulis exhibendis in litibus. de hoc J. de
b ver. sig. sæpe. Tertio no. de dictione, cum,[b] quę ponitur hic pro quia. de hoc in glo. pen. Quarto no. de subornatione vitanda in litibus, & dicit Lau. & Genze. subornatio est de aliquo falso exprimēdo, vel vero tacendo in testimonio testi per aliquem facta informatio. 3. q. 9. pura. ad hoc de accu. qualiter. & dicitur subornare quasi subtus in aures aliquod malum ornare &
2 sub colore ponere. in Auth. eo. §. quia vero. col. 7. †Oppo. quod publicatio nō impediat testium receptionem, nisi attestationes sint recte publicatæ. potuerūt enim publicari parte inscia, vel inuita, & contradicente ex causa rationali, quo casu non præiudicat publicatio. eo. tit. cōstitutis. 2. quod ibi no. in gl. vlt. Sol. vt in gl. in ver. publicatis. quæ stat contrario, & repetit ver. rite. pro hac repetitione est, quia qualitas præcedens adiecta alicui rei intelligitur repetita in eadem oratione quo ad res alias. ff. de fun. instruc. l. Seiæ. §. Caio. de verb. oblig. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. & ibi per Bart. & de leg. 3. in repetendis. de app. c. secundo requiris. & cum hac gl. concordat Pau. quia secundum cum alias posset iudex per factum suum parere præiudicium partibus, quod esse non debet. & de hoc in Spe. de test. §. satis vtiliter. ver. quid sit publicare. Sed Genze. hoc latius prosequens contrarium, tenet primo pro gl. tamen inducit hunc tex. a contrario. Item quia testes non rite recepti non valent, & non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. regula non præstat. lib. 6. sed hoc non obstante distinguit quod aut attestationes sunt publicatæ ad producentis instantiam, & tunc via sit præclusa sibi producendi alios ob periculum subornationis, vt hic. aut aliter, & tunc secus per iura in contrarium inducta, & per ea quæ no. eo. titu. cum clamor. Ioan. de Lign. tenet primum, quia hæc clem. omnino requirit, quod sint testes rite publicati, & secundum eum non obstat timor subornationis, non enim potest præsumi, quod animo subornandi producat, ex quo productio non tenet, alias nihil operaretur hic verbum, rite. Ad no. in cap. cum clamor. respondet quod loquuntur quando testes sunt rite publicati, sed obscure dixerunt. vnde iterato repetuntur, vt se declarent. vel secundum eum potest dici quod quando receptio vel publicatio est facta non rite, iterato producentur, non vt iterato examinentur, sed tantum supplebitur id, quod non rite factum est. de sacra. non ite. c. 1. & c. presbyter, quod est pulchrum dictum. & pro hoc inducit Bertran. dicentem, quod si excommunicatus producitur in testem nō petito per partem ꝙ absoluatur sicut absolui debuit. s. c. veniens. 2. post publicationem absoluetur, & iterato producetur. intelligit tamen Bertran. hoc verum, quando producens ignorauit de excommunicatione, quia tunc ignorantia excusat. de his dic, vt no. in d. c.

ADDITIONES.

a De verbo rite. Adde in c. neque, 1. & ibi Archi. Io. And. in c. 1. de sum. tri. in ver. ritè, gl. in l. 3. de lib. & posthu. & in l. lecta, ff. si cer. pet.
Vin. God. Rite. De hoc verbo late Alex. in l. 2. ff. de inoffi. test. & in l. iustè, ff. de acqui. poss.

b De dictione, cum. Adde in l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig. Doct. in l. 1. & 2. C. de verb. obl. Raph. Cu. cons. 56. incr Petrus hæres.
Vinc. God. Vide Bart. in l. 1. C. quib. cau. ces. long. temp. præscr. ꝙ ponitur pro quando & quia. & Ias. in cons. 102. nu. 3. lib. 2.

in d c.constitutis alleg.in gl.vbi concluditur φ si parte sciente
& contradicente fit publicatio,admittitur productio, si pars
non didicit testificata. secus si consensit publicationi vel ta-
cuit.de hoc in Spec.co tit §.vlt.ver.antepen.de teste.§.satis v ti-
liter.ver.quid si publicatæ. & secundum hæc dic,φ dictũ Gēz.
procedit quando pars, quæ vult producere, didicit testificata,
quia tunc non admittitur quamuis publicatio fuerit non ritè
facta. nam etiam non facta publicatione non admitteretur,
ex quo percunctata est testificata.in Auth.co.§.quia vero.colla.
7 quod dico J.q.14.dictum autem Io.de Lig. procedit quãdo
nondum didicit. & hoc vult hic Io.de Fan. qui refert Ioan.de
Lig.legendo c.constitutis.distinxisse. φ aliquando fit publica-
tio attestationum solum verbalis, vt quia iudex pronunciat φ
habeantur pro publicatis. & procedit opi. quod admittatur
receptio si publicatio non fuit ritè facta. Aliquando publica-
tio fuit non simpliciter verbalis, sed facta cum publicatione
recitando dicta testium, & talis impedit productionem vlte-
riorem,iste tamen vltimus modus nunq̃ seruatur in facto,sed
est de se verus,& patet ex prædictis. Secundo oppo. φ etiam si
publicatio fit ritè facta, non indistinctè impediatur vlterior
productio,nisi pars didicerit testificata, cessat enim periculũ
subornationis.Sol.Lau.stat contrario, & idem Genze. quia si
adhuc ostenderentur attestationes clausæ, adhuc admitterẽt
productio,vt no.in Spec.co.tit.§.satis.ver.quid si publicatæ.Cõ
tra tamen est, quia ex quo partibus non contradicentibus fa-
cta est publicatio, hæc interlocutoria trãsit in rem iudicatam,
de testib.significauerunt. & tacite videtur partes renunciasse
productioni.co.titu.fraternitatis. & c.de testibus.in fi.quod est
verius. Sed iudex posset interlocutoriam prædictam reuoca-
re,de app.cum cessante. Et eoipso reuocat si producẽtem ad-
mittit,pars tamen aduersa posset appellare. Tertio oppo. ad
a idem de d.cap.fraternitatis. vbi post publicatas attestationes[a]
admittuntur testes.Sol.hic prohibetur super eisdem capitulis,
ibi permittitur super nouis. & hoc vult glo. hic in verbo, eis-
dem. quæ autem dicantur noua, glo. remittit ad no.in dicto
c fraternitatis. & ibi dixi quod noua sunt ea, quæ nunquam
fuerunt producta in illa forma. ad hoc de Iudæis. consuluit.
& c.Iudæi. vt si ago ex mutuo & publicatis attestationib. vo-
lo probare quod confessus fuisti mutuum,audiar,quia hoc est
nouum,& pertinet ad causam. quod declara, vt dixi in d c.fra
3 ternitatis,in 1.q. † Opp. quarto φ super capitulis contrarijs ad
mittantur testes.co.tit.ex tenore.Sol.vt in gl.& in ver.directo.
vsque ibi,super directa.& cõiunge finem gl cum dicit directo
contraria esse,quãdo de eisdem personis & actibus, & de eodẽ
instanti temporis contrariæ formantur,vt in exemplis in glo.
positis & idem Pau.dicens φ super indirecta contrarietate ad-
mittuntur testes post publicationem,dum tamen prius certũ
eatum non fuerit id, super quo fit ex forma articulorum. &
vult Pau.se referre ad vnum dictum Inn.in d.c.ex tenore.cum
dicit illud c.intelligendum, quando miles non capitulauerat
de loco vel tempore,sed testes sui hoc dixerant: si autem capi
tulasset post publicationem,non admitteretur mulier ad pro-
bandum absentiam a loco contractus tempore iam dicto in
capitulis. imputetur enim sibi, quia non probauit ante publi-
cationem, cum potuerit instrui per capitula. & hunc intelle-
ctum approbat Io.An.in addi.Spe.co.tit.§ sæpe testes. in prin.
& ver porro. & vt dixi in d c.ex tenore. secundum hunc intel-
lectum destruitur communis modus intelligendi, quem oẽs
sequuntur. nam secundum hoc non probat illud c. quod su-
per indirecta contrarietate testes admittantur, sed solum φ
possum post publicationem, super non capitulatis specifice
probare falsitatem testium. tamen postea defendendo intel-
lectum prædictum, & hanc cle. dixi ibi φ directa contrarietas
est ea, quæ præcise opponitur capitulis, siue immediate, siue
per quoddam medium, φ necessario infertur attentis solis ca
pitulis. Indirecta est autem ea, quæ non infertur contra ca-
pitulum expresse. Exemplum primi. capitulasti quod mutua-
ueras,post publicationem capitulo, quod non mutuasti. hæc
est directa contrarietas,& immediata. si autem capitulasti φ
mutuaueras tali die, & tali loco, & post publicationem capi-
tulo,φ illo die fui longe absens a loco cõtractus, ita quod non
potuissem ibi esse. hæc est contrarietas directa per quoddam
medium.f.quia idem corpus non potest eodem die esse in di-
uersis locis. Exemplum secundi, capitulasti quod mutuaue-
ras centum, testes probauerunt, φ tali die & tali loco mutua-
ueras. post publicationem volo probare, φ ea die fui absens
longe a loco contractus. hoc non directè resistit capitulo, sed
solum indirectè, quatenus testes restrinxerunt capitulum ad
certum diem & locum, quod plenius prosequere, vt dico in
d c.ex tenore.vbi pono & alium modum intelligendi, tamen
modus præmissus est verus declaratione prædicta. Quinto op.
quod etiam super directo contrarijs post publicationem ad-
mittantur testes,vt si capitulatur φ corrupti falsa dixerunt. de
proba.licet.Sol.vt in ea.gl.ibi,super directa. vsque ibi,essent au
tem. quæ stat contrario.& idem Pau.ego vero in d.c.fraterni-
tatis.in vlt.q. & in d.c.licet. in princ. in 3.q.intelligo,quod po-
test probari falsitas,cum corruptione,duntamen indirectè se-
cundum formam d.c.ex tenore. sed non directè, vt ibi decla-
ro. Sexto oppo.ad idem de c. series. eo.titu. vbi super directo
contrarijs admittuntur testes. Sol. secundũ Hosti.ibi, & alios,
speciale in causa matrimonij. vel dic vt ibi dixi, φ non fit ibi
mentio de publicatis,sed tamen,quia satis colligitur ibi,quod
ibi intelligitur post factam publicationem. præcedens sol. cõ-
munior est,quod dic vt ibi dixi. prosequitur autem Lau. hic
dicens idem in quocunque alio simili in quo res iudicata nõ
obstat, quia etiam post publicationem audietur exceptio. qđ
tenet Hostien.in d.c.series. & enumerat Lau. aliquos alios ca-
sus speciales, in quibus post publicationem auditur exceptio,
de quibus dixi in d.c.fraternitatis.in vlt. q. Septimo opp. in eo
quod permittit eosdem testes super nouis capitulis post publi
cationem produci, quia qui semel deposuit contra me, am-
plius nõ admittetur.4 q.3.in criminali. de accu. meminimus.
& c.cum P. ff.de testi.l.producit.dicit Mat. quod contraria lo-
quuntur in causa criminali,hæc in ciuili. de hoc in d. c.frater-
nitatis. vbi reprobata hac solutione datur alia verior,quod se-
mel productus,qui dixit falsum, non potest produci cõtra eũ-
dem,nec contra alium tanq̃ periurus. sed si non dixit falsum,
aut fuit compulsus,& admittitur secundo;aut se obtulit,& nõ
admittetur,nec secundo, nec primo tanquam suspectos; nec
refert inter causam ciuilem & criminalem,nisi quod aliquali
ter facilius repellitur in criminali. Octauo opp. ad idem de eo,
quod no. Host.in d.c.fraternitatis. Sol. vt in glo.in ver.alios.&
idẽ Pau.reprobatur enim Hosti.in hoc vt dicit glo.& secundũ
Pau.contra eum facit quod no.co.tit.cum causam. in vlt gl.&
idem Hosti.fatetur φ communiter tenetur cõtrarium.Nono
oppo.ad principalem decisionem huius cle.de multis casibus
qui no. in d. c.fraternitatis. in quibus post publicationem ad-
mittitur receptio.Sol.vt in gl.in ver.producere. quæ dicit hoc
regulare.& idem Pau.& casus excepti no.etiam in Spec.de te-
ste.§.satis vtiliter.ver.nec etiam.& ver.seq. Decimo opp.quod
in causa appellationis indistinctè sint recipiendi testes, etiam
super eisdem capitulis,C.de temp.app.per hanc. Sol. vt in glo.
antepe.& Pet.& idem Pau.generaliter autem quando & quo-
modo admittatur exceptio post publicationem.dic vt 3̄.q.13.
Quæro de ratione decidendi quare eodem modo timetur su-
bornatio in causa appellationis,sicut in principali. dicit Lau.
quod ideo,quia causa appellationis vna & eadem est cũ prin-
cipali,licet instantia eas diuersificet, C.ne liceat in vna & ead.
cau.ter. prouo. in rub. & nigro. de app.sua. ¶ Secundo quæro,
quando dicitur receptio testium rite facta.dicit Pau.quod tri-
bus respectibus.f.respectu modi,respectu recipientium, & reci-
pientis. Primum patet.co.titu. c.2.vbi de hoc. & c.fraternita-
tis.in fi.& c.nuper.de hoc in Spec.de testi. §.nunc tractemus.&
duo.§.seq.de secundo.eod.titu.c.2. vbi de hoc in hoc, glo.2. &
c.de cætero.& in Spec.de testi.§.1. de tertio,vt li.non contesta.
accedens.de iud at si clerici.& facit quod no.eod tit cum cau-
sam.in h gl.vlt.hoc etiam sentit gl.in ver.rite.vsque ibi, idem
si.de receptione non rite facta. alia exempla vltra posita hic
in glo.ponit Pau.vt quia parte non citata, vel iuramento non
præstito,vel de persona inhabili puta impuberi. Tertio quæ-
ro circa dicta in proxi q. si receptio est facta non rite,nõ tamẽ
sic quod sit nulla ipso iure, an poterunt iterum testes recipi.
dicit Pau.φ non. imputet enim pars sibi,quæ non excipit. de
proba.licet. oportet ergo φ non sit rite facta, ita φ sit nulla, &
4 tunc possunt iterato testes recipi. †Quarto quæro,si post rece-
ptos testes, & publicatos perit instantia lapsu triennij, per l.
properandum.C.de iud.an in alia instantia poterunt testes re-
cipi. dic φ quæstio non procedit de iure canonico secundum
quod perit instantia lapsu triennij.de iud.venerabilis. sed præ-
supposito quod procederet, quidam dicunt iterato posse re-
cipi testes,quod communiter tenent scribentes, vt no. in cap.
fraternitatis. quod probat Steph. quia licet pereat instantia,
non tamen pereunt confessiones & attestationes, vt probatur
in d.l properandum.& no.Inno.de test.causam.sed pro prima
op.facit, quia licet non pereant attestationes,perit tamen pu-
blicatio,cum pereant omnia, quæ sunt de solennitate iudicij.

Ad

A D D I T I O.

a Publicatas attestationes. Adde c.series.eo tit.& c.innotuit de proba.
Vinc.God. Testes post publicatum processum attestationum, non possunt
regulariter produci super eisdem,vel directo contrarijs articulis. Alex.cons.
58.lib.2. & cons.112.eo.lib. & cons.65. lib.4. & ibi in addi. quando autem
possint recipi.Cor.cons.173.visa litera h.li.4.& cons.174. in causa. litera d.
lib.3.& Fel in c.vltra.de testib.

Ad quod dic quod, quia subest metus subornationis in alia
instantia, sicut in prima vt probatur hic: ideo verius est quod
dicit Steph. & idem dic si alio mō periisset instantia, vt quia fa
cta fuit absolutio ab instantia propter ineptam actionem. de
iudi. examinata. quia licet non tenuerit instantia, tamen quo
ad ea quę legitime facta sunt, tenet & sic si publicatio testium
6 solenniter facta est, non poterūt vlterius recipi. † Quinto quę-
ro, si testes deposuerunt super aliquo non incluso in articulis.
dic ꝙ non impedietur pars post publicationem, super hoc ꝓ-
ducere testes, quod dic vt in glo. in versiculo, ritè. ibi, idem si.
& idem Pau. & ratio, quia non est quid imputetur parti quæ
prius non potuit instrui, argum. de accusa. inquisitionis. §. 1. &
pone exemplum, vt quia testes inducti super venditione de-
posuerunt, etiam super conditione venditioni inserta, de qua
nihil dictum erat in capitulis; publicatis attestationibus, pote
7 rit pars probate quod nulla fuit apposita conditio. † Sexto q̄-
ro, si nulli sunt testes producti in causa principali, an super ap
pellatione produci poterunt. dicit Lau. quod sic. quod proba-
tur in tex. in principio ibi, testibus rite receptis. a contrario. &
8 ratio, quia cessat periculum subornationis. † Septimo quæro,
a si pars renunciauit [a] productioni testium nullis tamen testib.
productis. Sol. Lau. quod aut renunciauit generaliter, & tunc
in causa appellationis producere poterit, quia renunciatio
concernit instantiam causæ principalis tantum, cum sit actus
iudicialis in illa factus, pro hoc quod not. in l. properandum,
C. de iud. & quod dixi supra quæstione proxima, quia acta or
dinaria pereunt finita instantia, sed decisoria non. ff. iudi. sol.
l. cum apud. aut expresse renunciauit testibus & omnib. pro-
bationibus iuris & facti in causa illa producendis, & tunc ac-
quiritur parti aduersæ ius, ita quod nec etiam in alia instātia
possunt produci: nam licet instantia pereat processus partialis
non perijt. de restit. spolia. Pisanis. & arg. supra. de elect. clem.
constitutionem, §. insuper. vbi processus partialis non perit, li
cet instantia iudicii pereat. argumē. supra eodem. de testi. ibi,
vel renunciatum testibus. & hoc verum nisi renuncians se re-
strinxisset ad certos articulos, quia tunc in aliis non noceret,
vel specialiter in causa principali, quia tunc in causa appella-
tionis non impediretur, sup. eo. cum venisset. & hoc ibi no. In-
9 no. & idem hic Genz. & dixi in d. cum venisset. † Octauo quę-
ro, nunquid ijdem testes ab eodem ante publicationem sæpe
induci possunt. videtur quod sic sup. eod. constitutus. 2. in fine.
vbi hoc no. in gl. fin. & c. cum causam. Solu. Spec. eo. tit. §. satis.
ver. sed nunquid. & Mat. hic dicunt quod nunquam jidem te
stes possunt produci sæpius, nisi ex causis no. in dicto versi. sed
nunquid. vt quia non fuit de omnibus recordatus. in authen.
eo. §. quia vero. vel non plene examinatus. sup. eo. per tuas. &
10 c. cum clamor. † Nono quæro, si testibus publicatis perduntur
attestationes. dicit Matt. quod iterum possunt testes produci.
de hoc in Spec. in d. § satis. versi. sed quid. contra tamen est, qa
potest esse metus subornationis, vt quia pars bene recordatur
eius quod non bene pro se probauerant testes, tamen si sunt
ita perditę quod constat eas rehabere non posse, vt quia incen
dio consumptę, verius puto primū, quia est perinde ac si nun
quam fuissent. quærit etiam Mart. de duabus aliis quęstionib.
non pertinentibus ad hanc clem. tamen ne desint eius verba
expedio in duabus seq. quęst. Decimo quæro, si aliquis intra
b terminum [b] petit examinari testes, tamen non deposuerunt.
Sol. Mat. quod imputabitur parti, si nō fecit eos cogi quātum
in se fuit, si autem stetisset per iudicem, parti non imputabi-
tur, vt no. Spec. eod. tit. §. qualiter. versi. quid si quis. vbi dicit ꝙ
iudex tenetur de suo resarcire, ff. de magist. conue. l. 1. de dam
11 no infecto, l. 4. §. penul. † Vndecimo quęro, si testis vnum di-
c cit in primo testimonio, & contrarium dicit in secundo. Sol.
Mat. quod stabitur primo, vt not. supra eod. tit. c. veniens. & c.
cum causam. de hoc in Spe. de test. §. primo, ver. quid si idem
testis. & dic quod si nondum lata erat sententia, vt quia per
vtranque partem in eadem causa fuit productus, neutri dicto
stabitur, quia infertur periurium quod repellit a testimonio.
de testibus testimonium. quamuis enim iam reddiderit testi
monium, tamen ex quo non est approbatum, videtur de se-
12 quenti periurio opponi posse. † Duodecimo quæro, quare
magis timetur subornatio post publicationem attestationū
quam prius. Solu. Pau. quia post publicationem video in quo
testis deficit. vnde potero subornare alium vt illud suppleat,
ꝙ sic non potest fieri in prima examinatione. nam per inter-
rogatoria circunstantiarum poterit deprehendi, si testis erit
subornatus, quod post publicationem fieri non posset, cum
iam sint publicata interrogatoria. Item post publicationem
facilius inducitur pars tanquam prouocata ad subornādum
quam ante, videns quod non probauit quod sperabat. ad hoc
ff. de bon. lib. qui cum maior. §. si libertus. fuit ēt hoc inductū
vt productioni ponatur meta, & sic finis litibus. facit eo. tit. li-
13 cet. 3. † Decimotertio quęro. an saltem per restitutionem in
integrum possunt produci testes post publicationem. videtur
ꝙ non, quia non potest dici ecclesia vel minor, vel alius pe-
tēs restitui, grauatus, quia non recipiuntur testes, cum hoc iu-
re prohibeatur. eo. ti. fraternitatis. & hoc in similibus, & non
dr̄ lęsus qui iure communi est vsus. C. de resti. in integ. non vr̄.
Lau. tenet contrarium, quia restitutio datur ecclesiis læsis. de
resti. in integ. c. i. & c. auditis. Ex hoc infertur ꝙ non æquiparā-
tur restitutio & appellatio quo ad hoc, qa in appellatione pro-
duci non possunt, vt hic. differunt etiā in aliis, vt no. de in inte
gr. resti. ex literis. C. de preci. impe. off. auth. quæ supplicatio.
& idem Genz. primum ꝙ ad hoc non concedatur restitutio,
tenui in d. c. fraternitatis. & ad c. auditis. dic ꝙ non probat, nisi
quod post conclusionem conceditur restitutio ad probandū,
14 ꝙ debet intelligi salua dispositione d. ca. fraternitatis. † Deci-
moquarto quęro generaliter, an & quando post receptos te-
stes liceat alios recipi. Sol. Lau. distinguit & adhuc plenius, &
dic, aut quærimus inter diuersas personas, aut inter easdem.
primo casu sicut rei iudicatę exceptio non obstat. C. res inter
alios acta. in rubro & nigro. de re iudi. cū super. & c. pe ita nec
receptio testium. eod. tit. veniens. 2. Secundo casu aut variatus
est modus agendi, aut non. si sic, receptio alia fieri non potest,
sicut inter diuersas personas. d. c. veniens. si non, aut nondum
sunt attestationes publicatæ, aut sic. primo casu regulariter fie
ri potest productio. eo. tit. fraternitatis. & hic a contrario. Fal-
lit si pars percunctata fuisset dicta testium, quia tunc subesset
metus subornationis: ideo non admitteretur. in auth. de testi.
§. quia vero. col. 7. eo. tit. const. 2. in ver. didicerint. Secundo ca
su aut in eadem instantia, aut in diuersa, si in eadem, regulari-
ter non admittitur alia productio, vt hic. & hoc super eisdem
articulis vel directo contrariis vel inclusis, sed super nouis de
pendentibus a primis. i. pertinentibus ad causam, sicut hic, &
in c. fraternitatis. ꝙ declata vt ibi dixi. fallit si attestationes es-
sent omnino amissæ, quia tunc poterunt produci antiqui &
noui testes, secundum Lau. pro hoc de proba. c. fi. & quod su-
pra. dixi q. 9. Si in diuersa instantia, aut in causa appellationis,
aut in principali. primo casu idem quod in eadem instantia,
vt hic. & ratio est propter maximam affinitatem quam habet
instantia causę ap. cum principali. & quia subest eadem ratio
scilicet metus subornationis. secundo casu exemplum, vt quia
periit instantia, ita quod opus fuit noua, & aut periit, quia lis
non fuit contestata in prima, aut ex alia causa. primo casu se-
cundum Lau. indistincte debent admitti testes de nouo, tam
recepti quam alii. de elec. dudum. 2. quod non multum facit
nisi in hoc quod talis receptio tanquam non rite facta non te
net, & sic est locus receptioni. arg. a contrariis huius cle. Si ve-
ro periit ex alia cā vt per lapsum triennii secundum leges. C. de
iudi. l. properandum. vel quia iudex venit contra formam re-
scri. de resti. spolia. c. fi. dicit Lau. ꝙ est in voluntate aduersarii,
an iterum producantur si viuunt, an stetur productis, sup. eo.
cum causam. & c. pręsentata. dic verius quod receptio valida
non tollitur per peremptionem instantiæ postea secutam. eo.
tit. in c. causam. cum ibi no. per Inn. ideo non erit locus alteri
productioni, sicut in causa appellationis, quia subest metus
subornationis. Ad c. cum causam. dic quod loquitur quando
attestationes non erant ritè receptæ. ad c. pręsentata. dic quod
loquitur in casu speciali quando receptæ sunt coram arbitro.
& rationem ibi dixi.

ADDITIONES.

a Si pars renunciauit. Adde Bal in l. 2. in apostil. ff de testi. Bal. & Ang. in auth. iubemus, C. de iud & ibi allegat c. fraternitatis, de testi.
Vin. God. Adde quod renuncians uni iuri non excluditur ab alio iure sibi ad eandem rem competenti, Ruy. consi. 141. nu. 3. 7. & 9. lib. 4.

b Si aliquis intra terminum. Adde l. locum, in §. hoc interdictum, ff. de tabul. exhi. in l. fi quando, C. de test. in l. 1. in §. 1. ff. eo. tit.

c Si testis vnum dicit. Adde c. solicitudinem, de app. in l. fi. & in l. qui varia, ff. eo. tit.
Vin. God. Quando testis possit reduci ad concordiam, Dec consi. 417. nume. 17. lib. 3.

De iureiurando. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, nomen est generale & comprehēdit imperatorem & etiam inferiores tam clericos quam laicos.*
2 *Imperator debet esse catholicus.*
3 *Officium nullum debet committi non catholico.*
4 *Christus est caput ecclesiæ.*
5 *Imperium Romanum fuit translatum de Gręcis in Germanos.*
6 *Imperatorem eligunt certi principes nominati.*

7 *Corona imperij qualis sit.*
8 *Imperator vngitur sacro oleo.*
9 *Imperator an in sacra vnctione sua suscipiat aliquem ordinem.*
10 *Antiqui. s est obseruanda.*
11 *Imperator an assumatur ad apicem celsitudinis.*
12 *Electores imperij si sint negligentes in eligendo imperatorem, quis potest eos monere.*

CAP. VNICVM.

ROmani. Diuide vt in gl. 1. & lege per partes,
licet contineat vnum factum. & s'm
Pau. h. d. Iuramenta quę Romanę ecclesiæ prēstāt
Romani principes fidelitatis existunt. vel secundū
Genz. Imperator adstrictus est ad fidelitatis iuramentum prę
standum ecclesię. vtraque summatio hic colligitur, sed prima
1 verior in ver. cęterum. † No. ꝙ verbum princeps, est generale,
& comprehendit imperatorem, vt hic in prin. & etiam inferiores
clericos, vel laicos, vt inf. ī hac particula ibi, certos prin
cipes. comprehendit etiam papam. de hoc inf. de bap. cle. prę-
2 senti. in gl. in ver. regum. † Secundo no. ꝙ imperator debet es-
se catholicus, vt hic, in prin. in ver. fidei possessores. & non dr̄
simpliciter fidei, sed orthodoxæ. i. catholicæ seu Christianæ.
Genze. vel expone, vt in c. damnamus. alleg. in gl. & ꝙ non de-
beat nisi catholico tradi regimen imperii, probatur de ele. ve-
nerabilem. ibi, sacrilegium. & ibi, Henticum. & ibi, paganum.
a & hoc hodie. i. post aduentum Christi. [a] 23. q. 4. si ecclesia. in
3 auth. iusiur. quod præsta. ab his. col. 2. vbi etiam inferius † offi
cium non debet committi nō catholico. ad idem. 17. q. 4. con
stituit. C. de sum. tri. l. 1. C. de hęre. per totum. & dua. rub. se. C.
de iudæis. l. vlt. de offi. pręfec. pręt. Afri. l. 1. in auth. de eccl. tit.
4 in prin. col. 9. Pau. & Genze. † Tertio no. ꝙ ecclesiæ [b] caput, est
b Christus. de hoc in gl. 5. ad hoc extrauag. Bonifa. 8. vnam san-
ctam. in prin. 24. q. 1. adnotauit. sua namque passione nos rede
mit. de conse. dist. 2. iteratur. Item secundum Pau. Christus est
c sponsus ecclesiæ. [c] 61. di. c. sponsus. & ecclesia sponsa. 97. di. c. 1.
24. q. 1. loquitur. & ideo secundum Genze. ecclesia dicitur es-
se sine macula & sine ruga. 21. dist. quamuis. quod declara vt
no. de ele. fundamenta. in princ. lib. 6. & non potest esse nulla.
29. q. 1. pudenda. Quarto no. ꝙ imperator approbationē perso
næ ad imperium recipit a papa. & secundum Lau. approba-
tio fit examinando. d. c. venerabilem, vbi etiam ponūtur hæc
quę hic de vnctione, consecratione, & coronatione. & not. se-
cundum Pau. ꝙ dicit approbationem, & non dicit cōfirma-
tionem, quia confirmatione non videtur indigere, sed appro-
batione, vnctione, consecratione, & coronatione. licet glo. vi-
deatur aliter sentire. 93. dist. legimus. vbi dicit cum ex electio-
ne verum imperatorem antequam confirmetur, quod non
est verum, cum ex electione habeat imperium. inf. ea. cle. ver.
postquam. vbi de hoc in gl. istud. Quinto no. differentiam in-
ter apes & apex. quod dic vt in gl. ver. apicem. & simile verbū
secundum Genze. 40. di. non vos. sup. in prooemio lib. 6. versi.
5 nos. de concess. pręben. c. fin. eo. lib. † Sexto no. de translatione
imperij a Gręcis in Germanos. de qua de ele. venerabilem. &
fuit facta in persona Caroli anno Domini. 350. vt dicit Lau.
sed dic vt ibi dixi. fuit enim anno 1253. vt in Spe. hystoria. lib.
24. c. 61. & sic no. secundum Mat. ꝙ apud Teuthonicos est re-
gnum mundi & regnum Romanæ ecclesi. de conse. dist. 5. in
6 die. † Septimo no. ꝙ ius eligendi imperatorem spectat ad cer
tos principes, qui sunt Maguntinus, Coloniensis, Treuerensis
archiepiscopi, Comes Rheni, dux Saxonię, Marchio Brande-
burgensis, dux Boemię, qui nunc est rex. & secundum quos-
dam non est necessarius quando cæteri discordant. nec istud
habuit ab antiquo, sed de facto hoc hodie tenet secundum
7 Host. in d. c. venerabilem. & Lau. hic. † Octauo no. de corona
imperii. & secundum Pau. corona quandoque datur in signū
victorię & magni muneris temporalis. 1. di. ius militare. quan
doque spiritualis, & nō datur nisi probatis. de renun. nisi. ver.
sciens. & interdum est signum regni spiritualis. & hanc defe-
runt clerici. 12. q. 1. duo interdum temporalis. & de hac hic, &
8 inf. ea. cle. ver. porro. in gl. 1. † Nono not. ꝙ imperator vngitur
sacro oleo. de sacra vnc. c. vnico. & per manus Cardinalis Ho-
sti. qui super hoc est priuilegiatus, vt no. Host. in d. c. venerabi-
9 lem. † Decimo no. ꝙ imperator consecratur. & intelligunt ali
qui ꝙ in consecratione suscipit ordinem quod non est verū.
de hoc 63. di. Valentinianus, ff. de rer. diui. l. sacra. & in Spec.
eo. tit. 2. §. nunc autem ostendum. ver. 39. & ideo consecratio
quo ad hoc sumitur improprie. quod etiam not. in d. c. vene-
10 rabilem. † Vndecimo not. attendendam antiquitatem. quod
dic vt in gl. in verbo, antiquę. quod est verum secundum Pau.
nisi ex causa aliquid nouum inducatur, vel error in antiquo
deprehendatur, vel ex euidenti vtilitate reformetur. 9. distin.
neque. 63. dist. §. verum. de sacra vnc. c. vnico. ver. pen. Duode-
cimo no. pro renouatione facienda in ver. renouante. & secū-
dum Genz. fit ne per lapsum temporis aliqua dubitatio oria-
tur. C. de præscr. 30. vel 40. an. l. cum notissimi, §. si quis, de prę
ca. c. 1. vbi de hoc per Host. Opp. in eo quod dicit quod eccle-
się caput est Christus, quia alibi dicatur quod viri caput est
Christus, caput Christi Deus. de sacra vnctio. c. vnico. ver. hoc
vnguentum. 33. q. 5. cum caput. Sol. per hoc non tollitur quin
& ecclesiæ caput sit Christus. pro hoc quod dixi in tertio no.
Secundo opp. quod papa nō sit vicarius Christi, sed Petri. 63.
dist. ego Ludouicus Sol. vt in gl. in ver. vicarium. & idem Pau.
& Genze. dicens quod non puri hominis, sed Dei vices gere-
re comprobatur. de transla. quanto. & eius legatione fungi. 19.
di. omnes. Tertio opp. in eo quod gl. exponendo ver. apicem.
dicit quod reperitur hęc apes apis, cum debeat potius secun-
dum Hug. & Pau. dicere hæc apis. Solu. potest etiam dici hęc
apes secūdum Catholicon. ab a quod est sine, & pennis. nam
sine pennis & pedibus nascitur. Ponitur etiam apex pro lite-
ra quæ in frontispitiis murorum inscribitur. Item pro aliis qui
buscunque literis. Mat. 5. Lucę. 6. 63. dist. lectis. 97. dist. nobilis-
11 simus. † Quarto opp. quod imperator non assumatur [d] ad api
d cem celsitudinis, sed papa qui habet plenitudinem potesta-
tis, de vsu pal. ad honorem. de maio. & obed. solitę. Solu. vt in
ead. glo. in versi. apicem. in fine. cum dicit quod summitas de
qua hic, scilicet imperatoris concernit temporalia. & idem
Pau. secundum quem ad apicem spiritualium assumitur pa-
pa. 40. dist. non vos. quod latius prosequitur Lau. dicēs quod
imperator excedit in temporalibus de iure omnes alios. d. ca.
solitæ, C. de summa trin. l. 1. quod dicit verum de his qui sunt
de imperio, quia secus de aliis, inf. de re iudic. clem. pastoralis,
§. denique. & sic nedum de facto, vt denotat ca. per venerabi-
e lem. imo & de iure rex Franciæ [e] & quidam alii ipsum in su-
periorem minime recognoscunt. maxime cum Carolus ma-
gnus, in cuius persona fuit translatum imperium in Germa-
nos, non videatur verisimiliter suū temporale patrimonium
quod erat regni Franciæ velle alicui subiecisse & in quasi pos
sessione diuturna non interrupta libertatis est rex Francię, li-
cet Ioan. 10. di. quoniam. contrarium teneat, quem secūdum
Lau. forsan fauor patriæ loco carnis & sanguinis sibi reuela-
uit. argum. vt li. non contesta. accedens. 2. de præben. grauis. in
princip. dic quod nisi diceremus quod talem libertatem præ-
scripsissent dicti reges passiue subiiciendo se papæ immedia-
te etiam in temporalibus, non procederet præscriptio contra
obedientiam. de præscrip. cum non liceat. nec procedit quod
dicit Lau. quod Carolus magnus noluit subiicere suum pa-
trimonium. nam regna nō sunt patrimonium. pro hoc quod
no. de voto. licet. Item iam erat subiectū imperatori qui prius
erat Græcus a quo non potuit Carolus eximere. saluantur er-
go tales subtractiones ab imperio intelligendo quod ecclesia
Romana pręscripserit actiue vt sibi subsint immediate. d. ca.
12 per venerabilem. † Quęro si principes ad quos [f] spectat impe-
f ratorem eligere, sint negligentes. Solu. non potest proprie dici
negligentia ex quo non est eis tempus statutum. de concessi.
præb. ex parte. sed posset papa eos monere vt intra certum ter
minum eligerent, & tunc eis non eligētibus ad eum deuolue
tur. d. c. per venerabilem. vbi de hoc. & simile no. in d. c. ex par
te. & de elec. cum ecclesia.

ADDITIONES.

a Post aduentum Christi. Adde auth. iusiuran. quod præsta. ab his, colum. 2. & hoc officium non debet tradi non catholico, vt in c. constituit, 27. quæst. 4. & in l. 1. C. de summa tri. & C. de hære. per totum cum duabus rubricis sequ. in l. vlt. C. de iud. in l. 1. ff. de offi præfec. prætо. Afri. in auth. de eccl. tit. in princip.
Vin. God. Ratio est, quia imperium & ecclesia Romana, fraternizant. Fel. in c. cum non liceat, col. vlt. de præscr.
b Quod ecclesiæ. Adde Th. in 3. parte. q. 8. art. 1.
c Sponsus ecclesiæ. Adde c. omnibus, 34. q. 4. & c. lector, ea. cau. & q. & in cap. sponsus, 46. dist.
d Quod imperator non assumatur. Adde cle. pastoralis, in §. denique, de re iud. Doct. in c. solitæ, de ma. & obe. Doc. in l. 1. C. de sum. tri.
Vin. God. Imperator an sicut papa concurrat cum omnibus superiorib. Cur. in consi. 1. nu. 17. & an possit auferre sine causa rem acquisitam ex præscriptione, ibidem nu. 20.
e Rex Franciæ. Adde Bertachinum in trac. de gabel. in 1. parte, & in 2. col. versi. reges omnes.
Vin God. Vide Fel. in c. quod non liceat, col. fi. de præscr.
f Si principes ad quos. Adde glo. in verbo, illi autem, in cap. ad apostolicæ, de sent. & re iud. libro sexto. Innoc. in cap. cum M. de consti. Doct. in c. venerabilem, de elect. Bal. in l. fi. C. de quadri. præscrip. Fride. in tract. permutationum. quæst. 19.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Papa vocat Reges filios.*
2 *Papa vocat Cardinales fratres.*
3 *Pax quando est reformanda debet amicus de amico familiariter & secretè conqueri de ipso vel de eius superiore.*
4 *Tabellio debet esse rogatus.*
5 *Simulatio debet reprobari.*
6 *Periurus an sit indistinctè infamis.*
7 *Imperator Henricus, an licite potuit venire contra iuramenta si erant præstita contra iura imperij.*
8 *Et an saltem licuit imperatori negare quæ iurauerat si erant contra iura imperij.*

Dudum. No. de dictione quondam, quæ remouet de præsenti & ponit de præterito, vt hic, & ff.
de postu. l. cui. §. affinitates. tamen de sui natura denotat tria
tempora, præteritum, præsens, & futurum. sicut olim, & du-
dum. de quo dixi de offi. dele. cum olim. Secundo no. ꝙ impe
rator ante coronationem dicitur rex, vt hic in gl. 1. & expone
literam ibi, imperatorem tempore mortis, & ibi, Regem tem
pore discordiæ. Lau. Tertio no. ꝙ Rex Sicilię subest Romanę
ecclesiæ, nam & Sicilia est de patrimonio ecclesiæ. de quo in
1 gl. 2. & pro hoc. 93. dist. valde. in fin. 10. q. 3. relatum. † Quarto
no. ꝙ papa vocat reges filios. de cri. fal. quā graui. Quinto not.
vnde dicatur discordia, vt in glo. 3. & dicit Lau. ꝙ hęc fuit ini-
tium depositionis Frid. de re iud. ad apostolicæ. lib. 6. quod ēt
timendum fuisset de isto Henrico si vixisset. Sexto no. pro ce-
leritate, de hoc de elc. c. fi. lib. 6. & no. celeriter obuiandum di-
scordiis. melius est enim ante tempus occurrere & c. de homi
2 ci. suscepimus. † Septimo no. ꝙ papa loquendo de Cardinali-
bus omnes vocat fratres. ibi, ex fratrib. nostris. & de off. lega. c.
1. lib. 6. vbi gl. in ver. fratribus, & dicit Pau. ꝙ ibi hi fuerunt in
casu isto. dominus Nico. de Prato. & Hosti. & dominus Sabi.
qui erat legatus, & dominus Lucas de Flisco. & secundum
Lau. illuc accesserant principaliter pro concordando Henri-
co. & huius Henrici gesta eleganter scripsit Albertinus Mus
satus hystoricus & Poeta Patauinus. Octauo no. quod nomi-
ne vrbis, intelligitur Roma. de hoc 10 gl. in verbo, vrbis. Nono
no. ꝙ in rescriptis attenditur tempus datę. patet in eo quod pa
pa scribendo vocat eum Regem, ibi, inter reges. qui tamen
tempore susceptarum literarum erat imperator, vt ibi, ad im
perium iam promoti. & secundum Pau. tempore datæ non
erat coronatus, vel papa ignorabat eum coronatum. Ad pri-
mum de rescr. cam te, de hoc sup. in proœ. huius compi. ver.
vniuersitati. vbi dixi in 1. q. & pluri. seq. Decimo not. quod re-
ges subiecti ecclesiæ Romanę debent esse eius defensores 22.
q. 5. de forma. & maxime imperator qui est aduocatus & de-
fensor ecclesiæ. de elec. venerabilem. ver. obiectioni. in fi. Vn-
decimo no. quod moleste ferunt aliqui audire veritatem, sic
enim moleste tulit Hēricus ibi, quasi molestè. sic & impij mo
leste ferunt correctionem, iuxta illud, Corripe insipiētem, &
odit te. arg. 5. q. 6. c. 1. cum seq. iustus vero econtra irascitur pec
catis, non tamen odit peccatorem, prout homo est. 7. q. 1. §. cū
3 vero. † Duodecimo no. ꝙ ad pacem pertinet vt familiariter,
& secretè amicus conqueratur amico de ipso vel de eius su-
periore vt hic, ibi, nec secrete. vt pacis qualitas exigebat. sunt
enim ad talia vocandi hi qui salutem discordanoum zelātur
& pacem. de re iudi. ad apostolicæ. lib. 6. & frequenter in secre-
to in talibus liberius exprimitur mentis conceptus quam in
publico. ar. de elec. quia propter. de testib. venerabili. C. de te-
sta. nullum. 2. q. 1. si peccauerit. alibi præsumitur contra occul
tè facientes. 19. dist. Anastasius. vt eccl. benefi. c. vnico. ff. de ri-
tu nup. palam. & qui malè agit & c. de offi. deleg. consuluit. an
autem grauius peccet qui peccat occultè quam qui manife-
ste. no. 81. dist. clericus. 32. q. 4. nemo. de cele. miss. de homine. &
dicit Laud. quod quanto Henricus coram maiori multitudi-
ne respondit, & sic maius scandalum suscitauit magis pecca-
uit & fuit magis puniendus potissime habito respectu ad al-
4 tum statum in quo erat. 40. di. homo Christianus. † Decimo-
tertio no. ꝙ tabellio debet esse rogatus. de hoc in gl. in ver. re-
quisitis. quam no. pro hoc in anth. de tabel. §. 1. coll. 4. dicunt
autem aliqui vt refert Lau. quod semper præsumitur roga-
tus. de quo io Spec. de instru. edi. §. iostrumentum. quod non
procedit nisi apponat in subscriptione aliqua verba ex quibus
hoc inferatur, vt quia dicit, publicaui, vel quid simile. quod di
xi de fide instr. c. 1. & 2. & dicit Host. in summa de fide instr. §.
quibus. ver. & hi qui. quod si tabellio requisitus non confece-
rit instrumentum, periurus est, quia iurauit facere cum requi
reretur, & debet priuari officio. quod no. dicit aūt Pau. quod
etiam sine instrumento credi debuisset relationi Henrici. ar.
de proba. cle. literas. sed hoc facit ad memoriam successorum
& aliorum. quod vltimum dicit etiam gl. in ver. instrumen-
ta. sed primum non procedit, quia cle. literas. loquitur de papa
& non generaliter de principe aliquid asserente ex officio. hic
autem Henricus hoc dicit vt priuatus & tanquam pars, cui
non creditur in prçiudiciū aduersarii. arg. de proba. c. 1. quia in
5 talibus princeps tractatur tanquam priuatus, vt ibi. † Deci-
moquarto not. ꝙ reprobatur simulatio, ibi, simulans. & hoc,
quia erat io malum. ad idem, quod met. cau. c. 1. quædam ta-
men dissimulare possumus. 22. q. 2. vtile. ff. de noua. l. dolo. in
fi. dumtamen absit dolus & mendacium. 22. q. 2. ne qs. Quæ-
ro in eo quod imperator respondit se nunquam iurasse, ne-
que scire quod antecessores iurassent ecclesię, an ex hoc sit p-
iurus. Sol. quo ad prædecessores potuit excusari propter igno-
rantiam probabilem. reg. cum quis in ius. lib. 6. quo ad se nō,
quia non est tolerabilis ignorantia in facto proprio. de rescri.
ab excommunicato. & dicit Lau. ꝙ peccauit in duob. primo,
quia venit contra iuramenta licita causa fidelitatis præstita,
quibus non obediuit. secundo quia scienter falsum iurauit
vel asseruit, cum ioter simplicem fidem & c. 22. q. 5. iuramen-
ti. duobus enim istis modis directe quis deierat, nec admitte-
retur amodo in testem, de testi. testimonium. & hoc siue iu-
rauerit de præsenti, siue de prçterito, siue de futuro, quia sem
per est infamis secundum canones. 6. q. 1. infames. dicit enim
Lau. quod duplex est iuramentum, vnum assertorium quod
fit de re prçterita vel præsenti, quia potest asserere qui est cer-
tus, & hoc iurare. 1. Deo teste asserere. 22. q. 1. in sum. & de hoc
dicit hic intelligi. Aliud promissorium, quod fit de re futura
de qua nemo tenetur iurare. de iureiur. quemadmodum. &
primum assertorium habet multas species, quia quandoque
dicitur de calumnia, quandoque de veritate dicenda. Itē de
malitia. de iura. calum. in appellationib. lib. 6. Item aliud neces
sarium quod cogente iudice quis præstat siue in testimonio
ferendo, siue in veritate, alias quomodolibet reuelanda. de te
sti. testimonium. Aliud voluntarium quod voluntarie quis
subit, vt quando pars defert parti, vel sibi imponit. de iureiu. c.
fin. lib. 6. de promissorio dicit quod est quadruplex, quoddam
præstatur licite & super re licita, sicut fecerat hic Henricus iu
ramentum fidelitatis. 22. q. vlt. de forma. Quoddam prçstatur
licite, idest sine metu & violentia, sed super re illicita. sup. eo.
cum quidam. Quoddam præstatur illicite, sed super re licita,
sicut si per metum iurat quis dare ea quę non sunt magni dā-
ni. sup. eod. si vero. Quoddam illicite super re illicita, vt si per
metum iurat dare vsuram vel rē ecclesiasticam, vel alias non
6 suam. sup. eo. c. 2. † Opp. ad id quod nunc dixi periurum indi-
stincte esse infamem, quod imo non sit infamis, sed tantum
teneatur crimine stellionatus. ff. de cri. stel. l. vltim. & quale sit
hoc crimen, not. in d. c. testimonium. dicit Lau legistas distin
guere quod si iuramentum est de prçterito, vel præsenti, pro-
cedit contrarium. si autem de futuro, tunc periurus fit infa-
mis, si pactum interuenerit inter partes, C. de transac. l. si quis
maior. sed si pactum non interuenit, sed iuramentum solum,
contrafaciens non est infamis. C. de reb. cred. l. iurisiurādi. ha-
bet enim solum Deum vltorem. C. de reb. cre. l. 2. ego vero in
distincte dixi in d. ca. testimonium. periurum esse infamem si
violat iuramentum licitum, per id quod no. de iureiu quere
lam. in gl. 2. & de fideiuss. peruenit. in gl. vlt. & ad contraria re-
7 sponde vt dixi in d. c. testimonium. † Secundo quæro, nūquid
Henrico licuit venire contra iuramenta si erant præstita con
tra iura imperij. Sol. non sic erat hic, sed prçsupposito ꝙ sic es
set, dicit Lau. ꝙ proprio motu non liceat cōtrauenire, sed de
licentia superioris sic. de elec. venerabilem. & hoc regulariter
fallit, quando iuramenti obseruantia vergeret in dispendium
animę. sup. eo. cum quidam. secundo quando vergit in detri-
mentum omnium rerum vel maioris partis. 22. q. 3. §. fi. quia
sine talib. non posset ducere vitam temporalem, vt ibi. quod
procedit quando si seruaretur, posset timeri de salute corpo-
rali, vt ibi dicitur. tertio si tendit in deteriorem exitum. 21. q.
4. si aliquid. quarto si sit præstitum de re tertii, vt per prælatū.
de reb. ecc. sup. eo. ca. 2. de elec. nosti. maxime si sit præstitum
contra iuramentum primum per eum factum de non alie. re.
ecc. quinto si sit præstitum ꝯ ius publicum authoritate & vti
litate. de fo. compet. si diligenti. sexto si est prçstitum contra
primum licitum. sup. eo. intellecto. & c. tua. septimo quando
ius conditionis appositæ hoc sustineret. sup. eo. quemadmo-
dū. de sponsa. sicut ex literis. Item qñ vrgēs summa necessitas
hoc inducit & superioris licentia haberi non potest. ar. de ob-
ser. ieiu. consilium. concludit Lau. ꝙ cum aliquis de istis casi-
bus non excuset imperatorem, directè vr̄ incurrisse periuriū.
non. n. habebat ipse iudicare de iuramento suo, sed superior,
vt dicit c. venerabilē. & probatur supra eo. 4. no. & vr̄ casus de
maio. & obe. dilecti. vbi iurans ꝯ iura suæ ecclesię requirit in

8 contraueniendo licentiam papę. † Tertio quæro, circa hoc,
an saltem licuit Imperatori negare hæc quę iurauerat, pręsup
posito quod essent contra iura imperij. dicit Laud. quod sibi
non licuit pro conseruandis iuribus imperii mentiendo ne-
gare iuramenta a se præstita, cum etiam non liceat pro vita al
terius conseruanda mentiri. 22.q.2.ne quis arbitretur. de vsur.
super eo. & quod ibi nn. ex hoc & ex dictis in duabus pręced.
q. concludit Lau. ex quo non erat hic casus in quo liceret ve-
nire contra iuramentum, nec potuit excusari imperator tan-
quam immemor, sequitur quod incurrit sine omni excusa-
tione periurium.

SVMMARIVM.

1 *Delicta publica debent publicè puniri.*
2 *Nuncij solennes sunt mittendi in magnis negocijs.*
3 *Mandatum probatur per literas mandantis.*
4 *Procurator debet habere speciale mandatum ad iurandum.*
5 *Procurator iurat in animam domini.*
6 *Diadema quid est, vide. & quid corona.*
7 *Archiepiscopi an licitè vocentur principes.*
8 *Cognitus non examinatur necessario.*
9 *Confirmatio est iuris quæsiti corroboratiua declaratio.*
10 *Papa consecrat imperatorem, & inungit, & coronat suis manibus.*
11 *Imperator præstat iuramentum ante altare sancti Petri vt super altari.*
12 *Iuramenti forma quod præstant principes seculares, ibi habetur.*
13 *Electio principum imperij, an faciat tantum futurum imperatorem, an vero imperatorem.*
14 *Iuramentum quid est.*
15 *Iurans pro alio qualiter obligatur in anima sua.*
16 *Sacramentum quare fuit institutum.*
17 *Papa an possit remittere sacramentum præstitum sibi per imperatorem.*
18 *Debitor iurauit soluere certam summam pecuniæ creditori in certo termino, si creditor dedit ulteriorem dilationem, an debitor sit periurus non soluendo in primo termino iurato.*
19 *Debitor si pignorauit rē sub pacto quod si non soluat in termino liceat creditori rem vendere, & si non vendidit in termino, debitor autem offert debitum, an creditor possit vltra vendere.*

Nos itaque. No. prouidendum in futurum. de hoc in gl. 2. & pro hoc 23. dist. ca. 1. & dicit
Lau. si nō potest prouideri de iure, occurrendum est de facto,
vim vi repellendo. de resti. spol. olim. 1. de homi. significasti. &
quod ibi no. fiat tamen secundum eum cum protestatione &
cautela ne resistens videatur possidere cum scandalo & de fa-
cto. 7.q.1. pontifices. de pręscr. nihil. Secundo no. de dictione,
a admodum,[a] de qua in gl. 3. † Tertio no. ꝙ ea quę publicè de-
1 linquuntur, publicè puniri debent. sic enim prouidit papa per
hanc publicam constitutionem contra publica delicta Henri
ci. de pę. c. 1. & 2. q. 1. si peccauerit. de conse. dist. 2. ego Beren-
garius. Quarto no. ꝙ dicitur breuiter fieri quamuis multa di-
cantur, dummodo breuiter, vt hic in versi. breuiter. sic etiam
& alias multi dicuntur pauci habito respectu ad plures. C. de
2 bo. vac. lib. 10. l. 3. cum ibi no. de cle. excom. latores. † Quinto
no. ꝙ in magnis negociis mittendi sunt solennes nuncii. nam
secundum Lau. etiam si sufficientia literarum seu mandati
deficeret, eorum veritas & solennitas totum defectum maxi
me in honorem mittentis suppleret. ar. 92. di. nobilissimus. &
refert Lau. ꝙ pręsens fuit in palatio papę tempore expositio-
nis literarum mandati istius traditi, in quibus secūdum eum
erat talis clausula, dantes nihilominus eisdem procuratorib.
& eorum cuilibet præsentibus literis in mādatis vt defectum
supplere valeant, & huic procuratorio addere quicquid quo
ad pręsens negocium expediendum substantię vel solennita-
tis posset esse necessarium vel vtile per occupationem vel a-
lias omissum, & sic vti quo ad addita ac si fuissent procurato-
3 rio apposita per nosipsos, quę est valde copiosa clausula. † Sex
to not. ꝙ per literas mandantis probatur mandatum, ibi per
suas patentes literas, ꝙ no. Inn. de proba. quoniam contra. &
de hoc sup. de procu. cle. 1. vbi dixi in 1. no. & no. ex ver. paten
tes. ꝙ debent esse patentes. tamen puto quod sufficerent clau
sę directę iudici cum sigillo mittentis, cum agatur de ipsius
4 pręiudicio tantum. † Septimo not. quod procurator ad iuran-
b dum[b] debet habere ad hoc speciale mandatum: ibi, & specia-
le. alias iurare non potest. ff. de iureiu. l. iusiurandum. 2. §. fi. &
c de iur. calum. c. fi. lib. 6. Octano no. de reuerentia filiali.[c] 2.q.7.
quæritur. Nono no. de effectu ꝑ quem solet postulans aliquid
ab alio ostendere se ad illum gerere. de hoc in glo. in ver. dice
bat. & secundum Lau. talem effectum habent aliqui prelati
dum nondum sunt promoti. sed plerūque sub agni specie ge-
runt lupum. quod apparet cito post suam promotionē, quia
conuertuntur in leones. ad hoc de hære. vt officium. §. si vero.
lib. 6. & fiunt ventosi, vt no. 7.q.1. §. hinc etiam. & ex pinguedi
ne incrassati memoriam pristini status perdunt. 15. dist. c. fin.
12.q.2. aurum. Intrant enim tales vt vulpes, regnāt vt leones,
& vt frequentius moriuntur vt canes. arg. 7.q.1. Nouatianus.
5 vbi de similibus dicitur. † Decimo not. ꝙ procurator iurat in
animam domini. de hoc in gl. in ver. animam. vt no. 63. dist. ti
bi domino. 100. di. optatum. sed œconomus siue syndicus in
animam propriam. de iura. calum. in pertractandis. & dicit
Mat. ꝙ forma primi iuramēti est, ego iuro in animam domi-
ni mei ꝙ ipse hoc seruabit. sic Deus ipsum adiuuet, nec ꝑ hoc
promittit factum alienum, sed factum domini qui videtur
per se hoc promittere, quia qui per alium facit &c. de reg. iur.
qui per alium. & si contingat dominum reuocasse mādatum
ante iuramentum præstitum, dic de hoc vt no. in d. c. tibi. Vn
decimo not. in eo quod dicit cuiuslibet alterius generis iura-
d mentum. de multiplici genere[d] iuramenti. de quo per Hosti.
6 in sum. de iureiu. §. quot sunt species. † Duodecimo not. quid
est diadema & corona. de quo in glo. in ver. diadema. & in ea
ibi, preciosis. 96. dist. Constantinus. ver. decernimus. alias est c.
secundum Pau. ponuntur gemmæ, vt sui claritate in ornamē
ti compositione iungantur. de pę. dist. a. principum. ver. fora-
mina. & cum sint pretiosiores auro, eis accedit aurum, non e-
conuerso, vt ibi no. Decimotertio not. ꝙ in electione necessa-
rium est decretum, in ver. decreto. tamen dic vt de ele. inno-
tuit. vbi concluditur quod non est de substantia. ad hoc 61. di.
episcopus. & formam decreti ponit Spe. de elec. §. 1. versi. cele-
7 brata igitur. & seq. † Decimoquarto no. archiepiscopos voca-
ri principes, vt hic in ver. principum. ꝙ etiam no. sup. ea. cle. in
prin. in 1. no. & secundum Lau. hoc fit propter temporalitatē
quam earum ecclesię obtinent. simile de elec. cum inter vni-
uersas. sicut imperatores pontifices vocantur. 10. dist. de capi-
tulis. Decimoquinto no. modum expediendi electiones post-
quam præsentata sunt superioribus. s. habita fides de electo,
& de electione. & no. ꝙ papa hic non citauit, cū tamen in ele-
ctionib. inferiorum permittatur citatio. de elec. c. vlt. li. 6. Deci
mosexto no. casum in quo examinatus fuit absens: ibi, absen-
tia. in quo secundum Genze. Papa fecit gratiam. regulariter
enim præsentia requiritur in talib. de elec. postquam. lib. 6. 13.
dist. episcopus. Decimoseptimo no. de probitate consideran-
da in electo. & dicit Pau. quod probitas consistit circa mode-
stiam & bonos mores. concordat de sup. neg. pręla. grandi. lib.
8 6. † Decimooctauo no. ꝙ notus[e] non necessario examinatur.
de hoc in gl. in verbo, aliqualem. sed si nō est omnino notus,
sed aliqualiter, examinatur, sed facilius quam incognitus. ex
hoc arguit Genze. ꝙ cum baccalariis notis in scientia & mo-
rib. facilius pertrāsiri debet in priuata examinatione per iu-
ra quæ allegat gl. prædicta. & 35.q.9. veniam. & dicit Lau. ꝙ
habebat papa notitiam de Henrico, quia fuerat in curia, vt di
cit gl. in ver. notitiam. ex h. d. notitiam curię esse quasi schola-
sticam. de qua de ele. innotuit. dicit ēt ꝙ papa fuit magis cu-
rialis versus Henricum quam hi qui postquam sunt ditati, di-
cunt his qui fuerunt noti in scholis, non noui vos. ꝙ no. gl. 1.
q. 1. prophetauit. Decimonono not. de nominatione. in versi.
nominauimus. & de hoc de postu. bonę. 1. vbi dixi de elec. cū.
9 & c. quod sicut. in prin. † Vicesimo no. ꝙ cōfirmatio est quasi
iuris acquisiti de ele. corroboratiua declaratio, vt hic in versi.
declarauimus. nam per electionem sm̄ Lau. etiam ad eccle-
siasticum beneficium ius plenum acquiritur ex electione ca-
nonica, sed exercitium non habet ante confirmationem, per
cōfirmationem tamen nō ius nouum, sed tm̄ exercitium ac-
quiritur. 63. di. quanto. vbi de hoc in gl. & in eo quod papa de-
clarauit eū Regē Romanorū. dicit Pau. ꝙ Romani virtutibus
promeruerūt imperiū. 28.q.1. §. ex his. & dicūtur liberi. 10. di. si
in adiutoriū. & ciuitas Romana ꝓprie est papę, nō imperato-
10 ris. 63. di. 24.q. vl. Ligiē. † Vicesimoprimo no. ꝙ papa suis manib.
cōsecrat imperatorē & inūgit, & ei corouā imponit: ibi, ꝑ ma
nus

ADDITIONES.

a De dictione admodum. Adde Docto. in c. quanto, de mag. & in cle. 1. de magist. gl. in l. 1 in prin. C. ne lice. poten.

b Procurator ad iurandum. Adde gl. & Doc. in l. 1. C. de procu.
Vin. God. Procurator ad iurandum, cum speciali mandato constitutus potest iurare. Bar. in l. quoties, la 1. §. fi. ff. de noxa. & in l. qui bona, qui alieno, ff. de dam. infec. vide Cor. consi. 86. contra litera a. & b. lib. 2.

c De reuerentia filiali. Adde in c. si ecclesia. 23.q.4.
Vin. God. Vide de hac filiali reuerentia, Alex. in l. 1. §. 1. ff qua. re. ac. non dat.

d De multip. genere. Adde gl. ff de iureiu. super rub.

e Quod notus. Adde tex. iuncta gl. vnica in c. nullus. 24. dist. Abb. in c. constitutis. in 5. no. de app. Abb. in c. fraternitati. in 1. col. de cle. non resi.
Vinc. God. De materia vide Ale in l. hac consultissima, §. si quis. C. de testib. & per Fel. in c. cum causam, col. 16. de testib.

nus nostras, quod intelligitur si est presens Romæ ,alias hoc
sit per manus legatorum papæ, vt hic factum fuit. & no. ꝙ sen
tentia papę qua pronunciauerat per manus suas hoc fieri dē-
re, intelligitur adimpleta si fit per alium nomine papæ. quod
procedit, quia non fuit quid prẹiudiciale, alias cum verba per
manus nostras, denotent papatu personaliter facturum , non
sufficeret adimpleri per alium int. de vi. & ho. cler. cle. 1. vbi
gl. sing. & in ver. publicè. Vicesimosecundo no. ꝙ iuramētum
pręstatur per alium habentem speciale mandatum, & sup. di-
xi in 7. no. ꝙ probatur etiam hic ibi, a pręfatis nunciis. sic etiā
potest iuramentū pro alio recipi, sicut legati papę receperunt
ab Henrico nomine papę, pro hoc de maior. eam te. de præse.
si diligenti . Vicesimotertio not. pro generali allegatione ibi,
in decretis. de for. compet. cle. vnica. in prin. vbi dixi in 2. not.
& de elec. cle. constitutionem, in prin. vbi dixi. & in 1. no. & in
1. & 2. contrario. & de coha. cle. vestra . Vicesimoquarto not.
a de libro pontificali [a] approbaro. de hoc in gl. in ver. pontifica-
li. Vicesimoquinto no. pro excusatione dicentium plura ver-
ba idem importantia: ibi, promitto, spōdeo, polliceor, quæ vi
dentur idem sonare. pro hoc inf. versi. cæterum. ibi, quantum
ad effectum, mentem & virtutem. de quo ibi in gl. in ver. vir-
11 tutem. † Vicesimosexto no. ꝙ iuramentum imperatoris [b] pię
b statur coram altari sancti Petri. ibi, coram Beato Petro : imo
& super altare. ad hoc de ele. significasti. in fi. dicit tamen Lau.
ꝙ licet super altare sancti Petri consecretur, & coronetur, & iu
ret, non est enim hoc de substantia quin possent hęc alibi fie-
ri, sed sunt decēti modi. arg. de resti. spol. c. fi. & ex hoc not. ꝙ
archiepiscopus extra suam ecclesiam cathedralem non debet
suos episcopos cōsecrare, cuius contrarium dicitur. 51. dist. ca.
fi. vers. quia est ibi faciendum vbi Metropolitanus elegerit, vt
ibi . & dic ꝙ argumentum præmissum nō procedit, quia de
metropolitano non est expressum vbi consecret suos episco-
pos, sed potius relinquitur eius arbitrio. d. c. fi. Vicesimosepti-
mo no. ibi, annuente domino. pro inuocando diuino adiuto-
rio. nam sine Dei gratia nihil boni potest euenire. 23. q. 4. §. nō
12 ergo. † Vicesimooctauo not. de forma iuramenti principum
secularium a ver. Henricus. vsque ad §. cæterum. sed de forma
iuramenti episcoporum. supra eo. tit. ego N. de forma Abba-
tum. de simo. ne Dei. de forma beneficiarorum. de iureiu. nul
lus. de forma nō beneficiatorum. de maio. & obe. cum in ec-
clesiis. & de non suspectis nō cogendis iurare. de maio. & obe.
legebatur. de forma vasallorum. 22. q. 5. de forma. Opp. in eo
quod papa pronunciauit in futurum consecrationem & c. per
c se fieri debere, cum tamen tractus futuri temporis [c] non spe-
ctet ad iudicem, ff. de vsur. l. 1. in fi. de iud. non quemadmodū.
dic ꝙ quandoque spectat. de procu. auditis. & ibi per Inn. & di
stinguit Lau. ꝙ aut obligatio est omnino futura, sicut vsuræ,
quę non debentur nisi post quatuor menses, qui dantur con-
demnatis in personali, & tunc ante lapsum quatuor mēsium
non potest fieri condemnatio . d. l. i. aut obligatio est de præ-
senti, & aut est pura , aut conditionalis . si pura, aut est dilata
& nō extēsiua, vt quia debetur in diem, vt in isto festo paschæ
sine extensione. s. quia semel soluendo nō plus extenditur pe-
titio nec solutio, & tunc non spectat ad iudicem: imo punire-
tur qui hoc peteret. de plus pet. c. vnico. aut est dilata & etiam
extensiua, sicut in annuis pensionibus quæ reiterantur annua
tim, & in expensis quæ multiplicantur secundum continua-
tionem morę contumacię & malitiæ, & tunc potest fieri con
demnatio in futurum. sic intelligitur de off. deleg. quærenti.
ff. si serui uen. l. harum. & l. egi. si conditionalis vt pœnalis se-
quens ex principali & contumacia rei, tunc potest etiam fieri
in futurum. de testa Raynaldus. versi. demum . ff. ad l. Aquil.
in l. 1. quando quis semel iura alterius vsurpauit vel impedi-
uit, potest enim peti ab eo vt de eo quod cōmisit satisfaciat,
& de cętero similia non attentet . de sepul. in nostra. vbi hoc
no. Host. & in hoc vltimo dic ꝙ per vti possidetis petitur pro-
hiberi molestatio pręsens & futura. de proba. licet. vbi de hoc,
13 & de hoc etiam dic vt dixi in d. c. in nostra. in 4. cōtrario. † Se-
cundo opp. in eo quod Henricus post electionem ante coro-
nationem dicit se futurum imperatorem, cum tamē electio
principum faciat imperatorem, vt no. gl. 93. dist. legimus Sol.
vt in glo. istud. & dic quod quicquid sit de potestate admini-
strandi, & de qua no. gl. inf. ca. cle. §. porro. in ver. Reges. vbi di
co in 2. q. de nomine habet obseruantia , quod non vocetur
imperator. sicut etiam episcopi ante consecrationem dicun-
tur electi . de re iud. inter . sicut etiam archiepiscopus ante su-
sceptum pallium non dicitur archiepiscopus neque potesta-
tem habet archiepiscopalem. de elec. quod sicut. §. præterea.
& de hoc in Spec. de rescr. præsentatione, §. ratione autē cau-
14 sę. ver. item ꝙ obtentum est . † Quero in eo quod hic dicit de
d iuramento, quid est iuramentum . [d] dicit Lau. quod est obli-
gatio animæ alicuius ad quid asserendum vel promittēdum

Deo super hoc in testem vocato. & secundum eum, quia om
nia iuramenta respiciunt animam iurantis: ideo cum quis iu
rat pro alio exprimitur de anima illius, vt hic . & de test. præ-
15 sentium. † Secundo quæro circa id, quod dixi in proxi. q. de iu
rante pro alio. nam tunc iuramentum tangit animam iuran
tis, dicit Lau. quod non, nisi iurans ipsum specialiter obliget :
ideo ipse non deierat, si tamen scit quod falsum iurat in iura-
mento assertorio, vel non debere attendi in promissorio, pec
cat , quia præstat auxilium periurijs , cum per organum eius
exeat mendacium. arg. 46. dist. sicut non suo . per quod vide-
tur directè dicendus periurus, sicut & alius iurans in animam
16 suam. arg. d. c. sicut. † Tertio quæro, quę fuit causa institutio-
e nis [e] sacramenti. dicit Matth. ꝙ sacramentum fuit institutum
propter infirmitatem hominum de facili dubitantiū, vt cum
quis non vult credere simplici verbo alicuius, tunc permittit
illi iurare. 22. q. 1. non est. & c. ita. & ca. si peccatum. cum si. est
autem sacramentum. i. sacræ rei signum . quod prosequitur
magister sententiarum in 4. de hoc dixi de sacra. non ite. in ru
br. de celeb. mis. cum Matthæ. vbi probatur in tex. in ver. distin
guendum. & dicit Mat. ꝙ iuramentum est personale respectu
præstantis, adeo ꝙ licet homines vnius populi iurent, licet po-
pulus sit idem qui fuit iam mille annis. 7. q. 1. denique. vbi gl.
tamē successores non obligantur ad periurium, pro hoc quia
licet iuramentum possit esse reale ex parte eius cui iuratur. eo.
tit. veritatis. tamen ex parte præstantis est personale, vt ibi no.
17 Inno. † Quarto quęro, an papa potuisset remittere sacramen-
tum ei præstitum ab imperatore . videtur ꝙ non, quasi pręsti-
tum sit Deo, quia per quemcunque, & cuicunque præstetur,
Deo præstitum videtur. de iureiur. debitores. ibi, domino red
dere iuramentum. dicit Mat. quod si iuramentum factum est
in fauorem Dei. i. honorem, non potest ab homine absolui, si
18 in fauorem hominis, sic. de spon. præterea. 1. † Quinto quęro,
si quis iurauit soluere certam quantitatem pecuniæ vsque ad
certum terminum , cui creditor concessit maiorem dilatio-
nem, an est absolutus a iuramento. Ray. in sum. eo. §. item po-
ne. dicit ꝙ sic, per d. ca. præterea. pro hoc de vsu. consuluit . &
idem hic Mat. Sexto quęro, si tenebatur sub poena excommu
nicationis quā ipso iure incurrerat , nisi in termino soluisset ,
an potuisset terminus per creditorem prorogari. Ray. in eo. §.
item pone. & Spe. eo. tit. §. nunc ostendendum. versi. hoc quo-
que. & Inn. de app. pręterea. 2. hoc prosequuntur . ego autem
in c. pręterea . tenui quod prorogatio valet, quia sicut in totū
posset creditor acceptilando liberare debitorē, ita & ad tem
pus, licet Inn. & communiter alii videantur tenere contrariū,
19 vt ibi dixi. † Septimo quęro, si quis pignorauit rem sub pacto,
vt nisi solueret ad certum terminum, posset creditor eam vē-
dere, si termino non vendidit , & debitor offert creditori pe-
cuniam, an poterit amplius vendere. dicit Mat. quod non, per
l. 3. C. de pig. & quod not. in Spec. de litis contest. §. nunc dica-
mus. ver. item si tibi. Octauo quęro, si debitor promisit solue-
re certa die dato fideiussore si creditor prorogauit terminū ,
an postea tenetur fideiussor. dicit Mat. quod non. quod est ve
rum si fideiussit ad certum tempus . C. so. l. si cum Hermes. ff.
de pręro. stipu. l. Vranius. secus si fideiussit in omnem ca-
sum. ad hoc quod no. de app. pręterea. 2. & de hoc de fideiuss.
c. 2. & in Spec. de fideiuss. §. 1. ver. illud autem.

ADDITIONES.

a De libro pontificali. Adde Doc. in c. quæ ipsis. 38. dist. Host. in c. consuluit, de
ser. non ordi. Doct. in c. 2. de rescr.

b Quod iuramentum imperatoris. Adde c. tibi domino 63. di. Augusti. de An-
cho. in trac. de potestate papæ q. 38. art. 2.
Vin. God. Quæ sit forma iuramenti, quod præstant Reges & Imperator. Cor
set. Sicu. in tract. de pot. Reg. quæst. 36. nume. 61 quod habetur in li 10. trac.
fol. 287.

c Tractus fuit temporis. Adde glo. in c. in nostra. de sepul. gl. & Doc. in c. audi-
tis. de procu. Doc. in c. 2. de homi. lib. 6.

d Quid est iuramentum. Adde gl. summæ. 22. q. 1. c. si quis presbyter. 2. q. 6. Bal.
in tit. de pa. iur. fir. in §. item sacramenta, in vsib. feud.

e Quæ fuit causa institutionis. Adde Tho. 2. 2. q. 31.

SVMMARIVM.

1 *Papa recipit Imperatorem in specialem filium.*
2 *Curiositas est reprobanda.*
3 *Iuramentum fidelitatis quare ita dicatur, & qualiter præstatur.*
4 *Fidelitas quid sit*
5 *Sacramentum cuius expensis mittitur.*

§. Cæterum. No. quod in possessione ultima tēpo-
ra spectantur. de hoc in ver. immedia-
tur. pro hoc 28. distin. quia sunt. C. ne de sta. defun. l. si mater.
Card. Zab. super Clem.

& de hoc in c.cum ecclesia.in gl.alleg.in gl.bene dicit. Secun-
do no. ꝙ ex facto vnius arguitur ad alium existentem in codẽ
officio. sic enim inducit papa factum Alberti Regis imme-
diati ad probandum intentionem, ꝙ ad idem teneretur Hen-
ricus. simile 15.q.7.alius.& ex hoc etiam no. ꝙ factum præde
cessoris successor potest pro se inducere.de hoc in gl.in ver.Bo
nifacius.& idem Pau. & licet glo.dicat ꝙ est familiaris proba-
tio,tamẽ secundum Pau.est plenaria.de proba. cle.literis. quę
hoc non probat, nisi in casu quo papa procedit ex officio, &
secus quando vt pars,vt hic esse videbatur,tamen hic etiã pro
cessit vt superior legem condendo,ꝙ potuit,vt infra. dico ver
1 si.porro.in 1.contrario.† Tertio no.ꝙ papa recipit Imperato-
rem in specialem filium.de hoc de verb.sign.c.1.in prin.lib.6.
& dicit Lau. ꝙ proceditur hoc ordine in promotione impe-
ratoris. primo eligitur In Regẽ Romanorum. deinde electio
cum decreto papę præsentatur.tertio examinatione canoni-
cè per papam facta,& persona approbata in Regem a papa as
sumitur. quarto promouendus in Imperatorem pronuncia-
tur.quinto inungitur. sexto consecratur. Septimo in impera-
torem coronatur.quæ omnia habentur hic & de elect. vene-
rabilem. Quarto no.de clausula quam apponit papa,de fratrũ
nostrorum consilio.& quid operetur,nu. de re iud.ad aposto-
licę.lib.6.Quinto no.ꝙ mens iuris & non nudus cortex debet
attendi.de hoc in gl.in ver.corticem.& dicit canon ꝙ euange
lium est in sensu & medulla, non in superficie.Item in radice
non in sermonum foliis. 1. q. 1. Marchion.ad hoc ff. de excu.
tu.scire.§.aliud.de elect.si postquam.lib.6.& dicit lex quod fi-
des veritatis verborum adminicula non requirit. C.si vt se ab
hęre.absti.l.1.de dona.l.fi.de formu.l.1.& 2.nec curandum est
satisfacere subtilitati eorum qui non sensum,sed sola vocabu
la amplectuntur.C.de consti.pe.l.2.& de hoc in regu.certum.
2 lib.6.& dixi de verb.sig.pręterea.& c.intelligentia.† Sexto no.
a ꝙ curiositas reprobatur,[a] & expone vt in glo.in ver.curiositas.
de hoc ff.de noua.l.doli.in fi.de postu.c.vnico.in prin.li.6.vbi
de hoc per Arch.ex hoc no. non refert quod quid dicatur per
alia verba,dummodo tamen eundem sensum habẽtia.Septimo no.
ꝙ aliquando licet plura verba idem importãtia dicere ad ma
iorem expressionem,vt hic in gl.in ver.virtutem. Octauo no.
b de antidoto.[b] & expone vt in gl. Nono no.ꝙ hęc constitutio
est iuris antiqui declaratoria non noui inductoria, vt hic in
ver.declaramus.quod potest facere princeps ad quem spectat
edere iura.C.de legi.l.vlt.11.q.1.§.ex his.de sent.excom.inter
3 alia. † Quæro in eo quod dicit de iuramento fidelitatis,quare
dicit fidelitatis, & sub qua forma prestari debeat,& de aliqui-
bus circa hoc,de quibus in gl.in ver.fidelitatis.Sol.glo.remit-
tit.dicit Lau. ꝙ licet omne iuramentum habeat in se fidem.
22.q.5.iuramenti.tamen quia magis exuberat fides in hac spe
cie quam in aliis: ideo dicitur iuramentum fidelitatis vt alibi
dicitur de actione bonæ fidei.Inst.de act.§.actionum.de quib.
4 de excep.cũ venerabilis. † Secundo quæro, circa hoc,quid est
fidelitas. Lau. dicit ꝙ est iusiurandum quod a vasallo præsta-
tur domino,quod debet fieri post inuestituram. 10. col.ti.1.c.
1.& de forma fidelitatis, & in plurib.aliis tit. hic tamẽ latius
accipi videtur. Tertio quęro,quid debet continere tale iura-
mentũ.dicit Lau. ꝙ sex:incolume,tutum,vtile,possibile,con-
silium,auxilium.de quo in c.de forma.alleg.in ver. fidelitatis.
de quadruplici autẽ genere iuramenti,no.Spe.de iura.calum.
5 §.1.ver.item in causa. † Quarto quęro,ad cuius expensas mit-
titur sacramentum.dicit Mat.ꝙ ad absentem voluntariè mit-
titur quis expẽsis suis. sed si ex iusta causa,expensis vtriusque,
vt not.in Spec.eo.tit.§.restat.ver.vlt.& de multiplici iuramen-
torum forma in Spec.eo.tit.§.1.ver.illud autem.Quinto quæ-
ro,nunquid ex eo quod imperator iurat papæ, per hoc subdi-
ti imperatoris censeantur subditi papę. Sol.vt in gl.in ver.exi-
stere.quæ dicit ꝙ non.& idem Pau.

ADDITIONES.

a Curiositas reprobatur. Adde c.2,de renun.lib.6. c.denique,in 4. dist.& in c.
quinque modis,de consecra.dist.5.
b Antidoto. Adde c.illud 14.q.2. Docto.in c.cum in officijs,de testa.Doct.in l.
sed & si.ff.de peti.hære.
c De iuramento fidelitatis. Adde c.de forma.22.q.5.
Vin.God. Quod istud iuramentum fidelitatis possit præstari per procurato-
rem & per syndicum, Alex. in l.qui bona,§.qui alienat,de damno infecto.

SVMMARIVM.

1 *Successor debet inhærere vestigiis prædecessorum suorum.*
2 *Literis alicuius statur in suum præiudicium.*
3 *Imperator iurat seruare fidem catholicam.*
4 *Parentela quandoque accipitur pro affinitate.*
5 *Archiuum quid sit.& de Romana ecclesia archiuo.*
6 *Imperator quando coronatur quis modus obseruari debet.*
7 *Rex Romanorum antequam sit coronatus in Imperatorem,an possit ad ministrare.*
8 *Donatio facta Beato Syluestro Papæ a Constantino magno Imperatore,an valeat.*
9 *Donaui omnia bona mea hæredibus institutis in testamento Titij qui adhuc viuit,& iuraui non contrauenire Titius fecit aliud testamentum,& instituit alios hæredes,an donatio valeat.*
10 *Donatio facta inter virum & vxorem quæ de iure non tenet,an firmetur iuramento.*
11 *Vasallus si iurauit prælato,an teneatur iurare successori.*
12 *Iuramentum super quo fundatur.*
13 *Iurans falsum adhibita tamen omni diligentia,an sit periurus.*
14 *Inducens aliquem ad periurium vincit homicidam.*
15 *Periurium an sit maius peccatum quam adulterium.*
16 *Periurium an sit maius peccatum quam homicidium.*
17 *Iudex qualiter puniet testem qui periurauit coram eo.*
18 *Papa an possit remittere iuramentum.*
19 *Papa an possit deponere Imperatorem vel alium Regem non recognoscentem superiorem.*

PORRO. No. ꝙ successor debet inhęrere vestigiis prędeces
1 soris.de iura.calum.c.1. † Secundo not.ꝙ assum-
ptus in Regem Romanorum etiam pronunciatus per papam
non exercet iura aliqua donec iuramentum fidelitatis præsti-
terit.ꝙ intelligit Lau.ex eo quod hic ante ingressum Italię,&
antequam in Italia iura exerceret, pręstitit iuramentum. ex
hoc no.ꝙ electus & confirmatus in prælatione nõ habet exer
citium donec iuramentum fidelitatis præstiterit. pro hoc in-
ducit extrauag.Bonifa.8.iniunctę.& idem Genz.sed illa loqui
tur de episcopis,& aliis pręlatis promotis in curia.quid autem
2 de imperatore.inf.dico q.2. † Tertio no.ꝙ statur literis alicu-
ius in suum præiudicium:ibi,patentium literarum. de proba.
post cessionem.vbi de hoc.de fide instr.c.2. & c.inter dilectos.
debet tamen constare de sigillo.ff.de procur.l. si procuratorẽ.
ff.rem ra.hab.l.ne satisdatio.C. de reb.alie.non alie.l.2. 11.q.3.
curę. Quarto no.ꝙ iuramentum potest præstari alicui recipiẽ
ti pro alio,sicut hic:ibi,in manibus 10.&c. de quo dixi sup.ea.
cle. versi.nos itaque.in 22.no. Quinto no.ꝙ imperator iurãdo
tangit sacra.de hoc in gl.in ver. tactis. & iurat super sacra Dei
Euangelia.quod procedit secundũ Genz. quando quis iurare
cogitur ex iuris iudicis vel pacti dispositione,vt not.Inn. sup.
eo.& si Christus. Sexto no.ꝙ iuramentũ nihil aliud est quam
confirmatio rei promissæ:ibi,iuramento confirmauit.Laud.
qui dicit quod si promissio nulla est,iuramenti exhibitio nul
la erit.arg.de fide instr.inter.in fi.quod non procedit indistin-
ctè. & die vt in eod.tit.cum contingat. & de fo.compe.si dili-
3 genti.de hoc infra q.4.& 5. † Septimo no.quod Imperator iu
rat seruare fidem catholicam,& ad eam conseruandam tene
tur quilibet pręfectus iurisdictioni,vnde debet adstringi iura-
mento,de hæreticis persequendis. C. de epi.audi.auth.statui-
mus,& de hæret.ad abolendam.§.statuimus.Octauo no.diffe
a rentiam [a] inter hæresim & scisma. quod dixi in rub. de scis-
ma.Nono no.quod imperator iurat exterminare hæreticos.
de hoc in gl.in ver.exterminare. Decimo no.ꝙ sufficit quem
facere pro posse.22.q.2.faciat.ff.de reg.iur. impossibilium. de
pac.ca.fi.regula,nemo.lib.6. Vndecimo not.quod imperator
iurat prosequi quemlibet communionem fidei non haben-
tem.ratio,quia sæpe malorum consortio corrumpuntur mo
res bonorum.28.q.1.sępe.vbi de hoc,& generalis est hæc pro-
hibitio omnibus Christianis vt tales euitent. 28. q.1. caue. 11.
q.3. si inimicus. cum multis ca. illius quæst. alias communi-
cans inimico fidei,vel ecclesiæ Romanæ inimico, præsumi-
4 tur ecclesię inimicus.C.de inoffi.testa.l.liberi. † Duodecimo
b no.quod parentela [b] accipitur pro affinitate. de hoc in glo. in
ver.parentelam,& in ea.ibi,consanguinitatem inire non pos-
set,quia a natura producitur,& naturalia non mutantur iure
positiuo.Institutio.de legi.agnatorum tutela.in fi.ff. de pact.l.
ius agnationis. 5.distin. cap.1. Decimotertio not. quod iura-
mentum quod pręstat vasallus prælato ecclesiæ,durat per to
tam vitam vasalli,ibi,tam nostram quam successorum. vnde
dicit Lau.quod per nouas successiones successorum nõ expe-
dit

ADDITIONES.

a No.differentiam. Adde glo.in c.inter hæresim,24.q.3.Docto.in c.firmissime,
de hære.
b Quod parentela. Adde gl.in l.appellatione parentis,ff.de verb.sign.in l.inter
agnatos,de gradi.Doct in l.2.C.de in ius voc.
Vin.God. Adde ꝙ parens etiam descendens ex fœmina dicitur connectiue,
vel effectiuè,Ruy.consi.23.nu.3.& 21.lib.3.

dit innouari. simile sup.eo. veritatis. de hoc inf. q. 6. Decimo-
quarto not.de verbo,generalibus . ibi,& aliis quibuslibet . qui
sufficiunt,siue sit dispositio confirmatoria , siue derogatoria.
de testi.c.1.de procu.qui ad agendum.libro 6.Decimoquinto
no. in eo quod imperator recognouit priuilegia concessa per
imperatores ecclesię Romanę,de effectu recognitionis. nam
secundum Genz.probat ꝙ sint talia.arg.ff. deposi.l. Publia.§.
fi.pro hoc,quia statur confessioni in pręiudicium confitentis.
de elec per inquisitionem.de confes.c. 1.dicit tamen Genz. ꝙ
talis recognitio res de te alodiales non constituit emphyteu-
ticas seu feudales.C.de pac.l.traditionib.de iur. & fac.igno.cũ
falsa. quæ probant ꝙ confessio non inducit dispositionem. de
hoc dixi de fi.instr. si cautio.Decimosexto no.ꝙ imperator est
aduocatus ecclesiæ.de hoc in gl.in ver.aduocatus.Decimose-
ptimo no.in eo quod imperator iurat defendere fideles eccle
siæ & non opprimere, ꝙ interest ecclesiæ habere subditos lo-
cupletes & non oppressos : ideo pro eis agere potest si per hoc
ecclesia grauatur,alias non.de priui.authoritate.§. fi.lib.6. de
hoc dixi post Inn.de app.dilectis. Decimooctauo not.de insi-
gniis imperialib.in fine : ibi, suę coronationis insigniis. & in
hoc dicit Lau. ꝙ diademate vel bireto quem posse insigniri ,
dummodo ex hoc declinet ad humilitatem. 100.dist.contra
morem.licet quique morib.indecori hoc appetant, vt ibi,con
tra quos est.12.q.2.gloria.de æta.& qual.indecorum.Decimo-
nono no.de aurea bulla qua vtitur imperator.de hoc in gl.pe.
& dicit Genz.quod per aurum denotatur excellentia potesta-
tis.de hoc in gl.in ver.vestigiis.& not.cautelam gl.pe.ꝙ nõ ex-
pedit vti bulla aurea propter periculum subtractionis. quan-
doque autem sit bulla aurea solida. quãdoque in inferiori par
5 te vacua.† Vicesimo not. de archiuis Romanæ ecclesiæ.& qd
a sit archiuium. [a] dicit glo.vlt.quandoque dr̃ locus in quo sacra
vasa reponuntur.in auth.qui mo.na.effi.le.§. illud. in fi.col.8.
& quod no.in auth.de defen.ciui.post prin.col.3.Opp.ꝙ papa
non potuit declarare vel statuere ea quę statuit hic,quia in cã
propria non debuit ius dicere.C.ne quis in sua causa.in rubro
& nigro.Sol.non erat causa propria,sed ecclesiæ Romanę.pa
tet in pluribus locis in hac cle.quia iurat imperator nõ solum
papę,sed etiam Romanę ecclesię & in fauore ipsius ecclesię.
sed in causa ecclesię pręlatus potest esse iudex.de verb.sign.ex
parte.de quo ibi dixi.Item hic non fecit vt iudex,vt in seq.con
trario. Secundo opp.ad idem,quia non debuit hoc facere im
peratore non citato.de consti.ecclesia.Solu.in actibus iudicia-
riis vel qui possunt iudicialiter pręiudicare,debet interuenire
citatio,vt in contrario , quod dixi de maio. & obe. inter qua-
tuor.secus in extraiudiciariis.Papa autem hic procedit cõden
do legẽ ex virtute potestatis vniuersalis quam habet. de trans
la.ca.i. Item cum non esset aliquis maior papa, in dubio inter
papam & imperatorem,papa est iudex. qui fil. sint leg.per ve-
6 nerabilem.ver.rationibus. prima sol. verior. † Quæro,quia vt
patet Henricus venit Romam pro coronatione, quis modus
obseruetur.Sol.vt in gl.in ver.vestigiis.ibi,scire debes.quam si-
gna vsque ad finem , quia singularis. & in ea ibi, Aquisgrani
eiusdem diœcesis.ita ponitur in prouinciali.sed Host. in sum.
de pœ.§.cui confitendum.sub §.cui imperator.in prin.dicit ꝙ
est in diœcesi Leodien.ibi,secunda est argentea.dicunt aliqui
ꝙ imo ferrea & prima argentea,& sic hodie seruatur,sed for-
te olim seruabatur quod dicit gl.ibi,dabatur tributum primo
quinquennio in auro ad conseruandam rempublicam.secun
do quinquennio in argento pro stipendiis. tertio in ferro ad
arma facienda,vt no.in auth.vt præponatur nomen impera-
7 toris.in prin.colu.5.† Secundo quæro,an Romanus rex ante-
quam sit imperator,possit administrare . videtur ꝙ sic,prout
arguit glo.in versi.reges.in prin. quod prosequere vt in ea,quę
concludit ꝙ sic.& eam no.sing.in fin.ibi,electis duobus in di-
scordia &c.ex qua habes vnum mirabile ꝙ duo administrant
tãquam Reges Romanorum.ꝙ declara per id quod dicit Io.
And.in addi.Spe.de rescr.præsenta.§.rationem autem causę.ver
sic.item ꝙ obtentum.tamen impossibile est & hæreticum te-
b nere ꝙ possunt esse duo imperatores [b] vel papæ,quia offende-
retur ille articulus fidei, vnam sanctam catholicam &c. quod
tenet gl.sing.7.q.1.non autem.& dixi de elec.licet.sed illa glo.
loquitur de ti.imperij qui non cadit in plures pendente lite.&
cum hac gl.in eo ꝙ dicit electum antequam sit imperator ad-
ministrare.concordat Pau.alii vt Lau.& Genze dicunt quod
non potest administrare antequam sit approbatus a papa,per
id quod no.de verb.sig. super quibusdam.licet gl.93.dist.legi-
mus.teneat contrarium,cui dicit Lau.se non credere,quia Io.
fuit Theutonicus. dic standum huic gl. propter antiquam ap
probationem cuius contrarium non est memoria . ideo vim
habet constituti seu iuris.ff.de vsur.cum de in rem verso.de re
8 scr.c.1.lib.6.† Tertio quæro,in eo ꝙ confirmauit hic impera-
c tor donationem Constantini, [c] an valuerit illa donatio. Sol.vt
in gl.in ver.Constantinum.quę concludit eam valuisse & esse
irreuocabilem.quod latius prosequitur Pau. & quod non va-
luerit,inducit quod no.Cy.C.de pręsc. 30.ann.l.cum petit. vbi
plus dicit ꝙ ecclesia non potuit prædictam donationem præ-
scribere,quia signa subiectionis nõ sunt præscriptibilia, vt ibi.
ꝙ dicit Pau. esse verum in subdito non ab aliquo possesso. de
præscr. cum non liceat.de priui.cum olim & eo.ti. cum perso
næ,lib.6. vult dicere secus esse de non subdito,vt est papa . pro
hoc quod dixi in d.c.cum non liceat.ad idem inducit idẽ Pau.
hic & Bar. in proœ. fforum,quia sequeretur ꝙ imperium pos
set annihilari,quia idem faceret alius successor, quod esse nõ
potest. in auth.quomodo opor.epi.§.fin.Item vnus imperator
successori pręiudicare non potest,C.de legi.l.digna vox.Bal.in
eodem procemio,alias rationes ad idem inducit,quia licet of
ficialis possit quãdoque donare res singulares, tamẽ officium
non potest a se abdicare,sicut nec tutor officium tutelæ.l.2.C.
de diui.tutela.& ff.de admi. tut.l. inter tutores. Item officium
imperatoris est ad vitam,ergo de iure officii disponere nequit
in pręiudicium successoris.ff.de iurisd.om.iud.l.cum qui.arg.
ff. de leg.2. l. peto. §. prædium.Item imperator habet iurisdi-
ctionem ex lege regia , cuius forma est vt per vnum regatur
imperium,nõ per plures,ff.de ori.iur.l.2.§.nouissime.ergo im
perator donando non potest diuidere imperium. præterea vr̃
fuisse contra publicam vtilitatem, quia pluralitas principum
mala. 12. Metaphysicæ . vbi concluditur, vnus ergo princeps .
pro parte cõtraria inducit Pau.rationes quę pro magna parte
fuerunt Guil.de Cu.qui in proęmio ffori hoc tenuit.decet.n.
priuilegia principum perseuerare.regula,decet lib.6.de sepul.
clem.dudum.cum concor.Item donatio fuit facta ex causa,&
ob beneficium receptum,quia fuit curatus Constantinus a le
pra per Beatum Siluestrum papam,quo casu licet dare,etiam
ei cui alias dare non potest,ff.de dona. l.Aquilius. & licet etiã
donare ratione dignitatis cui alias non liceret.eo.tit.l. filiusfa-
milias. & maxime licere debet imperatori qui est mundi do-
minus,C.de quadr.præscr.l.bene a zenone.ff.ad l. Rho.de iac.
deprecatio. 23. q.5. dicat.præterea donatio facta non reuoca-
tur,nisi ex causa.de don.c.fi.vbi de hoc. vt ex causa ingratitu-
dinis. sed ecclesia ingratitudinem incurrere non potest , quia
non est corpus viuens nec ecclesiæ præiudicare debet delictũ,
regula,delictum. lib.6.sed posito ꝙ etiam causa reuocationis
subesset,deficit iudex coram quo fiat cognitio de causa. 9.q.3.
aliorum. item per talem donationem non minuitur Impe-
rium,licet minuatur exercitium iurisdictionis in persona Im-
peratoris,quia Imperium est penes ecclesiam,sed gladius eius
debet exerceri manu regali ad nutũ ecclesię , vt in extrauag.
Bonifa. 8. vnam sanctam.& sic ratione dignitatis Imperialis
non vitiatur donatio,quia non refert per quam exerceatur.fa
cit de his quæ fi.a pręla.cum apostolica. C.de ędi.priua.l.si qs
post.de fideicom.l.voluntas.ff.de leg.2.l.vnum ex familia.§.2.
l. peto.§. fratre.potuit enim Imperator sibi præiudicare,cum
in hoc non prohibeatur ab aliquo superiori , nec a lege, quia
nec legem tenetur obseruare.Insti. de iure natu. §. sed quod
principi . fuit etiam facta capaci.s.ecclesię,cui fauendum est.
C.de sacrosan.eccl.l.priuilegia. & ꝙ reuocari non possit,facit
quod no.Inn.de iud.nouit . vbi dicit ꝙ Imperator non potest
reuocare priuilegia quę concessit ecclesiæ.Inducuntur & alię
rationes per Guil.Ray.Bar.& Bal.in proœ.fforum . nam non
potest dici ꝙ fuerit donatio immensa , quia in donatione fa-
cta ecclesiæ immensitas dicitur mensura.in auth. de non alie.
§.sinimus.& sacrilegium est disputare de eo quod facit Impe-
rator,C. de cri.sacri.l. sacrilegii . Item ecclesia & Imperator a
Deo constituta sunt. Auth.quomodo opor.epis.in princ.& sic
sunt vt frater & soror.non ergo est alienare quod datur eccle-
siæ.ff de admi.tu.l.cum plures,§.in primis.Pręterea inducitur
ratio naturalis quæ dẽt attendi vbi contentio est de potestate
inter duos non habentes superiorem.Constat.n.ꝙ s̃m rõnem
naturalem & s̃m iudgentium prouinciæ eligunt regem. ff. de
iusti.

ADDITIONES.

a Vin.God.Et archiuium est armarium librorum.glo.in auth.ad hæc C.de fide instr.estque archiuio communis standum.Signo de Homode.consi 81.

b Et hæreticum est tenere ꝙ possunt esse duo imperatores. Adde glo.in verbo, ecclesiæ.in cle.ad nostram.de hære.Abb.in c.atsi clerici.in 19. colum.de iu di. Abb in cap.1.de paroch.Abb.in c.quoniam.in plerisque.in 2. colum.de offi.ord.

c Donationem Constantini. Adde tex.in c.fundamenta.de ele lib.6. tex.in extrauag.Bonifacij.8.incip.vnam sanctam,tex.in c.Constantinus,96.dist.tex. in c.futuram.12.q 1.tex.& ibi Arch.in c.placuit.el j.16.q.3. glo.in verbo, vinculis & ibi Arch.in c.ego Ludo.63.d.& Host.in sum.tit.de immu.eccl.in § inquantum .

Vin.Go. Donatione ista facta per Constantinum,late habetur per Goz.Præs meum,in consi.1.nu.32.

iusti.& in.l.ex hoc iure. & ideo quod est a principio approba-
tum,censetur de iure gentium. sed per prouincias approbatū
est & obtentum vt ciuitates donatæ præstent iuramentum fi-
delitatis papę, ergo subsunt papæ. & hanc partem sequuntur
Moder. & dicit Steph. quod si Constantinus hanc donationē
facere non potuit, eodem errore nec populus Imperium in
Imperatorem transferre,ꝙ est falsum. Inst. de iure natu. §. sed
quod principi. Item tenendo ꝙ vterque gladius sit penes pa-
pam,non proprie donauit Constantinus,sed resignauit.quod
etiam tenet Io.de Lig. qui plenius hoc prosequitur in tracta-
tu somnii.& hæc pars communiter tenetur,& sic in facto ob-
tinet.& ꝙ valuerit præmissa donatio, videtur sentire gl. ff. de
ecclesiasticus poterit cognoscere de exceptionibus contra sen
tentiam sæcularis iudicis, sicut supra quæstio. sexta. dixi de exe
cutore superiore vel pari. pro hoc quod not. Archid. 2. quæst.
6. quisquis. & Ioan. Mo. de senten. excommunic. decernimus.
lib. 6. pro hoc de foro compet. cap. pen. lib. 6. de excep. capit. 2.
eod. lib. Spec. tamen de sent. executio. §. nunc dicendum. vers.
sed pone. dicit quod iudex par vel minor a quo petitur exe-
cutio, non cognoscit nisi, an sit sententiatum non bene vel au
tem male sententiatum. pro hoc quod dicit Innoc. de confir-
ma. vti. cap. 1. vbi dicit quod petens executionem nihil habet
probare. Lap. vero dicit quod si iudex a quo est appellatū, mā
dat sententiam exequi, aut constat quod in casu permisso est
appellatum, aut constat quòd in casu prohibito. si in casu per-
misso, abstinendum est ab executione. si vero in casu prohibi-
to, vel ab homine vel a iure. de offi. dele. pastoralis. §. præterea.
de appella. pastoralis. in princip. & in cap. Romana. §. si autem
post sententiam. lib. 6. tunc erit facienda executio. & hoc vlti-
mo casu procedit quod not. Innoc. de offic. deleg. cum in iure.
in gl. & si propter. versic. si autem subdito. primo autem casu
procedit regula, appellatione pendente nihil debet innouari.
& quod not. de offic. deleg. ex literis. in gl. penul. & super ca. se-
cundo casu non procedit ratio prædictorum, quia sicut quan-
do appellatur ante sententiam ex causa rationabili in casu per
misso, id quod fit post appellationem ante inhibitionem non
est ipso iure irritum, sed ex futuro pendet euentu dict. ca. non
solum. §. illa vero. sic etiam cum appellatur a diffinitiua quan-
do appellatio est ab homine vel a iure prohibita, id quod in-
terim fit non est ipso iure irritum, sed ex futuro dependet euē
tu nisi facta sit inhibitio vel a superiore recepta sit appellatio:
quando vero appellatur a diffinitiua in casu permisso, irritum
est eo ipso quicquid post sententiam etiam ante appellationē
attentatur. dict. ca. non solum. 1. responso. ergo in dubio supe-
riore mandante sententiam exequi, parendum est. de reg. iur.
8 quod quis mandato. lib. 6. † Nono quæro, quibus modis sen-
tentia dici potest nulla. gl. io versi. ad agendum. remittit. Lau.
dicit quod dicitur nulla propter omissionem aliquorum de
substantialibus. & de exemplis remittit ad not. de sequestra.
element. vnica, in fin. vbi dixi in versic. non obstante. in 1. & 2.
quæst. & dicit Laud. quòd proprie est nulla propter defectum
iuris publici, vt si est lata lite non contest. de lit. contesta. cap. 2.
not. supra eod. capit. 1. secus si contra ius priuatum vel propter
defectum eius, vt quia cum falso procuratore, vel simili, quia
tunc est annullanda. ff. rem ratam habe. l. 3. §. falsus. & eo casu

venitur contra sententiam beneficio restitutionis iure maio-
ris, vel minoris ex clausula, si qua iusta. de in integ. rest. capit. 1.
9 & cap. ex literis. C. de prec. impe. offe. Auth. quæ supplicatio. †
Decimo quæro, quis cognoscet de nullitate sententiæ. glo. in
verbo, ad agendum. remittit. Laud. dicit quod iudex qui co-
gnouit de principali, & tunc iure ordinario pronunciabit. C.
de sentent. & inter. l. 1. per hoc infert quod causa nullitatis nō
potest simul tractari cum causa appellationis coram eodem,
quia causa appellationis tantum coram superiore tractatur. ff.
quis & a quo appelletur. l. 1. de appel. imperatores. non autem
coram eodem qui pronunciauit. de consuet. non putamus. li-
bro sexto, pro hoc quod no. Innoc. eod. tit. cap. 1. & de app. in-
terposita. quod tenet Spec. parte 2. eodem tit. §. iusta. Oppo. ad
hoc, quod imo iudex ad quem, possit de appellatione & nulli
tate simul cognoscere. ff. de appel. l. si expressum. ff. famil. erci.
quædam mulier. quod not. Innocen. de appel. dilecto. & de in
integ. restit. constitutus. dicit Laud. verius esse dictum Specu.
quod ipsemet ordinarius qui pronūciat solus de nullitate co-
gnoscit, & suum errorem corrigit. C. quomodo & quando
iudex. l. si præses. de electio. qualiter. 1. Genz. videtur inhærere
dicto Innoc. idem Pau. qui tamen dicit quòd si dicitur senten
tia nulla propter defectum iuris priuati non cognoscit iudex
ad quem, quia appellando ratificatur. ff. rem ra. ha. l. 3. §. falsus.
de iudi. licet. & sic implicaret contraria si peteret pronuncia-
ri nullam, ergo non est audiendus. de appel. solicitudinem. se-
cus si dicitur nulla propter defectum iuris publici, vel iurisdi-
ctionis, quia tunc per appellationem non efficitur aliqua. ff.
de appel. si expressum. quæ sententiæ sine appella. rescin. l. 1. de
sentent. excommunic. per tuas. pro hoc de priuil. cum olim. a.
dic, quòd nō dicitur sentētia nulla propter defectum iuris pri
uati, sed magis proprie dicitur non præiudicare, nam senten-
tia lata contra falsum procuratorem tenet contra ipsum. de
arbi. per tuas. licet non præiudicet domino nisi appellet, quia
tunc videtur approbare. dict. §. falsus. Et ad quæstionem dic ꝙ
coram iudice ad quem simpliciter potest deduci nullitas sen-
tentiæ, quod declara vt plene dixi in dict. cap. dilecto. Genera
liter autem cum quæritur coram quo posset agi de nullitate,
distinguit Paul. quia aut loquimur de interlocutoria, & corā
eodem agi potest, cum per eam non expirauit iurisdictio. de
appel. cum cessante. ff. de re iudic. quod iussit. & diffinitiua aut
est lata ab arbitro, aut a delegato, aut ab ordinario. primo
casu per eundem reuocari non potest. ff. de arbit. quia si arbi-
ter. not. Specu. de arb. §. fin. versic. licet autem. & hoc etiam si
proposuit condemnare & errando absoluisset, vt in ea. l. Con-
tra tamen est, quia non videtur dixisse quod mente non agita
uit. ff. de sup. leg. l. Labeo. de re. du. l. 4. de quo in Specul. prædi-
cto §. versic. quid ergo. Paul. de hoc dic vt in l. quid tamen. ff.
de arbi. quia si pronunciauit super omnibus, super quibus fuit
assumptus, amplius se non impediet. secus si solum de aliqui-
bus, cum tamen de omnibus habuisset pronunciare, & tunc
etiam tantum dicitur pronunciasse quando ex mente pronū-
ciauit, non autem facto seu casu. ff. de arbit. l. dicere. in princ.
vbi hoc dicitur coniuncta glos. quod est singulare. si vero lo-
quimur de delegato, aut pronunciauit super principali, aut su
per instantia. Si super principali functus est officio suo. ff. de
re iudic. l. iudex. de offic. delegat. in literis. potest tamen supe-
rior sententiam corrigere. Cod. quomodo & quando iudex. l.
si vt proponis. de hoc in Specu. de sentent. prola. §. qualiter.
versi. hoc quoque. Contra hoc est de accus. qualiter. 1. Solut.
Paul. quod illi erant legati generales, & sic ordinarij. & de of-
fic. leg. capit. 2. libro sexto, quod not. Innocent. in dict. cap. qua-
liter. & Specul. in dicto versiculo, dicit autem Paul. hæc vera
nisi delegatus ad pronunciandum id quod est nullum ipso iu
re ducatur errore facti probabilis, tunc enim iterum pronun-
ciare potest, vt notat Innocent. de re iudic. cap. 1. argumen. ff.
de iur. & fac. igno. l. error. & idem dicit Hostien. in dicto capit.
primo, si error est iuris, quia non interest vtrum non fiat vel
iniuste fiat. de transact. capitulo secundo. facit de officio dele-
ga. significasti. Ego vero in dicto capitulo, teneo cum Innoc.
nam ex quo errauit in iure, indignum est quod amplius iudi-
cet, cum ex hoc sit puniendus, sed hoc faciet superior. Si ve-
ro delegatus pronunciat super instantia, iterum de causa co-
gnoscere potest, nec expirat propter hoc eius iurisdictio. de
iudic. examinata. & not. eodem titulo, capitulo penultimo.
Si autem loquimur de ordinario, tunc ipse idem suam sen-
tentiam si est nulla corrigit per viam querelę. C. de accusat.
lege quarta. Sed si non est nulla, per restitut. in integr. vbi ius
hoc permittit. ff. de minor. l. in causæ. §. vltimo, alias est ne-
cessaria supplicatio. sic intelligitur eodem titu. cum Berthol-
dus. vbi de hoc in glos. sed qualiter. & per Dynum in regula,
quod semel, libro 6. Paul. de hoc dixi plenius in dicto capitu
lo qualiter. 1. & de hoc infra in duabus sequentibus quæstio-
nibus.

10 nibus. † Vndecimo quæro, circa hoc an auditor[a] in Romana
a curia censeatur ordinarius quo ad cognoscendum de nullitate. dicit Laud. ꝙ sic, per not. s̃ de rescrip. clem. auditor. cognoscet autem per simplicem querelam secundum eum, quod non posset delegatus, sed recurretur ad delegantem, vt C. quo modo & quando iudex. l. si vt proponas. de sent. ex breui. recitan. l. 1. de offic. deleg. in literis. quod dicit Laud. verum si agitur de nullitate tangente processum habitum in curia, secus si habitum alibi. vt quando causa est extra curiam, tunc enim non cognoscet auditor de nullitate, nisi per viam appellationis, non autem simplicis querelæ tanquam præuentus. argu. de for. compet. cap. fin. Duodecimo quæro, quid de executore gratiarum. dic vt no. Innocent. in dict. cap. in literis, & s̃. eo. capi. 1. & vtrobique dixi. & per ibi not. patet ꝙ idem in eo, quod in delegato, quia etiam executor est delegatus. de offic. deleg. si super. lib. 6. & de hoc dixi. s̃. q. 10. tamen quo ad quid, aliud in eo quàm in delegato ad causas per id quod not. Innocen. in
11 d. c. in literis. † Decimotertio quæro, nunquid eo ipso ꝙ quis appellauit a sententia nulla, videtur eam facere aliquam. videtur ꝙ sic, per l. 3. §. falsus. ff. rem ra. ha. pro hoc dixi. sup q. 10. & hoc maxime procedit si iudex ad quem confirmauit sententiam. Laud. tenet contrarium, dicens ꝙ licet elegerit viam appellationis, non propterea præiudicauit sibi quin possit sententiam dicere nullam. ff. de inoffic. testam. matet. de appel. si expressim. refert alios dicere quod si appellans sciebat eam nullam, & tunc tacite eam confirmat, alias non. ff de iudi. l. 2. in princ. Ipse autem Laud. distinguit, quia aut sententia erat nulla ipso iure, & tunc non confirmat appellando. aut aliqua, sed annullanda, & tunc confirmatur. d. §. falsus. quæ distinctio nõ cadit hic, quia titulus quæstionis quærit de sententia nulla, iõ dic simpliciter quod appellando non confirmat eam, per d. l.
12 si expressim, & ꝙ ibi no. ꝙ dixi in d. c. dilecto. † Decimoquar-
b to quero, intra quantum tempus[b] possit agi de nullitate. dicit Laud. quod semper etiam sine temporis præscriptione si sententia est ipso iure nulla & vertitur periculum animæ. 35. q. 9. §. quia ergo, & seq. Et idem in similibus in quibus non cadit præscriptio. de præscr. quoniam. 33. q. 5. ꝙ Deo. in alijs dicit ꝙ semper potest agi, idest vsque ad 30. vel 40. annos. cum tale tẽpus omnem actionem tollat. 16. quæst. §. quas actiones. de præscrip. vigilanti. nisi loci vel fori consuetudo aliud inducat. C. ad l. Corne. de fal. sicut. de procu. in nostra. Et hoc quo ad agẽdum, sed perpetuè poterit excipi si ex ea agetur. ff. de doli excep. pure. §. fina. cum omnes actiones sint perpetuæ exceptiones de non num. pecu. & de non numerata dote. C. de non numerata pecunia. per totum. de dote cauta non num. l. fin. per
13 totum. Insti. de literarum oblig. & idem Genz. † Decimoquin-
c to quæro, an sententia pronunciata nulla[c] iudicabitur de causa ex primis actis. gl. in ver. ad agendum, remittit Genz. dicit ꝙ si ob incompetentiam iudicis dicitur nulla non ex actis primis, sed ex nouiter faciendis, debet procedi, sic dicit posse intelligi. ff. de app. si expressim. C. de senten. l. 1. C. quomodo & quando iudex, si vt proponis. secus si dicatur nulla ob iuris ordinem non seruatum. arg. ff. de iudic. mortuo. C. de accus. l. 4. de testi. spol. cum ad sedem. ibi, prioris acta iudicij recensentes. de testi. præsentata. sic dicit posse intelligi quod no. in dict. leg. si expressim. Alij distinguunt quia aut fuit habitus processus coram eo qui potuit ab initio iudicare, sed propter aliquod superueniens tempore sententiæ fuit inhabilis, & sic nõ tenuit sententia, & tunc quia valuit processus, secundum illũ iudicabitur. Aut fuit habitus coram eo qui ab initio non fuit habilis, vt quia carens iurisdictione, & tunc requiritur nouus. dicit Ioan. And. hic ꝙ hæc distinctio nimis se restringit ad personam iudicis, nam etiam si iudex erat competens ex tempore processus & sententiæ, tamen si male iudicauit, vt quia nõ in scriptis, adhuc procedit primum membrum distinctionis. scilicet, quod ex eisdem actis iudicabitur iterato præsupposito, ꝙ id ꝙ probatum est in præterito concludit etiam in præsenti, vt si probaui me maiorem vel dominum. & est inspiciẽdum tempus præteritum & non præsens, licet probatum tũc non cõcludat nunc, sufficit enim quod tunc concludebat, vt si tractabatur de ætate impetrantis tempore impetrationis. de rescrip. si eo tempore. lib. 6. Si vero iudex competens male ꝓcessit, vt quia lit. non contest. & per consequens male iudicauit, tunc procedit secundum membrum, quia ex quo proces-
14 sus non valuit, oportet alium de nouo fieri. † Decimosexto quæro, an agendo de nullitate debeat dari libellus, & lis contestari. Lap. dicit quod sic, pro hoc quod not. Spec. de libellorum conceptione. §. nunc dicendum. ad fi. ver. quid si sententia. vbi dicit ꝙ quando opponitur nullitas in modum exceptionis non debet dari libellus. quando vero in modum actionis, sic. & eodem modo distinguit de litis contestatione, in ti.
15 de lit. contesta. §. quando autem. vers. de causa nullitatis. † Decimoseptimo quæro, si sententia cõtinebat diuersa capitula nunquid procedit hæc clem. gl. in ver. alicuius. dicit quod sic, cum certa limitatione quod dic vt in ea. & de hoc. s̃. in 3. contrario. & pro hoc quod dico in seq. q. Decimooctauo quæro, an sit locus huic clem. siue tres sententiæ, de quibus hic, sint latæ successiue, siue interpollatè. Sol. hic Steph. quòd sic, quia litera non distingit, & sufficit ita scriptum esse. ff. qui & a qui. ꝓspexit. 6. q. 3. scriptum. exemplum. lata sentẽtia pro actore reus appellauit, & obtinuit, appellauit actor, & obtinuit. tertio reus succubuit. hic sunt tres sententiæ contra reum, licet non successiue, & sic executio non impedietur, vt hic. pro hoc quod dico. j. tit. 1. clem. fin. q. 6. sed si vltima vice succubuisset actor, iterato posset appellare. Oppon. ad hoc quia in eadem causa non licet appelare tertio. C. ne li. in vna eademque causa. in rubro & nigro. de app. sua. Sol. contrarium procedit quo ad eandem personam, sed actor põt bis appellare. & reus bis. de quo
16 in d. c. sua. & Spec. de app. §. quoties. in princip. † Decimonono
d quæro, si ago de nullitate[d] contra casum huius clem. nec excipitur, an iudex ex officio possit agentem reijcere. Solu. vt in gl. in verbo, admittatur, quæ dicit videri quòd sic, per hanc literam. & videtur ponderare gl. quòd verba huius cle. diriguntur iudici. & hoc no. quòd quando verba legis vel canonis super actoris repulsione diriguntur iudici, etiam parte non excipiente potest agẽtem reijcere, quod singulariter probatur ex hac glos. pro hoc quod not. C. de coll. si soror. quod dixi de offic. iud. c. 2. & cum hac glo. concordat Pau. dicens quòd etiam si non petatur executio sententiæ per victorem, per officium iudicis reijcietur. arg. de exce. exceptionem. ff. de post. quos ꝓhibet. & hoc dicit velle hanc literam. In hoc negatiua nullatenus admittatur. vide circa hoc quod no. Bar. in l. 1. ff. ad Mace. l. 2. ad velle. l. 1. §. 1. ff. ad trebel. de eo cui a lege denegatur actio. Oppo. ad hoc quia erit per hoc in potestate victoris impedire processum super nullitate. Sol. vt in ea. glos. & idem Pau. quia debet victus se offerre executioni, quod not. concordat de resti. spo. ca. vlti. 3. q. 1. redintegranda. & q. 2. 3. 4. 5. & 6. Vicesimo quęro, circa hoc si petitur executio sententiæ. dicit Pau. quòd sola petitionis pendentia impedit processum super nullitate, etiam si non opponatur de tertia sententia per modum exceptionis. Est enim ipsa actio præiudicialis, sicut in cap. vltim. de ordin. cog. dic quod non ex vi pendentis petitionis, sed ex vi non factæ executionis hoc surgit vt dixi in præcedenti q. Vicesimo primo quæro, an executio facta reuocabitur si postea in actione nullitatis obtinebit agens. gl. in verbo, donec. dicit quòd sic. quod not. & idem Paul. Vicesimosecundo quæro, quãdo dicetur executio plenarie facta, vt sit satisfactum huic clem. Solu. vt in gl. in verbò, plenarie, & dicit Laud. quod fiet executio nulla cautione præstita & nullo granamine imposito illi pro quo lata est sententia. Oppon. ad hoc. s̃. de in integ.
17 re. suscitara. Sol. Laud. ꝙ ibi loquitur in casu diuerso. † Vicesi-
c motertio quæro, si appellatio deserta[e] est per lapsum fataliũ, an debeat iudex ad quem, remittere partes ad iudicem a quo, dato ꝙ appellans opponat causam nullitatis. hæc quæstio implicat aliã per q̃ sit faciẽda executio, an per iudicem a quo, an per iudicem ad quem. & in hoc dicit Laud. ꝙ per iudicem ad quẽ, per not. de offi. delega. pastoralis. §. præterea. in glo. sed pone. Opp. ad hoc de app. c. vt debitus. Sol. Laud. standum cõtrario dicens quòd ex quo iudex ad quem, nõ pronunciat super principali, sed super appellatione remittere debet ad iudicem a quo,

ADDITIONES.

a An auditor. Adde Hostien. in sum. tit. de off. ord. in princ. & Spe. tit. de off. or. in §. ordinarius. ver. auditor contradictarum. idem Spec. tit. de auditore. in §. 2. in prin. Adde do. Fel. in rubrica de rescrip. in 1. col. ver. hos autem. vbi de auditoribus tractat.
Vinc. God. Auditores in Romana curia non dant remissorias sine speciali cõmissione Papæ. Ioan. Franc. de off. & pot. sed. vac. q. 10. num. 10. qui habetur in lib. 9. tract. fol 16.

b Intra quantum tempus. Adde Papien. in sua practica. in ver. sapiens, & per eundem in tit. de execu. sent. Pau. de Cast consi. 325. incip. in causa quæ vertitur per me inter Andream filium quondam &c.
Vinc. God. Nullitas sententiæ opponi potest etiam elapso tempore constituto per statutum per tertium licet non per litigantes, Ruy consi. 12. num. 33. lib. 3.

c An sententia pronunciata nulla. Adde Io. And. in c. fi. de re iud. lib. 6. Abb. in c. significasti. in 2. col. de for. compet.

d Si ago de nullitate. Adde Barba. in c. cum dilectus. de or. cog.
Vinc. God. Nullitatis dictio si sit generalis, persecutio vero specialis ex certa scientia, an sententia præiudicabit generaliter. Ruy. consi 37. nu. 12 lib. 5. & nullitas sublata per statutum notorie apparens quando dicatur sublata. Ruyn. consi. 31. nu. 6. lib. 5.

e Si Appellatio deserta. Adde diffuse de isto articulo. Barb. in d. c. pastoralis. super gl. in ver sed pone. vbi multa plura adducit.
Vinc. God. Vide Paris. consi. 115. in princ. lib. 1. & Soc. in consi. 9. nu. 49. & consi. 49. num. 28. & consi. 181. nu. 86. lib. 2. Ay. Cra. consi. 273. in fine.

a quo, per d.c.vt debitus. sed si pronunciasset super principali,
puta super beneficio ecclesiastico de quo erat quæstio, tunc
ipsemet posset exequi iuxta clem. auditor. š. de rescrip. sic dicit
posse intelligi di. glo. sed pone per hoc ad præcedentem quæ-
stionem, responde q causa nullitatis debebit proponi & expe-
diri coram iudice a quo, ex quo appellatio deserta est, tamen
non negat Laud. quin causa simplicis querelę pręsentibus par
tibus, & alias rite inchoata coram auditore idem auditor ex
noua causa & ex nouo processu possit inhibere ne lite pendē.
aliquid in eius præiudicium attentetur. pro hoc š. de elec. ele.
cōstitutionem. §. insuper. nisi velimus dicere secundum eum,
quod in causa prædicta simplicis querelæ excipi possit q de
hoc pēdet causa coram executoribus, & propterea alleget ius
reuocandi domum super causa inchoata coram executori-
bus & nondum finita. de offi. deleg. quærenti. & c. pastoralis,
& esset cautela secundum eum quod appellatus qui obtinuit
contra appellantem propter desertionem appellationis se ab-
sentaret a curia, & reuocaret procuratores suos ne per simpli
cem querelam possit contra ipsum præsentem agi in curia, &
eandem cautelam tradit quando tres sententias obtinuit, vt
hic. dic quoad intellectum d. §. vt ibi dixi, maxime in 1. q. quo
autem ad incidens dubium per quem debeat fieri executio,
28 dic vt dixi in dict. §. præterea. † Vicesimoquarto quæro, circa
dicta in proxima quæst. nunquid in casu præmisso primi iudi
ces sine alio mandato iudicis ad quem, & sine aliqua certifica
tione super desertione prædicta ad solam appellati requisitio-
nem simplici verbo eius super prædicta desertione credere de
beant & exequi ac si non fuisset appellatum. dicit Laud. vide-
ri quòd debeant certificari per iudicem ad quem, antequam
iurisdictionem resumant per cap. vt debitus. ibi, remittat. pro
hoc inducit quod ipse idem not. J. de appel. cle. sicut. & ibi te-
net. & debet vocari appellans per iudicem a quo, & eo citato
recipi certificatio super desertione, alias non tenebit q fiat cō
tra non citatum, de resti. in integrum. tum ex literis. de caus.
pos. cap. 1. dic q lapsis fatalibus non expedit q iudex a quo, ex-
pectet aliquid a iudice ad quem, sed libere exequitur. de appel
lat. repræhensibilis. ver. si vero. & an debeat citari pars in exe-
cutione. dixi de appella. ex ratione. & ad cap. vt debitus. dic
quod loquitur in alio casu quando iudex ad quem, pronun-
ciat male appellatum, & sic nondum erant ibi lapsa fatalia,
quo casu dic quòd etiam si non remittit eoipso quod pronun
ciauit male appellatum, intelligitur remisisse, ita q iudex a
quo, libere vtetur sua iurisdictione, vt ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Iudex si detulit appellationi quæ interposita est ab interlocutoria, & opponitur de eius pendentia contra executionem tertia sententia, an clem ista procedat.*

Similiter. Oppon. ad literam iuncta glo. in verbo, ali-
cuius. in eo quod exemplificat hāc literam,
a quia geminando appellationem [a] per secundam videtur a pri
ma recedere. ff. rem ratam habe. l. cum minor. & l. 4. §. falsus. &
sic si primo appellaui ab interlocutoria, & iudex non detulit,
sed processit iuxta capit. eum qui. de dolo. lib. 6. & diffinitiue
contra me pronunciauit, & ego a diffinitiua appello, videor
recedere ab appellatione prima, cum tanquam non confisus
de ipsa appellauerim secundo, per dicta iura. Solu. secundum
Laud. Matth. geminando appellationem non videor recede-
re a prima, sed potius eam approbare. argum. 31. quęst. 1. Lo-
tharius. de testi. cum tu. de appella. cum bonæ. & cap. dilecto.
vbi hoc tenet Innocent. datur tamen consilium q si in secun-
da appellatione protestetur, quòd per hoc non intendit rece-
dere a prima. & ad §. falsus. dic quod ibi appellando videtur
approbare sententiam latam cōtra falsum procuratorem, qa
de se est nulla. tenet etiam contra procuratorem de arbit. per
tuas. sed quando appellatum est ante sententiam si appella-
tio fuit legitima, sententia postea lata est nulla. de quo not. de
testi. ex parte. ideo ab eo appellando non intelligitur eam ap-
1 probare, pro hoc quod dixi. š. hac clement. r. responso. q. 4. †
Quæro, si iudex a quo, detulit appellationi interpositæ ab in-
terlocutoria, & de eius pendentia opponitur contra executio
nem tertiæ sententiæ. dicit Matth. quòd tunc non procedit
hæc cle. quia si vera erit causa in appellatione expressa, iudex
ad quem appellante prosequente cognoscit de principali. Si
autem non est vera, remittit ad iudicem a quo, dic melius q
dummodo non appareat a tertia sententia appellatum sem-
per mittet executioni. & si dicatur fuisse delatum appellatio-
ni ab interlocutoria & eam pendere, quia etiam si diceret se
obtinuisse in causa appellationis ab interlocutoria, non audi-
tur ad effectum impediendi executionē tertiæ sentētię diffi-
nitiuæ, vt dicit glo. antepenul. & idem Pau. ergo multominus
auditur dicens appellationi delatum esse.

ADDITIO.

a Geminando appellationem. Adde Specu. titu. de appella. ver. sed pone quis appellat.

Quæ ad. Not. de dictione, etiam, quæ est ampliatiua,
& extensiua. de consti. cum omnes. vbi dixi.
de elec. cum in cunctis. §. inferiora. ff. de verbo. obligat. quod-
cunque. §. si ita. & dicit Laud. quòd est sensus, ac si dicat ne-
dum ad causas principales pendentes, quod est minus, sed &
pendentes per appellationem, quod est plus, hanc constitu-
tionem extendi.

SVMMARIVM.

1 *Papa potestas dependet immediate a Deo.*
2 *Confederationes & conspirationes reprobantur.*
3 *Tractatus habetur pro facto in atrocibus.*
4 *Dominus an & quando teneatur de facto suarum gentium, vel non.*
5 *Respublica intelligitur de Romana.*
6 *Procedi si debet super crimine tanquam notorio, vtile est declarare quod est notorium.*
7 *Citatio debet interuenire in notorio.*
8 *Princeps supplet omnem defectum omissæ solennitatis.*
9 *Tempus euentus conditionis, an trahatur a die sententiæ, an vero econuerso.*
10 *Imperatoris assertioni qui dixit Regem Siciliæ fuisse legitime citatū, an sit standum.*
11 *Vocantes aliquos ad auxilium vel bellum si vocati perdunt aliqua bona in bello, an habeant aliquam actionem scilicet mandati contra vocantes.*
12 *Bona iniuste pugnantium, an possint licite occupari.*
13 *Crimen læsæ maiestatis quot modis committitur.*
14 *Maledicens Deo ore & non corde, an peccet.*
15 *Filius an perdat legitimam si pater commisit crimen læsæ maiestatis, vel aliud propter quod bona sua sunt confiscanda.*
16 *Crimen læsæ maiestatis, an committatur contra inferiorem a principe.*

CAP. II.

PAstoralis. Ostendit nullam fuisse quondā
sententiam latam per Henricū
quondam Imperatorem in Regem Robenum tā
ex causis & alijs in ea insertis, quàm ex personis a
quo & in quem lata fuit, & eam irritat, quatenus de facto pro
cessit. hoc dicit secundum Paul. vel secundum Genz. Senten
tia lata contra citatum extra citantis territorium existentem
nulla est ipso iure. vel sic. Sententia lata ab inimico notorio
vel contra absentem citatum ad locum euidenter nō tutum,
1 non tenet. † Nota q potestas Papæ immediate pendet a Deo,
vt hic in verbo, diuinitus. ad hoc de transla. c. 1. & in hoc no. gl.
in verbo, diuinitus, quæ dicit q concessa fuit per illa verba, pa
sce oues meas. & idem Pau. pro hoc extrauagans Bonifacij. 8.
vnam sanctam, & hanc potestatem Christus promiserat ante
a passionem per illud, dabo tibi claues regni [a] cęlorum. Matth.
16. & a 1. distinctio. in nouo. de const. translato. Secundo not.
q potestas Papæ concernit populum Christianum tantum,
& sic non concernit sectas aliorum, cum nihil ad nos de his q
foris sunt. de diuor. gaudemus. & dicit Paul. hoc verum si lo-
quimur de potestate, de qua hic in principio, per quam obuia
tur periculis animarum, alias autem habet Papa potestatē su-
per omnes, quia omnes sunt oues, licet non sint de ouili. facit
de homic. pro humani. lib. 6. & quod not. de voto. quod super
his. Tertio not. q Papa compellitur ex cura officij sui inuigila
re remedijs subiectorum. pro hoc. š. in proœ. & ex hoc arguit
Pau. q contrarium faciendo peccat. vnde dixit Goff. de offic.
deleg. consultationibus, q Papa peccat mortaliter si iustitiam
denegat, vel ad consultationem non respondet. per ca. quam-
uis. eo. tit. in decisa. contra hoc tamen est, quia princeps solu-
b tus est legibus. ff. de leg. l. princeps. [b] de conces. præ. proposuit.
Genz. q compellitur compulsione non præcisa, sed causatiua
scilicet debiti officij & effectionis, & sic loquitur hic, & supra
in

ADDITIONES.

a Dabo tibi claues. Adde in cap. audiuimus, in ver. quibus autem Christus. 24. quæst. 1. & in §. horum discretio. 21. dist. gl. in ver. in potentia, in cap. sciscitatus. de rescrip.
Vinc. God. Claues Petro post Christi passionem traditæ sunt. Pet. a Monte in Monarc. Concil. q. 1. nu. 1. & 3. & Michael Vleur. de regim. Mun. q. 1. pac. num. 68. primum habetur in lib. 10. trac. fo. 97. secundum in eo. lib. fo. 221.
b Princeps. Adde l. digna vox. C. de le. l. ex imperfecto. C. de testa. in §. fi. 25. q. 2.

a in proœ.& ff.de separatione bonorum.l.1. Quarto not.[a] de di-
b ctionibus,iamdudum, & quondam.[b] de quibus dixi de offic
deleg.cum olim. Quinto not. ꝙ aliter loquimur de defunctis
quàm de viuentibus, nam nomina defunctorum proferun-
tur sine alio titulo,sicut hic, ibi quondam Henricum, sed nō
sic nomina viuentium, patet ibi, charissimum in Christo fi-
lium.& hoc secundum Laud. & ideo est, quia mortui hono-
re huius sęculi non indigent, cum sint ad maius tribunal vo-
cati.š.de sepul.sacris.& ideo pax in missa eorum non datur,vt
no gl.de conse.dist.2.pacem.vbi reddit & aliam rationem, qa
iam non sunt in turbatione huius mundi,sed quiescunt in do
mino.& idem dicit inter monachos,qa mundo mortui sunt,
& gl.singu.pro hoc est quia cum allegamus Doctores defun-
ctos,dicimus sine commendatione aliqua, puta Inn.Host.&
similes.sed viuentibus proponimus hoc appellatiuum,domi-
nus.quandoque tamen defunctus afficitur iniuria.Instit. qui.
ex cau.manu.non pos.§.1.& quandoque laudibus extollitur.
š.de reliqui.glo riosus.li.6.J.de reliqui.si dominum. Sexto no.
ꝙ Papa prouidet ad tollendum discordiam exortā inter prin
cipes, ibi materia turbationis exorta.non tamen propriè pro-
batur hic,sed probatur de iudi.nouit.pro hoc.90.dist.oblatio
nes.nam & cęteri coguntur per suos iudices ad pacem.ea.dis.
studeodum,& c.placuit,& c.præcipimus.ff.de vsufruct. æquis
2 simum. † Septimo no.ꝙ confęderationes & conspirationes[c]
c reprobantur. quod procedit quando sunt in malum. 11.q.1.
coniurationum. & c.conspirationum. Et tunc secūdum Lau.
conspiratio & machinatio ab aliquibus facta in detrimētum
alicuius personæ vel dignitatis eiusdem. š.de iureiuran. peti-
tio.& prima facie sonat in malum,vt in dictis ca.conspiratio-
num. & coniurationum. & vt ibi no.dicitur a con, & spiritu,
& ponitur pro superbia, & secundum Hug.coniuratio est plu
rium in vnum iuratio,conspiratio vero fit sine iuramento,&
vt dicit Matth. non tantum a canonibus, sed etiam a legibus
reprobantur. C.de monopolijs.l.si.ff.de collegi.illi.l.1. 10.col.
de pace tenen.§ conuenticulas. tamen super re licita licite fit.
16.q.3.sanc.de quo in d.c.& pro hoc de testi.cog.in cap.vlt.42.
dist.si quis.11.q.1.si qui.& tunc potius est concordia quā con-
spiratio.ff de colle.illici.l.1.& per d.§.conuenticulas,videntur
reprobari cōfęderationes,seu ligę,quas domini ciuitatum vel
ciuitates faciunt inuicem.quod dicit Bar.in extrauagan. quo-
niam nuper.in ver.occulte. procedere quando præsente impe
ratore,secus si eo absente faciant ad defensiam.arg.ff.quod cu-
iusque vniuer.not.l.1.& quod ibi no.& in eo quod dicit quòd
rex fecerat cōfęderationes cum subditis Imperatoris,dic ma-
ximè. idem enim si cum hostibus vel cum non subditis.s.de
facto.C.ad leg. Iuliam maie.l.si quis. canonizata.6.q.1. si quis
3 cum. † Octauo no.ꝙ in atrocibus tractatus habetur pro facto,
vt in verbo,tractauerat.& C.ad l.Iul.maiest.l.quisquis.6.q.1.§.
verum. Nono not.ꝙ committitur crimen læsæ maiestatis si
quis ciuitates obedientes principi facit ei rebelles.ff.ad l.Iuliā
maiest.l.1.& 3. Decimo no.ꝙ tenetur hoc crimine læsæ maie
statis is,qui subsidium præstat criminoso,ibi subsidio. In alijs
autem criminibus quando & quomodo teneatur, dixi de off.
4 delega. cap.1. † Vndecimo not. ꝙ dominus non teneatur de
facto suarum gentium nisi præstet eis subsidium ad illud, vt
hic in verbo,subsidio Paul.& Genz.arg.ff.de peri. & commo.
rei ven.l.si vendita. de vi & arma.l.3.§.cum procurator. oo.de
resti. spol.cum ad sedem.in gl.penul. & hoc nisi neglexerit de
eis facere iustitiam,23.quæst.2.dominus. Duodecimo not.ꝙ
committitur crimen læsæ maiestatis si fit iniuria officialibus
principis.ibi,officialibus.pro hoc.6.q.2.quisquis. Decimoter-
tio no.ꝙ nomine vrbis, intelligitur Roma per excellentiam.
Insti.de iure naturali.§.sed ius.pro hoc š.de iureiu ran.cle.Ro-
mani.in princ.Decimo quarto no.ex verbo, & alibi.ꝙ expres-
so vno loco delicti in accusatione vel inquisitione sequi po-
test indefinita. Paul.qui tamen dicit ꝙ forte hæc loca omnia
specificauit imperator, sed hæc omisit Papa caosa breuitatis,
alias videtur obstare.3.quæst.8.libellorum.pro hoc quod not.
de ordi.cogni.cap.2.in princ.in eo ꝙ ibi dicitur in prædijs ani-
5 malium & alijs. † Decimoquinto not.ꝙ nomine reipublicæ
intelligitur de Romana, vt hic in verbo, reipublicæ. & ꝓprie
Romanorum dicitur respublica.ff.de verbo.signif.l.eum qui.
licet largo modo etiam aliter dicatur.ff.de public. l.sed hi. de
furtis,sed si imaginem. pro hoc quod dixi de restit.in integ.c.
1.& not.ꝙ est crimen læsæ maiestatis si quid fit in detrimen-
tum reipublicę Romanę,& vocatur crimen perduellionis,&
hoc ideo quia admittitur probatio per duellum,quæ alias nō
recipitur,vt not.ff.ad l.Iul.maiesta.l.si.vel verius dicuntur per-
duelles hi cum quibus est duellum idest, bellum tanquam cū
hostibus populi Romani.ff.de verbo.significa.quos nos. & de
6 hoc.J.q.5.† Decimosexto no.quod in absentem contumacē
tenet sentētia lata super crimine.de quo no.de dolo. veritatis.
tis.Decimoseptimo no. quòd cum debet procedi super crimi
ne tanquam super notorio, vtile est declarare quòd notoriū
est,ibi,declaratio.& gl.in eo.versi.simile de elec.cum dilectus.
dicit tamen Paul. quòd licet hæc declaratio sit vtilis, non ta-
men est necessaria, sed sufficit quòd de eo verificatur notoriū,
etiam si de eo iudici non constet,vt no. Innocē.& Hostien.de
coha. cler.tua. alias si procederet tanquam super notorio, &
non esset,retractaretur sententia,vt no.Spec.de no.§.1.in prin
cip.quod intelligit Paul.nisi præcessisset hæc declaratio, quia
tunc imputet sibi qui non appellauit cum sit lata contra ius
litigatoris. Ex hoc infert vtile esse quod procedat pro hoc qđ
no.de iureiuran.ad nostram.3.de offic.delega.ca.1.lib.6.putat
etiam Pau.in hac interlocutoria declarare debere quale noto
rium sit,vtrum iuris præsumptionis,vel facti,vtrum actus cō-
tinui, an interpollati, vel transeuntis, cum aliter procedatur
in vno quam in alio,vt not. Innocen. in di.ca.tua.& not.2.q.1.
de manifesta.& in Specu.de notorio.§.1.& vlti.de quo dic, vt
7 dixi de coha. cler. vestra. † Decimooctauo not. quod in no-
torio debet interuenire citatio,vt hic,ibi, citatum, quod dicit
Genze. verum,nisi quis in ipso actu notorio facinoris depræ-
hendatur,tunc enim contra non citatum fertur sententia. de
transla.quanto.no.Innoc.de re iud.cum olim. & no.de offic.
deleg.in cap.1.lib.6. Decimonono no.quòd ferri sententia po
test sub conditione,ibi,si quando veniret. Laud.rationem au
tem quare hic fuit apposita conditio,dico infra, in 1.contra-
rio. Vicesimo not.quod fertur sententia mortis in absentem
& in eo quod hic fuit lata sententia capitis contra Regem,dic
quòd fuit pœna legalis,non canonica.nec cleri.vel mona.sen-
tentiam. Cicero in oratione pro Deiotaro Rege,in princ. ita
inusitatum est Regem capitis esse,vt ante hoc tempus non sit
auditum, & sic fuit hæc sententia lata Pisis. M.313. 5.kalend.
Maij, anno quinto Regni sui, Imperij vero primo. Vicesimo
primo not. quod in sententia priuationis non expedit quod
exprimantur beneficia priuati,sicut hic non exprimuntur di-
8 gnitates regis. pro hoc de excel.præla.ca.si. † Vicesimosecun-
do not. quod princeps supplet omnem defectum solennitatis
omissæ. Et dicit Laud. quòd hoc facere potest Imperator in
temporalibus, si alias rite & recte procedat. C.de testi.l.om-
nium.sicut & Papa in foro suo.de transla.ca.1.3.q.6. hæc quip
pe. Oppon. quòd non valuerit sententia lata contra absentē.
ff.de requiren.reis.l.2. Sol. Laud.quòd ideo, quia erat absens,
fuit lata sententia sub conditione,ex quo erat pœna infligen-
da in corpus. secus si nō requireret inflictionem corporalem,
sed aliam,sicut est relegatio, exilium, vel alia pęna quæ dam-
num æstimationis contineat, quia talis potest ferri contra ab-
sentem.de dolo.veritatis.dicit tamen Laud.quod conditiona
liter etiam sententia corporalis fertur cōtra absentem,vt hic,
& licet regulariter non sit sententia ferenda sub conditione,
2.quæst.6.biduum.lata tamen tenet, sicut etiam tenet excom
municatio sub conditione lata de appel.præterea.2.& de sen-
tentia conditionali dic vt ibi dixi,de hoc quod no.in dict.cap.
9 veritatis.† Quæro circa hoc an tempus euenientis conditio-
nis trahitur a die sententiæ, an econuerso. Laud. distinguit ꝙ
aut est talis actus qui substantiam suam accepit ab existentia
conditionis potius, quàm ab alio, & tunc tempus sententiæ
trahitur ad diem existentis conditionis vt est in excommuni-
catione, quæ vires accepit ex contumacia secuta. 11.quæst.3.
episcopi. aut aliunde sumit vires, & aut fortius impedimen-
tum interuenit tale quod potest tollere primam obligationē.
Et adhuc idem,exemplum in impedimēto ab homine.de re-
script. si pro te.lib.6. in impedimento a iure.de spon.cap.vni-
co.libro sexto,aut nullum fuit impedimentum quod immu-
tare posset naturam primæ obligationis,& tunc existentia cō
ditionis trahitur ad diem sententię.ff.qui po.in pig.ha.potior.
de peri.& commo.rei vend.l.ꝙ si pendente.quæ no.& de hoc
10 etiam dixi de rescrip.si pro te.lib.6. † Secundo quæro,an stan-
dum fuerit assertioni Imperatoris in eo ꝙ asseruit Regē fuis-
se legitime citatum. glo. in verbo, asserente, dicit quòd forte
veraciter asseruit,sed qđ hoc non iustificat sniām quam decla-
ro, quia etiam ꝓsupposito quod staretur Imperatori in facto
quatenus dixit Regem fuisse citatum,nō tñ stari debuit in iu-
re quatenus dixit eum fuisse legitime citatū,cum ex notorie-
tate

ADDITIONES.

a Iamdudum. Adde in l.iamdudum.C.vbi ca.sta.

b Quondam. Adde spec.in tit de instru.edi.in §.restat. ad finem. dic ꝙ dictio quondam,& dictio olim,designant tria tempora.s.præsens, præteritum, & futurum,secundum Abb.in c ex parte G.circa princ.de fo. compet.
Vinc.God. Nota ꝙ hoc procedit nisi materia subiecta aliud suadeat. Ruyn. consi.70.nu.1.10 & 12 lib.2.

c Conspirationes. Adde c.si quis 42.distin,cap.si.de testi. cog.& l.1. C de mono-
nopo l.1.ff.de colle.illici Bal.in l.hac edictali §.conuenticulas. de pace tenē.

tate circũstantiarum de quibus.J.pater, manifeste liqueat cõ
trarium esse verum. dicit ergo Steph. quod non debuit stari,
maxime cum de contrario constet. Opp. ad hoc de proba.cle.
literis. Solu. Stepha.ꝙ imperator nullam potestatem habebat
in Regem Robertum, nisi ratione certorum feudorum,& sic
non tenuit citatio. & dato ꝙ legitima fuisset propter inimici-
tias, non arctabat. Lau.autem & Pau. videntur velle ꝙ tali as-
sertioni standum fuit. vnde dicit Lau. speciale in imperatore
cui creditur.de testi. cum a nobis.in fi.C.de testa.l.olim. & idẽ
in Papa.d.clem.literis alias autem non creditur dicto ca. cum
a nobis. vbi de hoc. dic ꝙ principi statur quo ad eos, qui legi-
bus arctantur, nam ꝙ stetur dicto vnius etiam principis, non
est de iure diuino, secundum quod saltem requiruntur duo.
a de testi.licet.quia in ore duorum[a] &c.et ibi, sed est de iure po-
sitiuo per prædicta iura: ideo quo ad illos solos statur qui per
21 ius positiuum arctantur, quod no. † Tertio quæro, si rebelles
de quibus hic vocauissent alios in auxilium qui accessissent &
aliqua bona perdidissent in bello, an habent actionem mãda-
ti vel aliam contra vocantes pro damnorum restauratione.
dicit Innoc.de iureiu.sicut.3. ꝙ non. & idem hic Mat. secus si
vocati fuissent ad iustum bellum, vt no.in d.c. & in seq. quæst.
22 † Quarto quæro circa hoc, an bona iniuste[b] pugnantium li-
b cite possint occupari. dic ꝙ sic, per no.in d.c.sicut. ex quo erat
bellum indictũ per imperatorem. tamen quia, vt patet J.ver.
vt illud. super regem non habebat imperator potestatem, sed
Papa, non potuit per imperatorem indici bellum contra re-
gem, nisi in defectum iustitiæ: debuit autem primo requiri
Papa, vt iustitiam faceret contra regem, qui subest ecclesiæ,
23 vt J.ver.vt illud.pro hoc quod no. de resti.spol.olim.1. Quin-
to quæro in eo, ꝙ dicit hic de crimine læsæ maiest. quib. mo-
c dis[c] committitur.dicit Laud. ꝙ committitur vbicunque quis
contra vrbem machinatur, sed fugit ad hostes, vel eos iuuat
qualitercunque, vel si subiectas prouincias nititur facere rebel
les, vel si seditionem mouet in ciuitate, vel procurat ꝙ prin-
ceps, magistratus, senatus, illustres, vel similes, qui pars eius
sunt, occidantur, vel hoc cogitat.ff.ad l.Iul. maiest.l.1.2.3.& 4.
C.ad leg.Iul.maiest.l.quisquis.& in hoc crimine secundum eũ
multa sunt specialissima. nam admittuntur ad accusandum,
qui alias repellerentur.ff.ad leg.Iul.maie.l.famosi. & l.in quæ-
stionibus. Item qui patefacit antequam sit visus, vel processe-
rit ad actus, veniam meretur & præmium, sed si processerit
ad actum, veniam meretur & non præmium. C.eo. l.antepe.
in fi. alias autem nullam habet excusationem siue sit reus,
quia perfecit, vel quia cogitauit, vel quia perficere voluit pro-
cedendo ad aliquem actum, vel dando vel recipiendo sacra-
mentum super facinore committendo, vel quid simile, & gla
dio debet feriri, & bona eius omnia publicari. C.eod.l.penult.
Et crimine commisso nihil potest criminosus alienare, nec te-
net emancipatio vel manumissio per eos facta. dicta l.penult.
simile de hæretic.filij.lib.6.Item potest accusari post mortem.
C.eod.l.vlti. Laud.dic generalius, qui dicantur incurrere hoc
crimen, vt no.Bart.in extrauag.quoniam nuper. in ver. rebel-
les.& in verbo, rebellando. & dicit Io.de Lig. ꝙ istud crimen
vocat lex crimen perduellionis, quia scilicet duellum sit pro-
hibitum etiam lege ciuili. tamen hoc tantum casu permitti-
tur, sicut etiam quibusdam aliis casibus de quibus 10.col.de
pace tenen.vbi no.Colũbus circa princ. Sic etiam est in l. Lom
bar.& de hoc per Ioan. de Lig. in tractatu de bello. vel dic cri-
men perduellionis alio modo, vt dixi in 15.not. pro prædictis
in eo, quod dixi prohiberi etiam affectum, est, quia non solum
facere, & operari contra imperatorem, sed etiam maledicere
quilibet prohibetur, & punitur maledicens. C. si quis impe.
male.l.vnica. 23.q.4. inter querelas. C.de epis. & cler. si quis in
hoc. de maledicentibus autem Deo quale sit peccatum. no.
24 de cleri.maledic. statuimus. † Sexto quæro circa hoc si aliquis
maledicit Deo ore, sed non corde, an peccet mortaliter. dicit
25 Matth.ꝙ sic.11.q.3. non solum. & cap.existimant. † Septimo
d quæro an propter delictum patris[d] in crimine læsæ maiestatis
vel alio propter quod bona sint confiscata filius perdat legiti-
mam. videtur quod non, quia iure naturæ debetur, ergo per
positiuum tolli non potest. argu. infra eod. ver. cæterum, &
pro hoc de testa. Raynutius. ver. quia vero. & quia pater non
posset filium priuare legitima. C. de inoffic. testa. l.quoniam
in prioribus.& hoc tenet Laud. in ver.cæterum. dicens quod
si filij audita condemnatione patris furtim vel vi vel dolo suã
debitam subtrahunt, non tenentur saltem in foro animæ ad
restitutionem principi faciendam, quia possunt tenere de iu-
re.per prædicta ergo iuste.de verbo.signif. ius dictum. Genze.
in dicto ver. tenet contrarium, quia per contractum tolli po-
test, debetur enim ære alieno deducto.ff.de inoffic. testa. l.Pa-
pinianus.§.quoniam autem quarta. quia si pater vendit om-
nia bona, non potest filius reuocare pro sua legitima, vt in di-
cto §. sic ergo cum bona sunt confiscata, quia nihil est in bo
nis, nihil etiam est in legitima. pro hoc quia legitima debe-
de iure ciuili, licet instinctu naturali, & ideo tolli potest per l.
municipalem, vt no. Dyn.in regula, indultum.lib.6. quod te-
nui in d. vers.quia. in 2.contrario. pro hoc quia ex quo potest
tolli per contractum modo prædicto, ergo & per delictum,
quia in delictis quasi contrahitur, & per quasi contractum se
obligat delinquendo ad pœnam. ff. de iure fisci imperatores.
no.glo. ff. de postu. l.1.§.bestias. dixi de his quæ fiunt a maiori
par. capi. c.2. Et similiter infertur, ꝙ per statutum pari ratio-
ne. Matth. tamen hic de statuto tenet contrarium. J.vers.cæ-
terum.per id quod no. Innoc.de consti.quæ in ecclesiarum.nã
statutum hoc est contra naturalem æquitatem quod nõ pro-
cedit per prædicta, & per id, quod no.Dyn. in dicta regula, in-
dultum. & quod hoc possit auferri, tenet Io.de Lig. dicens qđ
pro defensa Laud. facit quia titulo lucratiuo, vt per donatio-
nem non potest pater alienare in præiudicium filij.C.de inof.
dona.per totum.quod dixi de dona.c.fin.fiscus autem hoc ca-
su capit ex titulo lucratiuo. dicit tamen opi.Genze. esse verio-
rem, quia legitima est, quota bonorũ quæ pater habebat tem
pore mortis, nihil autem habet quando sunt confiscata. ff.de
26 interdi.& releg.l.2.& quod no.ff.de iurepatro l.diui. † Octauo
quæro an crimen læsæ maiestatis committatur contra inferio
rem a Principe. dic ꝙ sic per id quod dixi S. qõ 6. & pro hoc.
a.q.1. in primis. vers.quid autem dicitur. dicit tamen Pau. ꝙ
non committitur contra tyrannum, qui non habet naturale
& legitimum dominium, vt no. J.de bap.cle.1. Nono quæro
si rex habuisset aliquam iurisdictionem ab ecclesia, an præsup
posito quod valuisset sententia, fuisset ca priuatus ex eo, quod
priuatus fuit omnibus authoritatibus. de hoc per Pau. inf.de
excess.prælato.clemen.1.vbi dixi in vers.nonnulli.q.2a.& pro
hoc quod no. 17.q.7.filius.

ADDITIONES.

a In ore duorum Adde tex.in c.ab isto die 35.q.6 in c.cum esses. in cap.rela-
tum.el 1.de test. c.nouit. de iu.c.in omni negotio. de test. glo.in ver.tres te-
stes.in c.forus.de verb.sig.Mat.18.c.2.ad Corin.13.Deut.19.

b An bona iniuste. Adde Bal.in Margarita. in ver. princeps. Ioan. de Lign.in
tracta.de bello.

c Quibus modis. Adde ff & C.ad legem Iuliam.
Vinc.God De hoc crimine læsæ Maiest. vide diffuse per Ruyn.in consi.1. 1.
quæritur, nu 3.cum seq.lib.5. & quomodo probetur, idem Ruy.consil.3.vi-
detur prima facie, per totum, eod.lib.

d An propter delictum patris. Adde Sal.& Doc.in l.quisquis, in ver.filij.C.ad
leg. Iul. maie. Et quid de feudo. an propter delictum patris filius amittat
feudum. vide Abb.in c.ex parte. in glo.fin. de feud. & ibi per Ioan.de Imo.
Dyn.in reg non debet, de reg.iur.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Publicare expedit malos effectus & pœnas nocentium.*
2 *Iudicis pronunciantis persona est consideranda.*

Verum. No.quod discretio est mater virtutum.& dicit
a Laud. ꝙ discretio est cum proceditur ex sum-
ma deliberatione discernendo & ratiocinando. Secundo no.
quod præcipitata voluntas iudicis est nouerca iustitiæ. quod
1 dic vt in glo. † Tertio no. ꝙ expedit malos effectus & pœnas
nocentiũ publicare, vt hic in verbo, non prodiret. & hoc fit
vt manifesta possint correctione puniri, & vt sit posteris in
exemplum.de pœn.c.1. ff.de iniur. l.eum qui. de conse. dist.2.
ego Berengarius. Quarto no. de liberamine rationis. & dicit
Laud.quod ratio est quædam vis animæ, quæ conferendo &
ratiocinando intendit diuinis, & aliis virtuosis quæ vtilia sũt
animæ, & euitat damnosa, cuius contrarium facit sensualitas.
tas. pro hoc quod dicitur de gratia informante, de hoc supra.
de sum. trinit. clem. vnica. in fi. Quinto no. de considerandis
causis cuiusque rei. cognoscitur enim bonitas vel prauitas rei
per causas suas.23.quæst.8.occidit.de resti. cum causam. ff.de
fur.l.verum. Sexto no.considerari debere tenorem sententiæ,
vt hic in verbo, continentia.ex quo poterit colligi an sit rite &
2 recte lata respectu ipsius prolationis. † Septimo no.quod con-
sideratur persona iudicis pronunciantis. & dicit Laud. hoc
fieri, vt appareat de superioritate pronunciantis, vel saltem qđ
communi opinione habebatur pro tali. ff.de offic præto.l.Bar
barius.3.q.7.§.tria.aliter in non subditum quis iurisdictionem
non habet. ff.de iurisdict.omn.iud.l.fi. de arbi. nam magistra-
tus. supra de electio.innotuit.de constitu.cap.2.libro sexto. Ex
hoc etiam no. quare hic consideratur persona in quam fer-
tur

ADDITIO.

a Vinc.God. Discretio & iudicium sunt idem. Alexan.conf.33. viso themate.
nu.4 lib.1.& ibi in apost.

tur sententia, vt patet de subiectione eius. Et dicit Laud. hoc maxime fieri in pœnis spiritualibus, & ideo licet excommunicatus occultus, qui se gerit pro absoluto, possit ferre aliquas sententias in prophanis. de re iudicata, ad probandum. non tamen excommunicationem vel similes a claue procedentes ferre potest, cum per excommunicationem sibi subtractum sit prælationis exercitium. 24. q. 1. audiuimus.

SVMMARIVM.

1 *Locus debet esse tutus alicui non solum ipsi, sed etiam suis.*
2 *Consistorium quid est.*

Notorium. Nota id quod no. gl. 1. & in ea ibi, ex parte. dic vt ibi dixi. & ad hoc vt metus excuset, non sufficit probare metum præcedentem, sed expedit vt probetur continuatio tempore actus gesti, ita enim hic dicit quod tempore processus & sententiæ metus imminebat.
1 pro hoc de sponsa. ad id quod. † Secundo nota quod ad hoc vt locus censeatur tutus non sufficit ꝙ sit tutus alicui, nisi etiã sit tutus suis, ibi & suos. & dic suos, puta propinquos familia-
a res & subditos. Tertio no. ꝙ citatio debet esse legitima, [a] ibi, legitime. & ad hoc vt sit legitima, requiritur ꝙ sit trina. C. quomodo & quando iudex. l. tres. quandoque tamen sufficit vna si in ea exprimitur, ꝙ sit peremptoria. de resti. in integ. tum ex
b literis. in fine. Quarto no. id quod no. gl. in verbo, violentam[b]. quam singulariter signa. & idem Pau. & ex eo quod dicit glo. captiuum non teneri ad redeundum ad vincula si iniuriose tenebatur, infertur ꝙ si mors non est iniuriosa, non potest qs eam fugere sine peccato. facit quod no. 1. dist. ius militare. in glo. 2. quod tenet Pau. & Laud. & idem Steph. vt dico infra ver. cæterum. in 2. nota. Opponitur quod non fuerit excusatus rex a comparendo. non enim debuit timere coram imperatore comparere. C. de his qui per metum iudi. non app. l. prima. ff. quod metus causa. non est verisimile. 1. responso. Solu. Pau. ꝙ hic iuste timuit exercitum imperatoris, qui potuisset regem offendere de facto, neque rex potuisset aliquem adire qui hoc prohibuisset, non ergo tenebatur se committere capitalibus inimicis, vt lite non contest. accedens. 2. ad hoc supra de fo. compe. cle. quamuis in prin. & hæc litera quæ dicit exercitum fuisse ferocem. dicuntur autem fera animalia quæ nocent de iniur. c. fi. cessante vero tali metu non iustus esset metus, vt in contrariis, secundum Pau. Secundo opponitur ad hoc, quia debuit appellari, vel saltem protestari. de appel. cap. fi. & d. c. accedens. Solu. Pau. ꝙ hoc casu locus non est appellationi, quæ non interponitur a principe, & sufficit locum notorie fore non tutum, quod etiam voluit glo. in verbo, notorio. quod no. & per hoc quod no. Archid. 2. q. 6. quoties. & hoc casu dicit Pau. quod ad cognoscendum de causa, debent eligi arbitri. 11. q. 1. si clericus. vel imperator committet alij causã. de appel. cum speciali. vel habebitur recursus ad Papam. qui fil. sint legi. per venerabilem. Tertio oppo. ad hoc ꝙ etiam si timuerit mortem, deberet se offerre. 23. quæst. 8. conuenior. glo. in ver. offerre. Sol. quod ibi hoc dicit Ambros. de charitate, & ex merito nimiæ patientiæ. idem Pau. qui etiam dicit ꝙ ibi hoc fit pro tuitione ecclesiæ, pro qua ad hoc tenetur. 7. q. 1. §. hoc seruãdum. de renun. nisi. §. propter malitiam. & quod
2 ibi dixi. † Quæro quid est consistorium[c]. Sol. Pau. ꝙ est locus,
c in quo sedet princeps in audiendo. 2. q. 6. antenorum. ver. qd hoc. 23. q. 8. conuenior. de app. ex insinuatione. Tribunal vero est vbi sedet ordinarius. ff. de mino. l. minor autem. de offic. ordi. cum episcopus. lib. 6. vel secundum Genze. consistorium est locus vbi redditur ius, vel dic vt in glo. in verbo, consistorij. & omnes solutiones idem sonant in effectu. fit autem per Romanum Pontificem duplex consistorium. alterum secretum, in quo ipse est cum Cardinalibus. alterum publicum, qd omnibus patet.

ADDITIONES.

a Citatio debet esse legitima. Adde glo in l. minor. ff. de bo. auth. iu. poss. Barto. in l. quarta. in §. prætor. de dam. infec. Bal. & Doct. in l. fi. D. de procu.

b Violentam. Adde quod si captiuus ad pœnam vel periculum mortis relaxatur cum iuramento de redeundo ad carcerem certa die, si mors erat iniuriosa, redire non tenetur, alias tenetur vt hic. hoc probatur iure quod iuramentum non est seruandum, si sine periculo mortis seruari non potest, vt in §. finali. 22. quæstio. secunda. & in capitu. si vero. de iureiuran. Bartol. in l. adoptio. C. de adopt.

c Quid est consistorium. Adde glo. in ver consistorium. in authen. sed lis. in c. conuenior. 23. q. vlt.
Vinc. God. Adde quod Consistorium Dei & Papæ idem est. Pet. a Mon. Monar. Conc. de pot. præst. Excel. Rom. Pont. q. 1. num. 7. quod habetur lib. 10. trac. fol. 99. & Consistorium quid sit de vtraque significatione & pro quo capiatur, de author. Conci. Io. Monta. post. nu. 11. quod habetur in eo. li. 10. fol. 108.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non arctat extra territorium.*
2 *Papa restringit iurisdictionem imperatoris ad certum districtum, cum tamen imperator sit dominus mundi.*
3 *Iura imperialia an possint præscribi.*
4 *Territorium seu districtum quis habere dicatur de iure.*
5 *Abbas primi monasterij an possit iudicare de monachis, qui obtinent prioratus ordinis sui & retinent locum in primo monasterio ex dispensatione Papæ.*
6 *Citatio an afficiat extra territorium.*
7 *Imperator si petijsset a Papa vt citaret reum, si hoc non faceret, an posset animaduertere in eum, saltem in temporalibus.*

1 Vt illud. † No. ꝙ citatio non arctat extra territorium. de hoc in q. 3. sunt & alij casus in quibus citatio nõ arctat, quos colligit Matth. vt cum quis citatur ad locũ notorie suspectum vbi manifeste timetur periculum mortis, vt in ver. præced. de foro compe. clem. vnica. in princip. Item si citetur quis ab eo, qui notorie non est iudex suus in illa causa, vt si laicus citat clericum super spiritualibus, de quibus nõ potest præiudicare. de ord. cog. tuam. de iud. decernimus. de arbi. contingit. Item si in citatione exprimitur ꝙ veniat respõsurus seruo, vel excommunicato, vel cuicunque alteri non habenti personam standi in iudicio. ff. si quis cau. l. quoties. de iudi. intelleximus. Item si citatur die feriata etiam ad diem non feriatam ad iudicium exercendum. de fer. cap. fin. Item si in citatione exprimitur locus inhonestus vbi debent comparere. ff. de arbi. l. si cum dies. §. si arbiter. Et generaliter vbicunque in citatione exprimitur aliquid inhonestum, non tenetur comparere, vel etiam si non sit turpe vel inhonestum, est tamen tale quod certum est, quod contra eum, qui agit cõpetit exceptio declinatoria iudicij. de resti. spol. c. 1. lib. 6. 3. q. 2. cap. fin. de ordi. cogn. cap. 2. sed hoc casu dic, quod citatio afficit, nisi in ea exprimatur error, vt puta, non obst. quod talis te spoliauerit compareas sibi responsurus de iure. quo tamen casu videtur citatio tenere, quia posset non vti exceptione spoliationis. de resti. spol. cap. 1. sed quia non præsumitur quis nolle vti iure suo, de renun. super hoc. verius dicendum est quod non arctat. Item non arctat si citatur quis a non suo iudice, nisi exprimatur in citatorio causa, propter quam sit factus iudex, pro hoc quod no. Inno. cap. 2. de dila. & de hac materia in Spec. de cita. per totum. No. ꝙ de facto suo quis potest testificari per negatiuam puram non coarctatam, vt hic in ver. nequaq, & in gl. in eodem verbo, & per hoc quod dixi de proba. tertio, & est hæc glo. similis pro eo, quod ibi dixi. creditur aũt
2 Papæ neganti, sicut & affirmanti. s. de proba. cle. literis. † Opp. quia Papa restringit iurisdictionem Imperatoris ad certum districtum, cum tamen dicatur mundi dominus. ff. ad l. Rhodiam de iactu. deprecatio. Sol. vt in glo. in verbo, dictu. quæ tamen non plene soluit contrarium. & no. eam in fi. ibi, facit tamen. vsque ad fin. Lau. autem plenius soluit, præmittẽs quod districtus territorium & diœcesis, quasi pro eodem sumuntur, & nihil aliud sunt, quam vniuersitas agrorum intra fines cuiusuis loci existentes, vbi quis obtinet ius imperandi. de proba. licet, in princ. ff. de verbo. signif. pupillus. §. territorium. & dicitur districtus a distringo. territorium a terreo, vt dicta l. pupillus, pro hoc supra, de elec. clem. 2. §. sane. vbi distinguitur inter prædicta. & de hoc ibi glo. iustum, præmittit etiam Laud. quod duplex est territorium, alterum in quo exercentur ea quæ fiunt in foro animæ, sicut sacramenta ministrare. de pœ. per totum. alterum in quo exercentur ea quæ fiunt in foro contentioso, sicut iudicare. quibus præmissis cui & qualiter competat districtus, prosequitur Laud. quod dico in q. 1. ad propositum autem dic, quod Imperator dicitur obtinere iurisdictionem insolidum in vniuerso mundo, quia solus est cui a Deo committitur gladius tanquam vicario. 8. distin. quo iure. 16. quæst. 3. cap. fin. 7. quæst. 1. in apibus, & dicta l. deprecatio, & in hoc fundat intẽtionem suam de iure communi quo ad ius reddendum, & ius gladij exercendum, secus quo ad proprietatem rerum in quibus de iure communi ius non habet, cum multa sint allodia. de iurein. nimis, & quod ibi no. sed per hoc non est solutũ ɔtrium. Gen. vero dicit ꝙ salua meliori sñia dici potest ꝙ de iure scripto habet Imperator iurisdictionẽ tpalem in toto mundo, quia Deus ad regimen vniuersi sacerdotiũ & imperiũ tm̃ instituit nõ in alios, in Auth. quõ oportet epi. in prin. col. 1. de ma. & obe. solitæ. sed attenta trãslatione facta de imperio per Constantinũ in ecclesiã, de qua no. in d. Auth. & s. cle. Romani, de iureiu. § porro. exercitium habet limitatum, vnde etiam in certis mundi partibus reges iurisdictionem & iura tpalia pscripserunt, pro hoc qui fil. sint legi. p venerabilẽ, & qd̃ no. de dona. inter virũ & vxo. & sic necesse, & plenius in d. c. nimis, & aliqui ita præscripserũt ꝙ non recogno-

recognoscunt imperatorem. d.c. per venerabilem. & secun-
dum hanc limitatam potestatem loquitur tex. hic: nam terræ
quæ sunt de patrimonio ecclesiæ, sunt extra districtum impe-
3 rij, vt hic. Secundo oppo. ad hoc ꝙ per præscriptionem non
possunt præscribi iura imperialia, quia cõtra superioritatem
non præscribitur. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. l. com-
perit. canonizata. 16. q. 3. §. potest. ver. iubemus. Sol. Gen. quod
procedunt contraria respectu temporis quo imperator domi
nabatur toti orbi, hodie secus. vel secundum eum non potest
præscribi contra imperatorem intra limites imperij, nisi pre-
cedente concessione imperiali, & subsecuto lapsu 40. anno. C.
de fund. patri. l. fi. lib. 11. sed extra sic. pro hoc argu. C. de sum.
tri. l. 1. & quod ibi no. & in d. ver. iubemus. dic melius, quod si
præsupponeretur quod potestas imperij esset dependens a Pa
pa, non posset iuridice præscribi, quod aliquis eximeretur ab
eo. de præscri. cum non liceat. sed præsupposita dependentia
iurisdictionis imperialis ad Papalem, cessat hæc ratio. nam
exempti ab imperatore non sunt sine capite. s. Papa. qui fil. sint
legi. per venerabilem. & hoc respectu procedit hæc litera, ad
cuius veritatem sufficiat præsupponere ꝙ donatio Constan-
tini valuerit, quod no. de iureiu. clem. Romani. ver. porro. vbi
dixi in 3. qõ. quo præsupposito sequitur, ꝙ terræ donatæ sunt
4 extra districtum imperij & tales erant istæ. †Quarto circa hoc
generaliter, quis habeat districtum, seu territorium de iure
communi. Lau. distinguit, quia aut loquimur de principib.
sæcularibus, aut de ecclesiasticis. primo casu solus imperator
habet districtum. qui debet esse vnicus tantum in orbe, vnde
quod dicitur. 8. distin. quo iure. vbi dicitur imperatores, in plu
rali, debet intelligi successiue, vel prout quandoque contin-
git de facto, vt in Tito & Vespasiano. Ex hoc Infert Lau. quod
cæteri reges & Comites, qui non fundant intentionem de iu-
re communi, non habent territorium, quia vt patet limites
Regnorum & Comitatuum per vsurpationem confundunt.
10. di. lege. & in his sufficit bona fides sine titulo. secus autem
in limitibus diœcesum, & parochiarum, quæ non præscribun
tur. de paro. c. pen. imo etiam intra diœcesim non præscribit
sine titulo. de præscri. c. 1. lib. 6. quod est verum quando ius cõ-
mune est contra præscribentem, & pro eo contra quem præ-
scribitur, vt ibi. Si autem loquimur de ecclesiasticis aut de Pa
pa aut de inferioribus. de Papa dicit Laud. ꝙ totus orbis est
sibi pro territorio. 9. q. 3. cuncta. Et ideo fundat intentionem
de iure communi vbique, vt ibi, quod non est verum quoad
exercitiũ temporalium. qui filij sint legi. causam. quoad quæ
fundat intentionem solum de iure speciali, vt de dona. Con-
a stantini [a] vel alterius qui donare potuerit. Sed de inferioribus
aut de habentibus delegatam, aut ordinariam. si delegatus,
dic ꝙ habet iurisdictionem vbi habet delegans, tamen pote-
stas delegati Papæ restricta est in loco vbi deputatur, per c. sta-
tutum. §. cum vero. & duobus sequentibus. lib. 6. Si de haben-
tibus ordinariam, aut de legato Papæ, & iste habet ordinariã
in prouincia sibi decreta. de off. legat. c. 1. & c. nemini. de po-
stu. præla. cap. 1. de appel. nouit. de offi. leg. c. 1. lib. 6. aut de ordi
nario, puta episcopo, archiepiscopo, Patriarcha, vel primate.
Et de his dicit Laud. ꝙ habent iurisdictionem in suis diœcesi-
bus: in prouincia autem habẽt solum in casibus a iure expres-
sis. de offi. ordi. vt litigantes. lib. 6. & 3. de offi. ordi. pastoralis. in
princ. Sed de inferioribus ab episcopo sunt opi. quidã dicunt,
vt refert Laud. ꝙ solus episcopus insolidum habet iurisdictio-
nem in sua diœcesi quoad causas spirituales & ecclesiasticas,
alias esset monstrum si alias sibi haberet, sicut si duo capita
forent in vno corpore. de offi. ordi. quoniam. Et si aliqui iuris-
dictionem exercent in diœcesi, habent eam in personis, non
in territorium. 93. dist. legimus. de foro compe. si contingat.
ad instar arbitrorum, qui possunt iudicare inter partes vbique
maxime si sint religiosi. de sent. excom. cum illorum. & quod
ibi no. & sm hoc dicunt isti ꝙ inferiores episcopis de personis
in quas iurisdictionẽ habent, vbique iudicare possunt, alij, put
refert Laud. in hoc vltimo tenent contrarium dicentes ꝙ iu-
dicare possunt solum in locis vbi consueuerunt. Hostien. con-
cordat, quia aut habent certam terram limitatam, sicut Ab-
bas Casinen. & tales dicuntur habere territorium, & in il-
lo iudicant sicut episcopi. Aut non habent certum territo-
rium, & tunc dicuntur habere iurisdictionem in personis tan-
tum, sed tamẽ solum iudicabunt vbi præscripserunt, quod est
5 verius. †Secundo quæro circa hoc de monachis, qui obtinent
prioratus sui ordinis retento sibi loco in primo monasterio
per dispensationem Papæ, an abbas primi monasterij põt de
eis iudicare, & eos excommunicare. videtur ꝙ non, cum non
habeat prælationem veram quæ requiritur ad hoc, vt clarius
operetur, 23. q. 1. audiuimus. in contrarium de priuileg. volen
tes. lib. 6. Laud. relinquit hoc disputationi. dic ponderandam
formam dispensationis. & si recepiat iurisdictionem Abbati,
potest iudicare, alias non, quia licet sit dispensatum, quod re-
tineat locum in primo monasterio, tamen de iure desierunt
esse monachi illius. de elec. consti. & concessum in fauorem
eorum non debet in odium retorqueri. C. de leg. l. ꝙ fauore.
6 regula, quod ob gratiam. lib. 6. † Tertio quæro generaliter in
eo, quod dicit de citatione, an citatio afficiat extra territoriũ.
videtur ꝙ non, ẽt si citatus alias sit subditus citantis, quia cita-
tio est sñia. C. de episc. & cle. l. oẽs. §. nihilominus. & l. cum cle-
ricus. de his qui ad ec. confu. l. pñti. de procu. l. vlt. Sed sñia ex-
tra territorium non ligat. de consti. c. 2. lib. 6. de iurisd. omn. iu.
l. vlt. ergo nec citatio. Item iudex prohibetur exercere iudiciũ
extra territorium præterq̃ in casu. s. de fo. compe. clem. vnica.
citatio autem est pars iudicii. de prob. qm. ergo & de ipsa pro-
hibitum est, qa a quo remouetur totum, remouetur quælibet
eius pars. ff. de rei vend. l. quæ de tota. de spon. oratio. C. de re.
ali. l. vlt. 14. q. 5. pœnale. 32. q. 4. meret nces. Item iudex non iu-
dicat vltra tempus officii, nec citat. ff. de iud. l. edictum. de pę.
l. vlt. de post. & puto. de iuris. omn. iudi. l. eum qui. §. fi. ergo nec
extra locum suum, temporis enim & loci vnum est iudicium.
ff. si cet. pet. l. vinum. de ver. oblig. quoties. de offi. deleg. de cau-
sis. de plus peti. c. vnico. In contrarium quod citatio possit fieri
extra territorium per nũcium & literas, probatur C. de epis. &
cle. l. oẽs. ver. verum si appatitor. vbi dicitur ꝙ apparitor. i. nun
cius ca sententia iudicis. i. per decretũ de citando potest mo-
nere degentes in prouincia, & loquitur ibi in præfecto vrbis
qui citat existentes in prouincia, & sic extra suam iurisdictio-
nem quam non habet, nisi in vrbe & catra vrbem tantũ intra
centesimum miliare. ff. de offic. præfe. vrb. l. 1. §. sed & si quis.
& no. de offic. vic. c. pe. in gl. 2. Si autem loquitur d. ver. verum.
de alio iudice, quia non præcise apparet cui loquatur, adhuc
tñ idem probat. ad idem inducitur. C. de offic. præfec. vr. l. 2.
vbi præfectus vrbi personas in prouincia. i. catra suam iuris-
dictionem non aduocat, nisi sint sui officiales, vel sint de vr-
be, ergo suos subditos etiam existentes extra territorium ci-
tare potest. ad idem de fo. compe. c. pen. vbi iudex domicilii,
quia inchoauit processum, terminat causam ẽt si reus postea
factus sit de alio homicidio, & sic poterit eum citare q̃uis sit
alibi. hoc tñ ibi aperte non probatur. Ad idem inducitur, quia
citatio continet duo extrema. primum est actus iudicialis qui
fit per iudicem cum decernit quem citan. Aliud est citatio-
nis executio, quæ non fit per iudicem, nec in iudicio, sed per
nuncium vel literas. sufficit ergo ꝙ primum fiat in territorio.
nam secundum licet fiat extra territorium, trahitur ad terri-
toriũ. & sufficit ꝙ delegatus cognoscat in territorio. ff. de off.
præfe. vr. l. fi. no. de offic. leg. nouit. pro hoc quia paria sunt ali-
quid fieri tempore concesso, vel prohibito si refertur date ad
tempus concessum. ff. de dona. inter virum & vxo. l. si enim. §.
fi. & l. seq. de hære. insti. in tempus. vt sic spectetur finis. de testi.
cogen. præterea. Item primum catremum citationis videtur
posse fieri etiam extra territorium, quia nõ videtur esse actus
iudicialis, nam arbiter citat. ff. de arbit. l. sed interpellatur. de
arbi. cum dilectis. & cap. per tuas. ex quo videtur, quod iurisdi-
ctio non requiratur ad effectum, vt quis possit citare. Nam ar-
biter non habet iurisdictionem. C. de arbi. l. 1. ff. de rẽ iud. l. ait
prætor. sed notionem tãtum. i. cognitionem non iudicialem.
ff de verbo. signi. l. notionem. cessat ergo ratio prohibitionis,
nam si aliqua ratio prohiberet citationem fieri posse catra ter
ritorium, esset illa sola, ne dicat ius catra territorium. cum
ergo citatio non exigat iurisdictionem, poterit fieri etiam ex-
tra territorium. præterea licet citatio realis prohibeatur quo
ad existentem in domo habitationis, de qua trahi non debet
inuitus. ff. de in ius voc. plerique. tamen si videtur de publico,
puta per fenestras, potest citari verbaliter. ff. de in ius voc. l. sa-
tis. in fi. alias. l. sed is. ergo eodem modo posset nuncius verbo
citare existentem extra territorium, licet non possit realiter
inuitum ad iudicem deducere. Sol. multę sunt in hac quęstio-
ne opinio. quidam enim stant secundę parti, ꝙ citatio valeat,
quod tenet Gof. in sum. de foro compe. §. item ratione cõtra-
ctus. alij dicunt citationem debere fieri in loco habitationis
per edictũ. no. in Auth. de liti. §. omnem. & ff. de iudi. post edi-
ctum. Sed hæc sol. secundum Pau. deficit si citandus nõ habet
domum. dic quod deficit etiam alia ratione, quia non citatur
quis ad domũ, nisi in certis casibus, quod dixi de eo qui mit.
in pos. c. fin. alij dicunt quod de absente loco edicti sufficit im-
positio iudicis in actis scripta, & facta nuncio quod reum ci-
tet

ADDITIO.

a Vt de donatione Constantini. Adde quæ dixi in apostil. in clem. 1. de iure-
iuran.
Vinc. God. Vide de hac donatione Mic. Vlc. in tract. de reg. mun. in 4. prin.
q. num. 1. 7. & 13. quod habetur in lib. 10. tract. fol. 231.

ret vt sit illa scriptura in locum edicti, & tunc nuncius citabit ad domum, & si non habet domum, voce præconia publicabit citationem. dicto §. omnem, & ff. de dam. infec. l. quarta. & vt refert Pau. sic seruauit Imperator in citatione, de qua hic, & sic ſm istos non sufficeret sola vox præconis, nec missio nuncij, & epistolæ factę extra territorium, cum exerceri non possint, nec in alieno territorio. alij dicunt p edictũ nũcij & epistolam citationem posse fieri extra territorium, & hoc de verbali citatione, sed per iudicem, vel reali citatione non, vt quando capitur reus, & deducitur etiã inuitus ad iudicem. duplex est enim citatio, verbalis, quæ fit verbo tantum seu edicto, vel literis, & realis, quæ fit modo nunc dicto, vt no. de in ius voc. sed his, in Auth. de exhi. & intro. reis. §. si vero. coll. 5. Sed hæc opi. reprobatur hic, ipsi tamen respondent ꝙ ratio q̃ facit hic Papa, non est vera, & ꝙ ibi cum dicit, illud tanq̃ notissimum subaudiri debet apud quosdam, quorum falsa est opinio. sed vt dicit Pau. hæc solu. satis est temeraria, pro hoc quia patet hic ꝙ Papa super hac ratione fundatur. Sunt & aliæ opin. de quibus dixi de fo. compe. c. fi. & no. co. titu. Romana. §. contrahentes. Pau. dicit ꝙ si loquimur de citatione facienda per iudicem præcise, verum est, ꝙ fieri non potest extra territorium, & de hac. C. de iudi. sancimus. C. q̃n & q̃n iudex. l. 2. idẽ dicit de citatione reali. de qua de deposito. cap. 1. 23. q. 4. displicet, de sent. excõi. si clericos. lib. 6. ff. in ius voc. vt eam. in rubro & nigro. ff. si quis in ius voc. non ie. l. 2. & de in ius voc. plerique. & l. se. C. de se. l. fin. de foro compe. Romana. §. contrahentes. libro 6. Si autem loquimur de citatione verbali facienda per præconem, adhuc idẽ videtur dicendum per dictã l. vlti. C. de se. & auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & idem videtur de citatione quæ fit per literas. C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum, de in inte. rest. tum ex literis, de dolo. cum dilecti. Et idem de ea, quæ fit per nuncium, de app. cum parati, ff. de arbi. sed interpellatur, in princ. C. de præscript. 30. an. l. sicut. & idem si fit per publicum edictum, de quo supra de iudi. cle. dudũ. C. vbi in rem actio. l. 2. C. quomodo & quando iudex, auth. qui semel, de cle. non resi. ex tuæ. & hæc citatio æquiparatur epistolæ. ff. de offic. procon. l. quana. § antequã, C. comminationes epistolas. in rubro & nigro. nam per istos modos iudex exprimit suam voluntatem sicut per organum. de dolo & contu. c. fin. ff. de consti. pecu. qui autem, in fi. & l. se. de acquir. poss. quod meo. §. 1. de reg. iur. qui facit, lib. 6. Cum ergo per se non possit, vt dictum est, tanq̃ qui extra territorium est persona priuata, de offic. leg. nouit. ff. de offi. præ. l. tertia. nõ etiã per alium quod eum repræsentet, quia etiam quo ad illud censetur loco priuati, ſm Pau. qui tamen in hoc non persistit, sed dicit posse dici ꝙ iudex domicilij verbaliter citare potest extra suum territorium per edicta, præconem, literas, & nuncium, vt in iuribus pro secunda parte allegatis. Et ille actus intimationis cum sit non iudicialis, fieri potest in alieno territorio, nam si diceremus ꝙ deberet scribi iudici territorij qui citaret, posset esse casus in quo citare nõ posset, vt si ibi existens non deliquit nec contraxit nec habet ibi domicilium nec alia ratione sibi subest, nam per solam existentiam vel transitum non efficitur subditus, ff. de iudi. l. hæres absens. §. nam vbi. de tempo. ordinan. cum nullus, lib. 6. de foro compe. quod clericis, & quod ibi dixi. Si vero loquimur de iudice ratione delicti vel contractus, qui est iudex solum per accidens, talis citare non potest extra territorium, quo ad arctãdum personam, & sic loquitur hic, sed fieri debebit citatio per ordinarium, vt dixit Vber. prout hic dicitur, ibi, nos quoque &c. & sic intelligitur §. contrahentes, ſm Pau. qui dicit idem si talis transiret ad certum territorium, & sic vult Pau. ꝙ ad requisitionem iudicis delicti, vel contractus, ordinarius ratione domicilij citabit contrahentem, vel delinquentem, siue sit in suo territorio, siue alibi. vel ſm Pau. potest intelligi §. contrahentes, de citatione emissa a iudice contractus, quæ in territorio etiam alieno fieri potest quo ad executionem faciendam in rebus suis intra territorium, non autem quo ad personam, sed hic citatio fiebat quo ad personam, ideo non arctat extra territorium. vel loquitur ille §. contrahentes, de illo qui in loco contractus habebat pergulam vel armarium, idest apothecam, & sic erat tanq̃ habens ibi domicilium, secus si simpliciter contrahant, vt ibi no. Ad prædicta ſm Pau. facit optime litera sequens, & sic dicit intelligi posse, quod no. Inno. de foro comp. c. fi. ad contraria vero non aliter respõdet Pau. nisi ad id quod dicebatur de toto ad partem, ad quod dicit ꝙ illud est verum ſm quid vt no. gl. ff. de leg. 3. si quid, & non aliter declarat. Pau. vult dicere quod non simpliciter, & indistincte procedit argumentum de toto ad partem, per hoc quia aliquando licet in parte quod non licet in toto, de offi. deleg. c. fin. §. vices. lib. 6. vbi qui non potest committere vices suas in totum, committit quo ad partem, vt quo ad citationem & denunciationem sententiæ, pro hoc quod no. de dolo & contu. c. fin. in fi. Laud. autem simpliciter dicit, quod citatio emissa in proprio territorio extenius nullum arctat, & quod citatio duo continet, scilicet interlocutoriam iudicis per quam decernit talem citandum, & hoc fieri debet intra territorium sicut & alij iudiciales actus. C. de epis. & cleri. l. omnes. §. verum, & §. præterea. secundo continet denunciationem seu executionem, scilicet quando iudex per apparitorem citationem mittit vel denunciat ei, qui citatur, & hanc per alium etiam extra territorium facere potest, sicut etiã citat, qui non habet territorium, vt canonici. de elec. cum nobis, & eo. titu. c. 1. & c. cupientes, lib. 6. & cle. cãm. sicut etiam arbiter, vt dixi supra ca. q. dicit tñ tutius ꝙ fiat per iudicem sub quo degit citandus, vt hic dicitur, in hoc tñ non persistit Laud. sed per alternatiuam, vel, dicit ꝙ citationem quæ fit solis verbis potest facere iudex extra territorium, sed illam quæ fit re, & verbis non potest facere, vt in delictis in quibus fit remissio, & fit per iudicem sub quo degit. dicta l. omnes. §. verum, vt hic. Genz. vero tenet primum indistincte, ꝙ citatio facta intra territorium non arctat citatum alibi habentem domicilium, sed fieri debet per illum sub cuius iurisdictione consistit ad requisitionem alterius, vt hic. arg. C. de iud. l. properandum. §. sin autem. de fo. compe. Romana. §. contrahentes, in fi. lib 6. & idem Mat. remittens ad no. in Spec. de compe. iudi. aditione. §. 1. in ver. sed quomodo, de accu. §. primo. ver. qd de latrone. vbi ponitur forma talis citationis. Lap. dicit quod super crimine non potest quis citari extra territorium, vt hic. secus si super contractu, per præal. §. contrahentes, quod intellige vt dico, infra ea. q. facit etiam Lap. aliam differentiam inter delictum & contractum, quia delinquens etiam si incontinenti discedat, tamen potest per episcopum delicti excõicari. secus si in contractu, per d. §. contrahentes, ibi, nisi inueniatur ibidem, quia contractus est licitus, & permissus, delictum autem prohibitum, qd etiam no. Io. Cal. de rap. c. 1. Ad hanc literã, quæ videtur obstare, dicit, ꝙ hic in tex. non deliquerat in districtu imperij in propria persona vel ꝙ fuit allegatio partis non bene fulcita iure. Sed contra hoc vltimum est, quod dixi. s. ea. q. qa Papa super hac rõne fundatur, & dic melius, vt dico j. ead. quęs. & de hac materia dixi de fo. compe. c. fi. vbi tradidi distinctionem, quam approbat Romana curia, quæ ponitur in decisionibus Rotæ decisio. vlt. quam in aliquibus reformaui, & est in effectu, ꝙ iudex ratione domicilij potest citare subditum latitantem. i. de quo nescitur vbi sit, & citatio facta intra territorium afficit eum vbicunque sit. pro hoc, vt no. Innoc. de rap. cap. 1. sed si nõ latitat, potest citare existentem in alieno territorio quo ad afficiendum bona, de cle. non re. ex tuæ, non quo ad afficiendum personam. de consti. cap. 2. lib. 6. iudex autem ratione rei citare potest etiam alibi existentem solum quo ad hoc, vt procedi possit super illa re, vt li. non contest. quoniam. §. in aliis. de dolo prout. sic & iudex contractus citat alibi existentem, quo ad afficiendum bona, quæ sunt intra territorium, vt in §. contrahentes. non quo ad alia, nisi quando malitiose se occultat ne ad eum perueniat citatio, quia tunc potest decernere missionem faciendam in bona etiam in alieno territorio, & iudex territorij exequitur, vt ibi. iudex vero delicti non potest citare extra territorium quo ad puniendum grauius. i. vltra relegationem. ff. de requir. reis. l. 1. Sed debet requiri iudex territorij, qui citat, & remittet si crimen sit graue. in Authen. vt nulli iudic. §. si quis vero comprehensorum. sed etiam quo ad crimina leuia non valet citatio extra territorium, sed oportet, vt fiat p iudicẽ territorij ad literas citantis, quo casu afficitur citatus, ita quod tenet sententia etiam in persona lata per iudicem delicti. Archid. de priui. c. 1. lib. 6. & de hoc. 3. q. 6. c. 1. & hoc cum scitur vbi degit. Si autem nescitur, iudex delicti euocabit legitimis edictis, & si non veniat, procedetur ad annotationem bonorum. C. de adul. auth. si vero. & de hac annotatione no. de dolo. veritatis. Circa hoc tamen quo ad iudicem domicilij in eo, ꝙ in hac distinctione dicitur, quod nõ citat existentem in alieno territorio quo ad efficiendum personam, nisi q̃n nescitur vbi degit citandus, dic ꝙ imo simpliciter, & indistincte citat vbicunque existentem quo ad omnẽ effectum, cũ iure probatur eum posse citare, vt in d. l. omnes. ver. verum si apparitor. & C. de offi. præfec. vrb. l. 2. quod etiã probatur hic in ver. denique. in eo qd põderat ꝙ imperator nõ erat iudex regis rõne domicilij. dũmodo ergo citatio decernatur intra territoriũ, poterit cõsumari extra territoriũ quo ad oẽm effectum. & hoc de citatione verbali, nisi forte iudex territorij de facto prohiberet nũcium ingredi territorium. de citatione vero reali secus, p iura s. ad hæc inducta. de aliis oĩbus iudicibus vt ratione ꝯtus delicti vel rei procedit distinctio prædicta, qa de istis cũ sint iudices p accidens, non põt dici ꝙ iurisdictionem habeat, nisi in his tñ de quibus in iure reperitur expres-

expreſſum. Et quo ad iudicem rõne rei dic vt p̃dixi, ſic &t quo
ad iudicem ɔ̃ctus, de quo ſpecifice loquitur §. ɔ̃hentes. vbi in
primo dicto dr̃ ꝙ iudex ɔ̃ctus nõ poteſt ɔ̃hentem inuitum tra
here coram ſe, niſi inueniatur ibidem. & ſic patet, ꝙ loquitur
de citatione reali. deinde ſubiungitur id, quod dixi in diſtin-
ctione de iudice delicti. dic per oĩa vt prædixi. tñ quo ad intel-
lectũ huius cle. conſidera id qđ hic dicitur in ver. denique. vbi
patet ꝙ rex non erat ſubditus Imperatoris ratione domicilij,
ſed ſolum ſuberat ratione quorundam ſeudorum, vnde non
habuit imperator poteſtatem ſuper regem, niſi eam quæ per-
mittitur ex natura feudi, de qua dixi de iudi. cæterũ. ratione
vero delicti ꝙ dicebatur cõmiſſum intra diſtrictum imperii,
potuiſſet bene procedere ɔ̃ regem ſi fuiſſet inuentus in eius di
ſtrictu. Sed cum notorie traheret morã cõtinuam in regno Si
ciliæ, quod eſt extra diſtrictũ imperij, non potuit citatio ſacta
intra fines imperij citatum afficere quo ad perſonam, vt quo
ad dignitates, vel alia: ſed ſi imperator proceſſiſſet ſuper bo-
nis quæ erant intra diſtrictum imperij, fortaſſe valuiſſet, ſicut
in iudice ɔ̃ctus dr̃ in §. ɔ̃hẽtes. tñ hic nihil deciditur, ſed dic ꝙ
ſicut iudex ɔ̃ctus procedit contra citatum alibi exiſtentem, &
non venientem quo ad miſſionem tm̃, vt in d. §. cõtrahentes.
ſic iudex delicti quo ad annotationem tantum, vt ſ. dixi. quæ
diligenter no. tanq̃ minus bene per alios explicata. Et his præ-
7 ſuppoſitis patet facilius ſolutio ad omnia contraria. † Quarto
quæro circa hoc ſi Imperator petijſſet a Papa, vt reum citaret
vel mitteret, nũquid ſi hoc non facit poterit in eum animad-
uertere vel compellere, ſaltem in temporalibus. vr̃ ꝙ ſic. ff. de
re iudic. l. a diuo. §. 1. ibi, ſi hoc iuſſi fuerint. facit de treu. & pa.
c. 1. in fi. 23. q. 2. dominus. nam quanto Papa celſior eſt, magis
delinquit ſi negligens ſit in faciendo iuſtitiam vel coadiuuan
do ſi opus fuerit, quæ duo pari paſſu ambulant hoc caſu. 2. q.
7. negligere. 23. q. 3. non inferenda. maxime in his, quæ ſunt in
poteſtate ad talia facienda. vnde propter omiſſam iuſtitiam
procedit quandoque minor in maiorem. de offi. ordi. ſignifi-
cauit. quod tñ dic vt ibi dixi. Item Papa nõ habet ſuperiorem
ad quem poſſit recurri prout fieri deberet. de iurepa. nullus.
ergo licet imperatori in defectum iuſtitiæ per ſe procedere.
a Contrarium tenet Laud. quia ſi non habet imperium [a] par in
b parem, multominus inferior [b] in ſuperiorem de elec. inno-
tuit. 21. diſt. inferior. Item Imperator habet imperium a Papa,
vnde cõtra naturam eſſet, vt ſeruus ſe exaltaret contra illum,
qui eum creauit. d. c. inferior. De hoc vltimo dic, vt dixi de in-
di. nouit. de elec. venerabilem. de quæſtione autem dic, quod
vera eſt determinatio Lau. niſi dicamus, quod quando Papa
præciſe ſine cauſa rationabili hoc recuſaret, licitum ſit tũc im
peratori in defectum iuſtitiæ ſibi prouidere, non quidem pu-
niendo Papam, ſed ſubtrahendo temporalia debita quatenus
ſatisfiat ſibi pro ſuo intereſſe, cum & alias liceat cuilibet priua
to hoc facere, vt no. Inno. de reſti. ſpol. olim 1. Et de hac mate-
ria etiam dico. J. ver. ſeq q. 9. & plurib. ſeq. Quinto quæro in eo
quod Papa ponderat, ꝙ tempore quo procedebat Imperator,
non peruenit ad eum notitia de proceſſibus, quid ſi peruenif-
ſet. dic ꝙ non propterea valuiſſet. Sed Papa hoc ponderauit
ad hoc vt non poſſit redargui de negligentia ſicut reprehen-
ditur ille de quo legitur. 27. q. 1. ſi cuſtos. & cap. ſeq. ſecundum
Lau. vel ſecundum Genze. hoc dicit ad denotandam maio-
rem præcipitationem ſententiæ pro hoc quod dicitur infra.
verſic. ſeq. & vtrunque poteſt tolerari.

ADDITIONES.

a Non habet imperium. Adde glo. in ver. Marcellinus. in c. nunc autem. 21. diſt. glo. in ver. confirmet. in c. 1. de treu. & pa. in l. nam magiſtratus. ff. de arbit. Vinc. God. Niſi in caſu legis pe. C. ne lic. pot.

b Vinc. God. Inferior quo caſu poſſit venire contra diſpoſitionem ſuperioris. Ruy conſ. 106. nu. 9. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Forum ſortitur quis ratione delicti.*
2 *Sententia quæ non eſt rite lata, non meretur dici ſententia.*
3 *Sententia non debet ferri præcipitanter.*
4 *Ordinarius an poſſit punire ſubditum delinquentem alibi.*
5 *Ordinarius quam pœnam imponere debet ſi in loco delicti imponitur vna pœna & in loco beneficij alia.*
6 *Debitor aliquis habet domicilium Paduæ tempore contractus trãſtulit ſe Ferrariam, an creditor poterit eum conuenire Paduæ.*
7 *Dominus feudi quam poteſtatem habeat.*
8 *Dominus feudi an poteſt ſuo iure pignorare vaſallum.*
9 *Et an poſſit præcipere vaſallo ſub debito fidelitatis.*
10 *Vaſallus an teneatur in aliquo domino extra ea, quæ pertinent ad feudum.*
11 *Quid ſi vaſallus interuertit poſſeſſionem feudi domino, quis cognoſcet.*
12 *Remiſſio an ſit fienda de iure.*
13 *Iudex an poſſit compellere iudicem ſub quo delinquens degit vt eum remittat.*
14 *Remiſſio an debeat fieri in contractibus.*
16 *Quid autem in cauſa criminali ciuiliter mota.*
16 *Iudex an debeat remittere reum in cauſis criminalibus ſine cauſæ cognitione.*

a Denique. † Nota de dictione, forſitan, [a] quod die vt in
glo. 1. ad hoc ff. ſi cer. pet. l. ſi & me. Secundo
no. ꝙ vaſallus non dicitur ſubditus domini ratione domici-
lij, nam quamuis rex haberet feuda ab Imperatore, tamen di-
citur hic ꝙ domicilium non habeat in terris imperij. dicitur
ergo ſolum ſubditus ratione rei. de iudi. cæterum. & quod ibi
dixi. & de hoc infra quæſt. 4. Tertio no. ex hoc ꝙ dominus feu
di non habet iuriſdictionem in perſonam vaſalli, ſed tantum
quandam ſuperioritatem ex natura feudorum. de hoc in d. c.
1 cæterum. † Quarto no. ꝙ ratione delicti [b] quis forum ſortitur,
b ita ꝙ ſi inuenitur in territorio iudicis vbi deliquit, per omnia
diſtringitur etiam quo ad perſonam. pro hoc litera ibi, inuen
tus. C. vbi de cri. agi opor. l. 1. & auth. qua in prouincia. ſ. de fo.
compe. poſtulaſti. & c. fi. ſecus ſi non inuenitur ibi, vt hic, a cõ-
trario. & dicit Pau. hoc notabile pro hoc quod no. 3. q. 6. cap. 1.
de rap. c. 1. & per Archi. de conſti. cap. a. lib. 6. Quinto no. de re-
miſſione facienda in criminibus. & de hoc J. q. 11. & pluribus
2 ſeq. † Sexto no. ꝙ ſententia quæ non eſt rite lata, non meretur
dici ſententia, quia paria ſunt non eſſe, & non legitime eſſe. ff.
3 qui ſatiſda. cog. l. quoties. de transla. c. 2. † Septimo no. quód nõ
tenet ſententia lata in non citatum, vel indefenſum. de hoc
in 1. contrario. Octauo no. ꝙ ſententia non debet ferri præcipi
tanter, ſed maturo iudicio, præſertim in criminalibus. & in-
tellige præſertim, pro maxime. & hoc eſt ideo, quia maius eſt
præiudicium in criminalibus, ideo cautius agendum. ff. de
Car. edic. l. 1. §. ſed ſi quis. 42. diſt. quieſcamus. 7. q. vlt. cap. vlt.
ſ. de elec. vbi. lib. 6. Oppo. in eo quod dixi in 7. nota. quod ſen-
tentia lata contra non citatum non tenet, ꝙ imo teneat, ſed
debet per appellationem reſcindi. C. quomodo & quando iu.
l. ab eo. Solu. aut nullo modo fuit citatus, aut ſic. primo caſu
eſt nulla. de maiori. & obedien. inter quatuor. licet Goff. dixe-
rit, quod non eſt nulla, & ꝙ expedit appellare, vel ꝙ beneficio
reſtitutionis ſuccurratur, quod non procedit quando nulla-
tenus eſt citatus, ſed ſi foret citatus, licet non ſit contumax,
procedere poteſt hoc, prout dicitur in membro ſe. Si autem
aliquo modo fuit citatus, aut legitime, aut non legitime, aut
dubitatur. ſi legitime, ſententia valet ſi alia ſunt rite geſta. ſi
tamen citatus non fuiſſet contumax vere, ſed ficte, ſubuenire-
tur ſibi per reſtitutionem, de re iudica. cum Berthol. & hoc
caſu procedere poteſt dictum Goff. cum dicit, ꝙ ſententia la-
ta contra abſentem non contumacem tenet. Si non legiti-
me, videtur quod debeat haberi pro non facta, de elect bonæ.
a. de foro competen. propoſuiſti. 2. q. 6. non ita. & no. eo. tit. te-
nor. in glo. penult. Si dubitatur, dicit Paul. quod præſumitur
pars citata ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam, nec probe-
tur aliquid quod reddat eam nullam vel falſam. quod no. Spe
cul. de ſenten. prola. §. vt autem. verſic. & not. ſecundum quoſ-
dam. quod tamen dicit ibi Specu. verum eſſe, quando in ſen-
tentia continetur illum fuiſſe citatum vel præſentem, quod
verum eſt in vltimo de præſenti, nam ſtatur tabellioni quo ad
omnia, quæ tunc agitata ſunt. ſed quo ad illud de citatione,
non videtur verum, quia citatio fit ante prolationem ſenten-
tiæ, nec creditur tabellioni de his, quæ prius agitata ſunt, vt
no. Inno. de proba. quoniam. in fi. Secundo oppo. ꝙ non pro-
cedit ratio, quæ hic fit in eo, ꝙ dicit regem ex quo non fuit ci-
tatus per conſequens fuiſſe indefenſum. Nam potuit eſſe præ-
ſens, & ſe rueri. Solut. hic etiam dicitur quod erat abſens. Ter-
tio oppo. ad hoc, quia potuiſſet eſſe defenſus per procurato-
rem. Solu. Pau. quod non tenebatur mittere procuratorem
cum cauſa eſſet ardua. de procu. cap. 2. dic ꝙ nec admittitur
procurator hoc caſu cum ageretur ad pœnam capitalem. de
accuſ.

ADDITIONES.

a De dictione forſitan. Adde glo. 4. in c. niſi. de renun. c. ſerpens. c. fortaſſis. de pœni. diſt. 1. glo. in c. tuæ. de procu. Doc. in c. iuuenis. de ſponſa. & in c. ſolitæ. de maio. & obe. Ant. de But. in conſ. incip domina venerabilis.
Vinc. God. De dictione forſitan, forte & fortaſſe, vide Fely. in c. accedens, el 1. vt lit. non conteſt. & in c. cum contingat, de off. deleg. & Iaſ. Inſtit. de act. § econtra. nu. 27.

b Quod ratione delicti. Adde gl. in c. 1. 16. q. 1. Doc in c. 2. de rapt. Doc. in c. P. & G. de off. deleg. Ant. de But. in c. quod cleri. de fo. compe.
Vinc. God. Adde quando delinquens extra territorium poſſit puniri pœna ſui domicilij, Bart. in l. 1. C. de ſum. tri. & fi. catho. & ibi Bal. & in l. 2. C. de renunc.

4 accus.veniens.†Quæro an ordinarius ratione domicilij possit
punire subditum alibi delinquentem. videtur ꝙ sic,quia hic
dicitur,quod non potuit imperator procedere contra regem,
quia non suberat ei ratione domicilij, secus ergo si fuisset ei
subditus ex domicilio. & hoc tenet Pau. siue loquamur de
pœna fori pœnitẽtialis,de qua no.16.q.1.c.1.& dico J.ver.seq.
in 1.contra no.siue in foro contentioso, duntamen pœna non
afficiat in personam de cle.non resi. ex tuæ.3.q.6.c.1. C.vbi de
cri. agi opor. l.1. ff.de interdic. & rele. l. relegatorum.§. sed &
eos.& §.si quis.de priui.c.1.lib.6. vbi videtur speciale in exem-
ptis ꝙ non possunt ab ordinariis puniri de delicto alibi com-
misso, ergo eius contrarium est ius commune. ff.ad munici-
5 palem.l.1.in si pro hoc quod dixi supra ver.præcedenti.q.3. †Se
cundo quæro circa hoc si pro delicto certa pœna imponitur
per constitutionem synodalem in loco delicti, & alia in loco
beneficij,quam pęnam imponat ordinarius.Bart.Brix. 12.dis.
illud. dicit seruari debere consuetudinem loci contractus, &
delicti.ead.dist.illa.8.dist.quæ contra.idem Vinc.per l.tellium
ff.de testi.facit.ff.de extraor.cri.l.pen.§.sunt quædam. vbi dicit
ꝙ quis subiacet legibus loci vbi deliquit. ad idem. C. vbi sena.
vel cla.l.1.sicut in contractibus seruatur consuetudo loci con-
tractus.de eo qui mit. in pos.cum venisset.no. Spec. de senten.
pro la.§.qualiter.post princ. sic & in delictis, quia quantum ad
forum delicta & cõtractus æquiparantur.ff. de iudi.l.omnem.
de foro compe.c.fin.pro hoc quod statutum iudicis domicilij
non potest concernere territorium alienum. de consti. cap.2.
lib.6.in contrarium ꝙ puniri debeat secundum suam legem,
quia in subditos absentes habet iurisdictionem,& sententiam
ferre potest.C.de iudi.l.properandum.§.sin autem.3.q.9.decer
nimus.11.q.3.rursus.& quicunque.de dolo.veritatis. ergo po-
test eos ligare sua lege, quia sententia, & lex æquipollet. ff. de
manumi.l.si seruus hac lege. C.cõmunia de leg.l.1.ff.de test.
l.prima.C.de adult.auth.si quis.vbi iudex sæcularis delinquen
tem in ecclesia punit, secundum suam legem,& tamen in ec-
clesia non habet territorium vel iurisdictionem. de immu.
eccle.cum ecclesia.& eo.tit.decet.li.6.C.de sum.tri. l.prima.ff.
de actio.& obli.l.obligationibus.So.Pau.ꝙ aut pœna vel vtra-
que vel loci delicti tantum imponitur ipso facto, & aliam pœ
nam non imponet, ne ex eodem delicto sufficienter punitus
iterũ puniatur. de iudi. at si clerici. aut neutra imponitur ipso
facto, & aut delicto aggrauatur, vel inducitur ex constitutio-
ne delicti tantum,vel punitur fortius quam per legem domi-
cilij,aut non.& si sic,tūc ratione delicti pœnam imponet.s.m
constitutionem delicti.ff.de accus.l.si cui.§.vlt.quæ pœna tam
quam grauior habet commensurari delicto. 24.q.1. non affe-
ramus. nam & ratione loci quandoque peccatur in aliquo,
quod alias non esset peccatum. 12.dist. illa ergo. & delictum
aggrauatur. dicit tamen Pau. ꝙ de facto quod est alibi deli-
ctum, & non in suo territorio, extra territorium punire non
potest, quia nouam obligationis substantiam extra territoriũ
inducere non potest. sic intelligitur illud extra territoriũ ius
dicenti &c. Sed nouam pœnæ qualitatem ad delictum substã
tiatum cum de iure cõmuni bene potest inducere per suam
legem. facilius enim inducitur qualitas quam substantia. ff.
de noxa.l.in delictis.§.si detracta. & no. C.de eden. l.edita.Pau.
verius puto ꝙ ex quo deliquit, possit ordinarius eum punire,
quamuis illud non fuisset delictum in diœcesi iudicis domi-
cilij, quia habet potestatem in personam, pro hoc quod dixi
supra q.proxi.Si vero delictum non aggrauatur,vel inducitur
per l.delicti. iudex domicilij imponet pœnam secũdum suam
constitutionem. nec tollitur quin possit etiam per iudicẽ de-
lictum puniri secundum legem delicti. nam potest quis pluri-
bus legibus subijci, sicut etiam potest quis in pluribus locis
conueniri. de re iudi. dilectus.2. de fo.compe. ex parte B. de se-
pul.cum quis.2.respon.lib.6.sed contra hoc facit c.2.de consti.
li.6. Sol. Pau.quod loquitur de pęna quæ ex prolatione statim
per modum executiuum afficit personam, quod esse non po-
test contra existentem in alieno territorio. Ex hoc infert Pau.
quod sententia quæ trahit secum executionem in personam,
non potest iudex proferre contra subditum existentem extra
territorium,& sic non potest eum excommunicare. Contra-
rium tenui de fo. compe. c.fin. nam executio excommunica-
tionis non fit a iudice,sed a iure, quod ligat omnes. de cõsti. c.
1. potest ergo fieri vbique. Si autem ex genere delicti, impo-
nitur pęna personam afficiens eo ipso, ꝙ iudex pronunciat su-
per delicto. exemplum. 3.q.7. §.porro. dicit Pau. quod valeat
sententia etiam contra existentem extra territorium, cum
illa pęna imponatur a iure,cui subsunt omnes.de consti.cap.1.
Opp.ad hoc de l. properandum. C.de iudi. vbi absoluitur etiã
existens extra territorium.Sol.Pau. ꝙ vbi non fit executio,nec
persona in aliquo obligatur. dicit autem ꝙ si executio debet
fieri in rebus, vel si sententia trahit secum executionem respe-
ctu rerum, vt si priuatur beneficio, bene valet sententia etiam
contra alibi existentem, quia executio fiet hominis ministe-
rio in loco debito.de fo.compe.postulasti. & facit hæc pro le-
ctura quam ibi teneo.s.ꝙ si iudex delicti non tantum pronun-
ciet super delicto, sed ꝙ etiam possit priuare delinquẽtem be-
6 neficio quod habet alibi.† Tertio quæro circa hoc,quid in cõ
tractibus, pone debitor habet tempore contractus, domici-
lium Paduæ, transtulit se Ferrariam, an creditor poterit eum
conuenire Paduæ? Spec.de compe.iudi.adit.§.primo.ver.qd
si debitor. & Mat. hic dicit ꝙ est electio creditoris. ff. de eo ꝙ
cer. loco. l. non vtique. sed tamen ꝙ debet citari Ferrariæ vbi
habet domicilium. C. vbi in rem act. l.2.& fin. quod procedit
quatenus retinuerit domicilium Paduę,alias non poterit,nisi
ratione contractus si fuit ibi celebratus,& tunc procedit vt di-
7 citur de foro compe.c.1.§.contrahentes.lib.6. †Quarto quæro
in eo quod dicitur de domino feudi, quam potestatem ha-
beat.Sol.Laud.ꝙ quilibet dominus feudi quantumcunque vi
lis etiam rusticus super rebus, quæ tenẽtur ab ipso in feudum,
habet ordinariam iurisdictionem per l.Imperialem.§.vlti.de
prohibi.feud.alie. Ex hoc infert, quod cum sit ordinarius,po-
test sententiam suam executioni mandare, & vasallos suos,
etiam si clerici sint, sine metu excommunicationis expellere
de feudo si ab ipso ceciderint. Alij tamen dicunt hoc verum
circa manuum iniectionem,alias incidet in canonem 17.q.4.
si quis suadente. quod dicit Laud. verius, quod etiam dixi de
fo. compe. verum. Item etiam non inijciendo manus tutius
facit si per iudicem ordinarium facit expelli vasallum sicut di
8 citur in emphyteuta,vt no.de loca.potuit. †Quinto quæro cir
ca hoc,an potest dominus iure suo pignorare vasallum. dicit
Laud. quod sic, in bonis inuentis in rem feudalem, quia sunt
domino tacite hypothecata ad instar bonorum inquilini. dic
quod etiam si essent hypothecata, non tamen licet propria
authoritate illa inuadere, nisi hoc fuisset expressum in con-
tractu, sicut sæpe fit. C. de pign. l. creditores. & quod ibi no.
9 †Sexto quæro an possit dominus [a] præcipere vasallo sub debi-
a to fidelitatis. dicit Laud.quod sicut episcopus sub virtute obe
dientiæ præcipere potest subditis suis, sicut dominus vasal-
lo quo ad ea, quæ ad naturam feudi spectant, immo fortius
quam episcopus, cum domino iuretur fidelitas. de iureiuran.
veritatis.22. q.vlti. de forma. sed obedientia regulariter non
10 iuratur.de maio. & obed.legebatur.†Septimo quæro an extra
ea quæ concernunt feudum teneatur vasallus domino. dicit
Laud.quod non,quia secundum prædicta in præcedenti quę-
stione tenetur vasallus tantum quo ad ea, quæ concernunt
feudum. vnde dicit Lauden. quod est obligatio potius realis
quam personalis. Ex hoc infert, quod refutato feudo cessat
ex toto subiectio.arg.eius quod no.de electione. venerabilem.
in fine. Potest autem vasallus renunciare feudo proprio mo
tu, sciente tamen domino, non tamen nimis tempestiue, se-
cundum eum. de hoc dic, vt dixi de constitu. quæ in ecclesia-
rum. Sed licet vasallus renunciet feudo, tamen in memoriã
pristini dominij non debet dominum offendere. 10.colla. de
vasallo, qui contra constitutionem Lotharij. cap.1. de hoc in
dicto cap. quæ in ecclesiarum. Ex prædictis sequitur, quod si
vasalli per Papam absoluuntur a fidelitate propter hæresim
vel aliam causam rationabilem, quod fieri potest, de hære.
11 cap.fin. non tenetur domino.de hoc de dolo.veritatis.†Octa-
uo quæro si vasallus interuertit possessionem feudi.dicit Lau.
quod tunc non dominus, sed ordinarius cognoscet, ex quo
vasallus non fatetur esse feudum. de iudic. cap.cæterum.vbi
12 de hoc. † Nono quæro in eo,quod dicit de remissione,an re-
missio de qua hic,fit de iure.glo.in verbo,de more.solu.vsque
ibi,imo dicunt.sed Pau.latius prosequitur. & pro prima opi-
nione posita in glo.quod remissio fit de vrbanitate tãtum, in-
ducit,quia quęlibet ciuitas hodie prętendit se habere merum
& mistum imperium, & habet regimen suũ sicut olim habe-
bant prouinciæ, vt no. C.de præscript. lon.temp. l.fin.§. sanci-
mus.Ex quo videtur quo non sit remissio de necessitate, cum
quo ad iurisdictionem non sit vnus omnium superior, & sic
non est identitas iurisdictionis, quæ ab vno solo præside per
suos officiales exerceatur,sicut olim erat. pro secũda opi. ꝙ sit
de necessitate,inducit de priuile.c.1.lib.6. quia si est ibi specia-
le in exẽptis quod per ordinarium remitti non possunt ad lo-
cum delicti, ergo eius contrarium est ius commune. Item ꝗa
etiam in ciuitatibus habentibus suum regimen necessaria est
obserua-

A D D I T I O.

a An possit dominus. Adde Doc.in c.quæ in ecclesiarum.de constitu.& maxime Hostien. Ant.de But.& Ioan.de Imo.
Vinc.God. Dominus vbi est controuersia de re emphyteutica, debet illam ostendere.Ruy.cons.1.nu.3.lib.1.

obseruatio iuris communis, cum remaneat vna superioritas
communis omnibus. pro hoc de consti. c. 1. & debet ius ciui-
le obseruari etiam in foro ecclesiæ propter approbationem
iuris canonici. de noui ope. nunc. cap. 1. Sol. autem Pau. distin-
guendo, quod aut remissio petitur in foro ecclesiastico, aut sæcu-
lari. Primo casu vera est secũda opi. quod est de necessitate etiam
si iudex ecclesiasticus petat a sæculari, vt in crimine hæresis. de
hære. vt commissi. lib. 6. licet videretur quod hæreticus debeat pu
niri vbi repetitur, quia hæreticus vbique delinquit eodem
modo in cęlo, terra, & mari. C. de hære. Arriani. facit 24. q. 2.
nec quisquam. Secundo casu aut petitur remissio de his locis
quæ sunt eiusdem iurisdictionis, aut diuersæ. si eiusdem, fieri
debet de necessitate. si autem diuersæ, putat Pau. non fieri re-
missionem de necessitate, nisi hoc habeat consuetudo, vt hic.
23 de hoc dixi in c. fin. de fo. compe. † Decimo quæro in eo casu
quo est de necessitate, nunquid iudex potest compellere iudi-
cem sub quo degit delinquens, vt remittat. Solu. vt in ead. glo.
in ver. imo dicunt. vsque ibi, dicunt etiam. & idem Pau. & Gẽ.
24 † Vndecimo quærit, an in contractibus[a] debeat fieri remissio.
a Io. & Azo, quod sic, si reus latitat, alias non. ff. de iudi. l. hæres ab-
sens. Iac. de Rauen. dicit idem esse in contractib. quod in delictis.
tis ſi ab ea appellatur. Rota Romanæ curiæ deci. 83. determi-
nat ꝙ non, quia habet vim diffinitiuæ. Et ſic poteſt iudex ad
quem cognoſcere de cauſis etiam in appellatione non expreſ
b ſis. & ꝙ hæc clem. non habeat locum[b] in interlocutoria, quæ
habet uim diffinitiuæ, tenet eadem Rota deci. 16. quod ſingu
lariter no. ꝙ etiam dico. ꝟ. eo. cle. ſi. q. 2. Decimo quæro, an hic
requiratur tãta ſpecificatio, quanta in appellatione, de qua de
elec. vt circa. lib. 6. dicit Paul. ꝙ non. hic enim ſufficit quod no
minatim, ibi non requiritur maior ſpecificatio.

ADDITIONES.

a Vt dicantur cauſæ. Adde Phil. in c. vt debitus. de appella. in 19. colu. verſ. 17. quæritur. Adde Lapum allegatione. 58. incip quidam coram iudice.
b Non habeat locum. Adde Ang. in l. 5. in princip. de verb. obligat. Bald. in l. minoribus. C. de his quibus, vt indig. Bald. in l. 3. in 7. col. verſic. 10. quæro, C. quando prouoc. non eſt neceſſe. domini de Rota titu. de re iud. deci. 8. in antiquis. Ioan. An. in c. peruenit. el 2. de appel. Domi 2. q. 1. in gl. ſummæ in 4. col. Lud. Rom. conſi. 41.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſi eſt deſerta, an proſecutio proſit appellanti.*
2 *Sententia lata contra ius litigatoris quare tranſit in rem iudicatam.*
3 *Sententia prima ſi reuocatur per iudicem ad quem poſt lapſum fatalium, an teneat.*
4 *Appellatus ſi intra terminum proſequitur appellationem facitque citari appellantem qui non venit, & pronunciatur contumax, ſi poſtea venit, an poſſit proſequi.*
5 *Quid ſi appellans incępit proſequi, & poſt hac impediatur.*
6 *Appellatio ſi interponitur a ſententia per lapſum vero fatalium efficitur deſerta, an iudex appellationis poſſit cognoſcere de nullitate.*

CAP. VI.

1 SI appellationem. † Proſecutio appel
a lationis[a] deſertæ
non impedit, quin ſententia cenſeatur in rem iudi
catam tranſiuiſſe. Opp. quod proſecutio appellati
proſit appellanti, quamuis appellatio ſit deſerta. ſicut etiam re
ſtitutionem petenti proſunt dilationes quas petit aduerſarius
vltra quadriennium. C. de temp. in integr. reſti. l. petendæ. Sol.
vt in gl. in verſi. cum appellato. & in verſi. appellatus. Et dicit
Laud. quòd ibi ponitur tempus prorogari, quia adhuc nõ ſub
latum. ſimile de offic. deleg. conſuluit. hic vero deſerta appel
latio eſt nulla, & ſic non poteſt reconualeſcere. de ele. auditis.
regula, non firmatur. lib. 6. Ita autem ſecundum Genze. eſſet
etiam hic, ſi durante fatali termino aduerſarius dediſſet cau-
ſas dilationis negotij. Sed poſtquam appellatio eſt extincta, vt
ſit litium finis, non poteſt etiam appellatus proſequi, vt hic.
Secundo oppon. ad idem. ꝟ. eod. clem. quamdiu. Solu. eodem
modo quia ibi de conſenſu partium ſuſpenditur tempus fata
lium. Tertio oppon. ad idem quia poterat eſſe ſententia nul-
la, & ſic licet ſit deſerta, appellatio non reconualeſcit. de ſen-
tent. excommunic. lib. 6. Solu. debet hoc intelligi, quando ſen-
tentia erat aliqua, vt quia lata contra ius litigatoris, vt dicit gl.
vlti. pro hoc quod not. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. 1. &
penult. & in Spec. de ſenten. prola. §. iuxta. ver. ſed nunquid ta-
a lis. ſupra de re iudic. clemen. 1. in glo. facta ergo. † Quæro, cir-
b ca proximè dicta, quare ſententia lata[b] contra ius litigatoris
tranſit in rem iudicatam. dicit Laud. quod ideo, quia domi-
nia & pœnæ omnes contractus ſunt de iure gentium, & eodẽ
iure data eſt poteſtas regibus & alijs magiſtratibus, ff. de orig.
iur. l. 2. §. poſt originem. Item quomodocunque feratur ſentẽ-
tia, ex quo fertur ab habente poteſtatem iudicandi & diſponẽ
di de dominijs per ſententiam, debet ei ſtari. Genz. dicit quod
ideo quia non appellans videtur tacitè conſenſiſſe ſententiæ.
C. eod. titu. ſi qui. de re iudic. ad conſultationem. Et idem de
appellante non proſequente. C. de temp. app. auth. ei qui. quia
3 fingitur non appellaſſe, vt hic, quod mágis placet. † Secundo
quæro, ſi poſt lapſum fatalium per iudicem ad quem reuoca-
tur ſententia prima, an teneat. dicit Innoc. ſupra eo. ex ratio-
ne. quod ſic. Hoſtien. contra, & forte verius ſecundum Genze.
& eius opinio. dicit glo. 5. hic fortificari. procedit autem ex eo
quia reperitur ſecunda lata per non iudicem. Et hoc præſup-
ponendo quod incęperit proſequi poſt deſertionem. Si autẽ
incępit ante deſertionem, ſaltem dicitur iudex quo ad hoc vt
cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio, & in hoc dubio pronunciare
poteſt ſuper attentatorum reuocatione. Item ſuper deſertio-
ne & condemnatione expenſarum. de reſcri. ex parte. 2. & dic
4 vt ibi dixi. † Tertio quæro, ſi appellatus intra terminum proſe
quitur appellationem & facit citari appellantem, qui non ve-
nit, & pronunciatur contumax, an ſi poſtea venit, poſſit pro-
ſequi. dicit Lap. in additione quod ſic. licet enim propter cõ-
tumaciam poſſit ad inſtantiam appellati procedi, & condem-
nari debeat appellans in expenſis, appellans tamen non priua
tur proſecutione appellationis, cum hoc ſit iure cautum. ar-
5 gumen. de ſent. excommu. is qui. lib. 6. † Quarto quæro, quid
erit in caſu præmiſſo, ſi poſtquam appellatus incœpit proſe-
qui

ADDITIONES.

a Vinc God. Appellatione pendente non debet aliquid innouari. Iaſ. poſt Alexand. in l. 1. C. de bon. poſ. ſec. tab. & ibidem per Dec.
b Quare ſententia lata. Adde Abb. in c. præterea. el 2. in 5. col de appel. Abb in cap. quoniam contra. de proba. Abb. in c. cum inter de re iud. Doc. in l. ſi expreſſum ff. de app. Doc. in l. 2. C quando prouo. non eſt ne.

qui ipse impediatur. Videtur q nihilominus currunt fatalia, quæ dantur appellanti non appellato. eod. titu. ex ratione, & c. personas, & hic. nam etiam si appellatus non fuisset prosecutus, deserta fuisset appellatio & transiuisset sententia in rem iudicatam vt hic. In contrarium, quia appellatio & eius prosecutio est communis appellanti & appellato. eod. tit. ca. cordi. lib. 6. de elec. c. 1. & c. quamuis. lib. 6. & cle. causam. & cle. constitutionem. §. insuper. eo. tit. facit de mu. peti. c. 1. & a. appellatus videtur esse reus, cui magis fauendum est. regula, cũ sunt, lib. 6. Sol. Lap. stando primo dicto dicens quod hoc casu non curris tempus appellato quo ad executionem sententiæ & cõdemnationem expensarum faciendam per iudicem appellationis, non tamen quin appellato sit deserta & transiuent in rem iudicatam, vt hic, quia tempus prosequendi conceditur appellanti, per d. c. ex ratione, & C. de temp. app. auth. ei qui. & pro hoc a. quæst. 6. appellatore. Pet. Ancha. dicit q non potest fieri per iudicem ad quem cõdemnatio in expensis si desinit esse iudex propter desertionem appellationis cum expensarũ condemnatio veniat in consequentiam, & sic sublato principali &c. C. de fru. & li. exp. l. terminato. eodem titu. cum appellationibus. lib. 6. & quod no. de dolo. finem. dicit etiam quod ex quo appellatus fuit prosecutus, est in optione sua, an desistat prosequi, & tunc rata manet sententia: an prosequatur, & tunc potest petere quod iudex ad quem cognoscat de iustitia causæ principalis & de omnibus accessoriis, non autem quod tantum de expensis, vel quod exequatur, quia deserta appellatione debet fieri executio per iudicem a quo, pro hoc quod nota. de offic. delega. pastoralis. §. præterea, & si appellatus prosequitur, audietur etiam appellans prosequens arg. C. de temp. in integ. resti. peten. l. petendæ. pro hoc quod dixi. §. in c. contrario. & q appellatus prosequi possit, facit quia appellatio est remedium commune, vt dixi sup. ead. quæst. & pro hoc eodẽ tit. oblatæ. & hoc tenendo ad hanc clem. dic q loquitur quando appellatus incipit prosequi iam deserta appellatione. secus si ante, vt in hac. q. Quia tamen hæc cle. loquitur generaliter, verius dic q etiam appellato prosequente etiam si inceperit ante lapsum fatalium, tamen lapsis fatalibus non audietur prosequens super principali, vt hic, nec etiã audietur petens exequi sententiam ex quo iudex ad quem non pronunciauit nec coram eo peruentum est ad aliquid quod habeat vim sententiæ quo casu ipse exequeretur. ff. de pac. l. tale pactum. §. qui prouocauit. quod dixi in dict. cap. pastoralis. §. præterea. hoc autẽ cessante fiet executio per iudicem a quo, vt no. in dict. §. præterea. sed appellatus poterit petere declarari per iudicem ad quẽ appellationem desertam esse, & appellantem non prosequentem condemnari in expensis. de rescrip. ex parte. sup. eod. titu. Nicolao. nec sunt istæ expensæ victoriæ, sed potius contumaciæ, & sic cessat ratio præmissa, cum dicebatur quod ex quo non habet iurisdictionem in principali &c. quia illud procedit de expensis victoriæ. Expensæ autem contumaciæ, seu frustrationis veniunt, quia iurisdictionem habuit in cognoscendo, an sua sit iurisdictio, pro hoc quod no. de rescri. c. si. in glo. fi. quod declara, vt dixi in d. c. ex parte. Et hæc no. quia noua &

6 alias non bene reserata. † Quinto quæro, si appellatur a sententia & per lapsum fataliũ sit deserta, an iudex ad quem, possit cognoscere de nullitate sententiæ. videtur q non, quia appellatus videtur renunciasse prosecutioni nullitatis cum veniat accessoriè ad causam appellationis, vt no. C. quando prouoc. non est ne. l. 1. in fin. Sublata ergo appellatione, quæ est principalis, debet esse sublata nullitas, vt accessoria. ff. de reg. iur. cum principalis. regula, accessorium. lib. 6. Steph. dicit contrarium, quia desertio appellationis non potest tollere deuolutionem potestatis cognoscendi de nullitate factam iudici ad quem. Sunt enim diuersi modi agendi de nullitate vel de appellatione & vno sublato non tollitur aliud. & secundum cum nullitas non accedit propriè appellationi, sed de vtraque principaliter cognosci debet coram ordinario, si non sit appellatum. de hoc eod. tit. dilecto. de re iud. clem. 1. vbi dixi. q. 10. sed ex vi appellationis de hoc cognoscit iudex ad quem. ergo sublata appellatione cognoscit solus ordinarius.

Præsuppone summarium huius clement.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata super exceptione peremptoria, an dicatur interlocutoria.*

2 *Exceptio peremptoria est quę actionem elidit.*

3 *Succumbens secundo in appellatione ab interlocutoria, an aliquo modo possit audiri.*

4 *Exceptio peremptoria quando dicatur rite proposita.*

5 *Quid si petitio fuit inepta, non tamen fuit reiecta, & actor probauit, an reus condemnabitur.*

C A P. VII.

Cum a repulsione. A peremptoria repulsa ex alia quam propter ineptitudinem, secundo appellans & succumbens non auditur super ea in appellatione a diffinitiua. primo dictum. secundo exceptio, ibi, nisi. Nota q

a non licet tertio appellare. [a] de hoc in glo. in verbo, succumbit. Secundo nota, q sicut actor succumbens propter ineptitudinem iterum auditur, de iudic. examinata. ita & appellans. Oppon. q is, qui succubuit in interlocutoria & tantum semel, non debeat audiri in appellatione a diffinitiua. eo. tit. c. fin. in fi. lib. 6. cuius contrarium hic dicitur in eo q excluditur tunc tantum quando secundo appellans succubuit. Solu. quandoque interlocutoria fertur super eo quod non pręstat præiudicium negotio principali nec iudicium reddit nullum, & tunc procedit contrarium. quandoque super eo quod præiudicat principali negotio vel iudicium nullum reddit, & tunc auditur, nisi secundo appellans succubuerit. dict. cap. fin. in princi. & hic. nam hic loquitur de repulsione exceptionis peremptoriæ, quæ præiudicat negotio principali, vt dicit glos. 3. & idem Genz. Secundo oppo. quia hic innuit quod super exceptionibus sit pronunciatum, contra id de or. cog. c. 1. Laud. soluit distinguendo, quia aut loquimur de dilatorijs, & pronunciandum est, alias non potest procedi ad expeditionem principalis negotij. de re iudi. quod ad consultationem & capit. inter. Et ideo secundum cum litis contestatio super eis fieri debet. de offic. deleg. prudentiam. p. sexta. cuius contrarium tenet ibi gl. melius vt ibi dixi. nec etiam verum est quòd sit necessario pronunciandum, nam quandoque pronunciatur tacitè, vt dicitur in glo. 2. in princ. & eo ipso q lis contestatur, tacite intelliguntur omnes dilatorię reiectæ. dic. cap. inter. Item præsupposito quòd pronunciandum esset, non propterea necessaria foret lis contestanda, quia pronunciatio illa est interlocutoria non diffinitiua, vt hic no. glo. 2. Aut loquimur de peremptorijs, & aut pronunciatione in eis dilata impeditur principale negotium & pronunciandum est sicut super præiudiciali. de ordi. cog. tuam. de elec. cum dilecti. 3. quæstio. 11. §. aliquando. aut principale potest expediri sine ipsis, & non expedit super eis pronũciari, sed si pronuncietur, tenet. de ordi. cog. capit. 1. Laud. dic plenius vt dixi in dict. cap. 1. Tertio oppo. quod secũdo appellans & succumbens super repulsione peremptoriæ sit audiendus super ea in appellatione a diffinitiua, quia si a perẽptoria non appelletur, auditur tamen pars super ea in appella

b tione a diffinitiua. eod. titu. licet. lib. 6. paria sunt autem [b] non appellare, vel secundo appellare & succumbere, vel appellare & non prosequi. eod. tit. personas. & cap. cum sit & cap. reprehensibilis. glo. in verbo, super ea. soluit quòd hæc non sunt paria in interlocutoria sicut in diffinitiua, dic vt in ea quam no. & idem Pau. & not. singulariter hanc glo. in fin. in eo quòd di-

c cit interlocutoriam [c] per quam repellitur secundo appellans super peremptoria nõ posse reuocari per iudicem causæ principalis, & idem Pau. per rationem, quia ea reuocata appellanti super ea per consequentiam audientia videretur esse concessa, quod prohibet hæc litera. Ex his not. casum in quo interlocutoria non reuocatur. alium posui eod. titu. cum cessante. quando interlocutoria est executioni mandata, quo casu non reuocatur nisi de consensu partium, vt no. glo. singularis de prato. stip. l. 1. in fin. Quæro, de qua repulsione loquitur hic glo. 2. intellige de verbali & reali, quæ surgit ipso facto procedendo ad vlteriora. ex hoc not. ęquiparari repulsionem per quam iudex pronunciat interlocutoriam admittendam non esse. & tacitam, quando procedit ad vlteriora. nam eo ipso videtur reijcere. eodem tit. ex parte. 2. quod not. Per hoc enim tollitur cautela, quæ habet q non pronuncietur super exceptione, sed solum procedatur ne appelletur. de qua in Specu.

1 de appellatione. §. qualiter. ver. item q facit. † Secundo quæro, an sententia lata super peremptoria sit interlocutoria, an diffinitiua. gl. 2. ibi, & per hanc, dicit q interlocutoria. & hanc glo. not. in eo q dicit q ex sententia super interlocutoria non oritur actio, sed exceptio. Item not. can. glos. in eo q si pronũcietur

A D D I T I O N E S.

a Appellare. Adde l. vnicam. C. ne liceat tertio prouocare.
Vinc. God. Adde quod appellatio vna sufficit quando causa inter plures est communis. Ruy. consi. 26. nu. 3. lib. 4.

b Paria sunt autem. Adde Abb. in c. cum cessante. de app. abb. in c. inter cętera. de re iud. Bar. in l. a diuo. no. ff. de re iudica.

c Quod dicit interlocutoriam. Adde Ant. de But. in ca. fraternitatis. de frigi. ca. tua. & ibi Abb. de appel. Alex de Imo. in l. quod iussit. ff. de re iud.
Vinc. God. Interlocutoria sententia, quæ propriè dicatur. Ruy. cons. 157. nu. 22. lib. 5. & quando negocium principale præiudicium patet, ibi. nu. 21.

eletur q appellans non potuit appellare, sententia est interlo-
cutoria. quod intelligit Ioan. Andr. vt refert Lap. verum quo
ad principale, secus quo ad instantiam appellationis, quam
diffinit. & sic eo respectu est diffinitiua. & dicit Lap. Ioann.
Andr. sic ei scripsisse. & ad capit. dilecto. eodem tit. quod alle-
gat hæc glo. respondet Lap. quòd nulla ibi erit instantia finita
seu diuisa a principali. vult dicere quòd ibi solum probatur
quòd sententia lata super peremptoria per iudicem princi-
palis causæ, est interlocutoria. secus quando incœpta est a-
lia instantia coram iudice ad quem, vt in exemplo præmisso.
Et hoc quod sententia lata super peremptoria sit interlocuto
ria, inducit Lap. quod not. Specul. de officio iudic. §. deseruit.
in versic. quid si proponens coram delegato. vbi dicit quòd si
quis proposuit actionem ineptam delegato & succubuit, po-
test proponere aptam coram eo, quia delegatus absoluendo
reum ab instantia propter ineptitudinem petitionis, non est
functus officio. Idem not. de iudic. cap. examinata. quod ẽt
hic not. Matth. vt dicitur inf. quæstio. decima. & faciunt hæc
ad præmissa, quia sicut absolutio ab instantia propter inepti-
tudinem non est diffinitiua, ita nec interlocutoria lata super
peremptoria, cum per eam non diffiniatur causa. tamẽ quan-
doque habet vim diffinitiuæ, vt in hac glo. in fin. in eo quòd
dicit quòd sententia super peremptoria per quam pronuncia
tur peremptoria obstare, in effectu habet vim diffinitiuæ. quã
glo. not. singulariter & exemplifica, vt si pronuncietur effectũ
pati defectum. Si autem pronuncietur super natura exceptio-
nis vtrum sit admittenda vel non, vel an probationes sint ad-
mittendæ vel non, non habet vim diffinitiuæ, quia nihil dif-
finit etiam in effectu. distinguit ergo Ioann. de sancto Georg.
quòd aut iudex pronunciat super admissione vel repulsione
exceptionis peremptoriæ singulariter vel super eius natura, vt
quia pronunciat eam esse talis naturę vt obstet vel non, & tũc
quo ad formam & quo ad effectum est interlocutoria: aut p-
nunciat ita esse vt in exceptione cõtinetur, & tunc quo ad for
mam est interlocutoria: sed quo ad effectum diffinitiua. sed
si huic pronunciationi adderetur decisio negotij principalis,
simpliciter diffinitiua esset, & idem & fortius si nihil dicere-
tur de exceptione, sed visis actis causæ pronunciaretur super
principali, quod vltimum habet partem dubij. Ex his infertur
quòd si appelletur ab interlocutoria non semper est opus cau
sas exprimere, cum quandoque habeat vim diffinitiuæ. cum
a diffinitiua appellatur, non oportet causas exprimi. ff. eodem
titul. l. scio. tamen contrarium tenet Archi. 20. distinct. §. 1. sed
2 primum. s. tenui eadem clement. appellanti. quæst. 9. † Tertio
quæro, quid est exceptio peremptoria. dicit Pau. quod est ea q̃
actionem elidit. Instit. de except. §. perpetuæ. ff. de excep. l. 3. 3.
q. 6. §. exceptio. Quarto quæro, si quis appellauit semel tantũ
a peremptoria, & succubuit. glos. 4. dicit non esse locum huic
clemen. & idem Genze. Quinto quęro, quid si secundo appel
lat, sed appellationem non prosequitur. glo. ead. dicit locum
esse huic clem. Oppon. ad hoc, quia non sunt paria succumbe-
re vel deserere, vt dixi in 3. contrario. glo. eadem soluit quòd
si renunciat, sponte audietur, quia vtitur iuris consilio volens
expectare euentum negotij principalis. & idem Paul. quia nõ
dicitur proprie succumbere, sed appellationem deserere ex-
presse, in quo est idem ac si tacite deseruisset. sup. cap. prox. &
clem. quamuis. & clem. sicut. & idem Genze. quia cum sit poe
na. in hoc quod repellitur, non debet infligi nisi in casu quo re
peritur expressa. de elec. statutum. lib. 6. dicit tamen Paul. hoc
verum nisi renunciatio fieret tali tempore q non diceretur
spontanea, sed metu probationum facta. 24. dist. c. vlt. de elec.
dudum. 2. in fi. de simo. per tuas. 1. Sexto quæro, an procedat
hæc clem. siue quis succubuerit bis immediate vel mediate,
vt si obtinui in secunda appellatione, & in tertia ab aduersa-
rio interposita succubui. dicit Paul. quod sic. pro hoc quia in-
distincte hic loquitur. pro hoc etiam quod dixi. s. tit. 1. clem. j.
q. 18. & quod dicitur q nõ licet tertio appellare, verum est ei-
dem personæ. eod. tit. directæ. vbi de hoc, & no. Spec. de app. §.
quoties post princip. Septimo quæro, quo ad id quod dicit de
diffinitiua emissa, per quem fuit lata. dic vt in gl. in ver. diffini
3 tiua. & idem Genze. † Octauo quæro, vtrum is, qui secundo
succubuit in appellatione interlocutoria, possit audiri aliquo
modo. dicit Lau. q licet non audiatur in appellatione a diffi-
nitiua, tamen debet audiri per viam nullitatis. s. de re iud. cle.
2. vel supplicationis vel in integ. rest. ff. de mino. l. in causæ, & l.
& seq. & de hoc de restitu. in integ. ex literis, & maxime si fiat
causa matrimonialis, vel similis, quæ in rem non transeat iu-
4 dicatam. d. cap. ex literis. † Nono quæro quando dicatur exce-
ptio peremptoria rite proposita. dicit Lau. quod tunc quando
lite contestata proponitur & alias ordine iuris seruato de quo
docendum est per acta. alias pro iudice non præsumitur. de p
ba. quoniam. ex hoc infert q petens sententiam confirmari
probare debet q rite & iuste lata sit. Sed si petit eam exequi,
sufficit quod non impeditur per aduersarium. Ratio diuersi
tatis, quia in primo casu est actor, in secundo reus. de hoc de
confirmatio. vtili vel inutili. cap. primo. per Innocentium. Ex
hoc infert Lau. quòd aliquo casu qui possidet, agere potest, sci
licet ad confirmationem, vel executionem. alius casus C. de
ingenuis & manumiss. l. diffamari. sed ibi oportet quòd pręce
dat infamia, hic non, & de conditione illius legis no. Innocen.
de concess. præben. cum super. de officio ordin. conquerente.
qui fil. sint legitimi. cap. lator. Infert etiam Laud. quòd in cau-
sa in qua lis est contestata, licet in principali foret contestata,
a tamen in appellatione contestare debet [a] super veritate causę.
de appellatio. cap. interposita. §. sane. a contrario. de testamen.
Raynaldus. sed super articulo appellationis in contumaciam
partium procedi potest lite non contestata. & hoc, quia argui
tur iniquitas iudicis. dicto capit. interposita. de hoc quando in
appellatione sit lis contestanda. dic vt dixi in d. ca. Raynaldus.
ver. dilectus. in 1. contrario. & s. de cau. possess. clement. vnica.
5 quæstio. 8. † Decimo quæro, si petitio fuit inepta, tamen non
fuit reiecta & probauit actor. Specu. de offic. iudi. §. deseruit.
versic. quid si libellus. dicit q condemnabitur reus si aliquo
modo potest petitio adaptari petitioni agentis, quod dic vt
dixi de iudi. examinata. & circa ineptitudinem actionis pro-
sequitur Matth. aliqua quæ non sunt hic necessaria & melius
cadunt in dict. cap. examinata. & ibi replicantur. Et inter cę-
tera dicit Matth. de delegato coram quo succubuit actor pro-
pter ineptam petitionem, quòd iterum potest cognoscere,
quod dixi supra quæst. 2.

A D D I T I O.

a Tamen in appellatione contestare debet. Adde glo. in §. post secundam. 2. q.
6. glo. Doc. in c. Raynaldus. de testa. gl. in c. si quis in quacunque. 2. q. 6. Doc.
in c. per tuas. de app. in l. fi. C. de temp. ot. in a. illud. Barto. in l. ab hostibus.
in §. sed nunquid. ff. ex quibus cau. maio. Cy. & Bar. in l. 1. C. ne liceat in vna
eademque causa tertio prouocare.
Vinc. God. Adde q litis contestatio non valet iudice absente. Ruyn. consi.
160. nu. 2. lib. 5.

De vita, & honestate clericorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Facientes contra præcepta canonica districte præcipientia, an peccent mortaliter.*
2 *Mora an possit purgari in pœna iuris.*
3 *Clerici coniugati gaudent priuilegio clericali.*
Quid autem in rebus eorum.
4 *Prælati debent obseruare statuta canonica in puniendo clericos.*
5 *Clementina prima, de vita & ho. cleri. an locum habeat in quibuscunque ordinarijs.*
6 *Diœcesani an possint punire clericos exemptos delinquentes.*
7 *Clerici an prohibeantur ab alijs officijs quam macellariorum & taber nariorum, velut aptare pelles &c.*
8 *Quid si clericus occulte talia officia exerceat.*
9 *Quid si per alium & non per se.*
10 *Clerici quãdo dicuntur moniti nominatim vt a vilibus officijs desistãt.*
11 *Et qualis debet esse terminus vt a talibus desistant.*
12 *Omnino, verbum qualiter accipitur.*
13 *Clericus coniugatus cum vnica & virgine si primo incedebat in habi tu laicali, postea reassumit habitum clericalem, an gaudeat priuilegio clericorum.*
14 *Clerici coniugati incedentes in habitu laicali portantes tamen tonsuram si exercent officia vilia, an puniantur secundum dispositionem clem primæ, de vita & hon. cler.*
15 *Clericorum priuilegium vnde processit.*
16 *Res ecclesiarum & clericorum in quibus & de quibus sunt priuilegiata. & no. casus quos hic ponit.*
17 *Clerici a quibus muneribus sint immunes.*
18 *Clerici si aliquid sint lucrati ex negociationibus, quid fieri debet de illis lucris.*

C A P. I.

DIœcesanis. No. q hæc dispositio est stri-
cti præcepti, ibi, districte præ
1 cipimus. concordat de decimis. non est. † Ex
quo infert contrafacientes mortaliter pecca-
re, quarta distinctione denique. in fine. de of-
ficio Archidiacon. ca, quæ. vbi de hoc. Secun-
do nota, quod plus punitur quod fit publice, quàm quod oc-
culte, & dicit Laud. dici publice fieri id quod nulli licet igno-
rare. de hoc de exceptio. exceptionem, & maxime quod
hic dicitur non licet prælatis ignorare, ad quorum officium

ſpectat talia corrigere.23.q.3. non inferenda. de offic.ordi.ir-
refragabili,de ſenten.excommu.quantæ. Tertio not.de trina
a monitione,[a] ibi,tertio moneant. & ex hoc dicit Lau.vnum p
emptorium nõ ſufficere,maxime hoc caſu, cum non ſit rece
dendum a verbis edicti.ff.de leg.3.non aliter.alias regulariter
ſufficeret. 24.q.3.de illicita.Steph.contra per c.conſtitutionē.
de ſent.excom.lib.6. primum verius hoc caſu per hanc literã.
Quarto no.quod terminus hic eſt arbitrarius, vt ibi arbitrio.
Et generaliter dicit Lau. terminos hic eſſe arbitrarios qui ad
deliberandum vt hic,vel ad comparendum conceduntur. de
reſti.in integ. tum ex literis.in fin.& vt frequentius omnes ter
mini ſunt arbitrarij,arg.ff. de verb.obl.l.continuus.§.2.de hoc
de elec.cupientes.in princ.lib.6. Quinto not.caſum in quo re-
quiritur monitionem fieri per ipſum prælatum in ver. mo-
neant. vnde ſecundum Paul. non ſufficeret alterius monitio.
de hoc.J.de deci.cle.1.per eundem.vbi dixi in 3.notabili.quo-
modocunque tamen fiat monitio,dummodo fiat de mãda-
to diœceſani,ſufficit,regula,qui per alium.lib.6. Et dicit Paul.
quod hoc caſu requiritur vt in monitione ſeruetur forma de
qua hic,ibi,vt ſic &c. Vnde ſecundum eum non videtur ſuffi
cere ſi ſimpliciter monet vt deſiſtat,nec ſufficit niſi fiat cleri-
co tale officium exercenti, & per hoc dicit ꝙ ſi fiat clerico ta-
bernario vt deſiſtat & exerceat officium carnificis vel macel-
larij,non erit locus pœnæ. Et ſic requiritur ad hoc vt ſit locus
pœnæ quod clericus monitus exerceat illud officium a quo
monitus eſt deſiſtere.& dicitur exercere ſecundum eum,licet
actualiter non exerceat,dummodo nõ in totum deſtiterit de-
ponendo animum exercendi. de priui.petiſtis.& quod ibi no.
& idem Lau. quia non dicitur verſum quod non durat ver-
ſum.ff.de in rem ver.pro parte.§.verſum. de hoc de fideiuſ.qđ
quibuſdam.quæ not. nam per hoc infertur ꝙ ſi non exercens
officia de quibus moneatur vt hic licet poſtea exerceat, non
2 erit locus pœnæ. † Sexto no. ꝙ in pœna iuris non eſt locus pur
gationi moræ. nam hic eo ipſo quod non deſtiterint,puniun-
tur.ſimile de elec.quam ſit.lib.6.ſed ante lapſum termini pur
gari poteſt.arg.de off.deleg.conſuluit.Genz. qui ex hoc infert
quod iſte terminus quo ad ſui initium poteſt dici terminus
hominis, ſed quo ad exitum eſt terminus iuris, licet miniſte-
rio hominis ſtatuatur.& dic ex hoc quod poteſt iudex mode-
rari,prout vult etiam ſi in iure præciperetur ꝙ certum termi-
num ſtatueret, ſicut dicimus de quadrimeſtri quod datur cõ
demnatis.de re iud.ꝙ ad cõſultationem. ſecus quãdo ſine mi
niſterio hominis ſtatuitur.de appel. cum ſit. vbi de hoc. & de
3 hoc etiam.J.q.9.† Septimo nota,ꝙ clerici coniugati[b] gaudent
b priuilegio clericali alias non priuarentur,vt hic. & dic vt in c.
vnico.de cleri.coniu.lib.6. Octauo no.ꝙ clerici gaudent priui
legio clericali non tantum in perſonis, ſed etiam in rebus.de
hoc in glo.in ver. rebus. & idem Pau. de hoc.J.de cenſi.cle.p̄-
ſenti. per eundem,vbi dixi in 2.notabili. Nono no. ex hoc qđ
dixi in 1. notabili caſum in quo pœna infligitur ipſo iure, &
tamen neceſſaria eſt monitio. de hoc in glo.in ver.eo ipſo. Et
no.quod clerici non debent arma portare.ꝯ.eo.clerici.arg.23.
q.3.Maximianus,tamen pro tuitione portare poſſunt.J.de ho
4 mi. clem. vnica. † Decimo nota, ꝙ prælati in puniendo cleri-
cos delinquentes debent obſeruare canonica ſtatuta, quod
exemplificat Matth. per c.2.ne cle.vel mo.91.diſt. clericus. di-
cit autem quod clerici arma portantes vel facientes contra id
quod præcipitur,vt in ver.aduerſus,licet ſint moniti & non de
ſiſtant, non propterea perdunt priuilegium clericale. contra
id quod not.gl.eod.titu.clerici.quod bene probatur hic vt fiat
diſtinctio inter eos de quibus hic vſque ad verſi.aduerſus, &
alios de quibus in illo ver.vſque,ad fi. Vndecimo no. ꝙ negli-
gentia in prælato eſt damnabilis. Et dicit Lau. quod ideo eſt
damnabilis,quia ſanguis ſubditorum &c.de offi.ordi.irrefra-
gabili. & vt ꝯ.dixi,in 1.notabili,eſt mortale, & eo ipſo ꝙ præla
tus tacet,videtur conſentire.44.diſt.ſit rector.& punitur de ne
gligentia, ac ſi faceret.83.diſt.quid enim prodeſt. & c.conſen-
tire. Oppon.ꝙ non requiratur trina monitio quo ad clericos
coniugatos.de cleri.coniug.ca.vnico.lib.6.Sol.Matt.quod ibi
quando nec tonſuram,nec veſtes deferunt, quia tunc ipſo fa-
cto perdunt priuilegium clericale, ſed quando tonſuram, &
veſtes deferunt, ſed exercent artem tabernariorum,exigitur
trina, vt hic. Secundo opponitur eo ꝙ dicit iſtos perdere pri-
uilegium quandiu inſtiterint præmiſſis,& ſic videtur ꝙ ſi de-
ſiſterent,reaſſumerent priuilegium,ꝫ id.de ſent.exc. cõtingit.
2.Sol.Paul.quod ibi de clerico monito vt habitum & tonſurã
dimiſſos reſumat,hic de monito vt officia prędicta dimittat,
& ideo hic ſi dimittunt,habẽt immunitatem, ſed ſi monitus
fuiſſet vt dimitteret officia & reaſſumeret habitum & tonſu-
ram, ſi dimitteret hæc officia & non reaſſumeret habitum
& tonſuram dimiſſos,non gauderet immunitate,vt in cõtra-
rio. quæ verba nõ ſunt clara. ſed dic ꝙ ibi fuit monitus vt ha-
bitum & tonſuram reaſſumeret, & negotia ſæcularia dimit-
teret,& non paruit. Sed poſtea cum conueniebatur vt laicus
volens euitare iudicium iam inceptum reaſſumit habitum,
& tonſuram,quod non debet ſibi prodeſſe.arg.de for.compe.
c.pen.& hoc ex quo præceſſerat trina monitio cui non paruę-
rit,de quo tñ dic vt dixi in repetitione c. perpendimus. in vlt.
contrario. de ſent.excom. hic reaſſumit & gaudet priuilegio
5 clericali quo ad futura tñ.† Quæro an hæc clem.locũ habeat
in quibuslibet ordinarijs.gl.1.dicit ꝙ non, ſed tantum in diœ-
ceſanis.i.epiſcopis.Et idẽ Lau.& Pau. & Gen. Ex hoc no.Lau.
ꝙ ſoli epiſcopi habent mandare executioni canones cõditos
circa priuilegia & correctionem clericorum,vt hic.de ſenten.
excom.nuper.& c.vt famæ.& c.ſi clericos.lib.6.quod procedit
regulariter ſecundum eum. fallit in prælatis religioſis qui idẽ
poſſunt, vnde diſpenſant contra canonem.17.q.4. ſi quis ſua-
dente.vt probatur de ſent.excommu.cum illorum.ſed alias ꝑ
epiſcopis eſt ius cõe cui ſtandum eſt,niſi in exceptis.de elec.ec
cleſiarum.a.vel habentibus ſimilem rationem cum exceptis.
6 † Secundo quęro, an diœceſani poſſunt procedere vt hic dici-
tur contra clericos exemptos.gl.2.dicit ꝙ ſic,ſi in loco nõ exẽ
pto delinquunt,ſecus ſi in loco exempto.Idem Pau.& Genz.
Tertio quæro, quare ſpecialiter hic diſpoſuit contra clericos
macellatores vel tabernarios. gl.in verbo,macellariorum.di-
cit quod propter horrorem & vilitatem iſtorum officiorum.
& idem Lau.pro hoc de horrore.de con.diſt.2.c.2.ibi,ſed pro-
pter multum ſanguinem quem effuderat &c. & de conſe.diſ.
4.nequaquam. quod procedit ſpecifice quoad macellarios.
quoad tabernarios procedit ratio de vilitate. pro hoc indu-
cit Genz.quia in tabernis multa vilia factis & verbis commit
tuntur, & ad eas perſonæ viles accedere conſueuerunt.arg.C.
de inceſ.nup.humilem.ex quarum cõſortio boni mores cor-
rumpũtur.28.q.1.ſæpe.dicit tamen Paul.ꝙ ex cauſa neceſſaria
clerici poſſunt tabernas ingredi.43.diſt.non oportet.eod.titu.
7 clerici.† Quarto quæro,an in alijs vilibus officijs,vt aptare pel
les,vel quid ſimile, locum habeat hæc cle.gl.4.dicit quod nõ.
Genz.cõtra,propter identitatem rationis,dicens idem in alija
in quibus eſt maior ratio puta lenonibus, balneorum publi-
cis cuſtodibus,& ſimilibus,quia in his ſtatus clericalis dicitur
dehoneſtari.arg.ff.de his qui not.infa.athletas.§.ait prætor.C.
ſi mancipium ita fuerit alienatum ne proſtituatur.l.vlti.Sed
verius videtur quod dicit glo.propter ſpecificam expreſſionẽ,
quam facit litera de iſtis duobus. & dic ꝙ non eſt eadem rõ,
quia vt dicit Paul. licet illa prohibeantur propter vilitatẽ,iſta
tamen prohibentur propter horrorem.vult dicere ꝙ licet alia
etiam ſint vilia, nõ eſt in eis tantus horror quantus in his duo
bus de quibus hic, ſed vt dixi ſup.q.3.ratio horroris non pro-
cedit in tabernarijs. vnde dic ꝙ forte magis ſpecifice prohi-
8 buit,ſed de his quia frequentius peccabatur in eis. † Quinto
quæro, ſi occulte vel non perſonaliter clerici exercent prædi-
cta,an ſit locus pœnæ.gl.in ver.publice,dicit quod nõ.Ad vtrã
que opp.ſolue vt in eadem glo.quam ſingulariter not. pro in-
tellectu c.mulieres.de ſent.excommu. ad quod dic vt ibi dixi.
vbi per hanc gl.cum illo c.dixi determinari quæſtionem,quę
fieri ſolet, an per ſtatutum quo punitur maleficium,teneatur
mandans. & videtur quod non, quia mandans facit ficte tan-
tum. verba vero ſtatuti requirunt quod vere fiat,ff.de nego.
geſt.l.3.§.hæc verba. Contrarium probatur ex di.ca. mulieres.
iuncto cum hac glo. vt dicamus ꝙ tenetur niſi in ſtatuto pu-
niretur tantum is, qui perſonaliter faceret. Ad contrarium
dic quod hæc non eſt interpretatio, ſed potius extenſio ex
mente legis,quia mandans vere dicitur facere.dic.cap.mulie-
9 res, ꝙ dic vt ibi plenius dixi. † Sexto quæro, ſi clericus per-
ſonaliter exercet, ſed pro alio. dicit Laud. quod tenetur hac
clemen.quia ſubeſt horror & vilitas. argum. 46.diſtinct. ſicut
10 non ſuo. † Septimo quæro, quando dicentur moniti nomi-
c natim.glo.in ver.nominatim.[c] dicit ꝙ debent exprimi nomi-
na

ADDITIONES.

a Trina monitione. Adde tex.in ca.in audientia,& in c.cum contingat. el 2.& in c.perpendimus.de ſent.excomm.& ibi Abb. gl.in ver. 3. in c.ſi.de vi.& hon.cler.gl.1.eo.tit.gl.in c.tuæ fraternitati. de apoſta.
Vinc.God. Adde ꝙ monitio requiritur antequam feratur ſententia excommunicationis & interdicti.Fely.in cap. cum ſit.col.6.de app.

b Clerici coniugati. Adde Doct.in c.1.de cle.coniug.Ioan. Cal.in ca.2.de iud. Doct.in c. quare tua.12.q.2.Abb.in c.1.de vi.& ho.cle.in 3.col. verſic. ſed hic dubitatur.
Vinc God. Clerici coniugati quando perdant priuilegia.Soc.conſi.12.col.5.& ſeq.lib.1 Ale.conſi.149.lib.6.

c Nominatim. Adde quid importat verbum nominatim.vide Inn.in c.in Lateranenſi.de præben.vide quæ dixi in apoſt.in cle.1.de ſepul.
Vinc.God.Adde Ruy.conſi.152.num.4.lib.3.vbi multos caſus recenſet.

na propria. nec sufficit in genere monere clericos de diœcesi,
vel talis plebanatus vel ecclesiæ, sed debent exprimi nomina
propria. Idem Pau. dicens ꝙ non sufficiunt circunlocutiones
indiuidentes personas sicut sufficiunt. de testi. licet. 2. nam si
Papa hoc voluisset faciliter poterat exprimere. facit quod no.
Archid. de senten. excommun. constitutionem. lib. 6. Opp. ad
hoc de eo quod no. Innoc. de præben. in Lateranen. Genz. stat
contrario dicens quod per nomen proprium vel per æquipol
lētiam moneantur, ꝙ est verius, nam dicere ꝙ requiratur ex-
pressio proprij nominis, est rigor sine ratione, dummodo cir-
cunlocutiones fiant ita specificæ ꝙ nō possit intelligi de alio.
puto tamen esse verum quod prædixi, ꝙ non sufficeret mone
re clericos talis ecclesiæ vel plebanatus, quamquam Inn. in d.
c. in Lateranen. dicat nominatim interdictos dici cum inter-
dicitur ciuitas vel castrum. pro hoc quia nominatim dicitur
fieri per quod certificatur de quo quis intelligit. de off. ordi. c.
2. sed dic quod debet esse certificatio sine ambiguitate: posset
autem esse ambiguitas in exemplo præmisso, quia negaret cle
ricus se esse de plebanatu. sed quando fit per circũlocutiones
omnino specificas, tunc æque fit certificatio sicut per nomen
propriũ, ideo illa sufficit. Et ad no. per Arch. in c. constitutionē.
dic ꝙ non procedunt. & glo. ibi tenet quod prædixi, quæ est ve
rior. & hęc no. quia alias minus bene declarara. Octauo quæ-
ro, an pro trina monitione, de qua hic, sufficiat vna monitio
facta cum tribus interuallis. videtur ꝙ sic, per c. constitutionē.
de sent. excomm. lib. 6. In contrarium. ff. de verbo. obl. qui bis.
vbi qui bis idem promittit, non tenetur nisi semel. ff. de leg. 1.
l. plane. §. si eadem. vbi si idem sępius legatur in eodem testa-
mento, debetur semel tantum, quia videtur testator sępius lo-
qui, non sæpius legare. ff. de le. 2. Meuius. §. cum enim. & not. ff.
de proba. l. quinquaginta. ad hoc optime. ff. de pigno. actio. si
conuenerit. cum gl. Ex quibus patet ꝙ ibi vbi requiritur trina
denunciatio vt quis soluat, non sufficit ter dicere, solue. ꝓ hoc
ff. de publ. iudi. inter accusatorem. sicut etiam si quis ter dicat,
appello. non dicitur tertio appellasse. 31. quæstio. 2. Lotharius.
vbi de hoc. facit de appel. bonæ. Steph. tenet primum. ad con-
traria dicit ꝙ loquuntur quando verba eodem tempore sunt
sæpius dicta, secus si diuersis. ad hoc. ff. de act. empt. non est no
uum. de fideius. hæres. §. non est Genz. vero dicit ꝙ per verbũ
tertio, dat intelligere ꝙ inter vnam monitionem & aliam de-
bent esse interualla. argum. d. c. constitutionem. & d. l. inter. de
publi. iud. & sic videtur contradicere Stepha. Sed intellige di-
ctum eius secundum formam d. cap. constitutionem. vbi vnā
monitionem cum tribus interuallis æquiparat tribus moni-
11 tionibus, & sic concordat. † Nono quæro, qualis dicatꝰ iste ter-
minus. Sol. vt dixi in quarto notabili, quia iste est terminus ar
bitrarius, & dicit Lau. quod dicitur terminus hominis ar-
bitrio designatus & a lege firmatus, & sic est partim hominis
& partim legis. simile de senten. excommu. tua. Item est alius
omnino hominis qui communiter est in dandis dilationibus
& similibus. ꝫ. de dila. cap. 1. de in integr. restitu. tum ex literis.
Alius est omnino iuris. de elec. ne pro defectu. de supp. negli.
præla. licet. de conces. præben. ca. 2. in primo secundo & tertio.
& dicit Lau. moram purgari non posse nec prorogationem
fieri per iudicem nisi alia lege concedatur. de elec. cupientes,
& iuribus præallegatis. In secundo dicit purgari posse. ff. si qs
cau. & si post tres. dic ꝙ etiam primum terminũ potest iudex
moderare quanquam in iure non dicatur specifice. de re iudi.
quod ad consultationem, & solum in tertio termino qui da-
tur a iure sine hominis ministerio locum habet dictum Lau.
vt non possit immutari per iudicem nisi a iure cōcedatur ex-
presse. de app. cum sit. vbi de hoc. sic loquitur de except. pasto-
ralis. vbi dixi. sed etiam ipse Lau. non persistit in dicto præce-
denti. dicit enim quòd in potestate est episcopi hic statuere
terminum quem voluerit, sed postquam statuerit non licebit
immutare postquam lapsum fuerit, sed cum durat prorogare
poterit ex causa. de offic. deleg. consuluit. de offi. ordin. literas.
quod dictum non consonat præcedenti cum dixi terminum
qui datur a iure ministerio hominis immutari per iudicem
nō posse. sed hoc vltimum verius per id quod modo dixi. De-
cimo quæro, in eo quod ęquiparat hic clericos, qui moniti nō
desistunt vel qui reassumunt, sed tamen desistunt ante lapsũ
termini. glo. in verbo, resumpserint. dicit non esse locum poe-
næ. Idem Lau. & Pau. pro hoc quia terminus totus cedit sibi,
nec ei debet auferri. arg. de secun. nu. cap. si. Idem Genz. quia
in talibus pœnalibus maxime finis est spectandus, arg. de elec.
commissa. lib. 6. de verbor. oblig. in illa. Item si continuassent
intra terminum, dummodo ante eius lapsum destitissent, poe
nam euitassent. non ergo debent esse deterioris conditionis
12 ex hoc quòd aliquando destiterint. † Vndecimo quæro, de in-
a tellectu verbi, omnino.[a] ibi, coniugati omnino. glos. in hoc
verbo ponit duos intellectus. secũdum primum est sensus ꝙ
coniugati non desistentes perdunt priuilegium clericale om-
nino, idest quo ad omnia in quibus sunt priuilegiati, quæ sunt
dno. de quibus de cle. coniug. c. vnico, lib. 6. tñ si desistunt, po
stea quandocunque resumunt illa. Secundus intellectus est ꝙ
verbum omnino, exponatur, idest in perpetuum. & tunc licet
desistant, postea non resumunt. Et vter illorum intellectuum
13 sit verior. Sol. patet in q. se. Ex his infertur ad quæst. seq. † Duo
decimo quæro, circa dicta in proxima quæstione. clericus cō
iugatus cum vnica & virgine prius incedebat vt laicus, an si
resumit habitum & tonsuram gaudeat priuilegio clericali. se
cundum primum intellectum verbi omnino, positũ in quæ-
stione præcedenti, dicendum est quòd; sic secundum intelle-
ctum secundum dicendum est contra. Pau. tenet primum, di-
cens ꝙ secunda expositio verbi omnino, præmissa non amica
tur literæ. Lau. tamen eam tenet. Genz. exponit omnino, scili
cet tam in persona q̃ in rebus. vel omnino. i. quo ad priuilegia
quæ habere possunt per c. vnicum. de cleri. coniug. lib. 6. Et vi-
tur Genz. adhærere Lau. dicens qđ non resumunt priuilegiũ.
pro hoc eo. tit. c. fin. vbi loquitur in non coniugatis, dicit ergo
quòd hic æquipatantur coniugati non cōiugatis quo ad res,
& parificantur oratione soluta. sed in priuilegio personali di-
spanficantur amittendo ad tempus, & post tempus resumen
do. vult dicere quòd quo ad priuilegium in personis discom-
parantur coniugati & non coniugati, quia primi omnino, se-
cundi quandiu institerint, perdunt priuilegium. & sic secundi
desistendo resument, non primi. vel aliter dici potest & proba
bilius secundum eum quòd non coniugati etiam in rebus re-
sument priuilegium si desistent, quia id quod dicitur cod. tit.
cap. vlti. super resumptione talis priuilegij in rebus hic nō tol-
litur nisi in coniugatis, cum verbum omnino, non repetatur
in non coniugatis, & quia hic agitur de odio de se restringen-
do, & quia priuilegia rerum & personarum in non coniuga-
tis ęquiparari consueuerunt. de coniugatis autem instat Gēz.
primo dicens quod eo ipso ꝙ moniti non desistunt vel talia
reassumunt perdunt priuilegium solum quandiu institerint
& desistendo recuperabunt. & hoc exponendo verbum omni
no, secundum primam expositionem glo. sup. positam. i. quo
ad priuilegia, quæ certum est eos habere. si enim exponeretur
omnino, idest perpetuo, verbum omnino, & verbum quan-
diu, contrariari viderentur. deinde dicit Genze. se tutius puta-
re ꝙ de mente huius literæ sit quod coniugati moniti nō de-
sistentes vel talia reassumentes perpetuo amittant priuilegiũ.
tamen quia in eis non desistere vel reassumere æquipatantur,
& vbi non desisterent illa verba quandiu &c. non viderentur
congrue adaptari. nam eoipso quod non desisterent, statim
amitterent priuilegium. & sic frustra adderetur in litera quan
diu &c. illa ergo verba quandiu &c. referenda erunt ad reas-
sumptionem, tum quia ex reassumptione quandocunque fa-
cta amittunt priuilegium, & ideo frustra viderentur apponi il
la verba, aut ipsa reassumpserint. si sequentia verba quandiu
&c. ad hoc referuntur, tum quia alias non videretur differen-
tia inter coniugatos & non cōiugatos. stet ergo expositio ver
bi, omnino. id est in totum. simile de elec. quia sæpe. de cōces.
præben. ne captandæ. lib. 6. Et aliquãdo exponitur omnino, id
est in nihilo. ff. de fideiuss. l. Gręce. §. illud. & hęc verba Genze.
non sunt omnino clara & sese intricant. Matth. videtur tenere
secundam expositionē verbi omnino. dicit enim hãc esse dif-
ferentiã inter coniugatos & nō coniugatos, quia cōiugati nul
lo tpe resumunt priuilegium quo ad res & personas. nō con-
iugati vero quo ad res amittunt priuilegium statim, vt hic. ꝫ.
eo. c. fi. quo ad personas amittunt si incedunt vt laici, sed non
semper, sed quandiu institerint. & sic conincidit cum vno di-
cto Genz. pręmisso. dicit etiam Matth. aliqua circa hoc, quæ
dico. ꝫ. q. 17. Alij tenent primam expositionem verbi omni-
no. ꝫ. positam, quod tenet Io. Mo. de cleri. coniug. c. vnico. li. 6.
dicens qđ ibi voluit non priuare, sed suspendere clericos con-
iugatos a priuilegio. Io. And. de cleri. coniuga. c. Ioannes. hoc
etiam sentit. dixit tñ quod egeret declaratione. Ego etiam pri
mã tenui in d. c. Ioãnes. pro hoc quia hic est tota vna oratio, q̃
refertur ad verbũ, amittant. clausula ergo illa, quandiu &c. in-
telligi-

ADDITIO.

a Verbi omnino. Adde quod importat ipso iure. glo. est fin. secundum Bal. in l.
1. in §. si pecuniam. ff. depositi. quam allegat fin. Lud. Ro. sing. 1. & Mathesi-
lanus in suis notabilibus. & dicit Ioan. de Imo. in c. in causis. de testa. quod
verbum omnino, importat necessitatem, & dicit gl. 1. c. ex parte. el 1. de offi.
deleg. vbi exponit verbum omnino. i. sine alia pactione. Abb. & Io. de Ana.
in c. qualiter & quando. el 2. de ac. quod dictio omnino, excludit omnem
gratiam & dispensationem sicut & illa nullo modo. alle. glo. in clem. vt hi
qui. de æta & quali.
Vinc. God. De isto verbo omnino, vide Soc. in l. 1. §. der serum, ff. de acqui
pos. & Ruy. cons. 133. nu. 22. lib. 7.

telligitur in omnibus repetita. ff. de leg. 3. l. in repetendis, & qđ
ibi no. de appella. secundo requiris. nam etiam in pluribus ora
tionibus fit repetitio verbi cum omnibus suis qualitatibus qñ
vna est cõpleta & aliæ defectiuæ. ff. de publi. l. 1. in princ. & qđ
ibi no. Bar. vnde expone ibi, coniugati omnino. i. tam in rebus
quã in personis. quæ expositio bene probatur ex eo quod statim
prosequitur distinguendo de non coniugatis inter res & per-
14 nas. † Decimotertio quæro, in eo quod non coniugati perdũt
priuilegium in rebus, de quibus rebus loquitur. glo. in ver. re-
bus, dicit quod de proprijs in quibus cessante pęna gaudent im-
munitate, cuius est ratio secundum Genz. quia cum clerici si-
ne temporalibus non possint esse. 1. q. 3. si quis præbendas. cũ
sint ipsi priuilegiati, ergo & eorum bona tanquam accesso-
ria. de offi. delega. si super. lib. 6. de præben. dilectus. nam & fa-
a milia clericorum [a] gaudet eodem priuilegio cum eis. 11. q. 1.
clericum. 12. distinct. eos. & vtrobique de hoc 17. quæstio. 1. §.
nouatum. de costi. Archi. dilecto. vbi de hoc, quod declaro ple-
nius. J. quęst. 17. Decimoquarto quęro, si clerici non coniuga
b ti [b] incedunt vt laici, tamen tonsuram deferunt, an exercen-
tes hic prohibita pęnam incidunt de qua hic in ver. & si om-
nino. Genze. dicit quod non, quia ex quo tonsuram deferunt
non incedunt omnino vt laici, quod exigit hęc litera a qua cũ
sit pęnalis, non est recedendum, licet aliqui contra secundum
eum. primum placet. quod dic, vt plenius dixi de senten. excõ
15 mun. perpendimus. in repetitione in vlti. contrario. † Decimo
quinto quæro, quia hic de priuilegio clericorum fit mentio,
vnde processit eorum priuilegium. dicit Lau. quod in veteri
lege incipit a rege Egypti. Genz. 47. c. vbi dicitur quod eo tem-
pore vsque ad præsentem diem in vniuersa terra Egypti regi-
bus quarta pars soluitur absque terra sacerdotali, quæ libera
ab hac conditione fuit. quod etiam habetur de immuni. ecc.
c non minus. In noua lege [c] ab imperatoribus & regibus eccle-
sia Romana hoc approbante. C. de sacrosan. eccle. l. ad instru-
ctiones. & l. plerunque. de censi. ca. 1. alias sine Papæ approba
tione non valuisset. de consti. ecclesia. 96. distin. bene quidem,
& palea ibi posita. dic quod hæc iura loquuntur de lege prin-
cipis, non de priuilegio, inter quæ refert, quia lex fertur etiam
in inuitos, priuilegium in volentes. quando tamen & quomo
do valeat priuilegium principis in ecclesiam, dixi in d. ca. per-
pendimus. in 7. contrario. Decimosexto quæro, vtrum idem
sit priuilegium clericorum & ecclesiarum quantum ad res. di
16 cit Lau. quod sic. rationẽ reddit quam dixi s. q. 13. † Decimo-
septimo quæro, in quibus rebus & de quibus sunt res ecclesia-
d rum & clericorum priuilegiatæ. [d] dicit Lau. quod in muneribus
seu oneribus vel obsequijs personalibus sæcularibus vel reali-
bus regulariter non præstandis. de immun. eccle. non minus.
Bertran. vero enumerat 14. priuilegia clericorum. Primum quod
non conueniantur coram iudice sæculari. de fo. compe. si dili-
genti. Secundum quod verberans incidit in canonem. 17. q. 4. si
quis, Tertium quod non vocentur ad munera, vt nunc dixi d. ca.
non minus. Quartum quod possint facere collegium quod lai-
cis est interdictum. de relig. do. c. fin. ibi tamen solum prohibe
tur nouam religionem institui. sed probatur ratione, quia oẽ
collegium est reprobatum nisi inueniatur approbatum in iu-
re. ff. de colleg. illi. l. 1. & 2. quod dixi de excessi. prælato. dilecta.
Quintum quia possunt vendicare rem concessam ecclęsiæ an
te traditionem. C. de sacrosan. eccles. l. fin. de consuetu. ex lite-
ris. Sextum quia gaudent eodem priuilegio familiæ suæ cum
eis, quod dixi s. q. 11. Septimum quia facientes statuta contra
clericos sunt excommunicati ipso iure. de immun. eccle. eos.
lib. 6. Octauum quia soli clerici possunt obtinere beneficium
ecclesiasticum. de transact. ex literis. Nonum quòd per literas
impetratas contra laicum cum clausula generali non potest
clericus conueniri, vt no. glo. de rescrip. sedes. Decimum quia
non tenetur dare sportulas de vi. & honest. cleric. cum ab om-
ni. Vndecimum quòd de acquisitis etiam si sint in potestate
patris, testari potest. C. de episcop. & cleric. aut presbyteros. qđ
dixi de ætate & qualit. indecorum. Duodecimum quia sine
consensu patris agere potest pro rebus suis recuperãdis, vt no.
Archid. de iudic. c. fin. lib. 6. Decimumtertium quia non po-
test in necessitate a patre distrahi. secundum. l. 2. C. de patri. q
fin. distra. quod dixi in d. c. indecorum. Decimumquartũ, quia
si seruus sciente domino fit clericus, liberatur a dominica po-
testate. 44. distin. si seruus. & plura alia possent inueniri diligen
ter perscrutando. Matt. vero dicit quod priuilegium clericorum
consistit in duobus. Primo, quia non possunt vexari in perso-
na nec in rebus. C. de episc. & clem. l. 2. de immu. eccle. per to-
tum. Secundo gaudent priuilegio canonis. 17. quæst. 4. si quis
suadente. Et ad eorum intelligentiam, quæ variè in hoc no-
tantur, dicit notandum quod si clerici non coniugati exercẽt
sæcularia illicita vilia & inhonesta, de quibus hic, & incedunt
clericaliter, si post monitionem trinam nominatum factam
vt hic, non desistunt, perdunt priuilegium in rebus, non in per
sonis, scilicet quo ad collectas & munera, & alia eorum bona,
quia in his non gaudebunt eodem priuilegio, quo gaudent in
personis. s. eodem cap. si & hic, de hoc de cle. coniuga. ca. vni-
co. lib. 6. Si vero omnino incedunt non clericaliter, & post ad
monitionem a dicto negotio non desistunt, perdunt omne
priuilegium etiam canonis, si quis suadente. 17. q. 4. quandiu
talibus negotijs insistunt, vt hic. & sic intelligitur de priuil. ex
parte 3. de sent. excom. in audientia. & cap. contingit. Si vero
omnino incedunt laici immiscendo se sæuis enormitatibus,
eo ipso perdunt priuilegium absque alia monitione, & sic po-
test intelligi de senten. excomm. cum non ab homine. & cap.
perpendimus, & dicitur se immiscere enormitatibus quãdo
interest in prelijs & rixis. sed si incedunt clericaliter & exercẽt
aliqua negotia sæcularia, de quibus ne cle. vel mo. c. 1. 78. dist.
eijciens, si moniti non desistunt, puniri possunt pœna de qua
ne cle. vel mo. c. 2. De clericis autem coniugatis dicit quod tõ
suram & habitum deferentes artem macellariorum & taber-
nariorum & alia vilia exercentes, si post trinam monitionem
a talibus non desistant vel postea dimissa reassumant, omni
priuantur priuilegio, vt hic. Si autem alijs negotijs se immi-
sceant, procedi debet contra istos coniugatos sicut contra nõ
coniugatos. Sed si nec tonsuram, nec vestem deferant, absq;
omni monitione perdunt omne priuilegium. de cle. coniug.
cap. vnico. lib. 6. pro hoc quod dixi secundum eundem Matt.
s. q. 12. & dic vt ibi. & plenius declaro de senten. excommuni.
17 perpendimus. in repetitione, in vltimo contrario. † Decimo-
octauo quæro, in eo quod dixi in proxima q. clericos a mune-
ribus esse immunes, a quibus muneribus. Laud. soluit distin-
guendo, quia munerum alia sunt sordida, alia honesta. Sordi-
da non subit ecclesia. 16. q. 1. §. nouatum. & cap. placet. Et hæc
munera sordida seruilia nuncupantur sicut calcis coquendæ,
arenæ fodiendæ, custodię balneorum, & huiusmodi, de quib.
ff. de mune. & hono. l. munerum. Honestorum alia sunt ordi
naria, alia extraordinaria. Item extraordinariorum alia perti-
nent ad pietatem, sicut ad refectionem pontium & itinerum,
& hæc subit ecclesia. C. de sacrosanct. eccle. l. ad instructiones.
In hoc tamen Host. in sum. de immuni. eccl. §. a quibus. tenet
contrariũ. ad quod inducit, quia omnes extraordinariæ actio
nes quo ad ecclesias sunt prohibitæ. in Auth. de eccles. tit. §. ad
hæc sancimus. colla. 9. & in Auth. vt nulli iud. §. nulli vero. in-
ducit & alia dicens iura contraria esse correcta. primum pla-
cet, quia l. ad instructiones. hoc expresse dicit, nec aliquod ius
nouum specifice contradicit, quod ergo non mutatur &c. C.
de app. l. pręcipimus. de elect. cum expediat. lib. 6. & de hoc di-
xi de immunita. eccle. c. non minus. q. 6. Alia pertinent ad pu-
blicam vtilitatem, & hoc non subit ecclesia. 16. quæst. 1. iusta.
& c. placet. C. de sacrosan. eccl. l. placet, nisi secundum leges in
casu. C. de sacrosan. eccles. iubemus nullam. vbi dicit quod nauis
ecclesiæ non excusatur ab onere perferendarum rerum vel p-
sonarum in fauorem reipublicæ. Item ordinariorum alia an-
garia, alia perangaria, alia rerum, alia superindicta. Angariæ
consistunt in operis personæ tantum, & hæc non subit eccle-
sia nec homines ecclesiæ, vt no. 12. q. 2. ecclesiarum. nisi pro cu-
stodia ciuitatis contra paganos. de immu. eccle. peruenit. Per-
angariæ consistunt partim in personis, partim in matrimo-
nijs. nec ista subit ecclesia. C. de episco. & cleri. l. omnes. & l. p-
sbyteros. Munera rerum seu realia sunt tributa & census, hęc
subit ecclesia & clerici pro agris suis. 23. quęst. vltim. tributũ.
11. quæst. 3. magnum, & cap. si tributum. adeo quod si cessaue-
rit a tributo fiet necessario trãslatio & venditio in publicum.
C. de epis. & cler. l. 3. de exactoribus triburorum. l. vl. lib. 10. nisi
sit ager in quo fundata sit ecclesia. de cẽsi. c. j. & dic vt ibi. Lau.
glos. tamen in d. l. 3. dicit quod illa lex est correcta per authen.
item nulla. eodem tit. Hostien. in sum. de immu. eccle. §. a qui-
bus. dicit quod nõ distrahetur res ecclesiæ, sed tenebitur loco
pignoris donec satisfactum fuerit. C. de exac. tribu. l. si diui-
na.

ADDITIONES.

a Familia clericorum. Adde gl. & Arc. in c. clericum nullum. el 1. 11. q. 1. eccle
siarum seruos. 12. q. 2. Doc. in c. iusta 16. q. 1.
Vinc. God. Vide Felyn. in c. quam sit circa prin de iud.
b Clerici non coniugati. Adde Bertach. de Firmo in tractatu de gabellis. in 3.
parte. in 1. q. versi. illud.
c In noua lege. Adde Abba. in cap. literas. in 5. col. de restitut. spol. Abbas in
cap propositum, de conces. præben. Lu. Rom. consi. 424. incip. sed an possit fa-
cere Papa.
d Et clericorum priuilegiatę. Adde Card. in repe. c. perpendimus. de sent. excõ.
Doc. in c. 2. de ma. & obe. Abb. in c. literas. in 6. col. de reu. spol. glo. singu. in
ver. discuti. in c. si imperator Adrianus 96 dist.
Vinc. God Adde a quibus muneribus eccl. & clerici sint immunes, Ias. in l.
placet. nu. 30. 35. & 46. C. de sac. san. eccles.

na.lib. 10. vbi hoc tenet glo. ibi, tamen non probatur, imo po-
tius probat quod possessiones, quæ a priuatis peruenerunt ad
ecclesias, tenentur ad tributa sicut prius. pro hoc, quia res trã-
sit cum onere suo, de deci. pastoralis. Sed primum æquius, &
tenendum tanquam ecclesię fauorabilius. de superindicto di-
cit Lau. ꝙ est id quod imponitur tempore fertilitatis. Et dicit
gl. C. de indic. in rub. lib. 11. quod est id q̃d imponitur vltra tri
butum. Et in quo differant indictum, & superindictum, dicit
ibi gl. & dixi de immuni. eccle. non minus. q. 7. & pro hoc q̃d
no. C. de superindic. in glo. rubricæ. lib. 10. & hoc non subit ec-
clesia. C. de sacrosf. eccle. l. placet, de hoc. 12. q. 2. ecclesiarum. Et
plenius de his muneribus dixi in di. ca. non minus. q. 1. & 6. se-
quentibus. Decimonono quæro, quis compellet clericos ad
soluenda munera prædicta ad quæ tenentur. dicit Lau. ꝙ ipso
rum prælati de quorum foro sunt. de foro competent. si dili-
genti. de immu. eccles. peruenit. exceptis feudalibus in quibus
domini feudi sunt iudices ordinarij, & possunt sententiare &
exequi inter vasallos etiam clericos circa iniectionem ma-
nuum violentam. 10. col. de prohi. feudi alie. imperialis. § pen.
18 de hoc de iudi. ceterum. de for. compet. verum. † Vicesimo
a quæro, quid fiet de eo quod lucrati sunt clerici [a] ex negociatio
nibus. dicit Matth. quod in foro animæ tenentur pauperibus
erogare. 14. quæst. 5. qui habetis. Refert tamen fratrem Alua-
rum tenuisse ꝙ si totum non reddiderint, non propterea sunt
in statu damnationis. 14. q. 5. non sane. ibi, excellentioris &c. &
ibi, facilius. & ibi, tanquam sua. quæ verba non videntur tales
cogere ad dandum pauperibus, nec propterea ibi damnan-
tur. Idem Genze. quod videtur sentire Innocen. de immun.
eccles. quia plerique.

ADDITIO.

a Quid fiet de eo. ꝙ lucrati sunt clerici. Adde Archi. Florentinum in 3. parte
sua summæ. tit. 13. c. 2. in §. fin.

Præsuppone summarium huius clementinæ.

1 *Clerici possunt ex causa vti veste virgata.*
2 *Vestes congruentes ordini clericali quæ sunt.*
3 *Vestes quæ sunt specialiter interdicta clericis.*
4 *Clericus si portat vestem virgatam vel partitam nõ continue nec cau
sa vsus, sed alia causa, scilicet propter festum militare socij vel do-
ctorale, an incidat in pœnam.*
5 *Vestis nomine quid contineatur.*
6 *Clericus si portat vestes partitas vel virgatas contra dispositionẽ cle.
secundæ, de vita & hone. cle. an sibi possint subtrahi decimæ & obla-
tiones, vide in dicto tit. & dicta clementina secunda.*

CAP. II.

QVoniam. Clerici beneficiati vtentes veste
virgata vel partita per sex menses
a beneficijs sunt suspensi, non beneficiati in sacris
vel in minoribus constituti tonsuram cum tali ve-
ste portantes per idem tempus sunt inhabiles ad beneficium
obtinendum. obtinentes autem dignitates vel beneficia cura
ta & sacerdotes & religiosi hoc facientes, vel infulam seu pi-
leum lineum publice portantes, a perceptione fructuũ si sunt
beneficiati, & nõ beneficiati vero redduntur inhabiles ad be-
neficium obtinendum, & hoc intra annum. punit etiam por
tantes epitogium foderatum notabiliter breue. Paul. habet
1 sex dicta, vt dicit gl. 1. & ita lego per partes. † Not. quod ex cau
sa rationabili licitum est vti veste virgata vel partita. & dic ra-
a tionabilem causam, [a] scilicet timoris. eod. tit. clerici. quod di-
cit gl. puta vel scandali. eod. tit. Deus qui. quod vult gl. 3. Et ve-
stem virgatam, dicit Pau. siue per primam texturam siue arti-
ficiose per accidens partitam. dicit in coloribus siue fiat p par
tes integrales, vt ex vna parte sit vnius coloris, & ex alia alte-
rius, siue per minutas partes. de hoc in glo. in verbo partitam.
Secundo not. quod hic punitur solum qui publice vtitur tali
veste. secus ergo si occulte, puta in camera vel in prandio, vt
quia caret alio panno. solus ergo publicus vsus hanc pœnam
meretur. simile. s. c. proxi. s̃m Paul. Et dicit Laud. quod dr̃ pu-
blice portare cum multitudini hoc patet. sicut etiam dicitur
publice aleator, vel vsurarius, vel maleficus, vel meretrix, vel
excõicatus, de exces. præl. inter. de malefi. c. 2. de exce. exceptio
nem. 33. dist. vidua. In domo vero dicitur fieri secrete, quia do
mus rem secretam & non publicam denotat. 6. q. 1. ex merito.
Ex his nota ꝙ vestis virgata vel partita non conuenit clericis.
Ex hoc infert Lau. & Genze. quod clericus coniugatus talem
deferens perdit priuilegium clericale. de cle. conin. cap. vnico.
b lib. 6. Tertio no. de vet. eo ipso. [b] quod dic vt in glos. in hoc ver
2 bo. pro hoc de rescri. ca. 1. lib. 6. † Quæro quæ sunt vestes con-
gruentes ordini clericali. glo. 2. soluit remittendo. Laud. spe-
cificat dicẽs quod quælibet vestis generaliter competit. nam
iuxta regulam beati Benedicti de colore vel grossitia talium
non multum curatur. vnde ordinator cuiuslibet professionis
videtur professores reliquisse sub cõi & antiquo statu & regu
la aliorum, nisi in his in quibus expresse nouum & speciale in
terdictum fecerit. 16. quæst. 1. sunt nonnulli. licet enim quili-
bet Christianus sit generaliter in susceptione baptismi profes
sioni Christianæ ligatus, tamen applicando se alicui specia-
li professioni, ipse se ei religat, sicut clerici ordini clericali,
monachi suæ regulæ, & sic de alijs. 4. dist. denique. de ele. quo-
3 rundam. lib. 6. † Secundo quæro, circa hoc quæ vestes speciali-
ter interdictæ sunt. dicit Laud. ꝙ indistincte interdicũtur om-
c nibus nimis fulgidæ [c] & nimis sordidæ. 41. dist. c. 1. & 2. Et spe
cialiter illæ per quas adulteratur & trãsmutatur effigies & sta-
tura humana, & sic despicitur suus creator contra illud Psal-
mi, ipse fecit nos & non ipsi nos. de consecratio. distinctio. vlt.
fucare. s. eo. cum decorem. specialiter autem quo ad singulos,
quo ad clericos sęculares dicit Lau. recurrendum. s. eod. cleri-
ci. & hic. 21. q. 4. per totum. quo ad monachos nigros, de stat.
reg. cum ad monasterium. & cle. ne in agro. quo ad albos, gri-
seos, & alios, dicit hoc consistere in eorum regulis & constitu
tionibus. nec potest certa doctrina tradi cum hæc sint facti. de
consti. c. 1. lib. 6. & quælibet professio abundat suo sensu. imo
d & in eadem ꝓfessione quælibet prouincia [d] abundat suo sen-
su. de sepul. certificari. sicut patet in clericis Anglicanis qui pã
nos optimos portant. & Burgundis qui vilissimos. debet tamẽ
euitari extremitas, vt non sint nimis prætiosæ vel nimis sordi
dæ, quia in medio consistit virtus. declinãdum tamen magis
est ad humiles quam ad fulgidas. de pœni. dist. 1. principium.
Et in hoc sequatur doctrina Horatij. Non mihi res, sed me re-
4 bus submittere &c. de hoc. 14. q. 1. cap. 1. in fi. † Tertio quæro, si
clericus portat vestem virgatam vel partitam non continue
nec causa vsus, sed alia, puta ob festũ socij militare vel docto-
rale vel vxorale dicit Gen. ꝙ non incidit in pęnam de qua hic.
quia talia raro contingunt, & ad talia iura non adaptantur. de
despon. impuber. literas. ff. de leg. l. nam ad ea. de re. iu. ea quæ
raro. Item hic punitur vtens quod denotat confirmationem
actus. arg. Institu. de re. di. §. columbarum. ff. de acqui. re. dom.
l. naturalem. §. pauonum. cum seq. Item quæ causa fisci ioco-
sæ fiunt non consueuerunt obligationem inducere. ff. de act.
& obl. l. obligationum substãtia. §. verborum. de mino. l. illud.
15. quæst. 1. illud. de sent. excom. c. 1. sicut etiam est in his, quæ
causa honoris momentanei fiunt, vt not. ne cle. vel mo. super
specula. Item vestium tali tempore mutatio non videtur cle-
ricalem habitum immutare. ff. de re iud. nemo. alieno. §. tem-
poralis. nam & qui causa amęnitatis aliquid facit etiam pu-
blice, excusatur a pœna infamiæ quam alias incurreret. ff. de
his qui no. insa. l. 2. §. fi. nec talis peccare dr̃, pro hoc quod not.
Innoc. eo. tit. cum decorem. & ista litera ibi, rationabili causa,
dr̃ & rationabilis arbitraria. nullus autem arbitraretur iuste
quod ob præmissa incidat in hanc cõstitutionem. Item hic in
principio dicitur assumere. ille autem assumere non videtur,
qui statim est dimissurus, argu. ff. de diuor. l. 3. de pęn. dist. 1. di-
uortiũ. vt sic intelligatur assumere cum effectu. ff. de verb. sig.
l. aliud est capere. & l. nomen filiarum. §. habere. de cle. nõ resi.
relatum, sicut nec videtur translatum quod ad tempus mo-
mentaneum translatum est. ff. de leg. 3. quæsitum. ff. de hære.
insti. ex facto. pro hoc hæc litera ibi præsumit ꝙ sonat in vitiũ.
nam etiam in religioso non solum dimissio habitus, sed teme
raria dimissio punitur. ne cler. vel mona. vt periculosa. lib. 6.
Item verba iuris non sunt calumniose intelligenda. ff. ad exhi.
l. penul. Quarto quæro, an tempore huius clemen. potuerint
qui habebant vestes hic prohibitas eas deferre post publica-
tionem eius. glo. vestibus, ꝙ non, quia hoc non est prospicere
pręterita, sed futurum vsum. Lau. arguit ꝙ sic, quia hæc con-
stitutio noua ibi, præsenti constitutione, respicit ergo futura
tantum. de consti. c. fi. dicit tamen Lau. ꝙ potuisset ex hoc prę
iudi-

ADDITIONES.

a Rationabilem causam. Adde glo. in verb. temere. in cap. 2. ne cleric. vel mona. lib. 6. gl. 1. in cap. clerici. eod. lib. de vita & hone. cler. glos. in verbo temerarius. in cap. 1. de senten. excommun. lib. 6. glos. in vers. relaxauerit. in cap. si quis ex clericis de vi. & honestat. clericor. Abba. in capit. 1. ad fin. primæ col. de aposta. Ioann. de Ana. in rubrica de aposta. in 2. col. versic. quæro circa prædicta.
Vinc. God. Causa rationabilis in Papa præsumitur. Ruyn. consi. 156. nu. 9. lib. 4.
b Eo ipso. Adde Arch. in ca. eum qui. de præben. lib. 6. Archi. in cap. 1. in fin. de sepultu. lib. 6. Doc. in c. quum sit, de ele. lib. 6. Doc. in c. 2. de vi. & hon. cleri. Bar. in l. fi. C. de sacrosan. eccle.
c Nimis fulgidæ. Adde. c. omnis. 24. q. 1.
d Quælibet prouincia. Adde tex. in c. vnam. 66. dist. gl. fi. in ca. catholica. 12 dist. gl. in ver. alij. in c. capellanus. de feriis.

iudicium generari huic constitutioni, & ideo constitutio con
cernit futuram delationem, quia licet hæc constitutio sit pœ-
nalis, tamen quo ad executionem declaratiua est antiquorũ
iurium quæ talia interdicebant. Et in hoc dicit Stepha. quód
generalis consuetudo ante hanc clem. interdicebat has vestes
clericis, & consonabat canoni. 21. q. 4. omnis. Paul. dicit indi-
stinctè quód nõ potuerunt deferre etiam prius factas ratione
prius dicta, quia prohibetur vsus futurus. pro hoc quod dixi de
5 consti. c. fi. † Quinto quæro, quid continetur nomine vestis.[a]
a dic ꝙ omnia quibus caput & cętera tegi solent ff. de aur. & ar-
gen. lega. l. vestis. §. muliebria. & l. argento. §. fasciæ. & sic etiam
in caligis locum habet. Oppon. ad hoc. J. in fin. vbi specialiter
prohibet de caligis. Solu. prohibet specialiter, quia solet plus
timeri quod specialiter iniungitur &c. J. de excess. prælat. cle.
frequens. in fi. secundum quosdam. Ego puto quoad hanc cle.
vestem dici secundum vsitatum modum loquendi eam, quæ
tegit caput & corpus, & ideo in fine specialiter dicit de caligis
cui cõi locutioni standum est. de spon. ex literis. 2. Ad leges cõ
trarias dic ꝙ loquuntur in legato, quod large interpretatur
hic & in constitutione pęnali quæ restringitur. Sexto quæro, a
quibus beneficijs sint suspensi contrafacientes huic cle. glo. in
verbo, beneficiorum. dicit ꝙ ab omnibus. idem Pau. & Genz.
Opp. ad hoc de elec. si compromissarius. §. huiusmodi. & §. se.
lib. 6. Sol. vt in glo. & in ea. vbi propter indefinitam quæ æqui-
pollet vniuersali. de elec. vt circa. vbi de hoc lib. 6. & per Arch.
19. dist. si Romanorum. per Dyn. in rubri. de re. iud. lib. 6. Opp.
ad idem & ad textum simul, quia hic innuit quem posse ha-
b bere plura beneficia.[b] contra id de præben. cum iamdudum.
dicit Paul. non curandum, an de iure cõi, an dispensatiue, vel
de facto teneat. arg. de præben. eum qui. li. 6. dic quod hoc plu
rale beneficiorum potest concernere pluralitatem beneficio-
rum. ar. de priui. priuilegia. vel si concernit vnum, non per hoc
6 datur licentia habendi plura vt in solutione præmissa. † Septi-
mo quæro, an istis possunt subtrahi decimæ & oblationes. di-
cit Matth. ꝙ si sunt voluntariæ oblationes, subtrahi possunt,
sed decimę & oblationes debitæ non, quia debentur ecclesiis,
& delictum personæ &c. regula, delictum. lib. 6. de hoc. 32. dist.
præter hoc. dic ꝙ imo indistinctè subtrahentur, nec per hoc se
quitur ꝙ priuetur ecclesia. cui autem applicentur, dico. J. q. 10.
de eo autem ꝙ dixi de obligationibus voluntarijs vel debitis,
dic vt no. de paroc. super rubrica. Octauo quæro, in eo ꝙ su-
spendit a beneficijs, q̃ obtinuit, quid de obtinendis. dicit Lau.
& Genz. idem. i. ꝙ si obtinebunt intra sex menses, de quibus
hic, quód possunt, quia hic solum subtrahuntur fructus isto-
rum. pro hoc de æta. & qualita. clem. vt hi qui. Nono quæro, si
interim tales fructus percipiat. dicit glo. in verbo, suspensus ꝙ
non ob hoc erit irregularis. & idem Pau. Decimo quæro, cui
c applicabuntur[c] isti fructus. Glo. eadem dicit quod quotidiani
socijs applicabuntur fructus præbendę vel distincti beneficij
accrescent ecclesiæ. & idem Paul. Vndecimo quæro, quid de
his qui communiter diuiduntur. dicit Ioan. And. idem quod
in quotidianis. Duodecimo quæro, an saltem percipiet suspẽ
sus sustentationem. dicit Stepha. ꝙ sic, si non habet aliunde vi
ctum. de hoc de appel. pastoralis. de elect. cum glo. Vintoniẽ-
sis. Decimotertio quęro, an canonici quibus hæc applicãtur,
possint hanc pęnam remittere. videtur quod sic, quia cuilibet
licet renunciare iuri suo. & ita no. de cler. non resid. cap. vnico.
lib. 6. in glo. de his. Arch. ibi dicit ꝙ forte contrarium est verũ.
quia recipit contra mentem iuris. Matth. videtur tenere pri-
mum, quod est verius. ad rationem Archi. dic quod isti remit
tendo videntur donare. de testib. veniens. 1. & sic non tollitur
pęna, de qua hic, quia perdit hos fructus, sed recuperat & satis
puniuntur, quia suo iure petere non possunt. Decimoquarto
quæro, si isti volent interim officiare ecclesiam. Glo. in verbo,
suspensus. remittit, & in ea ibi, in gl. non ergo. vbi no. quod epi
scopus eos coget per priuationem beneficiorum, nisi allegent
aliam causam rationabilem. & idem Matth.

ADDITIONES.

a Nomine vestis. Adde Bar. in l. diuus ff. de bo. dam. & ibi Bal. & Bal. in l. cum ante. C. de dona. l. vestis. in §. 1. ff. de auro & argen. leg.
Vinc. God. Vestimentorum appellatione quid veniat. Goz. consi. 82. nu. 1. 2. 3. & 5.
b Plura beneficia. Adde gl. in c. dudum el. 2. de ele. & ibi Ioann. And. & Doct. Abb. in c. cum adeo. circa fi. de rescri. Abb. in c. dilectus filius. el 2. eo. tit.
c Cui applicabuntur. Adde glo. in ver. dimidia in clem. hi qui. de æta. & qualit. Ioan. de Imo. in cap. ad audientiam, de cler. non resid. in 2. col. versi. qui autem fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos transgrediens canones acerbius punitur quam constitutus in minoribus ordinibus.*
2 *Inhabilitare ad beneficium quis potest.*
3 *Quid si de facto recipiant beneficia qui sunt inhabilitati.*
4 *Quid si durante inhabilitate impetrat beneficium.*
5 *Quid si prius impetrauerat, & tpe inhabilitatis vacauit beneficium.*

Si vero. Not. ꝙ grauius punitur sacerdos, quam consti-
tutus in minori ordine, quod colligitur ibi, ci-
tra sacerdorium. iuncto ver. se. Alibi maiori gaudet priuilegio.
54. dist. ex antiquis. alibi minori. ne clerici vel mona. cap. fi. de
1 post. cap. fi. † Secundo not. ꝙ inhabilitas ad beneficium succe-
dit in defectum beneficij, vt hic, & de stat. monac. clem. ne in
agro. §. porro. versi. quod si nullam. Alibi succedit excõicatio.
J. de deci. clem. 1. Opp. in eo quod vocat non beneficiatum eũ
qui promotus est ad sacros, non enim debet absque beneficio
promoueri, de præben. cum secundum. Solu. licet promoueri
non debeat, tamen potest contingere ꝙ fuit promotus sine be
neficio, & dicit Paul. quod etiam si habeat victualia a præsen-
tante vel ordinante, non dicitur beneficiatus, alias omnes exi
stentes in sacris dicerentur beneficiati in re vel in ipse cum ha
beant actionem ad petendum, & sic rem habere videtur, ff. de
re iud. qui actionem. Ex hoc dicit Paul. quod de talibus victua
a libus[a] non tenetur facere mentionem in rescripto beneficia-
2 li, de hoc vlt. dic vt de rescrip. ad audientiam. 2. † Quæro quis
potest inhabilitare ad beneficium. Sol. vt in gl. & idem Pau. in
eo quod dicit glos. legatum & episcopum hoc posse. dic quod
tamen posset tollere inhabilitatem inductam per hanc clem.
vt no. de elec. cupientes. §. cęterum, in glos. est ergo, & J. de he
3 cle. vnica. in fi. † Secundo quæro, quid si de facto recipiant be
neficia, dicit Laud. ꝙ nõ propterea fiunt irregulares, cum sint
suspensi a beneficijs tantum. Et idem Genz. pro hoc quod no.
Inn. de renunc. nisi. circa fi. & sufficit ꝙ iure non reperitur cau
4 tum, de sent. excom. is qui. lib. 6. † Tertio quæro, si durãte hac
inhabilitate impetrat literas ad beneficium. dic quod literæ
non valent, ita ꝙ etiam post sex menses non poterunt obtine-
re beneficium earum vigore, quia in talibus ponderatur ini-
5 tium, de rescr. eam te. & c. constitutus, & eo. tit. si eo tpe. lib. 6. †
Quarto quæro si prius impetrauerat, & tpe inhabilitatis vaca
uit beneficiũ. dic ꝙ si non habet clausulã acceptandi, literę ap
prehenderent illud beneficiũ, & cũ nõ possit obtinere vt hic,
redderentur literæ vacuæ, de pręb. si clericus. 2. responso. lib. 6. se-
cus si in eis esset clausula acceptãdi, quia tunc poterat accepta-
re post sex menses etiã beneficiũ ꝙ vacauit intra sex menses,
tunc. n. tñ debet ponderari habilitas cum acceptat, quia tunc
purificantur literæ, pro hoc quod no. de concei. præb. si sola. li.
6. Quinto quæro, si literæ erant impetratæ ante hanc inhabili
tatem, dic ꝙ non pereunt per superuenientiam inhabilitatis,
hic. n. priuat tantum iure quærendo non quæsito: ius ergo q̃-
situm ad beneficiũ non tollitur. Opp. ad hoc de hære. c. 2. li. 6.
vbi inhabilitas superueniens priuat iure etiã quæsito. Solu. ibi
hoc exprimitur, hic non. Item illa pęna est perpetua, hæc ad
tps, pro hoc quod no. de consti. ex literis, in gl. 4. & 50. dist. ca. 1.

A. D D I T I O.

a Quod de talibus victualibus. Adde Felyn. idem tenentem in c. postulasti, de rescrip. in 10. col. ver. circa secundum.

SVMMARIVM.

1 *Idem, dictio quid importet.*
2 *Tonsura, verbum quid importet.*

1 Idem. † Quæro, ad quid refertur hęc dictio, idẽ. dic ꝙ ad
id ꝙ dixi de inhabilitate ad beneficiũ, & exponeli
terã ibi, clericis, s. in minoribus ordinibus constitutis non be-
neficiatis. Ex hoc vides differentiã inter bñficiatos & non bñ-
ficiatos, qui sunt in sacris citra sacerdotiũ, & nõ bñficiatos qui
sunt in minoribus non puniunt̃, nisi duo ꝯcurrant, de quibus
hic, s. ꝙ deferant vestem virgatam, & partitam, & cũ hoc ton
suram. Ex hoc dicit gl. in ver. tonsuram, in prin. ꝙ si isti sine tõ
sura vestem prædictam deferant, nõ subiacent huic penę. Idẽ
Lau. cuius est ratio s'm Gen. quia possent ex toto recedere a sta
tu clericali, de cle. coniu. Ioann. alij non, nisi sunt beneficiati,
non in sacris dimittant beneficia. In quo tamen dic quod ea
dimittere non possunt sine superioris licentia, de renun. quod
2 in dubijs, vbi de hoc. † Secundo quæro, quid importat verbũ
tonsuram. Solu. vt in gl. in hoc verbo, quam not. quia singula-
ris, & idem Paul. & dic ꝙ communiter loquendo solum faci-
mus curam de rasura superiori, quam vocamus tonsuram, &
clericalem coronam, & sic fuit hic de mente.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi tenentur deferre vestem extrinsecus vestem s. religionis.*
2 *Dignitatem quando quis dicatur obtinere, vt sit locus pęnę clemen. secunda, de vita & ho. cleri.*

Insu-

3 *Infula vel pileus quid est.*
4 *Sacerdotes vel monachi si portant vestes rubeas vel virides, an sint puniendi.*
5 *Pœna maior quæ sit vel priuari fructibus beneficij, vel inhabilitari ad beneficia.*

1 Dignitatem. † No. q religiosi tenentur deferre ve-
stem religionis extrinsecus. Et dicit
Lau. q religiosi & sacerdotes sunt adstricti regulæ ecclesiasti-
cę pp se. Alii aūt de quib. sup. sunt adstricti pp beneficia, q est
verum si sunt in minoribus, secus si in sacris. sup. ea. clem. ver.
si vero. Secundo no. in ver. cęteri, q qui non potest priuari re,
priuatur spe. simile 18. q. 1. c. 1. de conces. prębē. quia diuersita-
tem. Quæro, an quod hic dr̄ de dignitate vel personatu, proce
dit in non curatis. Pau. dicit q sic, per c. dudum, 2. de ele. & de
pręb. de multa. In ɔ̄rium est dictio, aliud. ibi, beneficium aliud
cui cura immineat, quia ponit idem in qualitate, de rescr. se-
a des, primum verius. hic. n. dictio, aliud,ᵃ ponitur ampliatiue vt
comprehendat quodcunque beneficium, dum tamen cura-
tum, & illa clausula, cui cura immineat, non refertur ad id q
2 dicit de dignitate & personatu. † Secundo quęro in eo q pu-
nit obtinentem dignitatem &c. qn̄ dicatur obtinere vt sit lo-
cus poenæ. dicit Lau. q cum realiter obtinet, ita q habet pos-
sessionem, arg. de pręb. de multa. 21. q. 2. si quis iam, de hęre.
cum sm. li. 6. Tertio quæro, si monachus defert habitum re-
b ligiosumᵇ sed coopertum. dicit gl. in verbo, extrinseci, q non
euitat apostasiam, & in ea ibi, in mercuria. in regula, certum.
lib. 6. vbi idem determinatur, quia debet deferri desuper ces-
sante causa rationabili, vt hic, de vita & ho. cle. Deus qui. &
3 idem Gen. Pau. & Lau. † Quarto quæro, quid est infula seu pi
leus. gl. in verbo, infulam, soluit. vel sm Gen. potest dici infula
vestis pomposa ad collum perforata circunquaque, quod ni-
hil est. hic. n. accipitur pro pileo, & sic pro bireto quod poni-
tur sub caputio ad euitandum sudorem, q prohibuit hic sa-
cerdotibus & monachis ne appareant delicati. Quinto quęro
quare magis puniuntur isti de quib. hic, quam alii de quib. su-
pra ver. proxi. dicit Lau. quod hoc facit altitudo dignitatis or
dinis seu religionis, & sic circunstantię quæ bonæ sunt de se,
sunt istis damnosæ. deinde dicit Laud. q augetur poena, quia
maior vr̄ contemptus in istis. ar. de ele. cum. n cunctis, in prin.
de vo. magnæ. pro hoc vltimo est, uam sm Genz. quia in istis
maior est status prærogatiua, exigitur maior honestas, arg. C.
de epis. & cle. l. presbyteri, & ob vitādum malum exemplum
quod ex eis magis quam ex aliis oritur ex d. c. magnę. Ex hoc
no. q magis punitur is qui est in maiori statu. q dic vt not. de
iureiurā. cum quidam. Sexto quęro quid si infulam deferunt
non publicè. dic q non est locus poenæ. pro hoc litera ibi, pu-
blicè. q tenent Lau. & Gen. Vnde dicit Lau. q secus si de no-
cte ad euitandum frigus capitis, vel alias sub caputio laten-
4 ter. † Septimo quęro, si sacerdotes, vel monachi portant ve-
stes rubeas vel virides. dicit Lau. nō esse locum poenæ de qua
hic, quæ tamen locum habet cum portant vestes partitas vel
virgatas vel infulam, pro hoc litera ibi, vestem ferāt huiusmo
di, tenentur tamen alio iure, per c. clerici. sup. eo. Octauo q̄ro,
quid includitur in eo q in ver. cęteri. inhabilitat ad quodcun
que beneficium. Sol. vt in gl. vlt. ex qua dic q includitur om-
ne quod datur in titulum beneficii, & idem Pau. Et sic p hoc
non prohibetur assignatio possessionum in stipendium vel su
stentationem. 16. q. 1. possessiones, nec gubernatio hospitalis
5 non concessi in titulum. inf. de relig. do. quia contingit. † No-
no quęro, quę est maior pęna vel priuari fructib. beneficii, vel
inhabilitari ad beneficia. videtur quod prima, quia turpius
eijcitur ab obtento quam ab obtinendo, de app. constitutus,
de accus. super his. In contrarium, nam secundo casu ex toto
perdit titulum beneficii quem forte nunquam assequetur, qa
non faciunt anni quod facit vna dies. ar. de ser. licet. Laud. re-
linquit disputationi. dic quod prima est maior poena, nam po
test esse quod secunda nulla erit poena, vt quia non fuit voca
tus ad beneficium intra tempus prohibitum.

ADDITIONES.

a Dictio aliud. Adde gl. in verbo, alteri, in cle. 1. de re. eccl. non alie. gl. in ver. a-
lius, in c. 1. de sum. tri. gl. in verbo, alios, in c. 1. de præb. li. 6. gl. in l. si fugiti-
ui. C. de ser. fugi. gl. in proę. ff. domini de Ro. dec. 48. ti. de resc. in antiquis &
dec. 12. in antiquis. Ant. de Bu. in c. officij. in 2. no. de pę. & re.
V. G. Aliud est vniuersitas, aliud singuli de vniuersitate, Ruy. consi. 202. nu. 9.
lib. 2. & aliud est ius, aliud quasi possessio fundi, Ruy. consi. 67. nu. 6. li. 5.
b Defert habitum religiosum. Adde q hæc quæstio fuit originaliter Guilielmi
de Petra lata, vt refert Io. An. in regula certum, in prin. Old. consi. 284. inci.
pater sancte. in pe. col. Lud. Ro. consi. 340. incip. circa primum consultatio-
nis articulum.
Vinc. God. Adde quod habitus ex dispositionibus priuatiuis non inducitur.
Mar. Soz. consi. 30. Quamuis. ver. 3. principaliter, circa fin. lib. 2. Ruyn. consi.
127. nu. 18. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Clerici seculares & religiosi qui habent administrationem æquiparantur quo ad potestatem dispensandi.*
2 *Assignare, verbum quid designat.*
3 *Monachus non habens administrationem qui est in studio de licentia Abbatis, an possit facere eleemosynam.*
4 *Quid si monachus videt aliquem morientem fame.*
5 *Et quid si Abbas expresse prohibet ne monachus faciat eleemosynam.*
6 *Vxor an possit facere eleemosynam sine licentia viri sui.*
7 *Clericus si est in potestate patris an poterit erogare tabardum suum.*
8 *Clericus siue prælatus qui dat bona seu fructus ecclesiæ suis consanguineis an teneatur ad restitutionem.*
9 *Ludens ad taxillos si lucratur an teneatur ad restitutionem eorum quę lucratus est.*
10 *Quid de ludo scachorum.*

1 Sed & tales. † Not. q clerici seculares & religiosi ha-
bentes administrationem ęquiparantur
quo ad dispensandi potestatem quod est singulare & facit ad
ea; quę dixi de pecu. c. si. & pro hoc quod dico in seq. nota. Se-
cundo not. in eo q dicit de monachis non habentibus admi-
nistrationem. q si administrationem habent, possunt facere
eleemosynam. nec mirum secundum Lau. quia in hoc non fa
ciunt nisi iuris est, cum quicquid habet ecclesia, sit pauperū.
16. q. 1. quoniam. ad hoc de dona. cæterum. de testa. relatum.
§. licet. pro hoc quod dr̄ date eleemosynā & omnia sunt mun
da vobis. 12. q. 1. quia tua. 86. di. non satis. Si autem non habēt
administrationem, secus, quod tenet gl. in verbo, conuerten-
dum. & idem Gen. quia talis non potest sine consensu Abba
tis etiam bonum monasterii prosequi nec peregrinari. 16. q. 6.
monachi. Fallit in casu de quo in glo. præall. & hoc inf. q. 3. &
2 duabus sequentibus. † Tertio no. de verbo, assignare, q expo-
nit Genze. tradere. aliter sumitur. ff. de assigna. libert. l. 1. §. assi-
gnare. & l. assignare. vbi exponitur. i. applicare vel attribuere,
vt quando patronus assignat libertum alteri filiorum, quia
vult q sit illius tantum libertus: venit tamen ibi ad idem in ef
fectu quod hic. Opp. in eo q prohibet tabardum foderatum
ita breue q vestis inferior notabiliter videatur, quia permitte
re vr̄ non foderatum quamuis breue, cum tamen vestis supe-
rior clericorum debeat esse talaris. 23. dist. non liceat. 2. Solu.
hic vacat arg. a ɔ̄rio sensu, q sm Lau. & Genze. cessat quando
aliud ius vel ratio est in contrarium. vel si aliquid inconue-
niens vel absurditas sequeretur, vt not. de fo. compe. significa-
sti. & C. de epis. & cle. conuenticulam. q dixi de electio. publi-
cato. Vel dic q a contrario huius literę solum probatur q nō
est locus poenæ, de qua hic, nisi duo concurrant, s. q sit tabar-
dum seu epitogium breue & foderatum. & de hoc in sequen.
q. Quęro circa proximę dicta, an hoc vltimum sit verum. gl.
3. arguit q sufficiat sola breuitas. tenet tamen primum, cum
hæc constitutio sit poenalis & non extendenda. Idem Pau. &
Genze. Opp. ad hoc, quia vr̄ esse rationis identitas in non fo-
derato. ergo idem ius, nam per identitatem rationis iura ēt
pęnalia extendūtur. ff. de adult. si postulauerit. §. ratio. de eden
do. l. quædam. §. numularios. & quod no. de elec. si postquam.
versi. si vero. lib. 6. dic q non est eadem ratio. nam ratio quare
prohibetur epitogium breue foderatum secundum Genze.
fuit, quia apparētia talis videbatur quid militare, & ad iactan-
tiam, & ad incompositionem corporis, quod non sic cense-
tur ex sola breuitate. vnde cum hęc clem. sit poenalis, tutius
est interpretari in partem benigniorem vt non extendatur re
gula, quæ contra ius. lib. 6. Matth. tenet primum dicens q hic
intendit prohibere solam breuitatem. Refert tamen fratrem
Aluarum dixisse secundum verius. quia si hoc voluisset spe-
cificasset. de priu. quia circa. quod placet. succedit enim ratio
prędicta quę non consistit in sola breuitate. Secundo quæro,
quando incipit currere mēsis. de quo hic in gl. in verbo, mensem.
dicit quod post inchoatum vsum. Idem Pau. refert tamē
alios dicere a tempore publicationis huius constitutionis, cō-
cordat de pręb. cum singula. §. circa eos. li. 6. Sed secundū hoc
hodie vtentes non ligarentur. dicit ergo Paulus primum ve-
3 rius quo ad nunc vtentes per verbum, vtentes, positum supra
a eo. versi. † Tertio quæro, an monachusᵃ non habens admini-
strationem

ADDITIO.

a An monachus. Adde gl. in verbo, possidere. in c. non dicatis. 12. q. 1. Abb. in c.
3. de furt. Abb. in c. ex parte, de ac. in fi. 2. gl. Th. 2. 2. q. 32.
Vin. God. Monachus q non possit habere proprium est verum quo ad sui com
moditatem, sed quantum ad commodum monasterij sic, Mar. Soc. consi. 10.
quamuis, ver. verum prædictis, circa med. cum seq. li. 2.

ſtrationem exiſtens in ſtudio de licentia Abbatis poſſit facere
eleemoſynam, de qua hic gl. in ver. cõuertendum, dicit quod
ſic. Et no. in eo quod gl. dicit ꝙ quando eſt in ſtudio in loco di
ſtante, per ꝙ videretur ẽt ſi non cauſa ſtudii ſit in loco diſtãte
de licentia Abbatis per iura allegata in gl. quod tenet Matth.
qui refert fratrem Aluarum dixiſſe quod perfectius eſt in reli
gioſo non potente ad dandum ſi non dat, quam habere, i. eſſe
potentem ad dandum & dare, quia religioſus nihil habet præ
ter Deum cui omnia dedit. 36. di. non ſatis. Opp. ad hoc, quia
beatius eſt dare quam accipere, de celebra. miſſa. cũ Marthæ.
Sol. Matt. illud in paupere qui omnia propter Deum dedit, &
de labore ſuo paſcit ſe & alios, vt Paulus Apoſtolus & alii ana
choritæ. i. eremitę qui quondam erant in Egypto qui erant
pauperes ſpiritu, & tamen charitatem faciebant proximo, ta
les enim ſunt perfectiores quam alii pauperes qui tantum re-
cipiunt & non dant, alias abſurdum eſſet ꝙ perfectior ſit lai-
cus eleemoſynam faciens quam religioſus pauper euangeli-
ce eleemoſynam recipiens, ꝙ eſt contra id de verb. ſign. exiit.
li. 6. 8. q. 1. qualis. nec ſemper eſt perfectius dare eleemoſynam
quam accipere. alias dantes eleemoſynam Chriſto fuiſſent p-
fectiores quam ipſe qui recipiebat pro ſe & pauperibus. 12. q.
1. habebat. quod eſt nefas dicere. Sed hoc non vrget, quia non
quærimus de perſonis, ſed de actu dandi vel recipiẽdi, de quo
dicit Matth. ꝙ virtuoſius eſt dare. 47. diſt. ſicut hi. de dona. c. i.
4 † Quarto quęro, quid ſi monachus videt aliquem fame mo-
rientem. dicit Genz. & Matt. quod tunc poteſt facere eleemo
ſynam etiam ſi careat adminiſtratione, quia quilibet ex pręce
pto tunc tenetur. 86. diſt. non ſatis, & c. paſce, & quia tunc om
nia ſunt communia, 47. diſt. ſicut hi. ff. ad leg. Rhodiam. l. 2. §.
5 cum in eadem. † Quinto quæro, ſi Abbas hoc expreſſe prohi-
bet. dicit Gen. & Matt. ꝙ adhuc poteſt, quia magis Deo quã
homini obediendum eſt 11. q. 3. Iulianus. 18. diſti. quę contra
6 10. q. 3. qui reſiſtit. † Sexto quæro, an vxor [a] poteſt facere elee-
moſynam ſine licentia viri, dicit Matth. ꝙ ſi habet res paraſre
nales, poteſt, de reb. autem viri ex approbato more ẽt poteſt
facere eleemoſynas moderatas, vt de pane & vino vel ſimili-
bus ſm facultatem viri qui vr̃ hoc permiſiſſe, niſi prohibeat,
7 de hoc 33. q. 5. ꝙ Deo. † Septimo quæro, ſi clericus eſt in pote-
ſtate patris, an poterit tabardum, de quo hic, erogare prout
hic dr̃. dicit Pau. ꝙ ſufficit ꝙ reſignet patri intra mẽſem, ſicut
hic ſufficit monacho quod Abbati, cum donare non poſſit,
ff. de pac. l. ꝯ iuris. in fi. niſi haberet peculiũ caſtrenſe vel qua-
ſi, vel niſi eſſet in longinquis partib. arg. ff. de iud. l. ſi longius.
§. i. Octauo quęro, de intellectu illorum verborum per id tem
pus. Gl. annale. exponit tripliciter, & vltima eſt notabilior. fa-
cit ad multa, & eam tenet ẽt Lau. Pau. & Gen. Et ex hoc refert
Pau. ꝙ exiſtens in minorib. non beneficiatus non incurrit hãc
poenam, contra tamen eſt ſup. eo. ver. ibi, quicunque clerici, ꝙ
dicit Pau. non obſtare per id quod habetur ſup. eo. verſi. idem
quoque. vult dicere ꝙ in tali requiritur ꝙ portet ſimul cũ ton-
ſura, & publice, vt ibi, & in hac gl. ibi, proxime dictum, arg. de
app. inquiſitioni, ff. de lega. 1. ſi ſeruus plurium, §. vlt. de iuriſd.
om. iud. l. ſi idem. Et ibi in principio dixit. ar. de pen. di. 1. poe-
nę. ff. de poenis. l. præſes. quia quæ in principio dicuntur &c. de
ap. ſecundo requiris, & d. c. inquiſitioni, ibi, dignitatẽ, ad hoc
3. q. 5. conſtituimus, de conſe. di. 2. cum omne, ff. de in rem ver
ſo. ſi pro patre. §. penul. de dona. cum dilectus, & quod ibi no.
8 & de reſcr. cauſam. † Nono quæro, an clericus ſeu prælatus [b] q
bona ſiue fructus beneficiorum dat conſanguineis, teneatur
ad reſtitutionem. Matth. qui de hoc minus pertinenter quæ-
rit, hic dicit ꝙ ſic, quia contrectat rem alienam inuito domi-
no, quia quicquid habent clerici, pauperum eſt 16. q. vlt. c. fin.
12. q. 2. gloria, & illi qui pauperib. de bonis ſuis non tribuunt
voce Dei dãnabuntur in futuro, multomagis ij qui auferunt.
12. q. 2. & ſi illi. & tales recipientes tenentur ad reſtitutionem.
2. q. 3. peruenit. 14. q. 3. ſi res. ꝙ procedit quo ad forum conſciẽ
tiæ. Et eo caſu quo ſuperflue datur: ſed quo ad forum conten-
tioſum ſi erant talia quę poterat clericus diſpenſare, puta fru-
9 ctus, non cogentur reſtituere, vt dixi de peculi. c. fi. † Decimo
c quæro, quid de clerico, vel alio ludente [c] ad taxillos & lucran-
te, an peccet & an teneatur reſtituere. Ad primum dicit Matt.
ꝙ peccat octo rationibus. Prima propter deſiderium lucran-
di, ꝙ eſt cupiditas quæ eſt radix omnium malorum, de conſt.
nam concupiſcentiam. Secunda voluntas ſpoliandi proximũ
quę eſt rapina. Tertia eſt blaſphemia quę fit in ludo, quæ eſt
hęreſis, ſm Matth. de quo dic ꝙ non eſt proprie hæreſis, poni
tur. n. in diuerſo titulo. ſup. de malefi. c. 2. Quarta propter ver-
ba ocioſa & mendacia. Quinta, corruptio proximorum qui
ad ludum conueniunt. Sexta, ſcandalum bonorum. Septima,
tempus prohibitionis eccleſię. Octaua, temporis & bonorum
amiſſio, talis ſi eſt epiſcopus, presbyter, aut diaconus, poteſt
damnari, aut deponi: alii autem communione priuari, niſi
deſiſtant. Quo ad aliud de reſtitutione dicit Matth. quod ſi ali
quis voluntarius ludat ſi amiſit, repetere non poteſt, & ſi vin-
cit, tenetur ad reſtitutionem in foro animę. Sed ſi inuitus &
tractus vel propter infirmitatem cauſa recreationis ludi, non
tenetur illi reſtituere cui vincit, ſed pauperib. erogare, nec ab
eo poteſt repeti 14. q. 5. non ſane. de ſimo. dilectus. C. ad leg. Iu
lia. de vi pub. quoniam. dic vt dixi de vi. & honeſta. cleri. cleri-
10 ci. † Vndecimo quęro, quid de ludo ſcacchorum. dicit Matt.
quod eſt mortale ſi fit cauſa voluptatis vel cupiditatis, quod
dicit de ludo taxillorum, non dubium, & pro quolibet tali lu-
do poteſt excommunicari ſi non vult ceſſare, vt no. 35. di. epi-
ſcopus. dic ꝙ non eſt mortale, niſi fiat in contemptum iuris
contrarium ſtatuentis, de elec. generali. lib. 6. & quod ibi not.
gl. in ver. inhibemus.

ADDITIONES.

a An vxor. Adde gl. in c. manifeſtum. 33. q. 5. Hoſt. in ſum. tit. de pę. & rem. in
§. quibus. verſi. quid de vxore. Abb. in diſputatione Sempronius clericus. S.
Th. 2. 2. q. 32. ar. 8. Bar. in l. 1. ff. rer. amo. Bar. in l. ſi ſponſus. ff. de do. inter vir.
& vxo. Flo. in l. mulier. ff. ad l. Aquil.

b An clericus ſeu prælatus. Adde tex. iuncta glo. in verbo, vt mercede. in c. om
nino. & ibi Doc. 32. di. tex. in c. non ſatis. iuncto c. paſce fame. 86. diſt.

c Quid de clerico vel alio ludente. Adde gl. ad alias, in c. clerici. el 1. de vita &
hone. cler. & ibi Doc gl. in c. epiſcopus. 35. diſt.
Vin. God. Adde, ludus quid ſit, & quis ſit permiſſus, & quis prohibitus. Mar.
Soc. conſi. 16. circa prædicta, ver. eſt enim ludus, & verſi. præmiſſis non ob-
ſtantibus, cum ſeq. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Clericus portans veſtem ſcacchatam an uideatur recedere a veſte cle
ricali.*

Huic inſuper. Nota de verbo ſanctioni, iuncta glo.
ꝙ ſanctio dicitur cum poena impo-
nitur. Et dicit Matth. ꝙ peccat mortaliter contra faciens per
id quod no. 48. diſt. c. 1. in fi. 1. q. 6. ſi quis omnem. quod dic vt
1 dixi ſup. ver. proximo. q. vlt. remittendo ad c. generali. † Quæ-
ro, an clericus portando veſtem ſcacchatam videatur recede-
re a veſte clericali, ita quod ſi ſit coniugatus perdat priuilegiũ
clericale, etiam in perſona. dicit Lau. ꝙ ſic, ſi eſt intãtum ſcac
chata quod eſt ac ſi eſſet virgata, cum de ſimilibus ſit idem iu
dicium. de conſt. trãslato. alias ſecus, cum omnes veſtes liceãt
clericis, niſi ſint expreſſe prohibitę, & ſuper hoc arbitrabitur
epiſcopus cuius ſuper hoc eſt cognitio, de ſenten. excom. ſi iu-
dex. li. 6. ff. de ver. obl. continuus. & in dubio iudicabit non vir
gatas cum hoc ſit poenale, vt ſupra. ex hoc dicit quod propter
veſtes rubeas vel virides non recedit a veſte clericali, cum in
multis partibus ita vtantur talibus vt aliis veſtibus, vt in Ca-
thalonia, & multominus ſi de his caligas portent, imo etiam
ſi caligas mediatas vel partitas vel virgatas portent, adhuc nõ
recedunt a veſte clericali ex quo alias veſtes principales cleri-
cales portant, non enim trahitur principale ad acceſſorium,
ſed econuerſo. regula, acceſſorium. li. 6. ſecundum Lau. Opp.
ad hoc eo. tit. clerici. Sol. ibi prohibendo veſtes rubeas vel viri-
des, loquitur de conſilio, vt not. ibi Inno. & hic Gen. qui tenet
cum Lau. dicens quod licet male faciat, dici poteſt quod non
omne maleficium punitur in amiſſione priuilegii clericalis.
arg. ff. de ſepul. viola. l. 3. §. non perpetue, de religio. at ſi quis. §.
idem Labeo. in fi. & ibi no.

De præbendis & dignitatibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Obreptio vitiat literas beneficiales ipſo iure.*
2 *Dignitas quid eſt.*
3 *Archipresbyteratus an ſit dignitas.*
4 *Quid de prioratu ſaculari.*
5 *Cura animarum quid eſt.*
6 *Cura quæ eſt dignior & maior, an ea quæ exercetur in foro contentio-
ſo, vel ea quæ exercetur in foro animæ.*
7 *Papa ſi diſpenſat cum aliquo quod poſſit tenere duas dignitates an vi
deatur diſpenſare cum eo quod in neutra teneatur reſidere.*
8 *Quid ſi adyciatur clauſula, dummodo in ea in qua non reſidet faciat
deſeruir.*
9 *Clericus non reſidens in beneficijs, quibus beneficijs poſſit priuari.*
10 *Reſcriptum beneficiale eſt nullum propter obreptionem, ſi vero eſt ad
lites, opus eſt exceptione, quæ eſt ratio diuerſitatis.*

CAP.

CAP. PRIMVM.

a SI dignitatem. † No. ꝙ obreptio vitiat literas beneficiales ipso iure, ibi, nullius penitus est momēti, ꝙ melius probatur hic quam alibi, & de hoc de rescr. ad audientiam. 2. & de hoc inf. q. 12. Ex hoc inferunt Lau. & Gen. ꝙ processus vigore talium factus est nullus, licet secus sit in literis iustitiæ, de rescr. super literis. Et dicit Lau. ꝙ qñque litera est falsa, vt qñ omnino præter consciētiam principis emanat, & tūc quicquid ex ea fit, nullum est, de falsariis, super eo. pro hoc de offic. vica. c. pen. qñque surreptitia, vt qñ de scientia principis est habita, sed aliquid falsum est suggestum, vel verum suppressum, vt hic, & de concess. preb. cum nostris. Opp. nam hic fuit facta duplex gratia. Vna per quam papa mandauit prouideri de dignitate habēti alteram. Alia per quā dispensauit super retentione vtriusque, & dr̄ hic ꝙ si non fuit facta mentio de cura alterius, gratia est nulla, & sic vitiatur vtraque, cum tñ deberet tenere gratia per quam mādauit de dignitate prouideri ēt si non sit facta mentio de cura primæ, licet non tenet dispensatio super vtraque retinenda, non .n. est iure cautum ꝙ impetrans beneficium teneatur facere mentionem de qualitate primi ꝙ habebat. Solu. Propter hoc ꝯtrium & similia quę formari possent, gl. 5. legit hanc cle. trib. modis, & quarta lectura colligitur ex gl. seq. legit ergo hæc gl.

11 in d. cle. 2. §. vt autem. q. 1. † Decimoquarto quæro, an in fabri-
cis locum habeat quod hic dicitur. glo. in verbo, eleemosyna-
riis. in fi. dicit ꝙ sic. & est sensus eius ꝙ per literas super proui-
sione beneficiorum nõ poterit prouideri de fabrica. Stepha.
dicit ꝙ quicquid sit de iure, de facto seruatur ꝙ sub huius gra
12 tiis includantur. dic vt in sequen. q. † Decimoquinto quæro,
si certi reditus deputantur ad fabricam quibus præficiuntur
aliqui qui appellantur operarii, an conferri potuerunt per li-
teras de quibus hic. videtur ꝙ non, cum eadem sit ratio quæ
in xenodochiis vt reditus deputati ad vsum fabricç ad alium
non trahantur. Item tales qui deputantur tenentur reddere
rationem & reliqua quç restant deponere cõuertenda in em-
ptionem prædiorum, vel aliud augmentum fabricæ. 12. q. 2.
nobis facit Auth. de sanc. epis. §. œconomos. coll. 9. & sic nõ
dicitur assignata fabrica prædictis in beneficium, quia tunc
facerent fructus suos. de offi. ordi. prçsenti. lib. 6. In contrariũ,
quia nomine beneficij continetur omne quod gratis & libe-
raliter confertur. ff. de ser. expor. l. fetuus. nec videtur procede
re ratio contraria ꝙ reditus prædicti sint deputati ad vsus fa-
bricæ: nam & omnes reditus sunt ad vsum pauperum depu
tati. 16. q. 1. quoniam quicquid. vnde sicut sub gratia alij redi
tus cadunt, ita & isti, & sufficit ꝙ hæc constitutio de his non
faciat mentionem. primum verius quod tenet glo. vt dixi in
proxi. q. licet Steph. teneat secundum, & pro primo sunt ra-
tiones ad hoc inductæ, maxime, quia fabrica nõ censetur be-
neficium ratione prædicta, nec procedit quod dicit Steph. qđ
a reditus omnes [a] clericorum sunt deputati ad vsus pauperum,
quia illa deputatio non est immediata, sed principaliter sunt
deputati in vsus ministrorum. de præbend. de monachis. & c.
cum secundum. Item sunt deputati in vsus pauperũ per ero-
gationem faciendam per institutos. d. c. quoniam quicquid.
qui tamen faciunt fructus suos ita quod si distribuũt in alios
quàm in pauperes, tenet, quamuis peccent male distribuẽdo.
quod dixi de fideiuss. peruenit. de pecul. c. fi. in cle. gratiæ. q. 19.
Decimosexto quæro, si ecclesia habet hospitale annexum, an
potest prouideri per literas de quibus gl. hic in verbo, eccle-
sias. quod sic. & idem Pau. Decimoseptimo quçro, si ecclesia
& hospitale sint vnita & non appareat quod sit principale. gl.
eadem soluit esse stãdum possessioni, ex qua colligitur quod
sit principale, & si hoc apparet, repelletur impetrãs. quam gl.
no. quia facit ad multa, per quam glo. consuluit Bal. vt refert
Per. de Ancha. quod si mandatur prouideri de ecclesia san-
cti A. cum hospitali sibi annexo, si hospitale est principale &
ecclesia annexa, non obtinebit. In contrarium inducit quia
verba transposita idem significant. ff. de pecu. leg. quidam te-
stamento. cum glo. pro hoc de rescri. cautam. inducunt & a-
lia. sed dic quod in rescriptis beneficialibus verba intelligun-
tur proprie & stricte, vt hic, & eod. titu. quamuis. 1. & in c. cui
de non. lib. 6. Item quæstio præmissa videtur habere parum
dubij, quia rescriptum erat obreptitium in quo dicebatur ho
spitale annexum ecclesiæ, cum esset econuerso. in q. autẽ gl.
si constaret quod hospitale & ecclesia essent vnita æquè prin-
cipaliter, dicit eadem glo. locum esse huic ca. & idem Pau. &
Genze. in hac glo. ibi, cum de beneficio. 27. distin. quod inter-
rogasti. 20. q. 1. quem progenitores. 20. q. 1. vidua, de regula. vi-
dua. de presby. non bapti. c. fin. ibi per tuas. qui fil. sint legi. per
tuas. & in fine, quia ex quo hospitale venit principaliter, com
prehendi non potest sub literis, vt hic. nec vnio cum ecclesia
hoc potest operari. nam cum concurrunt duo quorum vnũ
se habet prohibendo, aliud permittendo, vel vnum negatiue,
aliud affirmatiue, plus operatur negatio, quod dixi de renun.
in prçsentia. plus enim tollit negatio quàm ponat affirmatio,
vt no. glo. de consue. cum dilectus. Decimooctauo quæro, de
quibus spiritualibus loquitur litera ibi, spiritualia. Solu. vt in
glo. in eo verbo. Decimonono quçro, si hospitalia possunt cõ-
cedi in titulum, sicut quandoque permittitur, inf. de relig. do
mi. cle. 2. an comprehendentur sub literis. gl. in verbo, proui-
deri. dicit ꝙ non, dicens ꝙ qualitas hospitalitatis est in literis
exprimenda, vt expresse appareat Papam hoc voluisse. quod
no. Genz. autem videtur stricte intelligere hãc cle. de eleemo.
quæ non conferuntur in beneficium. dicit enim quod si sunt
eleemosynariæ quæ sunt in multis monasteriis ad quas sunt
deputati prouentus quibus aliqui pficiuntur & faciunt suos,
non habet locum hæc clemen. quod dixi sup. q. 1. & secundũ
hoc intellige glo. eo casu quod licet conferantur in titulum,
tamen habent naturam hospitalium in aliis de quibus in cle
mentina, quia contingit.

ADDITIO.

a Reditus omnes. Adde c. quoniam. 16. q. j. c. quod autem 23. q. 8. c. sicut hi. 47. distin.

SVMMARIVM.

1 *Adeptio possessionis quæ dicatur.*
2 *Officium executoris, an sit finitum per adeptionem possessionis beneficij.*
3 *Executores si tulerint sententiam contra quoscunque contradicentes, an durabit etiam post annum.*
4 *Dignitates duas tenens si adipiscitur tertiam de facto, an efficiatur inhabilis ad alia beneficia propter pluralitatem.*
5 *Confirmatus, an potest administrare ante installationem.*

CAP. III.

SI plures. Opp. quia de non dubio est hoc c.
quia si impetrans habebat duas di
gnitates, etiam antequàm assequeretur tertiam
vacauerunt primæ, quia per adeptionem secundæ
vacauit prima. eo. tit. de multa. & si non dimiserat primã ver-
bo, de facto vacabat etiam secunda. per extrauagan. Io. 22. exe
crabilis. de qua hic in glo. vlt. glo. a. soluit intelligendo quod
impetrans habebat dispensationem super primis. & idẽ Lau.
& Pau. Steph. vero intelligit siue de facto siue de iure obtine-
ret primas & dicit ꝙ ratio dubitandi fuit, quia non sic de fa-
cili tolluntur plures sicut vna. ideo licet per adeptionem se-
cundæ dignitatis vacet prima, non tamen per hoc expressum
erat quod per adeptionem tertiæ vacent duæ primæ, & non
debet prima extendi. dicit tamẽ ꝙ quia maior est ambitio si
habẽs plures aliam petat, quàm si habens vnam: ideo dignũ
est ꝙ vtranque perdat, vt hic. sed hoc præsupponendo rema-
net hoc c. de indubio, cum fortior sit ratio in duabus primis
quàm in vna prima. vnde verior est præcedẽs sol. vt sit aliqua
dubitatio. nam si de facto habebat primas, non potuerunt di-
ci vacare per adeptionem tertiç, quia iam vacabat ex alio. Ra
tio tamen Steph. saluatur per id quod dico inf. in vlt. contra-
rio. Secundo oppo. ad hoc quia si intelligimus ꝙ habebat di-
spensationem super primis, expeditum videbatur. eo. tit. non
potest. 2. respon. lib. 6. quod dic vt in gl. in verbo, vacare. vsque
ibi, sed quia. quæ soluit quod poterat esse dispensatum nomi-
natim super illis. & declarando glo. dic ꝙ quandoque dispen
satur generaliter super duabus curatis, & intelligitur de dua-
bus primis. & istum casum dicit terminatum per ca. non po-
test. vbi dicitur quod dispensatio intelligitur de duobus pri-
mis, & sic per adeptionem tertii ambo prima vacant. quia nõ
potest quo ad tertium dispensatio aliquid operari, quãdoque
dispensatum est super duobus quibuscunque, & quandoque
habendis, & tunc per adeptionem tertij non vacant am-
bo prima, sed tertium subrogatum loco secundi, & secun-
dum loco primi, & primum solum vacabit, & iste casus non
ponitur

ponitur in d. c. non potest. neque in hoc casu loquitur hæc gl. quandoque dispensatum est super duobus nominatim, vt super beneficio sancti A. & beneficio sancti B. & idem iuris est quod in primo casu, tamen non erat iste casus terminatus per c. non potest. quod loquitur in casu primo. nec contingebant hunc, sed determinatur hic: ideo vtilis fuit hæc declaratio. Tertio opp. ad hæc, quia secundum hoc videtur esse superflua hæc clemen. nam si per adeptionem tertij vacant duo prima quando dispensatio fuit generalis, fortius debet vacare quando facta fuit nominatim, cum tunc certum sit quòd respectu tertij nihil operari potest. glos. eadem ibi, & videbatur. soluit ponendo rationem dubitandi. videbatur enim quibusdam quod hoc casu non vacarent ambo prima, sed princeps, id est Papa deberet eligere quòd ex primis dimitti volebat. argum. ff. de excus. tuto. si duas. in princip. vbi si tres tutelæ alicui deferuntur is qui creauit, id est iudex eliget quam oporteat illum suscipere, & quam dimittere. Circa hoc tamen refert gl. opin. aliorum quòd ipse prouisus debet eligere per c. eod. tit. præterea. & c. referenti. & quanquàm sint hæ opiniones inter se diuersæ, tamen pariter obstant textui, cum hic dicatur ambo prima ipso iure vacare, sed hoc tenendo respondet glos. ad l. si duas. quod in pluribus tutelis per vnius receptionem non vacat alia, & per hoc vult dicere, secus esse in dignitatibus cum per adeptionem vnius vacet altera, sed adhuc videtur stare ratio d. l. quia per dispensationem poterat iste habere duas, & per adeptionem secundæ non vacauerat prima: vnde videbatur quòd per adeptionem tertiæ non vacarent ambo prima: quasi essemus extra ius commune propter dispensationem, & sic extra casum cap. de multa. & per consequens videbatur standum antiquis iuribus vt ipse impetrans eligeret, per c. præterea. & c. referente. præalleg. dic quòd dispensatio hoc solum faciebat quòd habens duo prima censebatur ac si haberet vnicum, sed si habuisset vnicum, vacasset per adeptionem secundi, ergo non per adeptionem tertij vacant ambo prima. quod voluit hic Mat. dicens quòd vigore dispensationis duo prima habebantur loco vnius. vnde quo ad illa duo veneramus extra ius commune, sed comparando istá duo simul respectu tertij nihil operatur dispensatio, est ergo locus iuri communi. Quarto opp. ad idem, nam collato tertij non tenet. de offi. ordi. ordinarij. in fi. lib. 6. nisi dispensatio extendatur ad tertium, vel nisi prius signet ambo prima. glos. ead. in ver. sed remanet. ibi, & forte, dicit quòd forte hoc fuit dubium huius clemen. quam declara, quia non præstat impedimentum &c. regula, non præstat. lib. 6. ergo si collatio tertij non valet, non potest inducere vacationem priorum. propter hoc cõtrarium Fran. Vercel. hoc tenebat in d. c. ordinarij. sed vt ibi no. fuit excusabilis, quia non vidit c. cum qui. lib. 6 eo. ti. vbi per adeptionem beneficij incompassibilis, etiam de facto obtenti ita vacat primum sicut per adeptionem iustam, & sic est locus huic clemen. Quinto opp. ad hoc, quia sic intelligendo remanet hæc clemen. de non dubio iungendo c. ordinarij. in fi. cum d. cap. cum qui. Sol. ibi erat declaratum de habente vnum se intrudente in aliud incompassibile, sed non erat declaratum de habente plura iuridice, & impetrante a Papa aliud incompassibile, imo super hoc erat quæstio per superius dicta & per alias rationes quæ ex superioribus dictis possunt inueniri. vnde ante hanc clemen. pendebat quæstio in curia, vt dicit hæc gl. nec adhuc habetur pro plene declarato in eo quod dicit quòd procurasset a compositoribus declarari. concludit tamen pulcherrime distinguendo ibi, puto tamen. vsque ad fi. & ibi est signanda, maxime in hoc quod ex ea videtur inferri, licet non omnino aperte, quod licet cum aliquis est adeptus curatum, si per eum stat quominus acquirat possessionem, vacet primum, hoc tamen verum est cum tenet adeptio curati: sed si non tenet, poenitere potest non se immiscendo possessioni & retinendo primum. & idem Pau. qui quasi eadem verba dicit cum gl. & in hoc vltimo expressè dicit quòd nunc dixi. Lau. vero refert opinionem Garsiæ qui tenuit quòd adeptio tertij nullius erat momenti, per c. ordinarij. præalle. & quod non vacabunt duo prima, sed retinebit ex dispensatione, quod reprobatur hic. vnde dicit Lau. quòd licet videretur quod per adeptionem tertij non vacarent ambo prima sicut per adeptio-
a nem secundi vacat primum, quia duplex funiculus[a] difficilius rumpitur, de treu. & pa. cap. 1. tamen contrarium hic dicitur, quia propter dispensationem duo prima habentur loco vnius, vt dixi in tertio contrario. ad cap. ordinarij. dicit Lau. quòd id quod dicit quòd collatio est nullius momẽti, intelligitur quo ad hoc vt omnia tria possit tenere. nam propter possessionem tertij admittit duo prima, & hoc in collatione ordinarij. argu. de offi. ordi. clemen. 2. secus in collatione Papæ vel legati. d. c. quia tunc non valet collatio. & dicit Lap. quòd sic potest intelligi c. ordinarij. in fi. in impetrantibus a Papa vel legato, nisi gratia sit facta motu proprio, quia tunc valet inf. c. proxi. & in hoc videtur Lau. contradicere ei quod proxime dicit. sed videtur esse mens eius quod si c. ordinarij, intelligitur de collatione ordinarij, debet exponi vt proxime dixi quod collatio non tenet quo ad hoc vt possit tenere omnia tria. si autem intelligitur de collatione Papę vel legati, debet intelligi vt iacet, quia collatio tertij non tenet. d. cle. 2. quod vltimum procedit si tacet de primis, vt in d. clemen. Lau. dicit quòd eo casu quo collatio tertij non valet, si anteq̃ adeptus fuerit pacificam possessionem vel antequàm steterit per eum quominus adipisceretur non renunciauerit collationi minus legitimè factæ de tertio, vacabunt prima, & nullum habebit. ad quod inducit c. cum qui. eod. titu. & c. si beneficia. & c. licet. 2. & præalleg. consti. Ioan. 22. execrabilis. §. qui vero. quod placet vt non sit melioris conditionis is qui permittit sibi conferri tertium illicite quàm si licite. d. c. cum qui. & hoc verius quàm id quod dixi secundum gl. & Pau. sup. eo. contrario, alias nõ posset iste diu tenere rem in pendenti, quia forte non facile alias acceptaret tanquàm volens cum ipso qui forte potens erat litigare. Pet. de Anch. pro gl. & Pau inducit, quia non perficitur delictum ex sola attentatione. ff. de furt. vulgaris. §. qui furti. & hoc dicit quod per adeptionem tertij non vacant prima, nisi requisitus ab ordinario dimittat tertiũ & super hoc cõtendat. eo. tit. de multa. sed dic quod hic non consideramus dictum, sed iuris dispositionem quæ comparat hęc duo ꝙ habeat possessionem secundi, vel ꝙ per eum stet. de elect. commissa. §. t. lib. 6. & sic stat quod prædixi ad illud, an & quando perficiat delictum per attentationem. dic vt dixi de eo qui mit. in poss. c. 1. Sexto opp. ad hoc & ad literam, quia potest esse ꝙ fructus tertij beneficij debebantur alicui. eo. titu. super eo. & cap. si tibi concesso. lib. 6. Glo. pen. soluit quod tunc non vacabunt prima. & sic hæc clemen. intelligitur extra illos casus. & idem Pau. per hoc videtur ꝙ toto tempore quo debebuntur fructus alteri, possit iste deliberare, an velit dimittere tertium vt sic re-
1 tineat prima, quod est verum per dicta iura. †Quæro quæ dicatur adeptio pacifica. Lau. prosequitur dicens non pacificam si fructus debebantur ad tempus alteri. dic quòd tunc non di-
b citur adepta possessio,[b] per d. c. si tibi concesso. †Secundo quę-
a ro, an officium executoris sit finitum data tali possessione. dicit Lau. quod sic, cum moderatione tamen. c. quærenti. de offic. delega. deinde mutat opinionem dicens quod non est finitum officium donec habebit fructus, quod est verius. Tertio quæro, si data fuit possessio ecclesiæ, sed contradicitur in fructibus, quia negantur esse beneficij vel ex alia causa. dicit Lauren. quòd si contradicitur respectu institutionis, cognitio pertinet ad executores, vt quia dicitur eam non valuisse, sed si contradicitur ex alia ratione, vt quia dicuntur prædia ex quibus proueniunt fructus illi non spectare ad beneficium, non cognoscent de hoc, cum hæc sit quæstio separata ab executione. pro hoc quod no. Innocen. de offic. deleg. in literis. & quod ibi dixi de præben. pro illorum. de concessio. præben.
3 cum nostris. †Quarto quæro, si lata fuit sententia per executores contra quoscunque qui contradicerent, an durabit etiam post annum. quidam vt refert Lau. quod sic, si in rescripto sit clausula, tueraris inducta, vel similis, alias non excedit annum. de offic. delega. quærenti. Alij quod indistinctè expiret post annum ex quo pacificam possessionem est adeptus, quòd dicit Lauren. hoc esse verius, & hoc tenui. de præbend. pro illorum. in septima quæstione, per dictum cap. quærenti. quod loquitur indistinctè, & ex priuilegio concedit delegato apostolico quòd post latam diffinitiuam vsque ad annum habeat potestatem, ergo non vltra. executor autem est delega-
4 tus. de offic. delega. si super gratia. lib. 6. † Quinto quæro, si is qui tenebat duas dignitates adipiscitur tertiam de facto. dicit Lauren. quòd propter pluralitatem fit inhabilis ad alia beneficia, & illicite occupat fructus eorum quæ habet & tenetur restituere. de electio. dudum 2. & quod ibi nota. pro hoc quod hic dicitur in glos antepenul. quia licet collatio tertii non valeat, facit tamen vacare ambo prima per c. cum
5 qui. eodem titul. libro sexto. † Sexto quæro, vt quærit Matt.
c an confirmatus[c] possit administrare ante installationem,

quæ

ADDITIONES.

a Vinc. God. Funiculus triplex difficulter rumpitur Spec. de disp. & alleg. §. 8. ver. iudicat.

b Adepta possessio Adde c. si quis iam translatus. 2 a. q. 2. gl. in verbo vacare. in c. si tibi concesso, eo tit. lib. 6.

c An confirmatus. Adde Abb in c. cum in cunctis in §. cum non, in 1. col. in ver. administrationem. de elec. Abb. in c. nosti. in prin. de elec. Abb. in cap. transmissam. de elec.

Vinc. God Confirmatio inquam superioris supplet defectum & plura alia operatur, Ruy. consi. 41. nu. 5. & 10. lib. 1.

quæ quæstio non est impertinens.& dic quòd sic,quia installatio non est de substantia,sed de solennitate,vt no.Inn. de causa pos.cum super.& dic vt ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius Papæ tollit subreptionem.*
2 *Motus proprius quid operatur.*
3 *Clericus si habet possessionem ab ecclesia & adipiscitur beneficium a Papa ad sui postulationem non facta mentione de illa possessione, an valeat.*
4 *Impetrans si expressit beneficium primum, sed tacuit quod erat intrusus, an valeat impetratio.*

CAP. IIII.

SI Romanus. No. ꝙ nomine beneficij intelligitur de quocunque, vt hic iuncta glos.3. & idem Pau.ꝙ procedit quando exprimitur in dispositione iuris cõmunis, vt hic, quia est fauorabilis & amplianda. ff. de legi. non possunt.de consti.trãslato.& c.fi.secus in impetrationibus quæ sunt odiosæ & restringendæ.eo.ti.c.fi.& c.quamuis r.lib 6. Secundo no.
a de verbo declaramus,[a] per quod nouum ius non inducitur.de hoc de iudi.decernimus.Ex hoc no.id quod dicit gl.pe.quæ facit differentiam inter corrigere & reprobare, quia corrigere est id quod aliquando tenuit,transmutare.de consangui. non debet. Reprobare est quando nunquàm tenuit. quod tene
1 menti. †Tertio no. ꝙ proprius motus tollit subreptionem in quibuscunq; beneficijs & qualibuscunque, quod dico vt in gl. vltima. Ex hoc no.non esse differentiam inter multitudinem & paucitatem, nec inter maiora & minora, quod est idem, quia eadem est ratio.attendimus enim in hoc voluntatem Papæ ad quam recurrendum est, sup. eod. cum olim.de decis.ex multiplici.de verb.sign.dilecto.eo.titu.cum in illis.lib.6. cuius potestas magna.de transla.quanto.& quod no. Inn. de regula. porrectum.& dixi de elect. venerabilem. de iudi. nouit.qui fil. sint legi.per venerabilem.ver.rationibus.cuius proprium motum debemus interpretari vt sit liberalis, & quod non varietur ex beneficiorum pluralitate, ex quo ad nullius instantiam fuit motus.argu.ff.quod quisque iur. l. 3. in princ. alias autem inter multitudinem & paucitatem & inter ea quæ sunt diuersæ qualitatis diuersimode ius disponit.de rescrip. sedes. & per hoc habes rationem dubitandi & decidendi hic.& secundum hoc in tex. ibi, quantocunque.dic secundum Pau. etiam si essent plusquàm mille.argu.C.de temp.app.auth. si tamen. sup. de app.cle.quandiu.& quod ibi no.gl.1.hoc tamen non occurrit.Opp.quia hic innuit in verbo beneficijs, quem posse habere plura beneficia.contra id eo. ti.preterea.& c.cum non ignores. & c. cum iamdudum. Soluit Pau. quod Papa hic non intendit hoc decidere, sed respexit factum. vel hic debet intelligi de beneficijs legitimè obtentis ex dispositione.vltimum tenet glo.hic in verbo, validam. Quæro in eo quod dicit pontifex,quid de legato.gl.2.remittit ad cle.2.de offi.ordi. Pau.dicit secus in eo, quod dic vt not. in d. clemen. Secundo quæro, an proprius motus tollit quamlibet inhabilitatem gratiæ.glo.antepe. dicit quòd tollit solum vitium subreptionis, quam singulariter not. quia quotidie ad eam remittitur. & idem Lau. quia nõ habemus cautum iure nisi ꝙ potest vitiari gratia motu proprio facta propter subreptionem, idem etiam Pau. & Genz. quia Papa non intendit tollere aliud impedimentum. Opp. ad hoc quia eo ipso ꝙ Papa mandat alicui prouideri, videtur omnem inhabilitatem eius tollere. nam sacrilegium est disputare, an sit dignus is quem elegit princeps. 17. q. 4. §. qui autem. Sol. hoc contrarium procedit quando constaret de præcisa voluntate Papæ & quo ad inhabilitates, super quibus potest dispensare, sed in dubio præsumitur ius obseruare. de rescrip.si quando.& per hoc decidit Rot.deci.101.alias 110.ꝙ proprius motus non tollit ius patronatus laicorum, de quo si Papa sciuisset, verisimiliter non prouidisset. sup. eod. clemen. per literas. & quòd ibi no.in gl.antepen.& in Spe.tit.2.§.videndum. versi. sed nunquid habens. †Tertio quæro generaliter,
a
b quid operetur [b] proprius motus Papę.dicit Lau.ꝙ est optimus artifex omnem habens virtutem,& enumerat multa quæ potest Papa, & aliqua quæ non potest, sicut de corrupta facere virginem. vel id quod factum est,non fuisse 32.q. 5. si Paulus. vel facere quod qui fuerunt decem, fuerunt quindecim. de elect.cle.quod circa.& cõcludit quod in his quæ factum respiciunt,nullam habet etiam potestatem, quia de nigro non potest facere album. de iureiu. & si Christus. sed in his quæ sunt iuris, potestatem habet fingendi fuisse ꝙ non fuit. 50. dist. ferrum.de reg.vidua.d.clemen.quod circa.dicit etiam quod non habet potestatem in his quæ sunt ad fundamentum ecclesiæ militantis, sicut sunt legis præcepta,articuli fidei,& similia de resti.spol.literas. vel in his quæ sunt de iure naturali. de re iudi. clemen. pastoralis. ver. rursus. de quo dic vt dixi de præben. proposuit.& quo ad propositum dic quod motus proprius nihil operatur nisi in his quæ sunt iure expressa quod dixi sup. q. 3.nam quod aliquid operetur,est quasi quoddam priuilegium
3 extra ordinem iuris. †Quarto quæro, si clericus habens possessionem ab ecclesia ad sui istantiam obtinuit beneficium a Papa. dicit Mat. videri quòd non valet si de possessione non est facta mentio. 16. q. 1. possessiones.& q. 5.illud.Mat.tenet contrarium si habet tanquam laicus, secus si in titulum tanquàm clericus. 32.dist.si qui vero.& de hoc de rescri. ad audientiam.
4 & c. postulasti. †Quinto quæro, si impetrans beneficium [c] ex-
c pressit de primo, sed tacuit quod in primo esset intrusus. Bal.vt refert Pet. de Anchar. consuluit quod vitiatur impetratio, si scienter tacuit, secus si ignoranter. ipse autem Petrus dicit ꝙ indistincte non vitiatur, nisi esset taliter intrusus quod esset factus inhabilis ad beneficia, sicut.sup.de elect.quisquis.quod est verius.nam ex quo fecit mentionem de primo, satisfactum est iuri.eo.ti.li motu proprio. lib.6. Et ex hoc videtur quòd etiam si dixisset se canonicè institutum in primo, adhuc idem, cum tale mendacium sit omnino extrinsecum a gratia.

ADDITIONES.

a De verbo, declaramus. Adde Doct.in clemen.fi.de rescrip. Doct. in cle.statutum.de elec.
b Quid operetur. Adde Lap.& Domi in c.quamuis. de rescrip. lib. 6. & in c. si eo tempore. & in c. si propter. de elec.c.cum ex eo.de præben.lib.6.Doct.in c.ita de simo.
Vinc.God.Motus proprius quando præsumatur, Alex.in l.3.in princip.quod quisque iur.
c Si impetrans beneficium. Adde Abb.in cap cum iamdudum.in 2.col.de preben Abb. in c. præterea. in vlti. no.de iure pa.Abb.in c.per inquisitionem. in 3.col.de elect.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus si sit negligens in conferendo beneficium, collatio ipsius deuoluitur ad capitulum.*
2 *Impetrans ad episcopi collationem potest prouideri de beneficio deuoluto ad Papam ex negligentia episcopi.*
3 *Executor apostolicus si fuerit negligens, an hoc noceat impetranti.*
4 *Tempus semestre ad conferendum beneficia statutum, an currat legato apostolico.*
5 *Quid si eligens vel præsentans post datam rescripti ius suum donat episcopo.*
6 *Quid si episcopus beneficium ad suam collationem spectans post datam literarum donat alteri, an executor poterit tali prouidere.*
7 *Prælati inferioris data negligentia in conferendo beneficio, an collatio deuoluatur ad suum capitulum.*
8 *Papa si scribat episcopo de beneficio spectante ad suam collationem, an poterit prouideri de beneficio spectante ad electionem inferioris, & confirmationem episcopi deuolutione facta ad episcopum.*
9 *Cuiuscunque, verbum quid importet.*
10 *Beneficium si spectat ad collationem Papæ iure proprio, an executor possit prouidere.*

CAP. V.

SI de beneficio. Expectans beneficium ad collationem episcopi, deuolutum ad illius capitulum obtinere non poterit, deuolutum tamen ad episcopum. vel etiã ad Papam ex cuiuscunque negligentia, poterit obtinere.hoc dicit secundum Genz. Primo thema, ex quo quæstio. Secundo solutio ad illud. Tertio antipophora seu alterius dubij solutio ibi, licet. vel si diuidis in quatuor dicta vt diuidunt glos. & Pau. dic secundum ibi, licet. tertium ibi, vel alterius. quartum ibi, siue. & formaliter sunt solum tria dicta. Secundum ibi, licet. Tertium ibi, siue. sed secundum & tertium habent duas partes. secunda secundæ ibi, vel alterius. secunda tertiæ ibi, & aliorum. licet hæc vltima non sit pro-
1 prie particula distincta. †Nota quòd per negligentiam episcopi deuoluitur collatio ad capitulum. & dicit Lau. quod ipso iure deuoluitur, nec indiget facto hominis quin statim surripiatur potestas ab ipso negligente, & deuoluatur in manus superioris, nec potest purgari mora. de supplen. negligen. prælat. licet. cum cap. sequen. In instanti enim operatur ius in talibus abdicando potestatem a negligente & transferendo in alium. pro hoc 8. distinct. quo iure. de hære. quicunque. §. illorum. & cap. cum secundum. lib. 6. quod potuit facere legislator, scilicet Papa qui est gubernator vniuersi, & potest auferre vni & dare alteri, maxime ex causa. & dic quod negligentia

gentia currit a die scientiæ cessante impedimento. de elect. c.
2 fina. de conces. præben. quia diuersitatem. †Secundo no. quód impetranti ad collationem episcopi prouidetur de beneficio ex negligentia episcopi ad Papam deuoluto. & similiter prouidetur de beneficio spectante ad collationem capituli vel alterius deuoluto ad episcopum, & procedit hoc secundum Io. And. non tamen in deuolutione temporali, de qua hic, sed & fortius si ad aliquem sit facta deuolutio in perpetuum. pro hoc quod no. sup. de rescrip. cle. vlt. in glos. vltima. & quod ibi dixi in septimo contrario. Tertio nota ex eo quod dixi in proximo notabili & ex litera, quód ad capitulum spectat quandoque collatio. quod intellige de iure speciali, quia de iure communi spectat ad episcopum. quod dixi de elect. cum ecclesia. Oppo. quia per gratiam apostolicam afficitur beneficium, & ligantur manus ordinarij collatoris inf. tit. 1. clemen. vnica. ergo non potest ab episcopo post factam gratiam, cum sit impeditus legitimè fieri deuolutio ad capitulum. Sol. hæc clemen. procedit quando beneficium non est affectum per gratiam, & quando afficiatur, dic vt no. de conces. præben. si soli lib. 6. quod hodie raro euenit, quia dantur gratię in forma quæ afficit. inf. titu. 1. cle. vnica. & sic raro vel nunquàm hodie locus est huic cle. & per illam cle. videtur etiam ex alio non esse hodie locum huic cle. quia in forma de qua ibi mandatur prouideri de beneficio quod acceptauerit intra mensem a die notæ vacationis, quanquam ergo beneficium spectans ad collationem alterius deuoluatur ad episcopum, tamen non poterit executor prouidere, cum non fuerit acceptatum intra mensem, & dicit Gaspar de Cal. in repetitione huius clemen. quod posset hoc teneri, quia tamen secundum hoc hæc cle. esset inutilis, cum hodie communiter apponatur hæc clausula, dicit secundo quod executor poterit conferre etiã post mensem si non est alteri collatum. & de hoc in dicta clemen. §. secus. in gl. iste terminus. vel tertio, & melius, dicit quód mensis non currit a tpe quo facta est ad episcopum deuolutio, quia prius non compræhendebatur hoc beneficium sub gratia, & impedito non currit tempus. de offic. ord. pastoralis. Secundo opp. in eo quod dicit ꝙ mandabatur prouideri de beneficio ad cuiuscunque episcopi collationem, sed talis gratia est incerta, nec videtur Papam talem esse concessurum, cũ noluit grauare multos. eo. tit. cum in illis. lib. 6. Sol. verbum cuiuscunque episcopi, refertur ad pluralitatem gratiarum. simile de priuil. vt priuilegia. & dic episcopi, in gratia nominati, si tamen Papa concederet sub prædicta generalitate, valeret, ex quo contrarium non est iure expressum, sicut quando mandatur prouideri in prouincia vel regno. eo. ti. quamuis. lib. 6. Tertio opp. quód quamuis collatio beneficij sit deuoluta de episcopo ad capitulũ, nihilominus possit executor conferre. sufficit enim quód cõstet de intentione Papę quód prouideri voluit de beneficio, de quo mandat. nec variatio collatoris debet vitiare ex quo de corpore constat. de testi. licet ex quadam. Sol. Steph. ꝙ hic loquitur quando mandatur prouideri de beneficio in genere, secus si de certo beneficio, quia tunc falsa demonstratio non viciaret, ff. de condi. & demonst. l. falsa demonstratio. de consang. & affi. quia circa. Idem Io. An. Ego puto ꝙ idem si de certo beneficio, ex quo adiecit ad collationem talis episcopi, quia verba ista restringunt gratiam. nec potest dici quód voluerit grauare capitulum. eod. titu. cum in illis. lib. 6. & ideo videtur gratia conditionalis vt prouidere possit donec beneficium ad collationem episcopi spectabit. & ex hoc apparet quæ est ratio huius cle. vt seruetur forma mandati. de rescrip. cum dilecta. Quæro qui includãtur in verbo, quibuscunque. gl. 2. soluit quód exempti & non exempti, & superiores episcopis. idem Pau. dicit ꝙ etiam includuntur inferiores, cum eadem sit ratio. Opp. ad hoc quód exempti non includantur. de offi. ord. graue. de priuil. ex parte 2. Gẽz. dicit quod fortiter obstant, non tamen soluit. Dic ꝙ c. graue. loquitur quando scribitur ordinario excitando suum officium: ideo non mirum si non includantur exempti. de offi. ord. licet. hic autem loquitur quando noua datur potestas executori, vel ipsi ordinario scribitur non excitando suum officium, sed constituendo ipsum legatum, vt dicit gl. 3. quam no. & pro hoc quod no. de rescri. abbatem. & c. si propter. lib. 6. Ad c. ex parte. dic quód non facit, quia ibi solum dicitur ꝙ receptus sub protectione Papæ non censetur exemptus. Secundo quæro, an locum habeat hæc cle. quando ex delicto episcopi facta est deuolutio ad capitulum. gl. 4. dicit ꝙ sic & idem Pau. quia eadem est ratio, sicut quando ex negligentia fit deuolutio. Opp. ad hoc quia ex delicto collatoris non fit deuolutio nisi ad Papam. de ele. bonæ 1. ad fi. de conces. præb. quia diuersitatem. glos. eadem pro solutione remittit. Mat. refert quod not. Inn. in d. c. quia diuersitatem. vbi dicit quod deuolutio de episcopo ad capitulum non fit nisi vbi iure hoc cauetur, dicens ꝙ non inuenitur iure cautum ꝙ ex culpa episcopi vel archiepiscopi in conferendo fiat deuolutio ad capitulum. pro hoc de supp. negl. præla. c. 1. lib. 6. Mat. tñ hoc reprobat per c. vnicum. ne se. vacan. lib. 6. & ibi no. quod dicit expressius J. de sta. mona. cle. 1. §. abbate. pro hoc etiam facit, de elec. cum in cunctis. §. clerici. in fi. vbi loquitur de episcopo qui propter delictum priuatur potestate conferendi, & tamen ibi fit ad capitulum deuolutio. Mihi tamen placet dictum Inn. quod etiam tenui in d. c. quia diuersitatem. in vltimo contrario. nam regula est ꝙ cum quis priuatur iure conferendi vel eligendi, supplet solus Papa. de elec. bonæ 1. in fi. & cap. quanquam. lib. 6. & d. c. quia diuersitatem. si qui ergo casus inueniuntur in quibus fiat deuolutio ad inferiorem, speciales sunt & eis standum est in suis terminis. & per hoc respondeo ad d. c. cum in cunctis. & ad c. vnicum. ne se. va. & ad d. cle. 1. §. abbata. quia locum habent in suis casibus tantum, & in terminis quibus loquuntur vt concordent iura iuribus. de elec. cum expediat. lib. 6. dic tamen quod ad hanc cle. nõ expedit instare, nam quæstio præmissa procedit præsupposito ꝙ pp delictum fiat deuolutio, quod esse potest vt in dictis casib. specialibus. Tertio quæro, si ex commissione episcopi capitulum vel alius habeat conferre. glos. 4. soluit quod tunc executor conferre poterit. Ratio diuersitatis inter hunc casum & casum de quo in proxima quæstione, quia commissarius confert iure committentis, non proprio. de rescrip. si diligenti. & quod no. de consti. cap. fi. sed is ad quem fit deuolutio siue ex negligentia siue ex delicto confert suo proprio nomine.
3 idem Pau. & Genz. †Quarto quæro, an negligentia executoris noceat impetranti, ita quod si non contulit intra sex menses, postea conferre non possit. glos. in verbo, episcopi. dicit quód non, cum distinctione tamen, quia aut executor prouidere potest ad cuiuscunque collationem, & tunc non currit sibi semestre, sed si ad collationem certæ personæ, durat eius potestas solum donec durat potestas collatoris. & idem Pau. pro hoc secundum Genze. quia vltimo casu lapso tempore aut vult conferre tanquam spectans ad collationem primi, & amplius non potest cum non spectet, aut tanquàm spectans ad collationem eius ad quem facta fuit deuolutio, & non potest, quia de hoc non recipit mandatum, nec debet grauari non expressus in rescripto. eod. tit. cum in illis. Item per hoc præiudicaretur iuri quæsito tertio, quod sibi auferri non debet. arg. sup. de electio. cle. constitutionem. §. insuper. regula, indultum. li. 6. hæc dicit procedere nisi per tot negligentias collatio transierit quod ad Papam sit deuoluta: tunc enim executor conferre potest, vt hic, in fi. quod vltimum dicit etiam glos. & sic medio tempore dormitare dicitur potestas talis executoris. quæ no. ex his infert Lap. in c. 2. de conces. præb. quod hæc gl. dicit locum habere in ordinarijs collatoribus, locum etiam habet in alio executore quàm Papæ. Item etiam in executore Papæ dato ad prouidendum de beneficio certæ personæ spectante ad collationem alicuius specialis expresse, maxime negligente illo cui prouideri mandatur & executore, secus si executor tantum sit negligens. ad hoc de rescrip. tibi qui.
4 ver. in prædictis. eod. titu. si clericus. lib. 6. †Quinto quæro, an
a legato apostolico [a] currat tempus semestre. d. cap. 2. dicit Lap. quód sic, cum sit ordinarius. de off. leg. c. 2. lib. 6. poterit tamen conferre quousque conferre potest quilibet suæ legationis, siue iure proprio, siue deuoluto: sed postquàm deuoluta fuerit collatio ad prælatum, extra suam legationem conferre non poterit quousque sit facta deuolutio ad Papam, vt satis probat hæc cle. Oppo. ad hoc quia legatus non habet aliquem superiorem nisi Papam, sibi ergo non potest currere tempus. d. c. 2. nam legatus etiam deuoluta ad Papam conferre potest. de off. leg. c. 1. lib. 6. Sol. dictum Lap. procedere potest habito respectu ad collationem quam facit legatus concurrens cum collatione spectante ad inferiores suæ legationis: sed habito respectu ad collationem quam specialiter facit ipse, non videtur procedere, quia ab ipso non posset deuolui nisi ad Papam, & hac deuolutione facta adhuc conferre potest, vt prædixi: vnde sibi proprie non currit tempus. & possumus comparare legatum executori dato ad prouidendum de beneficio ad cuiuscunque collationem spectante, cui tempus non currit, vt prædixi in proxima quæstione. & hoc respectu videtur ꝙ nunquã sit locus dicto Lau. Sed dic ꝙ potius potest comparari legatus executori dato ad conferendum beneficium spectans ad collationem alicuius seu aliquorum, cum non possit conferre beneficia

ADDITIO.

a An legato apostolico. Adde Doct. in c. 2 de conces. præb. Vinc. God. Quando autem legatus de latere possit conferre beneficium patronatum laici habentis ius præsentandi ex patronatu, vide consilium Fed. de Sen quod est ante consi. 58. Alex. lib. 4. & quando talis legatus exequatur mandatum vt legatus, Ruy. consi. 118. nu. 2. lib. 5.

beneficia nisi intra suam legationem existentia. de offic. leg. in
prin. lib. 6. & talis potestas non impedit quin ab inferiorib. col-
latoribus fiat deuolutio propter negligentiam ad superiores.
etiam existentes extra legationem, quo casu eueniente cessat
legati potestas sicut hic executoris, & per hoc saluatur dictum
Lap. Sexto quæro, si tempore datæ collatio deuoluta erat ad
capitulum, an procedat hæc cle. gl. in verbo, existit. quòd non.
Dic licet non habeat locum ratio huius literę, habet tamen lo-
cum eius dispositio, quia executor qui datus erat ad proui-
dendum de beneficio spectante ad collationem episcopi, non
potest prouidere de eo quod spectat ad capitulum ante datam
literarum, sed quando post datam videbatur data attenden-
da, ita φ non obstante deuolutione possit executor conferre,
cuius contrarium hic deciditur, quia non intendit Papa gra-
uare nisi expressos in literis. & hoc prosequere vt in glo. Ex qua
no. quòd licet quis conferat beneficium iure deuoluto, tamen
conferre dicitur iure proprio, quod facit ad multa, sed specia-
liter ad id quod dicit glos. sequens quod dico inf. q. 10. Opp. ad
prædicta quod quando tempore datę spectabat ad episcopum
licet postea deuoluatur ad capitulum, adhuc possit executor
conferre, quia beneficium fuit affectum. de rescrip. tibi qui. lib.
6. Solu. vt dixi in primo contrario, quia hęc cle. procedit quan-
do beneficium non fuit affectum & hodie raro habet practi-
5 cam, vt dixi ibi. †Septimo quæro, si eligens vel præsentans ius
suum post datam rescripti donat episcopo. Pau. disputando
terminauit quòd non poterit executor conferre siue episco-
pus habeat primo eligere & postea confirmare, siue habeat
conferre, nam primo casu planum est φ beneficium non di-
citur spectare ad collationem episcopi, & sic in rescripto non
includitur. secũdo etiam casu est ratio, quia collatio talis quo
ad episcopum est de nouo creata, ergo non includitur. de re-
scrip. cle. literas. debet enim attendi primus modus prouisio-
nis qui erat per viam electionis vel pręsentationis. facit sup. eo.
ele. 1. ad fi. ibi consueuit per electionem assumi. pro hoc etiam
eo. tit. cum de beneficio. lib. 6. Oppo. ad hoc quia verba rescri-
pti non dicunt de beneficio cuius collatio de consuetudine
spectat ad episcopum. vnde sicut executor potest conferre be-
neficium cuius collatio est deuoluta ad episcopum, vt hic, ita
etiam hæc. nam etiam in deuolutione posset fieri ratio prædi-
cta, quia si deuolutio facta fuit post datam quo ad episcopum,
dicitur collatio de nouo creata. Solu. licet dictum Pau. sit sub-
tile, tamen obiectio est fortissima. & pro dicto Pau. facit, quia
cum mandatur prouideri de beneficio spectante ad episcopũ,
videtur intelligendum de eo quod spectat de iure communi,
non ex priuilegio vel alio iure speciali, cui non intendit Papa
præiudicare nisi exprimat. de consti. cap. 1. lib. 6. & ad contra-
rium dic quòd aliud quando per deuolutionem, quia tunc de
iure communi, aliud quando per donationem, quia tunc de
iure speciali spectat ad episcopum collatio. & de hoc etiam ℑ.
6 q. 10. †Octauo quæro, si episcopus [a] beneficium spectans ad sui
a collationem post datam donauit alteri. Pau. in eadem quęstio-
ne tenuit φ executor possit de tali prouidere, quia rescriptum
& executoris factum afficit beneficium antequam vacet. de
rescri. si eo tempore. & cap. tibi qui. lib. 6. & de conces. præben.
executor. cum duobus cap. seq. lib. 6. & sic transiuit ad donata-
rium cum suo onere. & hoc durante tempore quo episcopus
conferre potuisset: nõ enim potuit episcopus potestatem col-
lationis in præiudicium executoris in alium transferre, licet
transferri possit beneficium iure proprietatis. de relig. do. quia
monasterium. secundum Pau. quod contra dictum Pap. quia
ibi dicitur φ beneficium vnitum beneficio alterius diœcesis
nõ desinit esse sub potestate primi episcopi: sed dic quòd Pau.
intendit hoc solum, quia per rescriptum impeditur episcopus
transferre in alium potestatem conferendi, ita quòd si trans-
fert in effectu, non dicitur aliquid translatum, quia non pote-
rat donatarius conferre, sed executor. quando vero fit transla-
tio iure proprietatis, licet non præiudicet ei cui ius erat acqui-
situm, non tenet. d. c. quia monasterium. pro hoc quod dixi de
excel. præla. sicut. Opp. ad hoc quia etiam quo ad collationem
potest episcopus transferre in alium anteq̃ beneficium sit affe-
ctum, nec afficitur ex sola gratia, nisi aliud interueniat. de con-
ces. præb. si soli. lib. 6. Sol. Lap. intelligendo dictum Pau. quan-
do beneficium est affectum, alias secus. facit de rescrip. tibi qui.
de elec. si eo tempore. de præben. si beneficia. cap. quodam. de
conces. præben. executor. & c. si capitulo. lib. 6. per præallega-
7 tum cap. si soli. †Nono quæro, an sicut fit deuolutio ad capitu-
lum ex negligentia episcopi, ita etiam fiat ex negligentia alte-
rius inferioris prælati ad suum capitulum. dicit Lau. φ non,
nisi aliud sit de iure speciali. sed fit deuolutio ad episcopum
quod sentit hæc litera in ver. licet. ibi, vel alterius cuiuscunque.
pro hoc sup. de sup. negl. præla. cle. quia regulares. Opp. ad hoc
de testi. relatum 2. Lau. format & non soluit, dic quod ibi lo-
quitur in alio casu scilicet quo ad diuidendũ bona prælati quę
acquisita sunt: ideo ibi applicantur collegio. de quo tamen dic
8 vt ibi nota. †Decimo quæro, si scribitur ad collationem epi-
scopi, an prouideri potest de beneficio spectante ad electionẽ
inferioris & confirmationem episcopi facta deuolutione ad
episcopum. gl. in verbo, capituli. licet non firmet, tamen vide-
tur tenere quod non, quia debet intelligi gratia de beneficio
consueto reformari per collationem. pro hoc quod dixi sup. q.
7. Genz. dicit hoc procedere si dicimus quòd ad episcopum
deuoluatur electio, secus si dicimus φ prouisio. & de hoc de
elect. ne pro defectu. Lap. dicit φ si ad episcopum spectabat
confirmatio & ad capitulum electio, poterit executor de illo
prouidere. si autem confirmatio spectabat ad alium cuius ne-
gligentiam habet episcopus supplere, secus. ratio, quia in pri-
mo casu episcopus confert, in secundo eligit. facit de iurepa.
c. vnico. §. verum. lib. 6. de elec. si compromissarius ℸ. respon. &
c. si postquam §. vlti. & quod no. de elect. ne pro defectu. & dic
vt dico inf. ea. q. in fi. ad pleniorem tamen intellectum videtur
distinguendum secundum Lap. quia aut collatio beneficij de
quo mandatur prouideri secundum formam huius c. spectat
tempore datæ & collationis ad episcopum, aut tempore datæ
tantum, aut tempore collationis tantum, aut neutro tempo-
re. primo casu potest per executorem conferri. Idem in secun-
do quando ex negligentia episcopi & aliorum in hoc ibi suc-
cedentium est deuoluta collatio ad Papam, quod dicunt ali-
qui verum quando collatio spectat ad episcopum iure princi-
pali non iure deuoluto, quod vltimum videtur hic reprobari.
nam & quando spectat iure deuoluto ipse confert iure pro-
prio, vt dicit gl. in verbo, existit. vt dixi sup. q. 6. Tertio casu di
cit Lap. idem si ad illum a quo ad episcopum peruenit, spectat
collatio. secus si electio vel præsentatio, quia tunc collatio quo
ad episcopum est creata de nouo, pro hoc quod dixi secun-
dum Pau. sup. q. 7. & dic quòd hoc procedit vt ibi dixi, quando
iure speciali peruenit, secus si de iure communi. & hoc tertio
casu dicit Lap. quòd si post datam & postquàm collatio est ad
Papam deuoluta, deuenit ad episcopum proprietas vel colla-
tio beneficij saltem habitu & eo reformato per Papam specta-
bit habitu & actu, non potest executor conferre, licet videre-
tur aliter dicendum secundum id quod dixi sup. q. 7. & per ea
quæ ibi dixi. dic quòd executor non potest hoc casu conferre,
cum de iure speciali ad episcopum spectet. Quarto casu non
potest executor conferre. Oppo. ad secundum casum quod
quando tempore datę tantum spectat ad episcopum, non pos-
sit ab eo deuolui, quia non potest episcopus dici negligens
cum impediatur. de conces. præben. quia diuersitatem. dicit
Lap. quòd tempus currit executori in tantum quòd conferre
debet intra tempus, intra quod debuisset episcopus conferre,
licet ipsi episcopo tempus non currat. vnde lapso tempore
non potest executor conferre, sed episcopus confert ac si non
esset executor, & si negligens, deuolueretur ad alium collatio.
arg. eo. tit. si clericus. lib. 6 & de hoc per Lap. inf. tit. 1. cle. vnica.
§. secus. vbi dico q. 10. quod no. quia pulchrum dictum est. Sed
non videtur verum, quia ex quo executor potest conferre be-
neficium spectans ad collationem quousque spectabit ad epi-
scopum, durant verba gratię, φ magis placet. vnde, vt dico sup.
in primo contrario, clemen. ista procedit quando per rescri-
ptum non fuit affectum beneficium. Opp. ad tertium casum,
quia in literis debet attendi tempus datæ. de rescrip. eam te.
& cap. si eo tempore. lib. 6. & cle. literas. & bene facit de priuil.
cum cap. & quod ibi no. & de censi. cle. cum sit. extrauagans
Io. 22. sedes apostolica. Lapus soluit stando contrario. dic suffi-
cere quòd antequàm cõferatur beneficium reperiatur specta-
re ad collationem episcopi, dummodo de iure communi ad
eum spectet & non sit beneficium de nouo creatum. quod
probat litera hic in ver. licet. in eo quod generaliter loquitur.
pro hoc quod dixi ſ. q. 7. Opp. ad prædicta & ad id quod dicit
glos. in eo quod dixit executorem non posse conferre benefi-
cium deuolutum ad episcopum in quo primo gradu assume-
tur quis per electionem. nam ex quo facta est deuolutio ad
episcopum, potest episcopus vno actu se expedire & conferre,
cum hoc facit iure proprio, vt sentit gl. in verbo, existit. & ita
dixi de elec. ne pro defectu. & sic verum est dicere φ ad episco-
pum spectat collatio, quod sufficit, vt hic in verbo, licet. Sol. vt
dixi ſ. ea. q. secundum Lap. contrarium procedit si ad ipsum
episcopum spectabat confirmatio. si autem ad alium specta-
ret, ita φ ad episcopum deuolutum foret solum ius eligendi,
verum est quod dicit gl. pro hoc inducunt aliqui de vet. sign.
clemen.

ADDITIO.

a Vin. God. Episcopus sine consensu capituli non potest tractare causas arduas, Rot. decis. 469. confessio. Ias. in l. placet, nu. 19. C. de sacros. ecc. & in repe. eiusdem legis. nu. 25.

clemen.exiui.§.cæterum,vbi dicitur ꝙ per negligentiam capituli habentis eligere ministrum specialem, deuoluitur prouisio ad ministrum generalem, & sic licet beneficium primo reformaretur per electionem, tamen post deuolutionem reformabitur per prouisionem, & sic executor poterit conferre. & hoc tenet Gaspar de Cal. in repetitione huius clemen. & idem Pe. de Ancha. melius tamen videtur ꝙ etiam si ad episcopum spectet confirmatio tantum (quia non est verum dicere ꝙ beneficium spectet ad collationem episcopi) non comprehenditur: licet enim episcopus possit expedire vno actu, ille tamen habet vim duorum scilicet electionis & cõfirmationis vt attendatur originalis natura beneficij, pro hoc quod dixi s. eo. in princ. & præcipue vt restringatur gratia apostolica in eo quod grauat ordinarium collatorem. eo. tit. quamuis. 1. lib.6. ad cle.exiui.§.cæterum. dic ꝙ dicitur deuolui prouisio, quia potest se vnico actu expedire, vt nunc dixi. ea. q. sed debet attendi
9 natura originalis, vt dixi. †Vndecimo quęro, de intellectu verbi cuiuscunque. glos. soluit exponendo quòd per quotcunque gradus deuenerit ad episcopum conferret executor. Oppo. ad hoc, quia deberet saltem requiri ꝙ primus collator fuerit talis qui potuerit grauari per executorem, per id quod hic dicitur in gl. pen. quę dicit ꝙ cum scribitur ad collationem episcopi non conferret executor beneficium spectans ad collationem decani licet deuolutum sit ad episcopum & deinde ad Papã. Sol. eo ipso quòd beneficium deuolutum est ad episcopũ, verum est dicere ꝙ spectat ad collationem episcopi: ideo executor potest illud conferre, cum habeat potestatem prouidendi de beneficio ad collationem episcopi spectante. Sed quando beneficium spectans ad collationem decani deuoluitur ad episcopum, & deinde ad Papam, non est verum dicere quòd sit beneficium spectans ad collationem episcopi, ideo non venit sub gratia. & hoc etiam tenent Pau. & Genz. quod etiam probatur in litera, quę tunc tantum permittit executorem conferre beneficium deuolutum ad Papam, quando deuolutum est ex negligentia episcopi & aliorum in hoc eidem succedentium. & de hoc in gl. in verbo, ad nos. & in ea ibi, litera. Dy. in regula. 1. lib.6. ibi gratiam specialem. dicit Lau. de Pinu quod quando ordinarius confert beneficia, non debet dicere, facientes gratiam specialem, quia ad hoc tenetur, sed quando Papa confert, vel conferri mandat, secus. facit enim gratiam, quia pręiudicat ordinario collatori. Dic quòd etiam ordinarius facit gratiam in ius dando. de pręb. relatum. vbi de hoc: ibi, mi-
10 rabilis solutio. & reprobatur in dicta regula. † Duodecimo quæro, si beneficium spectat ad collationem Papæ non iure deuoluto, sed proprio, vt quia vacauit in curia. glo. in verbo, ad nos. dicit quod executor non confert. & idem Pau. & Genz. & vltra rationem positam in glo. dicit quòd est ratio, quia Papa scribendo voluit grauare collatorem certum vel incertum, & sibi auferre collationem suam liberam. secus in deuoluto in quo fit pręiudicium episcopo a quo deuoluitur. Oppo. ad hoc vltimum, quia non potest negari quin fiat pręiudicium Papę etiam in deuoluto cum conferat iure proprio: vnde non deberet comprehendi Papa ex quo de ipso non est facta mentio, cum rescripta beneficialia sint restringenda. eo. tit. quamuis. 1. lib.6. Sol. Mat. quòd large interpretamur in pręiudicium concedentis. de dona. cum dilectus. & ad c. quamuis. dic quòd loquitur respectu pręiudicij alterius tertij. & in hoc nota hanc cle. nam de rigore videretur quòd sicut non potest conferri beneficium deuolutum de episcopo ad capitulum, ita nec deuolutum de episcopo ad Papam, cum vtroque casu verum sit dicere quòd non spectat ad collationem episcopi post factam deuolutionem. ratio vero decisionis est, quia nisi esset stricta interpretatio quę fit in literis beneficialibus, possit executor conferre id quod deuolutum foret de episcopo ad capitulum post datam, quia quo ad efficaciam literarum attendimus datam. nec deberet hęc variatio secuta impedire collationem executoris. Sed ratio decidendi contrarium est, ne grauetur capitulum, quod non fuit expressum in literis. eo. ti. cum in illis. lib.6. quę ratio cessat quando deuolutio facta est ad Papam, qui non potest esse grauatus a seipso. Decimotertio quęro, in eo quod exprimit tria tempora. Primum quando collatio spectat ad episcopum. Secundum quando ad succedentes ei. Tertium quando ad Papam, an locus est in omnibus tribus isti cle. glos. vlt. soluit. & de succedentibus dic quòd sunt hi qui sunt medij inter episcopum & Papam. Lau. exemplificat in archiepiscopo vel patriarcha. Opp. ad hoc de patriarcha quod immediate de archiepiscopo fiat deuolutio ad Papam. de sup. neg. pręla. licet. ar. 51. dist. c. si. in fi. 24. q. 1. pudenda. Lau. & Genze. stant contrario. dic contra per d. c. licet. vbi a contrario probatur quòd si archiepiscopus haberet superiorem citra Papam, ad illum & non ad Papam fieret deuolutio. & alia duo iura pręallegata nihil faciunt.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconatus est dignitas.*
2 *Canonicatus vnde oritur.*
3 *Canonicatus an sit ius perpetuum.*
4 *Canonicatus quòd possit conferri sine aliqua vacatione, quæ est ratio.*
5 *Canonicus sine præbenda, an habeat vocem in capitulo.*
6 *Canoniam quis dare possit.*
7 *Quot possunt recipi in canonicos sub expectatione præbendæ.*
8 *Canonicus receptus vltra numerum si postea vacat præbenda quæ sibi confertur, an assequatur nouum canonicatum.*
9 *Canonici eligentes canonicum vltra numerum, an renuncient.*
10 *Præbenda quid est.*
11 *Præbenda vnde dicitur.*
12 *Præbendæ fructus, an sint præbendati. & vnde dicatur præbenda.*
13 *Præbendatus an possit agere pro præbenda contra canonicum.*
14 *Præbenda & canonia qualiter differunt.*
15 *Canonicorum numerus quare potest augeri, & non præbendarum.*
16 *Acceptationi beneficij si adijcitur tempus an poterit postea acceptare.*
17 *Papa si contulit canonicatum, mandatque prouideri de præbenda quam acceptauerit intra mensem, an si non acceptat intra mensem poterit postea conferri.*
18 *Et an per ordinarium possit ei conferri.*
19 *Archidiaconatus vacat cum præbenda, expectans hoc, sciens acceptat illam præbendam, an possit postea acceptare archidiaconatum.*
20 *Expectans si adeptus fuit dignitatem & præbendam expectat, si præbenda vacat dignitati annexa, an poterit hanc acceptare dimissa prima dignitate.*
21 *Quid si dignitas esset accessoria præbendæ.*
Adde ad idem nu. 22.
23 *Numerus certus canonicorum & pręhendarum est firmatus iuramento in ecclesia, an pręhenda quæ vacat per assecutionem dignitatis poterit conferri per capitulum.*
24 *Papa si mandat prouideri de dignitate, cum canonicatu atque pręhenda, an impetrans possit habere canonicatum & præbendam vacantem, dato quòd dignitas non vacet.*

CAP. VI.

1 SI iuxta. †No. ꝙ archidiaconatus[a] est dignitas,
a quia ex vi mandati super dignitate cõsecutus hic fuit archidiaconatum. Secundo no. de dictione, inibi, de qua gl. remittit. Tertio no. quòd per adeptionem præbendæ perdit quis præbendam quam ille primo habebat in eadem ecclesia. de hoc in gl. pen. & fi. Quarto not. casum singularem in quo rescriptum ad præbendam consumatur successiue in duobus. quod est mirabile, cum videatur consumatum per adeptionem primæ, eod. tit. si clericus. lib.6. de hoc in seq. contrario. Oppo. quòd ex quo expectans fuit consecutus præbendam, non possit aliam consequi vigore illius rescripti, eo. tit. non potest 2. responso. lib. 6. Sol. ex hoc redditur hæc cle. dubia, & ponuntur in ea duæ lecturæ in glos. a. Prima est quod procedit de æquitate. Secunda quòd de iure. examinemus primam. dicit glo. eadem ꝙ ideo assecutus præbendam potest aliam annexam dignitati consequi, quia adhuc pendebat gratia in parte principaliori idest super dignitate & super pręhenda vno contextu, & ideo ęquum fuit vt dimissa prima præbenda possit assequi secundã. pro hoc eo. tit. si is cui. lib.6. Pro hac lectura inducit Lau. in eo quod dixi quod gratia pendebat, quia nihil est perfecte actum ex quo aliquid remanet ad agendum, maxime si est id quod est magis principale, vt hic. arg. C. de his quib. vt indig. l. penul. & quia alias intentio Papæ non esset impleta, si non posset consequi dignitatem, quæ intentio multum consideratur in talibus. de rescrip. super literis. in quo dic quòd ex eo quod potest consequi dignitatem, debet posse assequi præbendam propter annexionem. vnde dicit Pau. ꝙ si adeptus quomodocunque pręhendã expectat solam dignitatem, potest acceptare dignitatem habentem præbendam annexam in eadem ecclesia. & hoc probatur hic s̃m istam lecturam. deinde gl. ponit aliam lecturam, vt prædixi, ꝙ hæc cle. procedat de iure, quia ex quo Papa mandauit prouidere de dignitate & præbenda, voluit prouidere de dignitate, etiam si haberet præbendam annexam, licet prius aliam fuerit adeptus. quamuis vt dicit glos. si mandaretur de sola dignitate, non possit consequi dignitatem habentem

ADDITIO.

a Archidiaconatus. Adde Doct. in c. de multa, de præben. Pau. de Leaz. in cle. 1. de elect. idem Pau. in cle. ne in agro. de sta. mona. domi. de Ro. in decis. 166. Archi. in c. 1. de consue. lib. 6. Abb. in c. nouit. de iudi. Abb. in c. aures. in primo no. de rescrip.
Vinc. God. Adde Dec. in d. c. ad aures. in 5. no. de rescr.

tem præbendam annexam. ex his lecturis respondetur ad cap.
non potest. tenendo primam lecturam quòd ibi de iure, hic de
æquitate. Tenendo secundam dic quod hoc operatur mãdatum
duplex, scilicet quia mandabatur de dignitate & præbenda.
Item ibi loquitur de gratia totaliter consummata, hic autem
erat consummata, quia pendebat super dignitate. Secundo
opp. ad primam lect. quia si loqueretur hic de æquitate, poneretur
aliquod verbum hoc significans. quo non posito debet
intelligi quod loquatur de iure, cum hic Papa videatur responde-
a re[a] ad consultationem. pro hoc quod no. gl. de temp. ord. consultationi.
Confirmatur, quia cum hic loquatur de gratijs impetrantium
odiosis & restringendis, eo. tit. quamuis. lib. 6. nulla
subest æquitas ad extensionem gratiæ faciendam ad præbẽdas,
imo potius videtur imputandum impetranti qui debet
præuidere casum hunc contingere posse, scilicet quòd vacaret
prima præbenda sola, deinde dignitas cum præbenda. expectet
ergo dignitatem non habentem præbendam, & si nulla
talis est in ecclesia, gratia erit frustratoria quo ad dignitatem.
Item ad idem contra, in eo quod dicit glo. quòd hæc operatur
gratia facta super dignitate & præbenda vno contextu. non
enim videtur aliquid operari vnus contextus, cum possit consummari
diuersis temporibus, vt hic in tex. Sol. æquitas est vt
gratia non sit nulla, quamuis enim tales gratiæ restringantur,
debent tamen intelligi ita quòd non sint frustratoriæ, & verba
ipsarum debent intelligi vt operentur effectum aliquem. inf.
tit. 1. cle. vnica §. secus. & ex hoc soluuntur duo prima contraria
statim facta. Ad tertium potest dici quòd etiam si diuerso
contextu vt ex diuersis rescriptis debeatur dignitas & præbenda,
adhuc procedit hæc lectura. & hoc vult glos. 2. in fin. sed est
æquum quod hic dicitur quando gratia est facta vno contextu
per rationem prædictam, quia gratia etiam consummata in
præbenda ante adeptionem dignitatis dicitur pendere. Tertio
opp. ad secũdam lecturam in eo quod ponderatur in ea quòd
in gratia facta erat mentio de dignitate & præbenda, ex quo,
vt prædixi, gl. tenet quod si de dignitate tantũ fieret mentio, non
deberetur dignitas habens præbendam annexam. non videtur
enim hoc habere rationem, nam de accessorio nulla consideratio
est habenda eo. tit. super eo. lib. 6. & ibi not. glos. pen.
Accessorium enim sequitur naturam principalis. Solu. licet
authoritas glos. multum obstet, tamen sto contrario. & ipsa
etiam glos. se firmat, sed dicit quod egeret declaratione. dicò autem
in hac cle. esse rationem decidendi, quia siue in eodem
rescripto mandatur de præbenda & dignitate siue in diuersis,
nihil obstat quominus adeptus præbendam posset assequi dignitatem
habentem præbendam annexam, quia ipsa vi accessorij
venit & ex natura sua vnitur principali. nec est verum dicere
quòd gratia facta super præbenda consumetur in duabus
præbendis, imo secundam præbendam obtinet tanquam accessorium.
quam obtineret etiam si mandaretur prouideri de
sola dignitate, vt prædixi. Quarto oppo. ad hoc, quia si de accessorio
non curatur, ergo per adeptionem secundæ præbendæ
non vacabit prima. eod. titu. super eo. lib. 6. vbi beneficium incompatibile
vnitum simplici potest haberi cum alio incompatibili.
Sol. hoc inducit hæc clemen. quæ videtur continere
casum mirabilem, quod sit maior incompassibilitas duarum
præbendarum in eadem ecclesia quàm duorum curatorum.
quod dic vt ibi no. in gl. vlt. quæ remittit ad notata de conces.
præben. literas. vbi ponuntur rationes quare duæ præbendæ in
eadem ecclesia haberi non possunt. & ponit hic Pau. dicens
quòd hoc ideo est, quia si in eadem ecclesia quis haberet plures
præbendas, infringeretur numerus si esset in ecclesia. & si
non esset ibi numerus habere duas præbendas esset iteratio in
voce non in re. vult dicere quòd quando non est numerus in
ecclesia, cum tunc ius canonicale creatur cum canonico, id
est cum quis fit canonicus. eod. titu. dilecto. si is crearetur, esset
iteratio in voce non in re, quia per hoc non haberet nisi vnum
ius canonicale. Sunt & alia absurda quæ no. in d. c. literas. quæ
non sic procedunt si quis haberet vnum curatum in titulum,
& alium vnitum præbendæ. Ex his apparet desentata prima
& secunda lectura, tamen secunda magis placet, quia vt ex
prædictis apparet, saluari potest hæc clemen. de iure. & hoc no.
quia prius non aperta. & secundum hoc intellige quod dicit
2 glos. in verbo, annexa. vsque ad ver. sed quid dices. †Quæro vnde
b oritur canonicatus. [b] Lau. dicit quod ex institutione seu
c receptione in canonicum & fratrem. & dicitur a canon,[c] Græcè,
quod est regula. nam canonici sunt sub regula. & secundum
eum hoc est spirituale beneficium ex quo competit stallum in
choro, & locus in capi. de renun. cum inter. & ius est incorporale
& indiuiduum, quod non potest duobus communicari.
eo. ti. dilecto. quod ideo est, quia licet sit incorporale, non potest
diu manere sine re corporali, sicut nec anima sine corpore
1. q. 3. si quis obiecerit. eod. titu. dilectus 1. de hoc Lau. dicit
ad excludendum id quod no. de iurepa. c. 1. vbi no. quòd iura
incorporalia possunt pluribus insolidum competere. illud
enim est verum de incorporalibus quæ non sic immediate
trahunt secum corporalia, sicut ius patronatus, de quo ibi,
hoc enim non immediate trahit secum corporalia, sic etiam
iura seruitutum. ff. de serui. l. via. sic & iurisdi. quæ est quid indiuisibile,
vt no. de offic. deleg. prudentiam. in princ. in glos. 2.
hæc enim quamuis inhæreant rebus corporalibus, non tamen
sunt iura immediata rerum corporalium: tunc enim diuiderentur
sicut ipsæ res, vt contingit in dominio quod insolidum
non potest esse apud plures, sicut nec possessio eiusdem rei. de
proba. licet. ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus. quod ideo est,
quia licet dominium sit quid incorporeum, quia tamen est
ius in re corporea: ideo diuiditur sicut ipsa res, & sic est canonicatus
respectu præbendæ. secus si in iurepatronatus & alijs
quæ sup. dixi, quæ sunt indiuisibilia ratione sui, nec diuiduntur
3 ratione rerum incorporalium, vt præ dixi. quæ no. †Secundo
quæro, an canonicatus sit ius perpetuum. dicit Lau. quòd
quandoque est temporale & momentaneum, vt quando in
ecclesia non est certus numerus, sed ius oritur cum canonico
de nouo creato & extinguitur cum defunctu. eod. titu. dilecto.
& tunc vacare non potest vt ibi. Quandoque est perpetuum
& formatum & per se existens, vt in ecclesia habente certum
numerum, & tunc non extinguitur mortuo canonico, sed vacat.
d. c. dilecto. de consti. cum M. de conces. præben. ex parte.
ex his facit Lau. & aliam differentiam dicens quòd canonia
est duplex, vna quæ adhæret præbendæ ita quòd ea possessa
possidetur præbenda, & vacante vacat, sicut quando canonicatus
& præbenda simul conferuntur. alia canonia est quæ per
se ad tempus est, sed finaliter consolidatur præbendæ, sicut
quando Papa confert canonicatum nulla præbenda vacante,
& mandat illum cui contulit, poni in possessione iurium canonicalium
ante habitam præbendam. & hac forma nititur
multum Romana Curia. eo. tit. si clericus. in si. & secundum
Lau. hac forma potest vti quilibet ordinarius, dummodo non
promittat præbendam vacaturam, quæ tamen debetur ratione
canonicatus. & sic expressum noceret quod non nocet tacitum.
eo. tit. relatum & c. dilectus. & no. de conces. præben. dete-
4 standa, lib. 6. †Tertio quæro, quæ est ratio quòd canonicatus
potest conferri sine aliqua vacatione, vt dixi in proxi. q. præbenda
vero non, de conces. præben. in rubro & nigro. dicit
Lau. quòd est, quia canonicatus consistit in solennitate & iure
incorporali: ideo nullum præiudicium fit alijs canonicis.
consistunt enim iura canonicatus in charitate & fraternitate,
& quadam releuatione supportandi se in honoribus diuini officij
sine diminutione temporali, & talia spiritualia quanto in
plures diuiduntur, fortius agunt, cum sint opera spiritussancti
quæ non dantur ad mensuram. de conse. dist. 5. non mediocriter.
Præbenda autem consistit in rebus corporalibus & in
talibus verificatur prophetia. Multiplicasti gentem & non magnificasti
lætitiam. pro hoc de consti. cum M. & de conces. præben.
cap. si. lib. 6. Dic subtilius quòd ratio est, quia canonicatus
non importat immediate commoda temporalia seu res corporales.
præbenda autem sic. quod dixi de consti. cum M. &
sup. q. 1. & ex hoc cũ quis creatur canonicus vltra numerum,
statim assequitur ius canonicale, & numerus rumpitur, vnde
non expedit quod expectetur vacatio quæ nec esse potest, vbi non
est numerus. de conces. præben. ex parte. Præbenda vero, cum
importet commoda temporalia quæ procedunt ex rebus corporalibus,
non potest constitui ex sola verborum prolatione,
sed requiritur factum vt certi reditus deputẽtur vt dixi in d. c.
cum M. ideo non põt conferri nisi expectetur quod aliqua vacet,
vel nisi aliqua de nouo constituatur ex fructibus excrescentibus.
d. c. cum M. & hoc si certus erat numerus præbendarum,
secus si incertus: tunc enim quis potest recipi ad canonicatum
& præbendam non expectata vacatione quæ non habet locum.
d. c. ex parte. stat autem numerus præbendarum ẽt rupto
numero canonicorum, vt qñ recipiuntur canonici supernumerarij.

ADDITIONES.

a Papa videatur respondere. Adde Ant. de But. in c. 1. de app. Abb. in c. 1. in 2. de dolo & contu. Abb. in c. fi. in 3. col. de iura calum. Card. in c. in nostra. in in 3. col. de rescrip. Domi. in c. de libellis 10. dist. Io. de Imo. in c. 1. in 2. col. de vi. & hone. cle.

Vinc. God. Adde quòd Papæ asserenti aliquid ex certa & propria experientia credendum est, Ruy. consi. 148. lib. 4.

b Vnde oritur canonicatus. Adde Doct. in c. dilectus. de præben.

Vinc. God. Canonici inter se dicuntur personæ coniunctæ spiritualiter, non carnaliter, vide Fely. in cap. cum M. col. 8. de constitu. & canonicatus appellatione non venit canonicatus regularis, Fely. in cap. postulasti, col. 9. de rescrip.

c Et dicitur a canon. Adde Io. And. in c. 1. de elec. lib. 6. Abb. in rub. de vi. & hone. cler. Abb. in c. causam, quæ. de iud.

5 meranij. & quid iuris habeant, dic vt in seq. q. †Quarto quæro,
a an canonicus[a] sine præbenda habeat vocem in capitulo. Lau.
distinguit ꝙ aut super hoc extat consuetudo, & ei standum
est, prout est in vrbe, vt nihil percipiat, nec vocem habeat. &
hoc per Inn. eo. tit. dilectus. el. 1. aut non extat consuetudo. &
tunc sunt opin. quia Innoc. & Hosti. de consti. cum M. dicunt
ꝙ sic, alij contra. & idem Inn. in d. cap dilectus dicit ꝙ aut sunt
ibi distinctæ præbendæ, & vltra ipsas quædam bona communia,
& de communib. habebit. aut omnia sunt communia, sed
simul colliguntur & in singulis diuiditur, & tunc de nouo receptus
nihil habebit, quia fieret alijs diminutio. quod tenet
Lau. Sed per hoc non soluitur quæstio, qua quæritur de voce
in capitulo, tamen idem videtur de voce dicendum quod de
distributionibus. & de hoc dixi in d. cap. cum M defendendo
consuetudinem quæ communiter habet vbique ꝙ tales non
6 habent vocem nec distributiones. †Quinto quæro, quis possit
dare canoniam. dicit Lau. quòd Papa indistinctè etiam ante
vacationem præbendæ. legatus non, sed reseruare. ordinarij
vero possunt sicut Papa, vbi non est certus numerus canonicorum,
vel vbi est certus, dumtamen non sit iuramento firmatus
nec per sedem apostolicam confirmatus. de rescri. constitutus.
de præben. dilectus. & c. relatum. & c. dilecto. dic quòd
legatus potest id quod ordinarius. & plus. de offic. leg. dilectus.
7 †Sexto quæro, quot possunt recipi in canonicos sub expectatione
præbendæ. dicit Lau. quòd per Papam quot placuerit
per alios arbitrari secundum numerum aliorum. de hoc eod.
8 tit. dilectus. †Septimo quæro, quando quis est receptus vltra
b numerum[b] & postea vacat præbenda, quam assequitur, an assequatur
nouum canonicatum. dic quod illum assequitur cui
præbenda est annexa, & sic extinguitur ius canoniæ quod primo
habuit. & hoc tenet gl. 3. eod. tit. dilectus r. dic verius quod
ex quo ruptus erat numerus canonicorum mortuo canonico
præbendato non vacabit canonicatus, vt dixi sup. q. 2. sed præbenda
tãtum & illam assequitur ex vi canonicatus quam ha-
9 bebat. & hoc etiam tenui in d. c. dilectus. †Octauo quęro, an
eligentes canonicum vltra numerum renuncient numero. dicit
Lau quòd sic, nisi hoc faciant authoritate Papę, vt no. glos.
de præben. pro illorum. Nono quęro, si ex permutatione facta
authoritate Papæ canonici recipiunt aliquem in cuius literis
erat clausula, non obstante aliquo statuto de certo numero
&c. cum alijs non obstantijs, sed in ecclesia erat statutum
iuratum de non recipiendo aliquem donec essent redacti intra
numerum viginti, cui statuto erat satisfactum. dicit Lau.
hoc disputationi se relinquere, nec aliter apparet quid velit. &
forte vult quærere, an isti sint periuri, vel an recipere teneantur.
& dic quòd recipere tenentur & non sunt periuri, quia in
iuramento intelligitur authoritas superioris excepta. de iureiur.
venientes. & c. petitio. & hoc si fuit facta mentio de nume-
10 ro iurato. de hoc de rescrip. constitutus. in gl. 2. †Decimo, quid
c est præbenda.[c] dicit Lau. quòd est spirituale ius recipiendi certos
prouentus in ecclesia competentes ex diuino officio cui
præbendatus deseruit, & nascitur ex canonia tanquàm filia a
matre. 12. q. 1. §. de quibus 1. q. 3. in sum. sup. eo. relatum. & cap.
11 dilectus. de hoc dixi de consti. cum M. †Vndecimo quæro, vnde
dicitur præbẽda. dicit Lau. quòd a pretio quod recipit quis
pro labore. Duodecimo quæro, quotuplex est præbenda. dicit
Lau. ꝙ duplex. quędam est spiritualis, licet substantia eius consistat
in rebus temporalibus, & hæc permutari non potest nisi
cum iure spirituali. de rerum permu. ad quæstiones. alia temporalis
quæ datur etiam de rębus ecclesiasticis pro aliquo labore
temporali alicui tanꝗ benemerito, puta aduocato, vel simili.
& hæc nullam spiritualitatem continet: ideo permutari
non posset cum spirituali iure. arg. de simo. cum esset. & c. querelam.
& c. veniens. de pact. cum pridem 12. q. 2. quicunque 16.
q. 1. possessiones 2. q. 1. illud. in quo est & alia ratio, quia cum
iste pensionarius habeat ad vitam tantum, si cõtingeret quòd
is in quem transfertur, viueret, vltra ipsum nihil haberet, quia
non potuit ille plus iuris transferre quàm haberet. de dona. inter
vir. & vxor. nuper. quæ ratio cessat quando præbenda permutatur
tanquam titulus beneficij: tunc enim fit permutanti
collatio. & ideo quamuis moriatur is qui primo habebat, iste
12 non desinit habere titulum. †Decimotertio quæro, an fructus
præbendæ sint præbendati, loquendo de præbenda, prout est
beneficium, nam prout est prouisio tanquam benemerito,
quæstio non habet dubium, quod sic dicit Lau. quod si prębẽdatus
fideliter lucratur fructus præbendæ deseruiendo diuinis
officijs, facit fructus suos, & de ipsis testari potest sicut laborator
de denario diurno. de magistris. c. fi. in fi. pro hoc Leuiti.
30. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane.
& de die in diem talibus laborantibus in vinea domini talia
debent absque mora persolui. & hinc dicuntur distributiones
d quotidianæ.[d] de cler. non resi. c. vnico. lib. 6. dic plenius quo
modo & quando beneficiati faciunt fructus suos, vt dixi de
13 peculio. cap. si probando quòd sic. †Decimoquarto quæro, an
præbendatus potest agere nomine præbendæ contra canonicum
dicit Lau. quod sic, si bona prębendarum sunt diuisa. arg.
14 de rescrip. edocen. de hoc de proba. ex literis. †Decimoquinto
e quæro, in quo differt præbenda[e] a canonia. dicit Lau. quod
tanquàm filia a matre, quia canonia est mater. Item canonia
in rebus consistit incorporalibus, præbenda in rebus corporalibus
excepto titulo seu iure spirituali, quod in vtroque est incorporale.
Item præbenda spiritualis non est sine canonia, sed
canonia potest esse ad tp̃s sine præbenda, vt patet in expectantib.
præbendas. dicit ergo Lau. quòd canonia est ipsum ius spirituale
per quod ea quæ sunt diuini & ecclesiastici officij exercentur,
sicut cantare in choro, & aliud diuinum officium exercere.
eo. tit. dilectus. ibi, stallo in choro & participatione qualibet
diuinorũ. Præbenda vero est ius spirituale quo ad ea quæ
spectant ad perceptionem ecclesiastici beneficij, sicut colligere
decimas, primitias, & oblationes. de deci. quamuis. de verb.
signifi. causa 1. q. 3. in sum. & de hoc de consti. cum M. vbi dico
15 in 1. q. †Decimosexto quæro, quare potest augeri numerus canonicorum
& non præbendarum. dicit Lau. quod ideo, quia
ex multiplicatione canonicorum crescit salubre consilium &
diuinum officium, secus in præbendis quæ possunt in tantum
diuidi quod canonici mendicarent. Item concilium Lateran.
prohibet conferre præbendam sub expectatione antequam
vacet, non autem ius canoniæ, & sufficit ita scriptum esse. ff.
qui & a quib. l. prospexit. de hoc sup. q. 3 Decimoseptimo quæro,
an dispositio huius cle. procederet si expectans dignitatem
non haberet beneficium acceptandi gl. 3. dicit quòd sic. idem
Pau. & dicit ea gl. 3. & Pau. ꝙ clausula respiciebat dignitatem,
non præbendam. oportuit ergo vt assequeretur præbendam
quæ primo vacauit, ne sibi fieret præiudicium per cap. si clericus.
eo. tit. lib. 6. Decimooctauo quæro, si habens canonicatum
& ius ad præbendam primo vacãtem & ad dignitatem quam
duceret acceptandam, præbendam quæ primo vacauit sine
dignitate noluit acceptare protestans quòd hoc fiebat vt expectaret
dignitatem cum præbenda annexa, quia omnes dignitates
habebant præbendas annexas. gl. 3. in ver. videtur. dicit
hanc esse honestam causam differendi. sed si clausula acceptandi
respiceret etiam præbendam, dicit nullum esse dubium
scilicet quia differri posset. & in ea. ibi, apostolos primæ
ad Corinth. 8. sup. de regu. licet. & inf. de regu. vt professores.
idem Lau. & Pau. qui dicit quòd beneficium acceptandi concernens
dignitatem videtur etiam concernere præbendam
ratione accessorij, quia de connexis idem iudicium. de consti.
translato. qđ non videtur procedere, quia non fuit mandatum
prouideri de prębenda accessoriè, sed principaliter: vnde videtur
de rigore quòd gratia consumetur in prima præbenda, dictum
tamen præcedens est verum ex alia ratione, quia vt dixi
sup. in penul. contrario, etiam si mandetur prouideri de sola dignitate,
debebitur dignitas, quamuis habeat præbendam an-
16 nexam. †Decimonono quæro, si acceptationi adijcitur tempus,
an poterit postea acceptare. videtur ꝙ sic, eo. tit. si tibi absenti.
lib. 6. nam in eius fauore est adiecta hæc clausula ad ligandum
potestatem ordinarij collatoris quæ in eius odium
retorqueri non debet, C. de leg. l. ꝙ fauore. regula, quod ob gratiam.
lib. 6. & hoc tenet Archi. eo. ti. dudum. li. 6. In contrariũ,
quia reseruatio & executoris potestas iuncta acceptationi faciendæ
de beneficio intra mensem non durant post mensem.
de offi. deleg. de causis. & sic forma mandati non patitur vltra
tempus prouideri. facit eo. ti. cui de non. li. 6. & hoc tenet Pau.
quia ad regulam, quod ob gratiam, dicit tñsitum per prædicta.
vult dicere propter formam mandati quæ debet obseruari. ad
c. si tibi. respondet ꝙ in quæstione nostra acceptatio procedit
& collatio sequitur: ibi econuerso. vnde non mirũ si durante
collatione

ADDITIONES.

a An canonicus. Adde Doct. in c. dilectus. de præben. Abb. in c. relatum, in 2. no. de præben.

b Receptus vltra numerum. Adde Doct. in c. cum M de consti.

c Quod est præbenda. Adde glos. in ver. receperunt. in c cum M. de consti glos. summæ. 4. q. 3. Abb. in c. dilecto de præb. Doct. in c. olim, de verb. sig.
Vinc. God. Adde quando præbendæ appellatione veniant beneficia, Fel. in c. postulasti. col. 5. 6. & 9 de rescri.

d Distributiones quotidianæ. Adde Do. de sancto Ge in §. qui vero. circa princ. de cle. non resi. lib 6. & Rotam decis. 87. & decisio. 252. & hodie est extrauagans Io. 22. incip. suscepti.
Vin. God. Adde Rot. in decis. 138. quando impetratur, in non.

e In quo differat præbenda. Adde glos. in ver. receperunt, in cap cum M. de consti. & ibi Abb. & Doct. & per dominos de Rot. tit. de consue. decis. 6. in nouis.
Vinc. God. Adde quando præbendæ sunt indistinctæ per optionem, nec canonicatus variatur, Hier. Gi. in tract. de pœn. eccl. q. 63 nu 3. habetur in lib. 11. tract. fol 214.

collatione ibi poteſt fieri acceptatio. ſed vbi collatio reſtrin-
gitur ad tempus acceptationis expirante poteſtate acceptan-
di, expirabit executoris poteſtas quæ non poteſt exerceri niſi
in beneficio acceptato. & hoc niſi tempus eſſet adiectum inhi
bitioni, ita quòd eſſet ligata poteſtas ordinarij intra illud, qa
poſt tale tempus ante collationem ordinarij valeret accepta-
tio & executoris poteſtas, quod vltimum verum eſt de iure,
quia tunc poteſtas acceptandi & executoris poteſtas non ſunt
limitata tempore, ſed vt prædixi tempus erat adiectum ſoli in-
hibitioni, vt quia inhibitum erat ordinario, ne intra menſem
conferret, non tamen hoc habet practicam ſecundum for-
mam hodie ſolitam per quam tempus adijcitur acceptationi
17 inf tit. t.c.vnico.§.ſecus.& de hoc ibi in glo.iſte terminus. †Vi-
ceſimo quæro, ſi Papa contulit canonicatum, & mandat pro-
uideri de præbenda quam intra menſem acceptauerit, an ſi
non acceptat intra menſem, poterit poſtea conferri. dicit Pau.
quòd non, quia expirauit quo ad illam poteſtas executoris,
18 pro hoc quod dixi in proxima quæſtione. †Viceſimoprimo
quęro, an per ordinarium potent ei conferri. videtur quòd ſic,
ſi non eſt aliud expectans.eo.tit.ſi clericus.primo reſpon. lib.6.
In contrarium, quia quoad neglectum beneficium non ha-
bet ordinarius poteſtatem ibi, ergo nec hic. Item ibi ordina-
rius ſubrogatur executori, quia eius poteſtas expirauit, ſed hic
durat ita quòd virtute gratiæ poterit adhuc expectans habere
præbendam, ſed ibi non: ideo per ordinarium ibi fuit proui-
dendum ne eſſet canonicus ſine præbenda.eo. tit. relatum. &
19 hoc verius, ſecundum Pau.†Viceſimoſecundo quęro, ſi in ca-
ſu huius clemen. vacat archidiaconatus cum præbēda, & hoc
ſciens iſte expectans recepit aliam præbendam, an poſtea poſ-
ſit acceptare archidiaconatum. gloſ.in verbo, poſt. dicit quòd
non, per literam a contrario.& idem Pau. Oppo. ad hoc, quia
potius videretur dicendum quod acceptatio præbendæ nō te-
nuerit cum vacaret alia præbenda cum archidiaconatu, quæ
potius debebatur ex intentione mandantis quàm præbenda
ſeparata. Solu. mandatum non erat hic ſuper dignitate cum
præbenda, vel ſuper præbenda & dignitate, alias non potuiſ-
ſe conſequi præbendam dignitati non annexam. Oppo. ad
idem, quia ſi non erat tempus adiectum acceptationi dignita-
tis, licet prius acceptauerit præbendam, videtur ꝙ poſſit ad-
huc acceptare archidiaconatum cum præbenda, eod.titu.ſi ti-
bi abſenti.lib.6. vbi etiam fortius dicitur quòd is cui collatum
eſt beneficium dato termino ad acceptandum, dum etiam
poſt terminum acceptare poteſt ſi res eſt integra. Solu.eo ipſo
ꝙ vacante archidiaconatu cum pręben da acceptauit præben-
dam aliam, videtur aliam prætuliſſe præbendæ annexæ archi-
diaconatui, quia eligendo vnum incompaſſibile, videtur alte-
ri renunciaſſe.de præſump.nonne.eo.tit.de multa. & per con-
ſequens videtur potius voluiſſe præbendam ſolam quàm di-
gnitatem cum præbenda.& hac ratione poteſt defendi gl.iſta.
ſed de rigore videtur ſtandum contrario, & per hæc declara-
20 tur gl. in verbo, annexa. vſque ibi, ſed quid. †Viceſimotertio
quæro, ſi in caſu huius clemen. adeptus fuit dignitatem & ex-
pectat præbendam, ſi vacat præbenda annexa dignitati, an pri
ma dignitate dimiſſa poterit hanc conſequi. gloſ.in verbo, an-
nexa. ver. ſed quid. dicit quòd non, quia non eſt eadem ratio
principalis ad acceſſorium, & econuerſo. & idem Pau. & eſt
ſenſus quòd licet adeptus præbendam principaliter poſſit ac-
ceptare dignitatem habentem prębendam annexam dignita-
ti, vt hic. ſecus ſi adeptus dignitatem vult acceptare præben-
dam annexam dignitati, vt in hac quæſtione, quia ex quo ſe-
mel gratia fuit conſummata in dignitate principaliter, quia
dignitas ſecunda non poteſt deberi ex vi præbendæ ſibi anne-
21 xę, tunc principale ſequeretur naturam acceſſorij.†Viceſimo-
quarto quæro, ſi dignitas ſecunda eſſet acceſſoria præbendæ,
videretur poſſe acceptare præbendam cum dignitate etiam
tenendo primam dignitatem.eod.tit. ſuper eo. lib.6. quia non
habetur conſideratio incompaſſibilitatis quando vna digni-
tas habetur principaliter, & alia tanquam annexa beneficio
ſimplici, vt ibi, licet ſecus ſit in præbendis eiuſdem eccleſiæ in
quibus prohibetur pluralitas, etiam ſi vna habeatur principa-
liter, & alia per modum annexionis. quod dixi ſup. in quarto
22 contrario. †Viceſimoquinto quæro, ſi expectans de quo hic
præbendam quæ primo vacauit non acceptat ita quòd perdit
ius literatum reſpectu præbendæ per c. ſi clericus. eo. tit. lib.6.
an poterit dignitatem ſine præbenda poſtea vacantem acce-
ptare. Lau. quòd ſic per c.quia ſæpe.eo.tit.lib.6.& ſic dicit Lau.
fuiſſe ſeruatum in eccleſia Illerden. Viceſimoſexto quæro, ſi
epiſcopus & canonici ſicut de facto fuit in eccleſia Oſcen. ſta-
tuerunt quòd canonicus nō præbendatus per impetrationem
papalem vel alias, non poſſit aſſequi dignitatem in ipſa eccle-
ſia, & archidiaconus illius eccleſiæ fuit conſecratus in epiſco-
pum Gerunden. quo facto Ioannes filius Regis Aragonum
impetrauit præbendā pro ſe, & archidiaconatum pro alio qui
habebat canoniam tantum & dignitatem in eccleſia, & ſic
conſecutus fuit Ioannes præbendam. Oppoſitum fuit per ca-
nonicos contra ſocium Ioannis. dicit Lau. quòd ſi archidia-
conatus vacauit in curia, non nocet ſtatutum. de conſue.c.fin.
Si autem extra curiam, videtur ſtatutum valere, maxime ſi eſt
a Papa confirmatum.de reſcrip.conſtitutus. In cōtrarium vi-
detur per c.conſtitutionem.§.2.de verb. ſig. lib.6.Lau.dicit per
d. c. 2.quod tale ſtatutum non tenet, niſi ſit a Papa confirma-
tum. ſi autem eſt cōfirmatum, obſtat indiſtincte impetranti,
arg.de reſcrip.cōſtitutus.†Viceſimoſeptimo quęro, ſi in eccle-
ſia eſt certus numerus canonicorum & præbendarum iura-
mento firmatus, an præbenda quæ vacat in caſu huius c. per
aſſecutionem dignitatis cum præbenda poterit conferri per
capitulum. dicit Lap.quod non, propter pęnam periurij, quia
non poſſunt illam conferre niſi canonico, ſi erat canonicalis,
& conferendo canonico frangeretur numerus canonicorum,
& eſſent periuri. dicit tamen quod habentibus conferre non
currit tempus, ſed debent conferendi licentiam a ſuperiore
petere.de elec. c. ſi. Viceſimooctauo quæro, qualis fuit forma
ſub qua mandabatur hic prouideri. dicit Io. And. quod erat
ſuper canonicatu & præbenda & dignitate quam duceret ac-
ceptandam, etiam ſi eam ſeparatim vacare contingeret vel
24 per alia æquipollentia verba. †Viceſimonono quæro, ſi man-
datur prouideri de dignitate cum canonicatu ac prębenda an
poſſet impetrans habere canonicatum & præbendam vacan-
tem dato quòd non vacet dignitas. videtur quòd non, quia
prępoſitio, cum, videtur facere conditionem ita quòd niſi om
nia ſimul vacent, non habet locum gratia. ff. de conditio. &
demonſtr.l.Iulius Paulus.contrarium tenet Stepha. niſi appa-
reat Papam aliter intellexiſſe. ff. de vſufruc. accre. l. ſi mulieri.
de lega.primo. ſi ancilla cum liberis. vbi legata ancilla cum li-
beris, etiam ſi ancilla non ſit, debentur liberi. ff. de manumiſ.
teſt.l.ſi ita fuerit.§.ſi.cum ibi no.& eo.tit.l. ſi cui. & l. ſi quis in-
quilinos.§.ſi ita.& ff.de verb.ſignifi.triplici.& quod no.de cele.
miſ.cum Marthæ.§.quæſiuiſti.poſt princ.

De conceſſione præben. & eccleſiæ non vacantis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Promouendus ad beneficium debet eſſe idoneus in ſcientia, & quæ ſcientia requiratur.*

2 *Promouendus ad ordines & beneficia eccleſiaſtica debet eſſe vita laudabilis. hoc enim perpenditur ex bonis operibus & vitiorum abſtinentia.*

Adde ad idem nu.3.

4 *Valor verus debet apponi in literis ad beneficia.*

5 *Clauſula decreti quando apponatur in literis ad beneficia.*

6 *Clauſula decreti irritat quod factum eſt contra.*

7 *Clauſula decreti appoſita diſpoſitioni conditionalis effectum habet ante conditionis exiſtentiam.*

8 *Impetrans non præſumitur acceptare beneficium, ſed oportet quòd declaret voluntatem ſuam, rationem ponit.*

9 *Effectus diſpoſitionis conditionalis ſuſpenditur in conditionis euentum.*

10 *Executor volens inquirere, an impetrans ſit vitæ laudabilis, an debeat citare partem aduerſam.*

11 *Quid ſi executor procedit in inquiſitione non aſſumptis partibus iudicis, quem effectum habebit?*

12 *Executor ſi procedit ad inquiſitionem impetrantis cuius ſit vitæ, an ſit libellus offerendus.*

13 *An autem in dicta inquiſitione ſeruabitur cle.ſæpe.de verb. ſig.*

14 *An autem executor delegare poſſit.*

15 *Papa ſi mandat prouideri de beneficio vſque ad certam ſummam, an poſſit prouideri de minori.*

16 *Alicubi, verbum quid importet.*

17 *Papa ſi mandat prouideri de beneficio ſpectante ad collationem certæ perſonæ, an idem ſit ſicut mandaret prouideri in certo loco.*

18 *Delegatus Papæ, an poteſt prorogare terminum ſolutionis contentum in reſcripta de partium conſenſu.*

19 *Impetrans an poſſit declarare voluntatem ſuam, ſuper valore beneficij in abſentia executoris.*

20 *Quid ſi petit ſimpliciter ſibi prouideri de tali beneficio non aliter declarata voluntate ſua.*

21 *Impetrans ſi declarat voluntatem ſuam, ante vacationem beneficij dicendo quòd ex gratia intendit conſequi beneficium minoris valoris, an ſufficiat.*

22 *Impetrans in forma pauperum ſub forma cle. vnica. de conceſ. præben. an præferatur ſecundo qui impetrauit in forma gratioſa in eadem eccleſia, vel ad eiuſdem collationem.*

CAP.

CAP. VNICUM.

1 CVm ei. † No. ꝙ promouendus ad be-
a neficium debet esse idoneus[a] in
scientia. & quæ scientia exigitur, no. Innoc.
de elec. cum in cunctis. in princ. & dicit idē
Innoc. de sum. trini. firmiter. & de renunc.
nisi. in glo. ignorantia. ꝙ habilis ad adeptio-
nem scientiæ, quæ ad beneficium requiritur nolens ei dare
operam, peccat mortaliter. quod no. & quoad casum nostrū
dicitur habilis si bene legit, construit, & cantat, & in hac for-
ma examinantur impetrantes, vt dicit glo. 2. & in hoc Papa
credit examinatoribus, vt vult glo. ea. & idem Laud. & alij. ex
quo autem Papa reputauit quem idoneum non potest de ido
neitate eius dubitari, quia instar sacrilegij est dubitare, an sit
dignus quem princeps elegerit. C. de cri. sacri. l. 2. 17. q. 4. §. qui
2 autem. † Secundo no. ꝙ promouendus debet esse vitæ lauda-
bilis, & hoc perpenditur ex bonis operibus & abstinentia vi-
b tiorum secundum Pau. dicit Laud. quod quilibet præsumit[b]
vitæ laudabilis. arg. in procemio Greg. licet non præsumatur
literatus. de elec. si forte. lib. 6. & ex hoc videretur ꝙ super vita
non expediat examinari, cuius contrarium probatur hic, in
quo dicit Laud. ꝙ quia nascimur filij iræ & procliui ad pec-
cādum. §. in procemio huius compilationis. & 1 a. q. 1. omnis.
Ideo violenter præsumitur contra quemlibet vbi agitur de ip
so promouendo, ideo examinatur, vt hic, & de scruti. c. vnico.
Si tamen sit iam promotus ad ordines, quantum ad promo-
tores & successores reputatur idoneus si mandatur ei proui-
deri sub forma communi, de qua hic, & de ætа. & qua. accepi-
mus. dicit Genze. per prædicta, ꝙ cum de vita & conuersatio-
ne Papæ non constat, committit inquisitionem in partibus,
vbi de facili potest haberi de talibus notitia. arg. ff. de quæstio-
3 ni. l. de minore. §. tormenta. de electio. postquam. † Tertio no.
c ꝙ promouendus debet[c] esse conuersationis honestæ. ex hoc
no. secundum Pau. ꝙ præsumitur pro aliquo vel contra ipsum
ex conuersatione. 34. dist. quorundam. de pur. cano. inter. & c.
cum in iuuentute. de vita & hone. cle. monasteria. & maxime
clerici debent a mala cōuersatione abstinere. vnde in psalmo,
Cum bonis bonus eris, & cum peruerso peruerteris. & talis so
cietas notificat homines, vt no. de elec. innotuit. dicit autem
Laud. cum mandatur sub forma, de qua hic, communiter da
tur executor ordinarius cum impetratur ad collationem alio
rum. secus si ad suam, cum hæc gratia sub forma communi
transeat, & sit quasi ius commune, vt detur clerico præbenda
qui vocatus est in sortem domini. de præben. cum secundum.
ideo deputatur episcopus executor in sua diœcesi in qua ha-
bet exequi ius commune. argu. de senten. excommuni. nuper.
§. de vi. & ho. cler. diœcesanis. & in signum ꝙ literæ sunt potius
iustitiæ quam gratiæ, bullantur cum filo canapis sicut aliæ de
4 simplici iustitia. † Quarto no. ꝙ in literis ad beneficia quādo-
que apponitur certus valor, & hodie semper apponitur verus
valor. apposito autem certo valore potest prouideri de maio-
ri, imo nec de minori, nisi exprimatur in literis, vt hic, & eo.
titu. cui de non. lib. 6. & hoc dicit glo. in verbo, adijcientes. in
quo dic ꝙ si mandetur prouideri, vt hodie fit, de beneficio vs-
que ad summam centum florenorum, poterit etiam proui-
deri de minori summa propter dictionem vsque, quia non
est taxatus valor, & quia hæc dictio alias esset frustra. contra
id de priui. si Papa. libro 6. licet aliqui contra, & minus bene.
5 † Quinto no. de clausula decreti. & de hoc §. de elec. si eo tem-
pore. lib. 6. & dicit Laud. hāc clausulam poni in facto proprio
aduersus facta aliorum. alibi ponitur in facto alieno, confir-
6 mando ipsum. de re. eccle. non alie. dudum. lib. 6. † Sexto nota
quod clausula decreti irritat contrafactum, vt dicit glo. in ver
bo, acceptari. & hoc verum etiam si contrafiat ignoranter, vt
dicit eadem glo. ar. huius literæ, quæ tamen non omnino pro-
bat, facit de præben. si apostolicæ lib. 6. vbi communiter tene-
tur ꝙ decretum etiam legati afficit ignorantes. cuius est ratio,
quia potest superior impedire iurisdictionem inferioris. nam
etiam si concurrunt, præfertur superior. de præbend. si a sede.
lib. 6. hodie tamen in clausula decreti, ad tollendum dubium
apponitur siue scienter, siue ignoranter contigerit attentari.
7 † Septimo nota quod decretum appositum dispositioni con-
ditionali, habet effectum ante conditionis existētiam, rōnem
ponit glo. in verbo, effectu, quia alias esset editum super incer-
to, nam ante conditionis euentum non est certum an disposi
tio habebit effectum. & in hoc dicit glo. in verbo, exter. esse
vtile consilium, quod executor pronunciet conditiones esse
purificatas, in quo dic ꝙ licet sit vtile, non est necessarium se-
cundum Pau. sed sufficit ꝙ constet eas esse purificatas, & se-
quatur collatio, quæ est finis & diffinitio probationis. pro hoc
de or. cog. c. 1. dicit tamen Pau. vt dicit gl. esse vtile ꝙ pronun-
cietur, vt postea negari non possit. de elec. cum dilectus. in fi-
ne, quia collatio & talis pronūciatio sunt diuersa, & primum
non operatur effectum secundi. de rescript. clemen. auditor.
8 † Octauo nota ꝙ non præsumitur impetrans acceptare bene-
ficium, sed expedit ꝙ declaret voluntatem suam, quod est 16
secundum Pau. quia cum vigore rescripti possit consequi ma
ius beneficium, ad quod homo semper aspirat, de cler. non
resid. cap. 1. præsumitur nolle minus. & in hoc dicit Pau. quod
litera habet hunc sensum, ꝙ postquam repertus est vitæ lau-
dabilis & conuersationis honestæ, ita ꝙ purificata est prima
conditio, decretum operatur effectum quoad beneficium ta-
xati valoris, ita ꝙ non valet collatio postea per quemcunque
præter executorem facta. Sed de beneficio minoris valoris
bene valet antequam extet secunda conditio. s. ꝙ impetrans
voluntatem suam declarauerit super valore, quia dixit se vel-
9 le illud beneficium. & ratio est quam tunc præmisi. † Nono
nota ꝙ effectus dispositionis conditionalis suspēditur in euen
tum conditionis. In conditionalibus enim non cedit dies an-
te conditionis euentum. ff. de verbo. signifi. l. cedere diem. de
condi. app. verum. vbi de hoc. & in hoc no. quod hic conditio
trahitur ad tempus existentis conditionis, nō autem retro. sic
supra de rescript. si pro te. lib. 6. Decimo no. ꝙ etiam literæ apo
stolicæ etiam dato executore ad prouidendum non afficiunt
manus ordinarij ante purificatam gratiam, & per ordinariū
intellige eum, qui confert iure ordinario quicunque sit ille,
siue iure proprio siue deuoluto. ad hoc supra titu. 1. si de be-
neficio. sic etiam non impediunt alium executorem, vt hic,
puta quia erat alius cui erant concessæ literæ non conditiona-
les dato sibi executore ad prouidendum. cuius est ratio, quia
ex quo non afficiunt manus ordinarij, multo minus executo-
ris, qui maior est ordinario. de offic. deleg. sanè. 2. Et ex hoc no.
casum in quo valet collatio facta secundo impetranti. Alij ca
sus notantur de præb. quia sæpe. lib. 6. Oppo. quod decretum,
de quo hic, debeat afficere a die datæ propter dictionem, ex
d nunc[d], cuius contrarium hic dicitur, vt dixi in proximo nota
bili. glo. in verbo, ex nunc. soluit quod hoc fortificat dubium,
sed suppletur ex nunc, vt valeat ex tunc. & in hac glo. ibi, præ-
terea vbi no. ꝙ si iudex aliquem excommunicat sub cōditio-
ne, siue dicat, ex tunc sis excommunicatus, siue ex nunc, non
refert, quia vtroque casu suspenditur sententia si appellatur
ante conditionem, & sic non est necesse dicere prout commu
niter dicunt iudices, ex nunc prout ex tunc. Ex hoc infertur,
ꝙ si Papa ponit decretum sub forma hodie solita, secundum
quam decernit irritum, & inane quicquid contrafactum fue-
rit a tempore datæ, non operatur effectum, nisi a tempore cō-
ditionis purificatæ. idem enim importat dictio, ex nunc, de
qua præmisi, ac si diceret, a tempore datæ. Secundo oppo. ad
hoc & ad literam, quia conditio trahitur retro ad diem in qua
fuit apposita. ff. qui po. in pig. ha. potior. Sol. hoc casu si man-
datur prouideri de beneficio sub conditione, & deinde man-
datur alteri pure, conditio non trahitur retro in præiudicium
pure impetrantis. de rescript. si pro te. lib. 6. & ibi respondetur
ad hoc contrarium. Tertio opp. ad idem ꝙ hæc conditio nō
debuerit suspendere, quia erat de præsenti. s. si est idoneus, quę
non suspendit. ff. si cer. pet. cum ad præsens. & l. itaque. Soluit
Stepha. ꝙ hic non erat conditio si sit idoneus, sed si constite-
rit eum esse idoneum. non potest autem constare, nisi cogni
10 tione præmissa, quæ est de futuro. † Quæro an executor volēs
inquirere an impetrans sit vitæ laudabilis &c. teneatur citare
partem. glo. in verbo, inquisitionem, remittit. Laud. dicit ꝙ
non tenetur per id quod not. Innoc. de transla. cap. fin. tamen
frequenter præmittitur talis citatio, secundum eum, sed ho-
11 die raro citant, aut nunquā. † Secundo quæro, si executor pro-
cedit in inquisitione non facta nec assumptis partibus iudicis,
quem effectum operatur eius processus. de hoc dixi de offic.
deleg. cle. vnica. q. 13. Pau. autem hic dicit aliqua quæ videa-
mus. distinguit enim quia clausula quandoque sonat in mo-
e nitionem[e], quandoque in conditionem. In monitionem so-
nat

ADDITIONES.

a Idoneus. Adde Doct. in cap. si eo tempore. de rescript. lib. 6. Doct. in c. ei cui. de præben. eod. lib. Abb. in c. dudum. el 1. de elect.
Vinc. God. Promotio sacrorum ordinum quos repellat. Ioan. Brunel. in trac. de spons. & mat. conclu. 14. num. 15. habetur in lib. 9. tract. fo. 164.

b Quilibet præsumitur. Adde Doct. in c. dudum. de præscript.

c Promouendus debet. Adde Doct. in c. cum in cunctis. de elec.

d Propter dictionem, ex nunc. Adde tex. in clem. 1. in princ. de iurepa. gl. in l. 4. ff. de condi. & demon.
Vinc. God. Adde ꝙ etiam si dicatur emologant laudum ferendum non tollit reductionem ad arbitrium boni viri. Barto. in l. si societas. §. arbitrorum, col. 1. in ff. pro soc.

e Quandoque sonat in monitionem. Adde Archi. in c. dudum. 18. q. 2. Doct. in c. dudum. de præsum. Bal. in l. 2. in vlt. col. C quando prouo. non est necess.

nat quando executorem instruit, vt faciat id quod de iure de
bet facere, scilicet ꝙ prouideat tali personæ, cui sit prouiden-
dum.ad hoc ff de verb.oblig.l.si.de elec.significasti.& c.eccle-
sia.2.& talia præstant nouam formam mandato, & prouisio
facta etiam minus idoneo tenet.si tamen monitionem execu
tor velit seruare,non est necesse ꝙ aliqui vocentur,sed extra iu
dicium se informabit. poterit tamen assumere partes iudicis
& vocare quorum interest si is, qui commisit prouisionem
habebit iurisdictionem. omnia enim intelliguntur commis-
sa sine quibus causa expediri non potest. de offic.delega. præ-
terea.ff.de iurisd.omn.iudi l.2.potest etiam, vt prædixi,partes
executoris assumere, vt omissa inquisitione prouideat. si ve-
ro clausula sonat in conditionem, puta si Titius est de tali lo-
co oriundus, vel si per inquisitionem: constat eum esse vitæ
laudabilis, vel si studuit in theologia, aut per tale rescriptum
alteri præiudicatur, aut non, puta quia collatio spectat ad man
dantem. primo casu executor prouidere non potest partibus
non vocatis & cognitione non præmissa super conditione. 35.
q.2. & si cognitio. de rescript. cum dilecta.& dicit Pau.idem
videri si iurisdictio, vel citatio, vel quid simile sub conditione
vel successiue committitur, alias ordo scripturæ contra ordi-
nem iuris non attenditur.de rescript.causam.32.quæst.7. apo-
stolus. Secundo casu potest conferre nulla cognitione præ-
missa, cum tunc cognitionem videatur committere non tan
quam iudici, sed tanquam bono viro. & sicut contradicentes
non possent hoc opponere committenti, ita nec executori. &
secundum Pau. dicitur sonare in conditionem quandocun-
que apponitur clausula non subintellecta, de qua mandatur
per inquisitionem constare, vt hic, & sic limitatus modus sciē
di facit conditionem. alias subintellectum expressum non fa-
cit conditionem.ff.de condi.& demon.l.conditiones.vult di-
cere, ꝙ hæc clausula, si est idoneus, non facit conditionem: ta-
men si datur limitatus modus sciendi, vt quia dicitur, si con-
stiterit &c. vt hic, fit conditio, ita quod non valet prouisio an-
te conditionem purificatam facta. Op.ad hoc, ꝙ etiam si clau
sula sonet in conditionem, non sit necessaria citatio, nā quan-
doque notorie constat de idoneitate. soluit Pau. ꝙ tunc non
est necessaria examinatio, nisi ad cautelam.de fil.presbyt.quo
niam.2.q.1.manifesta. tamen secundum Pau. executor expri-
met hoc in collatione, vt sciatur quare inquisitionem non fe-
cit. Ex his infert Pau. ꝙ potestas data executori etiam cum de-
creto non potest exerceri, nisi in euentum conditionis. Oppo
no ad hoc vlt. & ad literam, quia adueniente conditione expi
rat obligatio & contractus.ff de condi.& demon.l.sub hac.sol
uit Pau. illud in cōditione adimente, qua extante expirat obli
gatio.d.l.& de condi.appo.verum.& per Archi.12.q.2.dudū.
aliud in conditione constituente, de qua hic, & ff.de condi.&
12 demon.qui hæredi §.vlti. † Tertio quæro, an in inquisitione[a]
a prædicta debeat offerri libellus dicit Pau. quod non, nec lis cō
testari, nec aliquis ordo iuris seruari, vt no. Innoc. de sponsa.
13 cum in tua. † Quarto quæro, an in præmissa inquisitione ser-
uabitur forma cle.sæpe.de verb.signi.dicit Pau. ꝙ sic, si execu
tor procedit partibus præsentibus, & inter se litigantibus. de
iudi.clem.dispendiosam.secus si ex suo officio inquirit. Quin-
to quæro, an executor prædictus possit delegare vices suas. de
14 hoc dixi de offi. deleg. clem.vnica. quæstio 7. † Sexto quæro,
an executor delegare possit, quando datur sub hodierna for-
ma, secundum quam post illa verba, si per inquisitionem re-
pertus fuerit &c. adijcitur, super quo tuam conscientiam one
ramus, de hoc fuit altercatio inter auditores Rotæ. commu-
niter tamen fuit conclusum ꝙ sic, per dictam cle. vnicam. de
offi.deleg. de hoc in decisionibus Rotæ decisione. Item fuit
dubitatum vtrum executor datus in forma dignū. quod not.
15 †Septimo quæro, cum mandatur prouideri[b] de beneficio cer
b ti valoris, an prouideri possit de minori summa.glo.de præbē.
quamuis.1.lib.6. in verbo, vsque. dicit ꝙ si mandatur proui-
deri vsque ad certam summam, potest prouideri de minori,
sed non de maiori. sed si mandatur prouideri de beneficio
certi valoris, potest prouideri de maiori, sed non de minori.
pro hoc vltimo, quia plus continet sub se minus. ff. de reg.iur.
in eo. & regula, plus.lib.6. contrarium quantum ad hoc vlti-
mum tenet Archi.in d.c.quamuis.& Pau.hic dicentes, ꝙ non
potest prouideri de maiori per c. de præben. cui de non. lib. 6.
debent enim seruari fines mandati. qui extenduntur in exces-
su, & diminutione.d.c.cui de non.ff. man. l.diligenter. in prin.
ibi, nam qui excessit aliud quidem facere videtur. pro hoc. 16.
q.7.quicunque.de deci.ex parte.de do. apostolicæ. de priuileg.
porro.& melius de iure pa clem.1.versic.præcipimus. Item ex
quo expressit certam quantitatem noluit venire maiorem,
quasi digniorem voluerit de illo prouideri, nec voluit graua-
re ecclesiam in maiori. pro hoc de præben. c.si. & hoc verius.
ad contraria dicit Pau. ꝙ loquuntur in non odiosis, & in qui-
bus plus & minus se habent, vt pars & totum, nōn vt species
adinuicem separatæ, sicut est merū imperium & iurisdictio,
vt no.de iurisd.omn.iud.l.imperium.& patet. ff.de iudi.l.sole-
mus. §. latrunculator. vbi iurisdictio causarum ciuilium non
includitur sub mero imperio, imo in talibus vno concesso a-
liud videtur negatum.argu.de præsum. nonne. C. de procu.l.
maritus. & sic qualitas valoris facit beneficia differre specie
sicut modus prouisionis.de hoc.ff.de vulg.& pup.si ita quis.&
16 l.cum ex filio.§.filio.& l.ex facto.§.item quæro. † Octauo quæ-
ro, quid importat verbum alicubi, positum in litera. Sol.appo
nitur, vt determinet locum si mandaretur prouideri de bene-
ficio non adiecto, vbi mandatum esset nullum tanquam in-
certū. non refert autem quoad principium huius cle.an man
detur prouideri generaliter, puta in prouincia, specialiter in
certa ecclesia. & vtroque casu dic, ꝙ gratia est specialis, quia
concernit vnum beneficium tantum, licet sit incerta anteꝗ̃
appareat quod beneficium debeatur. de offic.deleg. ex parte.
17 † Nono quæro, si mandatur prouideri de beneficio spectante
ad collationem certæ personæ. dicit Pau. idem esse ac si man
detur in certo loco.s̄.tit.1.cle.penult.de rescri. abbatem. & dic
esse locum huic cle. ēt si mandetur de certo beneficio proui-
deri vni sub conditione, & postea alteri pure, vel sub condi-
tione, qui secundus prius purificauit suam gratiam, præfertur
enim primo, quia subest eadem ratio, sicut qn̄ mandat̄ proui-
deri de beneficio in genere. ita ēt qn̄ mandatur in genere d̄
gratia specialis.vt s̄.q.proxi.hæc tn̄ intellige, nisi in gratia pri-
mi sit clausula decreti cum illis verbis, ac si die datæ &c.secun
18 dum ea quæ dico. j.q.15. † Decimo quæro in eo quod hic lo-
quitur de gratia facta sub conditione, quid si Papa commisit
alicui causam inter aliquos sub conditione, ꝙ nisi debitor sa-
tisfaceret intra certum terminum elapso termino procederet
delegatus, & de voluntate partium ante terminum illum de-
legatus prorogauit terminum ad satisfaciendū, an valeat pro-
rogatio.dicit Matthe. ꝙ quæstio fuit Bononiæ in quo Io.Ant.
tenuit prorogationem non valere, quia ante euentum condi
tionis delegatus procedere non potuit.de rescri.si pro te. lib.6.
de sponsa.c.1.in fi.eod.lib.pro hoc quod no.Inno. de rescript.
ab excommunicato. Io.de Cald.tenuit contrarium per no.de
fo.compe.licet.Matth.tenet primum per id, quod no. Inn.de
offi.deleg.prudentiam.in glo.magna.& Spec.de citatione.§.1.
vers.sed pone Papa quod placet, quia iurisdictio delegati erat
sine effectu ante euentum conditionis, vt hic, ergo processus
fuit nullus. Vndecimo quæro, quid requiratur, vt extent con-
ditiones de quibus hic. Sol.patet ex litera, maxime quoad se-
cundam conditionem de valore beneficij. sed quoad primā
dic ꝙ requiritur ꝙ executor inquisiuerit an impetrans sit vitæ
laudabilis & conuersationis honestæ, & ꝙ inuenerit ꝙ sic, li-
cet, vt dixi in 7.notabili, non sit expediens ꝙ super hac pronun
ciet. in quo dicit Pau. ꝙ ante depositionem testium super ido-
neitate etiam post eorum iuramentum, decretum non ope-
ratur effectum, sed post depositionem sic, etiam ante publica
tionem, cum testes sint semper publicati iudici. de test. cum
clamor.de fide instru.cum Ioannes.ff.de interro.actio.vbicun
que. hoc tamen casu dicit Pau. non sufficere, ꝙ iudex sciat
istum idoneum. requiritur enim ex forma mandati, ꝙ sciat
vt iudex, quæ forma seruanda est.de resti.spol.Pisanis. diuersa
sunt enim scire vt homo vel vt Deus, vel scire vt iudex.de off.
ordi.si sacerdos. dic ꝙ quando sibi cōstat de idoneitate potest
procedere non facta aliqua inquisitione. de ap. constitutis. 2.
vbi hoc probatur, & ibi dixi. frustra enim inquireret ex quo
iam ei constat, nec est periculum in hoc, nisi fama laboraret
in contrarium, quod tamen non videtur posse contingere,
quia si impetrans est conuersationis honestæ, verisimile est ꝙ
sit bonæ famæ, pronunciant autem executores super hoc di-
centes se inquisiuisse, vel sibi de idoneitate alio modo consti-
tisse, pro hoc quia non tenetur executor assumere partes iu-
19 di. vt dixi supra ead.cle.q.1.& 2.† Duodecimo quæro, an pos-
sit impetrans declarare voluntatem suam, super valore in ab-
sentia executoris. glo.in verbo, declaret. dicit ꝙ sic. & idem
Pau. pro hoc, quia in litera non dicitur ꝙ debeat declarare in
20 iudicio vel coram executore. † Decimotertio quæro, si petit
simpliciter sibi prouideri de tali beneficio, vel sibi collatum
recipit nō aliter declarata voluntate quod velit ipsum, quam-
uis

ADDITIONES.

a An in inquisitione. Adde Bert.de Firmo in tractatu de gabellis. 9.parte. in 6.col.vers.item nec requiritur.
Vinc.God. Sic nec debet fieri inquisitio, nisi fama præcedente de delicto. Dec.cons.170 col.1.lib.1.

b Cum mandatur prouideri. Adde glo.in ver.vsquequaque.in c.quamuis.el 1. de præben.lib.6.& ibi Io de Fantu & Domi. vbi præfati Doc. tenent contra.d.glo.& ibi dicit Io. de Fan. se vidisse correctam dictam glo. manu propria Io. An. qui contra eam tenet in c.cui.eo.tit.

nis ſit minoris valoris. dicunt aliqui expedire, ꝙ expreſſe declaret voluntatem, dicens ſe illud beneficium velle, quamuis ſciat eſſe minoris valoris, nam ante declarationem conditio non eſt purificata, ergo non valet, quod facit executor non ſeruata forma. de reſtitu. ſpol. Pisanis dic contra, ſufficit enim qñocũque appareat de eius voluntate, quod illud velit, dummodo conſtet eum ſcire, ꝙ eſt minoris valoris. pro hoc. J. ead. cle. §. quem ẽt. ſed ſi de hoc non conſtet, procedit opinio præcedẽs. præſumitur enim nolle beneficium minus, vt dixi in 8.
21 notabili. † Decimoquarto quæro, ſi exprimit voluntatem ante vacationem beneficij, dicens ꝙ ex gratia intendit conſequi beneficium ẽt minoris valoris. dicit Pau. hoc ſufficere. pro hoc quia ſufficit qñocunque conſtet de voluntate eius, vt dixi in proxi. q. Idem dicit Pau. in conditione præcedente, ſcilicet de vitæ conuerſatione, quæ ſm eũ extare põt ante vacationem beneficij, & hoc reſpectu inquiſitionis generalis per quã inquiritur de vita, & conuerſatione reſpectu beneficij in genere. ſed ſi beneficium requireret ſpecialem idoneitatem, nõ põt fieri inquiſitio, niſi poſt vacationem, quia non potuit ſciri
a quæ idoneitas [a] requireretur reſpectu huius beneficij. † Deci-
22 moquinto quæro, an impetrans in forma pauperum, ſub forma huius clementinæ præferatur ſecundo, qui impetrauit in forma gratiæ, in eadem eccleſia vel ad collationem eiuſdem. Gl. in verbo, executorem. dicit ꝙ ſic, dummodo conditio primi purificetur ante vacationem, vel ſaltem ante collationem factam ſecundo. pro hoc inducit multa vſque ad ver. ſed obſtat. & in ea ibi, executore ſecundo. id eſt ſecundo dato poſt primas literas ibi, conditio ratione prioris datæ, quia ſi hoc procedit in data pure, de reſcrip. tibi qui. lib. 6. fortius quando primus pure & ſecundus ſub conditione impetrauit. eo. titu. ſi ſo. & quod ibi no. lib. 6. vbi ſub titu. de præben. hodie ſub nulla regula ponitur propter rationem, quam dico in ſequenti contrario. Oppo. ad hoc de reſcript. ſi pro te. lib. 6. glo. in eodẽ verbo, executorem. ibi, ſed obſtat, ſoluit ꝙ ibi conditio pendebat ex alterius arbitrio, ita ꝙ illo recuſante nullũ ius habebat impetrans hic ex rei exiſtentia, in primo caſu, ſcilicet quo ad conditionem de vita laudabili & cõuerſatione honeſta vel ex voluntate eius cui facta eſt gratia. in ſecũdo caſu, ſcilicet quo ad conditionem de valore, & in eo quod dicit glo. in c. ſi pro te. pendebat gratia ex arbitrio alterius. vult dicere ꝙ ibi pendebat ex arbitrio epiſcopi & capituli, vt ibi patet, vnde nullum ius erat acquiſitum primo impetranti, niſi accedente prædictorum conſenſu, & antequam accederet cõſenſus, gratia fuit facta ſecundo, & fuit canonicus, quare non mirum ſi præfertur. argu. de condi. appo. ſuper eo. & c. per tuas. glo. tamen iſta ibi, aliquibus, refert opinio. aliorum dicentium ꝙ etiam in quæſtione præmiſſa præfertur ſecundus impetrans, ex quo obtinuit gratiam pure ante purificatam conditionem primi. nam licet conditio ſuper idoneitate ſit de præſenti, inquiſitio eſt tñ de futuro. iſti volunt dicere ꝙ nõ eſt dñia inter gratiam conditionalem ſub forma de qua hic, & conditionalem ſub forma de qua in c. ſi pro te. quod placet, vt dico J. ead. qõ. pro priore autem opinio. facit ff. ſi cert. pet. cum ad præſens. cum duabus ſequentibus, quæ dicunt ꝙ conditio de præſenti non ſuſpendit. ad quas reſpondet Stepha. prout dixi ſupra in ea. cle. in vlt. contrario. gl. autẽ inhæret priori opinio. dicẽs eã æquiorem, & hoc proſequitur vſque ibi, ſed ſingas. & no. ipſam in eo ꝙ dicit non ſemper deberi beneficium ei pro quo primo afficitur. & cum gl. ꝙ præferatur primus, tenet Pau. & idẽ Stepha. qui dicit ſe vidiſſe ſic pronunciari per auditores curiæ. eſt ratio, quia purificata conditione perinde eſt ac ſi a principio fuiſſet pura. ff. qui po. in pig. ha. l. qui balneum. & l. potior. §. videamus. ff. de peri. & commo. rei vendi. quod ſi pendente. & idem Bertran. & hac de cauſa, quia quæſtio erat dubia, omiſit Ioan. An. ponere in mercuria. Lap. pro opinio. glo. inducit J. ea. cle. §. quinetiam. ibi, ant recipiendo &c. qđ non multum facit. ipſe tamen tenet aliam opinio. niſi in gratia primi eſſet appoſitus menſis. J. ea. cle. §. ſecus. tunc. n. decretum afficit etiam ante purificationẽ, vt ibi. & hoc placet. idem tenet Laud. & Oldr. in conſ. 133. & Pet. de Anch. hic dicens, ꝙ ſi purificatio conditionis traheretur retro, hoc eſſet per fictionem, quæ fictio cauſatur ab æquitate. hic autem nõ ſubeſt æquitas, cum literæ beneficiales ſint ambitioſæ & reſtringẽdæ. de præben. quamuis. 1. lib. 6. dic ꝙ opinio procedit ſm formam hodiernam, ſecundum quam in gratijs apponitur clauſula decreti, per quam Papa decernit irritum & inane poſtquam impetrans fuerit repertus idoneus, quicquid contigerit attentari ac ſi die datæ contuliſſet ei canonicatum, & præbendam, quæ clauſula trahit effectum gratię poſt purificationem, ad diem datæ. nam ad hoc vt hæc verba verificentur, eſt neceſſe dicere, ꝙ poſtquam primus impetrans fuerit repertus idoneus, eſt perinde ac ſi die datæ literarum ſuarum fuiſſet ſibi collatus canonicatus. de præben. ſi poſtquam. lib. 6. tunc autem fuiſſet præferendus ſecundo, ergo eodem modo præferatur. & ita dicit Rota Romanæ curiæ in deciſ. 373. quæ incipit, item ſi Papa fecit gratiam. ſecus eſſet ſi in clauſula decreti non eſſent illa verba, ac ſi die datæ præſentium &c. tunc enim effectus clauſulæ ſuſpẽditur in euentum conditionis, vt hic. & propterea ſi præceſſit gratia pura, illa erit potior. nec facio differentiam inter clauſulam de qua in cap. ſi pro te. & clauſulam de qua hic, ex quo hic erat clauſula ſuper idoneitate taliter appoſita, quod faciebat gratiam conditionalem, tunc eſt perinde ac ſi gratis inciperet quando euenit conditio. merito ergo præfertur ſecunda pura, nec ſubeſt æquitas, de qua dicit glo. imo potius æquitas eſt, quod præferatur ſecundus, qui dicitur primus, niſi in gratia primi ſit clauſula decreti cum expreſſione prædicta, ac ſi die datæ &c. quo caſu non procedit c. ſi pro te. quod loquitur quando in gratia conditionali non eſt aliquid expreſſum per quod appareat Papam voluiſſe gratiam retrotrahi. quamuis enim de ſua natura conditio trahatur retro, tamen trahitur retro ſine præiudicio alterius, qui ante purificatam conditionem conſecutus erat ius pure, vt ibi. quod no. ſing. quia prius non fuit apertum per ſcribentes. & licet hæc clemen. videatur a contrario probare quod poſt purificatam gratiam alius executor non poſſit prouidere, tamen debet intelligi ſecundum præmiſſa, vt quia purificata fuit gratia primi antequam gratia ſecundi afficeret. alias ſecus per prædicta. Decimoſexto quæro, vt quærit glo. in eodem verbo, executorem. ibi, ſed fingas. ſolue vt in ea. idem Paul. & melius dic, vt dixi in præcedẽti q. & in glo. ibi, quæ afficit, vt quia collatus eſt ei canonicatus in curia. de præben. ſi poſtquam. libro ſexto. vel in reſcripto eſt decretum. de reſcr. tibi qui. lib. 6. eod. titu. ſi ſoli. lib. 6. ibi eſt ſimile, imo diſſimile, cum ibi ſecundus præferatur primo. Lap. ſed dic ſimile in effectu.

ADDITIO.

a Vinc. God. Idoneitas per teſtes probari poteſt. Rot. deciſ. 174. ſi mandetur, in nou.

SVMMARIVM.

1 *Acceptandi poteſtas non reddit reſcriptum generale, ita quod ei per ſecundum ſpeciale præiudicetur.*
2 *Menſis quot dies habet.*
3 *Expectantes plures ſi ſint cum clauſula acceptandi intra menſem, an quilibet habebit ſuum menſem.*
4 *Impetrans in forma pauperum petijt intra menſem purificari conditionem gratiæ ſuæ cum omni diligentia, ſtetit tamen per executorem, tamen intra menſem impetrans acceptauit, an acceptatio valeat.*
5 *Expectans an poſſit poſt menſem acceptare beneficium adhuc vacans.*
6 *Quid ſi Papa ſecundum nouam formam dat canonicatum, & circa præbendam dat beneficium acceptandi intra menſem.*

§. Secus. No. quod mandatum apoſtolicum de prouidendo ſine decreto non afficit. probatur hic a contrario, ibi, decreto appoſito. & de præben. dilectus. 2. Secũ-
1 do no. ꝙ poteſtas acceptandi non reddit reſcriptum generale intantum, quod ei præiudicetur per ſecundum ſpeciale ſi de primo non facit mẽtionem. Pan. & colligitur ex eo quia clauſula acceptandi non impedit quominus decretum afficiat ſi fuit appoſitus menſis. Ex hoc infert Pau. quod ſi mandatur prouideri generaliter de beneficio, quod in ciuitate vel diœceſi intra menſem duxerit acceptandum, non præferetur ſecundo impetrans in certa eccleſia, ibi, afferat. pro hoc de ma. & obe. ſolitæ. 19. diſtin. ſi Romanorum. & eſt ſimile quod no. Archid. de clauſula contradictores &c. & de clauſula, tuearis inductum. de præben. cui de non lib. 6. & hoc ſecundum Pau. procedit quando verba ponuntur ordinate, & vbi debent, alias perdunt effectum. de reſcript. cauſam. ȝ. tit. 1. cle. ſi dignitatem. & dicit Pau. hoc quod hic dicitur de menſe procedere etiam in alia conditione, vt ſi dicatur, prouideas de beneficio certi valoris & minoris ſi voluerit intra menſem. idem dicit videri ſi apponatur conditio, ſi repertus fuerit idoneus. de qua. ȝ. proximo reſponſo, quia ſemper incipit menſis a certo, ſ. a vacatione. nec eſt neceſſaria inhibitio facta collatori, ne conferret, cum de eo nihil dicatur hic, ſed tantum reſeruatio & acceptatio tempore limitata & decretum ſufficit. nam vbi requiritur inhibitio, hoc iure exprimitur. de reſcrip. tibi qui. lib. 6. & procedit hæc argumentatio ab omiſſo. Pau. Oppo. ꝙ etiam qñ apponitur menſis, debet ſuſpendi effectus gratiæ vſque ad euentum conditionis, id eſt vſque quo declarat impetrans mentem ſuam acceptãdo certum beneficium, quod etiã ſub conditione debetur in veritate non debetur, licet ſit ſpes in futurum deberi, Inſti. de verb. ob. circa mediũ. de ſpon. c. rutco. in prin. lib. 6. Soluit Laud. ꝙ ex hac ratione, & qa verba erant

ba erant posita in vna & eadem oratione videbantur esse in pendenti vsque ad euentum conditionis, & secundum hoc videbatur, ꝙ ordinarius vel executor apostolicus alteri datus, posset beneficium vacans cõferre, & ob hoc ab initio promotionis domini Papę Clementis V. dicebatur sic, quod duxerit acceptandum intra mensem. & quoad illud manus ordinarij, & cuiuslibet alterius sit ligata. sed nunc secundum eũ hoc non oportet, quia appositio sola mensis operatur, vt præbenda sit affecta ad hoc, vt hæc clausula, mensis. non vacet in rescripto, pro hoc quod dixi in tertio notabili, alias frustra membranas occuparet præallegatum c. si Romanorum. 28. quæst. 1. sic enim. ff. de vsur. l. si stipulatus. de leg. 1. l. si quando. Tamẽ ad tollenda dubia ponit curia clausulam magis expressam. de qua in glo. iste terminus. in princ. Secundo opp. ad id, quod dixi in 2. notabi. de clausula, acceptandi. quæ vt prædixi non reddit rescriptum generale intantum ꝙ ei præiudicetur per speciale. obstat enim de præben. dudum. & c. quamuis. lib. 6. nam in c. dudum. dicitur ꝙ si Papa det licentiam conferendi beneficia resignata in manibus suis in sua legatione, & secundo Papa non habita mentione de prædicta potestate confert canonicatum, & præbendam vacantes in aliqua ecclesia legationis, valet collatio. in c. vero, quamuis. dicitur quod si Papa dat licentiam conferendi beneficia certo modo vacãtia & secundo aliquod de his conferat specialiter, vel alias conferri mandet, species derogat generi. soluit Pau. quod in contrariis est proprie generalitas, quæ diuersas species infert, & includit, & in eis perficitur. simile de rescript. pastoralis. §. quoniam. non sic in casu præmisso, quia primo mandatum restringitur, & perficitur in vno beneficio tantum, respectu cuius clausulæ tale rescriptum est speciale, sed virtute clausulę ante acceptationem est incertum & ratione loci generale, eod. titu. executor. lib. 6. de rescri. abbatem. vnde inter alia rescripta respectu impetrantis non est differentia, quæ est inter genus, & species, sed quæ est inter certum & incertum, nec ratio generalitatis ad speciem facit, quod conferri possit per ordinarium, vel secundum executorem in proximo responso, sed conditio non restricta ad tempus, quæ potestatem conferendi non impedit vult dicere, quod rescriptum ad beneficium quod duxerit acceptandum non est generale, sed speciale, quia non potest cõsummari, nisi in vno beneficio. quod non sic est in c. dudum. & c. quamuis. dicit etiam Pau. quod ca. illa loquuntur in alio casu, quia c. dudum. loquitur quando gratia confertur intuitu collationis, ita quod tractatur de commodo collatoris, tunc enim potestas tradita est generalis, donec manet in habitu seu potentia. ideo præiudicat specialis, quia continet aliquid actu per quod extinguit speciem de genere, & sub genere amplius non includatur illa species, ad hoc. 25. quæst. 1. §. vlt. regula, generi. lib. 6. c. autem, quamuis. loquitur de gratia qualificata ad certum numerum restricta, & huic præiudicat species, donec generalitas manet in habitu. vnde est ibi generalitas potestatis cui derogatur per speciem, hic autem est generalitas priuilegij cui non derogatur per speciem. ratio notab. 25. q. 2. in fi. vbi dicit glo. ꝙ ratio est in rescript. quia generale rescriptum non dat iurisdictionem. de rescript. pastoralis. in fi. priuilegium autem generale statim habet effectum. & dicit Pau. ꝙ si aliud diceremus, posset euenire, ꝙ in loco essent tam paucæ ecclesiæ & tot impetrantes, quod ille qui habet generales literas, nũquam haberet beneficium, decretum ergo afficit omne beneficium, licet non omne debeatur, id est non poterit, nisi in vno consumari. simile C. qui po. in pign. hab. si generaliter. & ff. eod. qui generaliter. de hoc dixi de rescr. cum ordinem. maxime in 3. q. vbi etiam tenui hoc quod Pau. licet Fed. de Sen. in cons. 191. teneat contrarium, vt ibi dixi. Item in eod. c. solui aliud contrarium circa intellectum. c. dudum. & c. quamuis. videtur enim in illis secundum rescriptum fuisse obreptitium ex quo in eo non est facta mentio de primo. sed, vt dixi, in d. c. cum ordinem. non fuit obreptio, quia potestas generaliter per Papam tradita intelligitur sine præiudicio potestatis Papæ. & sic remanet apud eum eadem potestas quæ prius erat. sicut ergo ante potestatem traditam valuisset impetratio, & collatio facta a Papa, ita etiam nunc valet non facta mentione de illa potestate. talis enim potestas venit accumulatiue ad potestatem Papæ. Item impetratio vel collatio facta specialiter a Papa non venit ad præiudicandum potestati generaliter traditæ. sed Papa vtitur sua potestate. secus autem esset si post potestatem traditam legato generaliter aliquis impetret potestatem conferendi beneficia in certa parte legationis, tunc enim directè venit secunda gratia in præiudicium primæ, ideo non valet tacitè de prima, quod plenius dixi in dicto cap. cum ordinem. & hoc no. Quæro quomodo continuatur iste §. ad præcedens mĩsum. glo. 1. rñdet dicens secus, quia in casu isto non valet collatio ordinarij, vel alterius executoris intra mensem facta, licet ante acceptationẽ. & idẽ Pau. & Gen. quod no. Ʒ eos, qui dñt hunc. §. procedere solum quoad ordinarium, non aũt quoad alium executorem. pro continuatione aũt præcedenti facit, quia dictio, secus, est aduersatiua, ideo debet inferri per eam Ʒria dispõ: at in responso præcedenti dixi de ordinario vel alio executore. Oppo. ad hoc, quia ex quo gratia est sub conditione ante purificationẽ remanet gñalis, ergo non debet impediri dispositio specialis si beneficium specialiter confertur vel impetratur. So. Frid. de Senis stat Ʒrio in cons. 191. sed Lap. refert eundem Fride. de curia scripsisse per curiales teneri, ꝙ iste ver. respiciat superiora modo prædicto, ita ꝙ gratia [a] afficiat intra mensem etiam antequam extet conditio, per hoc quod no. de præben. si pauper. li. 6. & hoc tenet Lap. dicens quod sic, vt qñ scribitur pure decretum, statim afficit, ita ẽt qñ sub conditione cum appositione mensis. quod est verius. & de hoc dixi in d. cap. cum ordinem. faciunt hæc ad quæstionem facti in qua consului Ferrariæ. & idem postea consuluit collegium Doctorum Paduę. A. & B. clerici in eadem ecclesia impetrauerunt a Papa præbendam, quam post q̃ vacauerit intra mensem duxerunt acceptandam cum clausulis inhibitionis & decreti. secundus præbendam quæ postea vacauit intra mensem acceptauit, & per suum executorem sibi collatio facta fuit. primus autem intra mensem non acceptauit, nec aliquid fecit, quæritur an collatio facta secundo de iure valeat. ꝙ sic, arguitur multis rõnib. præcipue quia clausulæ decreti in literis primi effectũ sortitæ non sunt, ergo non impediunt. debent enim intelligi cum effectu. l. si valuerint. de cleri. non resi. relatum. cum similibus. alias rationes prosequor in consilio qđ extensè posui in repetitione c. dilectus. 2. de præb. In Ʒrium sunt aliæ multæ rõnes quas ibi posui, & præcipue pro hac parte est casus in hoc. §. ẜm intellectum, qui sumitur ex gl. 1. de quo. s̃. ea. q. & hãc partem expressius tenet Pau. hic qui format quæstionem in terminis qñ impetrans intra mensem non acceptat, & ordinarius intra eundem mensem confert. in qua dicit, ꝙ non valet collatio, quia facta tpe quo non potuit, vnde noua collatione opus est arg. de ele. bonæ. 2. & c. pen. Ad Ʒrium dic ꝙ appositio mensis operatur ꝙ clausula decreti habet effectum ẽt si gratia nõdũ sortita sit effectum, quod est mirabile. tñ æquum est vt appositio mensis aliquid operetur. in hac m̃ qõne sunt Doctores moderni tenentes aliter & vñr iuuari per vnam regulam cancellariæ ad quam respondi in d. c. dilectus. inhærendo huic. §. ẜm intellectum præmissum. & hæc nota. Secundo quæro, an hic §. locum habeat siue in forma pauperũ. siue in forma gratiæ. Pau. refert quosdã intelligere tñ in forma pauperũ, de qua præmisit. ipse vero tenet idem si gratiose, quia hæc litera loquitur gñaliter. dicit ergo curandum solummodo an decreto tp̃s adijciatur, an nõ, quia si sic, statim hẽt effectum, vt hic. & hoc tenet Rota Romanæ curiæ decisione 104. quæ incipit item. §. secus. vbi refertur Io. Cal. idem tenuisse, & alios plures. Tertio quæro, an dispositio huius. §. sit noua. vr̃ ꝙ sic ex verbo censemus. & hoc tenet Laud. dicens ꝙ potius est noui iuris constitutiua q̃ antiqui declaratiua. & sic non respicit gratias pręteritas vel pendentes, sed futuras, id est quæ post hunc §. emanauerunt. gl. autem in verbo, censemus, tenet cõtrarium & eam no. mihi magis placet opi. Laud. nam appositio mensis vel alterius tp̃is non deberet de sui natura operari id quod hic dicitur cessante hac dispositione. hæc tñ qõ hodie est nullius effectus, nisi pro intelligenda subtilitate pp̃ similia. Quarto quęro in eo ꝙ dicit de mense, quid si esset aliud tp̃s. glo. in verbo, mensem. dicit idem, quod est verum ẜm Pau. siue sit tp̃s certum & limitatum, siue non, de elec. innotuit. de præbẽ. inter cętera. nam ẜm eum aliud est decretum incertũ respectu initij & finis. s̃. proximo responso. Aliud est certum ratione principij, sed incertum respectu finis, vt d. c. innotuit. & c. inter cætera. vel si est certum respectu vtriusque, vt hic, ex hoc infertur ꝙ si mandatur prouideri de beneficio quod acceptauerit [b] intra tẽpus arbitrandum ab episcopo, erit locus huic §. quod videtur dubium, quia hic §. deuiat a regulis iuris in eo, ꝙ decretum afficit antequam gratia sit purificata, & sic non debet extendi extra suos terminos. sed pro dicto Pau. est, quia vtroque casu est eadem ratio, vt appositio temporis aliquid operetur, & sufficit quod potest fieri certum. raro tamen hoc veniet de facto, sed si eueniat, videtur verius, quod decretum ligabit etiam interim antequam episcopus arbitretur inhærendo dicto Pau. tamen subtiliter ponderando dictum Pau.

nihil

ADDITIONES.

a Vinc. God. Gratia ad beneficium vacaturum concessa alicui per cessum, vel decessum iuncta clausula, seu quouis alio modo &c. qualiter intelligatur, M. Soc. cons. 32. ex his. vers. vlterius, cum seq. l b. 1.

b Quod acceptauerit. Adde Doc. in c. tibi qui. de rescript. lib. 6.

nihil facit, quia loquitur quasi decretum est certum ratione initij, non autem finis, vt in c. innotuit. vbi Papa decernit irritũ quicquid contra fieret ante susceptionem literarum suatum, & similiter in c. inter cætera. discernit irritum ante collationẽ si qua fieret antequam esset de præbenda prouisum magistro P. his enim duobus casibus statim decretum habet effectum, licet sit incertum quantum durabit. in exemplo autem præmisso decretum non est certum ratione initij, sed pendet. nec potest habere effectum, nisi postquam episcopus arbitratus fuerit. nam quod episcopus debeat arbitrari, est conditio ex-
(a) trinseca, quæ suspẽdit. de rescrip. si pro te. & hoc verius. †Quin-
(a) to quæro, quot dies habebit mensis[a] iste ad acceptandum. Genz. dicit quod tot, quot habuit mensis, in quo facta est notificatio, ita quod si de illo erant elapsi aliqui dies, supplebuntur die sequenti. arg. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. 1. de verb. sig.
(a) cum bissextus. quod tenet glo. de elect. quam sit. lib. 6. †Sexto quæro, si sunt plures expectantes cum clausula acceptandi intra mensem, an quilibet habebit suum mensem. Genz. arguit quod sic, quia hoc habet forma literarum, nam in literis cuilibet eorum datur mensis. cum ergo non sit ambiguitas in verbis, nulla debet fieri quæstio. argu. ff. de lega. 3. l. ille aut ille. §. cum in verbis. Secundo, quia acceptatio sequentis in data facta intra mensem carebit effectu, si primus intra illum mensem acceptauerit. argu. ff. de optione leg. l. si cum optio. vbi si legata est optio seruorum, hæres de aliquo ipsorum nõ potest aliud disponere in præiudicium legatarij, ergo non valet acceptatio secundi impetrantis, nisi post mensem competẽtem primo. ff. de adult. si maritus. 2. vbi tempus non currit ad accusandum de adulterio propter maritum, qui erat impeditus, & qui cæteris debeat præferri. in contrarium, quod omnes habeant vnicum mensem, arguit Genz. quia debet occurri diuturnæ & periculosæ vacationi, quæ contingere posset si quilibet mensem suum haberet. s. eo. nulla, & eo. tit. quia cunctis. lib. 6. de elec. ne pro defectu. secundo vt seruetur forma literarum exprimens fore acceptationem faciendam intra mensem a tempore notæ vacationis, quæ forma est seruanda. de rescript. cum dilecta. de præbend. cui de non. lib. 6. sed non seruaretur si quilibet haberet proprium mensem, quia sic mensis non curreret secũdo a tempore notæ vacationis, sed a tempore non acceptationis factæ per præcedentem, & sic quo ad secundum frustratoria esset dispositio huius clem. in fi. Tertio videtur clarè probari de consuetudi. cap. fin. lib. 6. vbi omnes canonici habent vnum terminum ad optandum. & idem. ff. de adulte. si maritus præuenerit. vbi idem tempus ad accusandum de adulterio currit marito & patri, & tamen maritus potest præoccupare, quia si vult, debet præferri, vt ibi. & ff. eo. tit. l. is cuius. §. penult. Quarto, quia acceptatio facta per omnes intra mensem nulli est nociua non priori in data, nam in aduentum acceptationis suæ acceptationes eorum carent effectu, nec præiudicatur acceptantibus, quin possint aliud acceptare, ex quo primum non obtinent. arg. ff. de optio. l. c. l. secunda. in fi. & in l. quarta. & l. optione. sed prodesse potest, quia si primus non acceptauit, acceptatio secundi habebit effectum, & sic vlterius. & hoc tenet Genz. dicens quod si recte attendatur, cessant contraria. tamen ad l. si maritus. dicit quod ibi tempus mariti, qui præfertur patri in accusatione adulteræ, nõ admittitur marito impedito, quia præiudicaretur sibi, vt ibi dicitur. pro hoc l. secunda. §. fin. cum l. sequen. eo. titu. hic autem acceptatio facta per sequẽtem in data in nullo præiudicat primo, quare secus. Pau. infra. §. fi. quem sequitur Lap. distinguit an sint plures impetrantes sub eadem data an sub diuersa. primo casu habent vnum mensem. arg. cap. vlti. de consue. lib. 6. & si quæritur hoc casu quis præferatur, dicit Pau. quod si rescripta possint versari circa diuersa beneficia, vnum non impedit aliud si circa idem præferatur primo acceptans, & si est in omnibus paritas, erit electio eius ad quem spectat electio, vel collatio. de rescri. c. pen. libro 6. sed in eo quod dicit præferendum primo acceptantem, hoc non probatur in d. § penul. ibi enim dicitur de primo præsentante, nec videtur curandũ de prioritate acceptationis, cum cedat totus mensis ad acceptandum vt hic. item sufficit, quod hoc non est iure expressum, dummodo ergo vterque acceptet intra mensem, est ac si simul acceptassent, & sic est in optione habentium conferre vter præferatur. dicto cap. pen. Secundo casu quando sub diuersa data, dicit Pau. quod primus habet vnum mensem, & si intra illum non acceptat secundus, habet secundum. non enim currit primus mensis secundo, cum non possit acceptare beneficium inuito primo. argu. eo. titu. quia diuersitatem. de suppl. negl. præla. licet. quid enim si primus dicebat se nolle acceptare, & vltimo momento acceptat, vel non acceptat, quomodo potuit ante hoc scire an sibi ius competeret ad acceptandam? currit ergo secundus alius mensis a tempore quo notum est in loco primum non acceptasse. & dicit Pau. præsumi notum, nisi notum sit contrarium. fatetur tamen quod si secundus acceptat beneficium acceptatũ a primo, non nocet ei si ignoranter fecit. de præben. si beneficia. libro sexto. pro hac distinctione est, quod no. Io. An. in addi. Specu. de concess. præben. vbi plene hoc examinat & pro eadem est, quod no. Barto. ff. de adult. si maritus. 2. vbi dicit quod quãdoque pluribus competit tempus ordine successiuo, & tunc secundo incipit currere post finitum tempus primi. C. qui admit. ad bon. poss. poss. l. fi. quandoque competit simul & semel, & tunc omnib. currit etiam si aliquis eorum habeat priuilegium præuentionis. dicta l. si maritus. sic autem est in exemplo præmisso, quia quando habent eandem datam mensis, simul omnibus competit. quando vero diuersam, competit ordine successiuo. Steph. hoc relinquit disputationi dicens, quod vidit pro vtraque parte in curia pronunciari: tamen ad partem, quod habeant vnum tantum, inducit dispendium diuturnæ vacationis. & d. c. fi. de consue. & quod ibi no. in glo. pen. & d. l. si maritus. ad partem aliã inducit. ff. quis ordo in bo. pos. ser. l. fi. quid enim prodesset acceptare ex quo conferri non possit quousque primus non declarat se nolle, vel labatur mensis. ita & posterior intra centum dies qui dantur priori ad petendum bonorum possessionem, non admittitur, nisi primus sit mortuus, vel de ipsius voluntate constet. ff. de suc. edic. l. 1. §. si intra. de bonis liber. si filius. §. cum filius. Io. And. in apostillis hic dicit quod impetrantes nostri temporis acceptant sub conditione si primus non acceptauerit intra mensem, & eodem modo secundus, & sic vltra. tamen tenet quod omnes habent vnum mẽsem, cuius contrarium tenet in addi. Spec. vbi s. In. de Lig. tenet quod omnes suum mensem per c. si pluribus. in fi. de præben. lib. 6. per quod etiam mouetur Io. And. in addi. Spec. vbi s. nam in dicto c. non currit tempus secundo ad acceptandum, nisi finito tempore primi. Mihi placet, quod vnus mẽsis currit omnibus per rationes & iura. s. ad hoc inducta, & ita seruatur. vbi aduerte, quod secundo impetranti nihil obstat gratia primi quominus possit acceptare, saltem sub conditione, si primus non acceptauerit. recipit enim acceptatio conditionem cum sit nudi facti & mentis declaratoria. imo etiam pure acceptare potest, licet acceptatio sit sine effectu quousque apparebit de non acceptatione primi. secus autem est in collatione facienda ab executore, nam quo ad illam competunt tot menses quot sunt impetrantes, quia non potest executor secundi conferre, nisi lapso mense competenti primo, nisi primus ante mensem renunciet, & sic de aliis. collatio enim est actus legitimus, qui non potest esse in pendenti, nec fieri sub conditione. de elec. c. 2. lib. 6. nec conferri potest beneficium alteri debitum. de præben. si postquam. lib. 6. pro hoc decis. Rotæ. Item si habens gratiam in forma dignum. vbi deciditur, quod licet valeat acceptatio ante purificationem gratiæ, non tamen valet executoris collatio. quod vltimum bene probat hæc cle. in precedenti responso, vbi ante purificationem gratiæ liberè potest beneficium conferri, & sic non cadit sub executoris potestate. Ad iura contraria dico, quod omnia loquuntur in iure quod pluribus defertur secundum gradum, sicut est in edicto successorio, quia hereditas defertur proximioribus, ideo quãdiu deliberat, qui est prior in gradu, non currit tempus ei, qui est posterior, quia non potest velle cum effectu esse hæres. & si declaret in hoc suam voluntatem, declaratio foret nulla. ff. de inoffic. testa. filio. §. contra tabulas. de bonis liber. si filius. §. cum filius. de successo. edicto. l. 1. §. si intra. sic loquitur cap. si pluribus. præallegatum. loquitur enim de eo cui collata fuit dignitas vel prebenda in ecclesia in qua plures vacant, quo casu quandoque competit ordinario collatori potestas eligendi intra decimum, quæ dignitas vel præbenda debeatur. & si non eligit deuoluitur ad impetrantem, & sic totum tempus cedit collatori, quod est ideo, quia facta deliberatione statim radicatur ius impetrantis super beneficio sibi relicto. & sic si intra decimum primum declararet impetrans suam intentionem, aut declaratio esset sine effectu, & tunc frustratoriè fieret: aut valeret, & tunc excluderetur per eam ius competens collatori. frustra enim ammodo declarat mentem suã, cum gratia impetrantis iam esset reducta ad speciem & consecuta effectum. in acceptatione autem de qua loquitur hic, non agitur, vt per eam aliquod ius applicetur impetrãti, neque acceptatio est ius aliquod quod deferatur per gradus, sed

est

ADDITIO.

a Quot dies habebit mensis. Adde glo. in c. quam sit. de elec. lib. 6. & in l. cum bissextus. ff. de verb. sign. & in auth. iubemus. C. de iudi. in l. senatus. in gl. in verbo, sexaginta. C. de iure delibe.

Vinc. God. Adde Alex. in d. l. cum bissextus. ff. de verb. sign. & in l. 2. C. de temp. ap. & ibi DD.

eſt nuda declaratio voluntatis præparans viam collationi fa-
ciendæ per executorem. aliud eſt autem in collatione execu-
toris, vt dixi ſ. ead. qō. quia per collationem radicatur ius in
perſonam eius cui fit collatio ipſo acceptante. collatio enim
tribuit ius in re. de conceſſ. præben. c. fin. in fi. lib. 6. Ad aliud
quod dicebatur, ꝙ fruſtratoria eſt acceptatio ſecundi ex quo
intra primum menſem nō poteſt fieri collatio, dic quod imo
eſt vtilis ad declarandam intentionem impetrantis, vt ei poſ-
ſit fieri collatio tempore debito, & vt ſatisfiat huic cle. in fine.
4 †Septimo quæro, ſi impetrans in forma pauperum petijt in-
tra menſem purificari conditionem ſuæ gratiæ, & in hoc fe-
cit omnem diligētiam, ſed per executorem ſtetit, ipſe autem
impetrans intra menſem acceptauit. decidit Rota deciſ. 20. ꝙ
valeat acceptatio, adeo ꝙ etiam elapſo menſe ordinarius al-
5 teri conferre nequit. quod eſt ſingulare & nouum. † Octauo
quæro, an expectans poſſit acceptare poſt menſem beneficiū
adhuc vacans. glo. in verbo, menſem. ibi, ſed quæritur. arguit
quod ſic per regulam, quod ob gratiam. lib. 6. & per c. ſi abſen-
ti. de præben. eo. lib. tamen tenet, ꝙ ſi clauſula reſeruationis &
poteſtas executoris adiungitur beneficio vacaturo, quod acce
ptabit impetrans intra menſem, vt hic in tex. & in forma poſi
ta in princ. huius glo. non poſſit beneficium acceptare, vult
dicere, ꝙ tunc tempus menſis reſtringit poteſtatem acceptan
di, & conferendi, ita ꝙ poſt menſem neutra valet. nam in for
ma poſita hic in gl. in princ. Papa reſeruauit beneficium quod
intra menſem impetrans acceptaret, & de illo dedit executo-
ri poteſtatem conferendi, ergo ſecus de alio. fatetur tamē glo.
ꝙ poſſet eſſe talis forma, ꝙ valeret acceptatio, & collatio poſt
menſem, quod dic vt in glo. ibi fateor tn̄. vſque ibi, ſi autem. &
in ea. ibi, ſi tibi abſenti. Stepha. alle. ff. de ceſſi. bono. is qui. facit
quod no. Archi. eo. tit. ſi capitulo. lib. 6. ibi, opinioni contrarię.
ſimile quod no. de tempore adiecto perceptioni, vel vacatio-
ni. de reſcript. ſi propter. lib. 6. & cum hac glo. tenet Pau. pro
a primo dicto, ꝙ non poſſit poſt terminum acceptare quando
terminus fuit ſtatutus acceptationi, & executoris poteſtati. in-
ducit quod no. 27. quæſt. 1. ſi homo. in fi. vlti. glo. & de offic. de-
lega. de cauſis. dicens ꝙ licet in c. de cauſis. poſſit per partes iu-
riſdictio prorogari vltra terminum, non ſic tamen poteſt per
impetrantem prorogari poteſtas executoris vltra terminū. ad
regulam, quod ob gratiam. reſpondet aliter quam glo. dicēs,
quod loquitur in caſu ſuo ſpeciali. & quando fauoris expreſ-
ſo termino non expirat, vel perditur per negligentiam ſicut
electio, & collatio. eo. tit. c. 2. de ſup. neg. præla. licet. & cap. ſeq.
tacite enim videtur dixiſſe, quod poſt terminum poſſit con-
ferri, & ſic tacitum ſuppreſſum a contrario expreſſi habetur
pro expreſſo. ff. de teſti. l. ex eo. de præſumpt. nonne. ſic in caſu
noſtro expreſſum non retorquetur in damnum, ſed tacitum.
hæc ſolutio, licet alia ſit in verbis a ſolutione glo. eſt tamen ea-
dem in effectu, quia ſicut gl. dicit ꝙ hoc operatur forma man-
dati, vt non habeat locum regula, quod ob gratiam. ita etiam
hoc vult ſolutio Pau. quod hoc operatur forma mandati. Gē-
ze. etiam tenet idem cum glo. & pro primo dicto, ꝙ vltra mē-
ſem non poſſit præbenda acceptari, nec conferri, inducit quia
adiectio temporis facta ad acceptandum, reſtringere videtur
poteſtatem acceptandi, vt vltra illam acceptare nō poſſit, qui
intra tempus fuit negligens. argu. ff. de arbi. Celſus. de actio. &
ob. l. traiectitiæ. §. de illo. C. de contrahen. & commit. ſti. ma-
gnam. quaſi lapſu temporis ſemel negligentem ab acceptan-
do repellat, argumentum quaſi expreſſum. ff. de lega. 2. ſtatu-
liberum. §. Stichum. de condi. & demon. ſi in diem. & clarius
ff. de fideicom. liber. Thais ancilla. §. intra. cum ibi no. pro hoc
ff. de vulg. & pup. ſi ita quis ſubſtituerit. de bo. poſ. contra tab.
l. 2. §. ſi prius. alias enim contingeret violari voluntatem appo-
nentis tempus, qui videtur voluiſſe poſt tempus impetrātem
excludere ab acceptando. argu. ff. de vulg. & pup. ex facto. §. itē
quæro. & l. qui plures. duraret enim tunc tempus acceptandi
vltra tempus a ſuperiore præfixum, contra iura prædicta &
ſimilia. & hoc idem tenet Rota per hanc rationem, deci. 333.
Item quod habens authoritate apoſtolica canonicatum, &
hoc intelligendo quod expectans non fuerit creatus canoni-
cus a Papa. ſi vero fuiſſet factus canonicus, tunc dic vt in ſeq.
q. ad regulam, quod ob gratiam. reſpondet Gen. vt dixi ſ. ead.
q. ſm glo. ꝙ hoc operatur forma mandati. vel ſm eum poteſt
dici ꝙ tempus ad acceptandum non ſimpliciter apponitur fa
uore impetrantis, ſed tantum quo ad quid, ſed vt intra illud
tempus ligatæ ſunt manus ordinarij, ne conferre poſſit quod
alias poterat. eo. titu. c. 1. lib. 6. in hoc autem non eſt in ſui fauo-
rem. quia cenſetur adiectum, vt eo elapſo non admittatur ac-
ceptans. ſi enim admitteretur. non eſſet differentia inter ha-
bentem poteſtatem acceptandi tēpore limitatam & habentē
non limitatam, quod eſt abſonum. dicit ergo Genze. ꝙ eſt qd
imputetur non acceptanti intra tp̄s, quia poſt tp̄s non pote-
rit ſibi conferri ex quo neglexit vti gratia, quia per talem ne-
gligentiam extincta eſt. argu. ff. de ſucceſſo. edic. l. 1. §. de quib.
de præben. ſi clericus. lib. 6. nam executor habet poteſtatē cō-
ferendi acceptatum intra tp̄s, ergo non aliud. alias verba re-
ſcripti non ſeruarentur. contra id de reſcrip. cum dilecta. de
priui. porro. ad cap. ſi tibi abſenti. reſpondet ꝙ ibi re integra fit
acceptatio de beneficio, quod per collationem deſierat eſſe
liberum. tenet ergo acceptatio collatore in eadem volunta-
te manente, argu. de procu. licet. lib. 6. ff. ad Tertul. l. filij. §. fina.
& in eadem voluntate durare videtur, donec appareat de cō-
trario. argu. de bapti. maiores. §. vlt. ff. de lega. 3. fideicom. §. ſi
rem. de proba. l. eum qui. in quæſtione autem præmiſſa per
nullum factum alicuius deſierat beneficium eſſe liberum ex
quo fuit negligens in acceptando intra tempus. ſibi ergo im-
putet, quia vigilantibus &c. ff. quæ in fraudem credi. pupillus.
maxime quia reſcripta beneficialia tanquam ambitioſa re-
ſtringenda ſunt. de præben. quamuis. 1. lib. 6. Oppo. ad hoc. ff.
de optio. lega. l. mancipiorum. vbi poſt tp̄s ſtatutum ad optan
dum poteſt quis optare re integra. ſoluit Genz. ꝙ vbi non fuit
tempus adiectum a teſtatore, alias vltra non fuiſſet admiſſus.
ff. de leg. 2. ſtatuliberum. §. Stichum. ſed a iudice ideo fauore
vltimæ voluntatis poſt tempus admittitur optans re integra.
hic autem fauor conſiderari non poteſt hoc caſu, nam in ca-
ſu l. mancipiorum. non infringitur voluntas teſtatoris per op-
ptionem factam poſt tempus ex quo teſtator non limitaue-
rat tp̄s, hic autem infringeretur voluntas mandantis, qui tp̄s
appoſuit. & de intellectu huius l. no. infra de verb. ſig. cle. ſæpe.
ver. eo ſaluo. in gl. vbi ergo. & dixi de fide inſtru. cum dilectus.
Opp. ad idem. ff. de iure delibe. ſi quis ſuus. de mino. & ſi mi-
nor. §. Sceuola. C. de repu. hæred. l. vlt. in quibus inſtitutus repu
diauit hæreditatem ad eam adeundam admittitur re integra.
Sol. Genze. quod ibi fuit tēpus præfixum a teſtatore ad adeun-
dum, ſicut etiam hic fuit ad acceptandum. Item ſi eſt fauor vl
timæ voluntatis, ne pereat hæreditate nō adita, cum ex ea re-
gulariter legata non debeantur. ff. de his quæ in teſta. delen. l.
proxime. C. de fideic. eam quam. & quia intereſt defuncti ha-
bere ſucceſſorem. ff. de interro. actio. l. & quia. ne aliquis iniu-
ria afficiatur. Inſti. ex quib. cau. manu. non licet. §. 1. talia autē
non poſſunt in caſu noſtro conſiderari, & pro intellectu præ-
dictorum in hac quæſtione faciunt, quæ dico in ſequenti q̄ſt.
6 Nono † Quæro, ſi ſm nouam formam Papa dat canonicatū
& circa præbendam dat beneficium acceptandi intra men-
ſem. glo. ea. in ver. menſem. ibi, ſi aūt ſm nouam. dicit ꝙ tunc
licet reſeruatio & poteſtas executoris adiungatur præbendæ
acceptandæ intra menſem, ita ꝙ ex vi reſeruationis acceptari
vel per executorem conferri non poteſt, tamen ex vi canoni-
catus ſi nullus ibidem expectat poſt menſem, ſibi petenti cō-
ferri debet per ordinarium, & cum decreto, ita quod alteri fa
cta collatio non tenet, per c. ſi clericus. de præben. lib. 6. dicit ta
men glo. hoc caſu poſſe dici contrarium. & rationem diuerſi
tatis ponit inter hanc formam & caſum c. ſi clericus. quia ibi
expirauit poteſtas executoris, hic autem durat quo ad aliam
quæ vacabit ſi acceptabitur intra menſem. nil ergo mirum ſi
ordinarius ibi aditur. dicit etiam gl. ꝙ ſicut ordinarius ibi adi-
tur. dicit etiam glo. ꝙ ſicut ordinarius non habet ibi poteſta-
tem ſuper neglecta, ita nec hic. & ſic vr̄ gl. facere differentiam
quo ad aliquid, & ſimilitudinem quo ad aliud. glo. inter caſū
c. ſi clericus. & caſum præmiſſum. vnde ꝙ dicit poſſe dici con-
trarium, intelligitur quo ad hoc quod in caſu præmiſſo præ-
benda neglecta non debeat conferri per ordinarium, ſicut
confertur ibi. non autem intelligas, ꝙ non debeatur impetrā-
ti. ſic dicit Io. And. ſuper hac glo. vult dicere, ꝙ ex quo iſte erat
canonicus affecta ſunt præbenda, ita ꝙ ſibi debetur, licet negle
xerit intra menſem acceptare. quod intellige ſm diſpōnem c.
ſi clericus. qn̄ non erant alij expectantes, quod ēt dicit hæc gl.
& ſ. ead. q. dixi. & hoc tenet Rota in deciſ. quam allegaui. ſ. q.
proxi. Lap. pro hoc inducit quod no. de exceſ. præla. inter dile-
ctos. & dicit hoc quod dixit glo. debere intelligi verum quan-
tum ad hoc vt expectanti conferatur præbenda neglecta. di-
cit tn̄ ꝙ ordinarius libere pōt alteri conferre ſi non eſt alius
expectans in eccleſia, & ꝙ p̄t ēt eidem negligenti conferre ſi
velit, licet ille actionem non habeat ad eam petendā. & idem
tenet in dicto c. ſi clericus. vbi dicit, ꝙ licet præbenda negle-
cta non debeatur ex debito impetranti, ſed alia ſic, vt in d. c. ſi
clericus. non tamē tollitur quin ex ſua libertate poſſit ordina-
rius ei conferre. & de hoc vult Lap. ꝙ præbenda neglecta non
remanet

ADDITIO.

a Quod non poſſit poſt terminum. Adde Feli. in c. cum inferior. de ma. & obe. in 3. col. veri. ſed ſi delegatus.
Vinc. God. Terminus alicui aſſignatus qualiter ſit intelligendus. Ruy. conſ. 128. nu. 7. lib. 5.

remaneat affecta propter canonicatum. in contrarium facit quod dicit Io. Andr. in eo quod s. dixi post cum, eum ad glo. ibi posset dici contrarium, supplet. s. quod non debet conferri per ordinarium, non autem ꝙ non debeatur impetranti, & hoc videtur tenere Rota in deci. allega. in proxima q. vbi concluditur, quod iste qui erat factus canonicus a Papa, potest post mensem acceptare præbendam si non est alteri collata. Ex quibus verbis apparet esse de mente illius decisionis, quod post mensem præbenda non remanet affecta pro primo, ex quo acceptare potest ab alio, in quo vr̃ dicendum ꝙ indistincte post mensem non potest impetrans se impedire de tali præbenda: nec est verum, ꝙ collatio canonicatus sibi facta afficiat præbēdam simpliciter, sed eam solam quam intra mensem acceptat, quia limitata collatio canonicatus respectu pbendæ, quam acceptauerit intra mensem quo ad illam est perinde ac si non fuisset canonicus. ꝙ autem illa præbenda non potuerit conferri per ordinarium, vel per fm executorem intra mensem, non fuit ex eo quia esset affecta, sed ex adiectione mensis, quæ operatur, vt hic. & sic declaraui hanc glo. cuidam Doctori de ipsa me interrogāti per literas, & per hoc dico, ꝙ verum est, quod dicit Lap. ꝙ ordinarius potest neglectam libere conferre cui vult. dico etiam ꝙ posset eam conferre expectanti in casu c. si clericus. licet non teneatur, vt ibi. quod latius dico. s. eadem q. in casu aūt huius clementinæ videretur eodem modo ꝙ ordinarius eam conferre possit expectanti, licet non teneatur. & hoc si alteri non debeatur, tunc tñ non dicetur apostolicus, sed capitularis. qñ enim Papa fm nouam formam creat canonicum, non intendit ꝙ præbenda primo vacatura afficiatur, tunc enim esset locus c. si clericus. sed intendit, & ita exprimit, ꝙ afficiatur præbenda, quam acceptauerit intra mensem. vnde acceptatione non secuta collatio canonicatus nihil operatur quo ad hanc præbendam, & ideo non est vera illa particula glo. quæ dixit, vt supra dixi in hac quæstione, ꝙ si nullus ibidem expectat, etiam post mensem debeat per ordinarium hæc præbenda expectanti petenti conferri, & cum decreto. i. ꝙ alteri facta collatio non tenet, quia imo tenet, vt prædixi, quia præbenda nullatenus est affecta. nec est verum ꝙ etiam intra mensem fuerit affecta ex vi canonicatus, vt prædixi, sed solū ex vi decreti cum adiectione mensis. ex hoc dico ꝙ multum refert hanc formam, & casum c. si clericus. ibi enim in secundo responso vacans non potest per ordinarium conferri alteri, quam expectanti, qui receptus erat in canonicū, & primam quæ vacauerat negligenter omiserat acceptare. ipsi enim negligenti primam debetur secunda quando ibi non sunt alij expectātes, & hoc iden, quia cum sit canonicus, debetur sibi præbenda nulli alteri de iure debita: primam autem quam negligit, petere non potest, quia iam in illo quæsitum est ius ordinario conferendi eam cui vult. posset tñ, vt dicit Lap. ordinarius si vellet etiam conferre primam expectanti. & dic ꝙ quo ad scdam nulli de iure debitam expectās obtinebit eā ab ordinario authoritate apostolica per d. c. si clericus. vbi dr̃ ꝙ alteri facta collatio non tenebit. sed in casu præmisso ex quo gratia durat quo ad aliam præbendā q̄ expectans acceptabit intra mensem, ordinarius non habet secundam conferre expectanti, sed executor. itē in illa pferet oīb. expectantib. sicut præferre debuit in prima si eā acceptasset. sed si ordinarius collator vellet conferre isti primā neglectā, posset, vt dixi s. ea. q. sicut eā conferre pt cuilibet extraneo, nullo tñ iure eā petere pt. ex quib. oīb. concludit ꝙ acceptatio facta post mensem nullius est effectus. concludit etiam ꝙ id quod dicit glo. hic in fi. non est verum in eo, ꝙ dicit, ꝙ nec in casu c. si clericus. nec in casu isto ordinarius hēt ptātem super neglecta, quia imo pt eam libere conferre cui vult, nisi in casu quo sint alij expectantes quorum gratiæ afficiantur, & ad illū casum forte se retulit glo. licet inspiciendo verba eius videantur velle ꝙ ex quo expectans est canonicus, debeatur sibi præbenda neglecta si nullus ibidem expectat. ꝙ non est verum, quia non debetur licet ei conferri possit, vt prædixi. Decimo quæro, an expectās in forma de qua hic, possit acceptare primum beneficium incertum quod vacabit. glo. in verbo, notitia, dicit quód non. & in ea ibi, quod vacat. de hoc no. de præben. si postquam. lib. 6. in glo. 3. ibi. eo. tit. verbum erit. idem no. de ali. iud. mu. c. t.

SVMMARIVM.

1 *Aut dictio, facit alternatiuam.*
2 *Collatio beneficij si fiat procuratori expectantis an sufficiat, vt per hoc videatur expectans acceptasse.*
3 *Procurator laicus an possit acceptare beneficium pro expectante.*
4 *Procurator habens mandatum ad acceptandum beneficium, an possit acceptare dignitatem.*

1 a **§. Quinetiam.** †No. de dictione, aut, [a] quæ facit alternatiuam, in qua sufficit alterum
esse verum. de hoc in glo. 3. pro hoc de rescr. cum inter. Secun
b do no. ꝙ tacens [b] habetur pro cōsentiente. sufficit enim quod
hic præsens recipiat collationem, & sic prodest taciturnitas.
alibi nocet. de his quæ fi. a ma. par. ca. ex ore. 2. q. 7. plerunque.
vbi de hoc. 12. q. 4. dicat. 29. q. 2. si quis. 27. dist. c. 2. Tertio not.
duos modos tacitos acceptandi præbendam vacantem. modum autem acceptādi vacaturam, no. Archi. eo. tit. ne captandæ. lib. 6. in glo. hæc forma. Oppo. ꝙ si impetrans petit beneficium sibi conferri, non debeat admitti, sed reijci tanquam ambitiosus. de elec. qualiter. Sol. Pau. ꝙ non est ambitiosus, quia ius suum prosequitur sicut nominatus in scrutinio, qui petit eligi. de elec. publicato. & electus qui petit confirmari. de elec. dudum. 2. & cōsecratus in episcopum qui petit pallium, vt no. 100. dist. prisca. Secundo op. quia videtur tex. velle ꝙ ac
c ceptatio beneficij [c] debeat fieri in præsentia executoris in eo,
ꝙ ponit duos modos acceptandi, in quorum vtroque executoris pñtia requiritur, cum tñ etiā in eius absentia fieri possit, vt no. eo. titu. c. 1. lib. 6. ad fi. Sol. vt in gl. in verbo, executorem. ex qua dic, ꝙ licet quo ad duos modos de quibus hic, requiratur executoris præsentia, nō tollitur, quin etiā in absentia fieri posset. in quo dicit Pau. ꝙ acceptatio tacita requirit executoris præsentiam, vt hic. expressa non, vt in ꝯtrio. & idem Gen. & Pau. ꝙ acceptatio facta in absentia executoris impedit collationem ordinarij, & alterius executoris qñ est decretum appositum cum termino. s. §. proxi. secus si non esset decretum, quia tunc debet fieri in pñtia executoris, & per eum approbari. dic etiam, ꝙ tunc oportet, ꝙ purificata sit gratia. s. ea. cle. in princ. Quæro cuius vtilitatis sit iste §. Sol. vt in glo. 1. & idem Pau. &
2 Genz. †Secundo quæro, si collatio fit procuratori expectantis,
an sufficiat vt per hoc videatur expectans acceptasse. gl. in verbo, præsenti dicit ꝙ sic. Et idem Pau. Oppo ad hoc. ff. de verb. oblig. l. vlti. in prin. & l. si stipulatus fuerim. in princ. glo. ca. sol. ꝙ illæ leges non loquuntur in procuratore, dicitur autem in dicta l. si. ꝙ si filius vel seruus stipulatus sit rem illam aut illam vtram ego velim, non pr̃ aut dns, sed filius vel seruus habet eligere de alterutro. & idem venit, l. si stipulatus fuerim. vbi idē dr̃, ex quo hr̃ ꝙ electio est personalis, quod dicit d. l. si stipulatus. videtur ergo non posse expedire per procuratorē, sed glo. vt prædixi, dicit ꝙ non loquuntur in procuratore. vult dicere ꝙ in illis legibus possit electio fieri per procuratorem. nec diceretur expressa persona, quia qui per alium facit, per seipsum facere dicitur. de sent. excom. mulieres. regula, qui per alium.
3 lib. 6. †Tertio quæro circa dicta in proxi. q. an talis procurator
possit esse laicus. videtur ꝙ sic. de procu. c. 1. li. 6. nudum enim consensum exprimit nomine alterius. vnde sicut quis potest contrahere tāquam procurator matrimonium carnale cum illa cum qua non posset nomine suo, ita dēt esse & in spirituali, & econuerso. de translatio. c. 2. 7. q. 1. sicut. in contrarium de procu. clem. religiosis. vbi sicut religiosus prohibetur esse procurator, sic non potest alium substituere. sic ergo laicus qui non posset acceptare beneficium nomine suo tanquam incapax, non posset etiam alieno. Pau. soluit distinguendo, & corrupta videtur scriptura, sed considerato effectu dicit ꝙ quandoque loquitur de potentia compulsiua. i. per quam quis agit contra aliquem vt ad aliquid compellatur: quandoque de receptiua & executiua. primo casu loquitur regula, quod alicui, lib. 6. ꝙ id ꝙ licet nomine suo, non licet alieno, & hoc si prohibetur ratione delicti. & si prohibitio parit exceptionem peremptoriam, tunc enim prohibetur per alium etiam cessionarium. secus si parit dilatoriam punitoriam personæ cōtractu & iudicio in toto non mutato, de quo remittit ad qōnem vsurarius, per se disputatam, vbi de vsurario, qui cessit nō vsurario actionem ad repetendas vsuras, quas alteri dederat, distinguit, cum quæritur an personalis exceptio doli, vel alia obest cessionario, quia aut loquimur de exceptione dilatoria iudicij contra iudicem vel partem, quæ proprie est personæ
per-

ADDITIONES.

a De dictione, aut. Adde glo. in c. 1. de reb. eccl. non alien. l. si ex toto. in §. 1. de lega. 1. l. Titio. de leg. 2. l. stamlib. in §. fi. eo. tim. l. ille aut ille de lega. 3.
Vinc. God. Aut quandoque est aduersatiua, quæ conditionem inducit. Cor. cons. 200. circa litera A. lib. 2.

b Quia tacēs. Adde tex. & ibi Dy. & Io. An. in merc. in regula, qui tacet. de reg. iur. lib. 6. glo. in c. 1. in ver. tacuit 27. dist. tex. & Doct. in c. si seruus. 54. dist. Inno. in c. 1. de postu. & in c. in generali. de elect.
Vinc. God. Vide decis. Neap. 58. & Soc. in cons. 46. & cons. 148. num. 37. lib. 2.

c Quia acceptatio beneficij. Adde Archi. Io. Mo. & Domi. in c. 1. in §. econtra. eo. tit. lib. 6. Domi. in c. ne captandæ. eo. tit. & lib.
Vinc. God. Acceptans aliquid dicitur cum omnibus qualitatibus acceptare, Soc. cons. 1. nu. 15. & cons. 15. nu. 6.

peremptoria cõtractu & iudicio in totum non peremptorio, aut de peremptoria contractus vel iudicij. primo casu non obstat cessionario, sed extinguitur cum persona principali, quia in odium personæ intelligitur inducta, pro hoc qui ma. accu. pos. cum in tua. de offic. deleg. iudex. lib. 6. vbi delegantis recusatio non transit ad delegatum, qui tamen vtitur authoritate delegantis. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. & quia. secundo casu aut cessionarius vtitur adminiculo sui authoris, aut non: si sic, patitur omnem exceptionem in rem siue habeat causã lucratiuam, siue non. ff. de publicia. l. prima. §. si ego. si non vtitur, secus. ex hoc infert Pau. ibi, quod si ageretur ex testamento vsurarij manifesti, obstaret exceptio. de vsur. quamquam. lib. 6. quasi velit dicere, quod tunc cessionarius vteretur adminiculo sui authoris. & sic secus quãdo cessat tale adminiculũ, vt in præmissa quæstione, & in eo quod dixi supra ead. quæst. de prohibita ratione delicti, dicit hic Pau. idem si prohibetur ratione rei, vel mixti. secus si ratione defectus intelligentiæ, vt in furioso, cui acquiritur per alium, quod per se non potest. ff. de acqui. pos. l. prima. §. item acquirimus. de vsucap. Labeo. in fi. vbi glo. dicit autem Pau. quod in casu nostro loquimur de potentia executiua & receptiua, & sic est locus secundo membro distinctionis prius factæ, quo casu distinguit idem Pau. quod quandoque faciens nomine alieno, facit aliquid nomine proprio, aliquando nihil. primo casu, quia non potest suo nomine nec alieno, sic intelligitur de cle. religiosus. quia substituendo vtitur sua voluntate proprio nomine intantum, quod dicitur ille suus substitutus. cum ergo fuerit per se non capax, 12. q. 1. non dicatis. nec etiam potest in alium transferre. & ad cap. 1. de procura. lib. 6. respondet Pau. remittendo ad ibi no. si autem nihil facit nomine suo, tunc licet proprio nomine non possit, potest tamen alieno. ex hoc infert Pau. in quæstione præmissa, quod quamuis laicus non possit pro se acceptare beneficium, tamen potest pro alio, & illi acquirit ex collatione absque cessione, pro hoc quia non reperitur prohibitum. & de hoc de præben. accedens. & dicit Pau. quod ex collatione acquiritur domino vtile, & directum dominium absque cessione. simile quod notat Innoc. Hostien. & Comp. de elect. ꝙ sicut. & quod no. de iurepatro. postulasti. de laico habente collationem præbendarum ex concessione Papæ, quia inuestitus ab eo non consequitur aliquid spirituale ab illo, sed a consecratore vel alio confirmatore, vel alio ministro ecclesiastico. & de hoc. 63. dist. Adrianus. de testi. dilecto. de præben. dilectus. 3. & quod no. Archid. 10. distin. imperium. dicit etiam Pau. ꝙ huic procuratori sufficit generale mandatum ad acceptandum beneficium, alias procurator generalis non acquirit absenti beneficium, sicut hæreditatem temporalem. nec etiam coniuncta persona hoc potest, quia licet a lege admittatur persona coniuncta ad agendum, lex tamen non constituit procuratorem. ff. iudi. sol. l. 1. §. 1. de procur. non solum. §. si de dote. facit quod no. Specu. de coniuncta persona. vers. quid ergo. vbi dicit quod coniuncta persona non admittitur, nisi quando admittitur procurator generalis. Oppo. ad hoc de rescript. nonnulli. in fi. de restitu. in integr. constitutus. & quod ibi no. in 1. glo. Solu. Pau. quod c. nõnulli. loquitur in casu speciali quando deficiente ratihabitione cessat interesse aduersarij. dic vt ibi dixi, quia ibi admittitur coniuncta persona super eo quod exigit speciale mandatum, quia sic reperitur expressum ibi, alias secus, vt in pluribus proxime allegatis, & pro prę
4 dictis est, quod no. de offi. deleg. coram. in gl. 1. †Quarto quæ
a ro circa hoc, an habens mandatum [a] ad acceptandum beneficium possit acceptare dignitatem. Sol. Pau. ꝙ sic, per ea quæ no. de rescript. sedes. Oppo. ad hoc, de præben. c. vlti. Sol. ibi in odiosis & restringibilibus, sicut sunt rescripta beneficialia, & eodem modo respondet ad clem. non potest. de procura. sed contra hoc est, quia etiam mandatum procuratorium est restringibile. de offic. deleg. cum olim. dic ꝙ imo: tamen restringitur intantum, ꝙ verbum beneficium non comprehendat dignitates prout de sui natura comprehendit. de verb. sig. tua. in rescriptis autem beneficialibus determinatũ est contrariũ ratione prædicta. sunt enim magis restringibilia quam mandata procuratoris. de præb. quis. 1. & c. cui de non. lib. 6.

A D D I T I O.

a Habens mandatum. Adde Dy. in regula, in generali de reg. iu. lib. 6. Vinc. God. Adde quia sicut mandatum legati est stricte interpretandum Bart. Soc. cons. 60. viso. vers. 2. probatur lib. 1. ita in hoc casu.

S V M M A R I V M.

1 *Vacationes diuturnæ beneficiorum sunt restringendæ.*
2 *Fraudibus est obuiandum.*
3 *Papa interpretatur se scire, siue sciuerit, siue ignorauerit.*
4 *Ecclesia & locus qualiter differant.*
5 *Sciens quis præsumitur quando agitur de eius commodo.*
6 *Scire qui potuit, & non sciuit debet eidem imputari.*
7 *An autem contra hanc interpretationem debeat admitti probatio.*
8 *An autem hæc præsumptio sciendi, locum habeat in casu c. si clericus. de præben. lib. 6.*
Adde ad idem nu. 9. 10. & 11.
12 *Et an hæc cle. locum habeat in eo cui facta est gratia motu proprio.*
13 *Impetrans misit procuratorem ad locum beneficij, vt sciret si beneficium vacat, procurator autem mortuus est ante vacationem ignorante impetrante, qui propter hoc omisit intra mensem acceptare.*
14 *Impetranti autem an mensis ad acceptandum currat ei ante habitas literas.*

1 §. Cæterum. †No. ꝙ occurrendum est diuturnis vacationibus: sunt enim periculosæ, de ele. ne pro defectu. pp periculum tpalium & spiritualium. eo.
2 tit. nulla. de elec. cum inter vniuersas. & d. c. ne pro defectu. †Se
c cundo no. obuiandum fraudibus [c], de rescrip. sedes. de diuor. quanto. ff. de rei vendica. in fundo. & sm Pau. poterant committi fraudes si dixissent se ignorasse vacationem cum sciuissent, & pro eis faciebat præsumptio si non erant habitantes illius loci. regula, præsumitur. lib. 6. Tertio no. occurrendum litibus. de dolo & cõtuma. finem. & c. venerabilis. de re iudi. iur-
3 gãtiũ. C. de agri & censi. litibus. lib. 11. †Quarto no. interpretationem Papalem per quam interpretatur quem scire, siue sciuerit, siue ignorauerit. de diuersis interpretationib. no. glo. de postul. præla. c. 1. sic & alias interpretatur & fingitur matrimonium carnale cõtum esse. de sponsa. is qui. Item spirituale. de reg. vidua. 27. dist. quod interrogasti. sm Lau. qui dicit ꝙ Papa potest voluere mẽtes hominum, prout vult, cum nedum corpora & res, imo etiã animę omnium Christianorum in ipsius ptãte consistant. de transla. c. 1. de re iudic. cle. pastoralis. quia talia omnino subiacent eius dispositioni. de conces. præben.
4 proposuit. & de ptãte Papæ ibi no. †Quinto no. differentiam inter locum & ecclesiam. locus. n. hic accipitur pro oppido, vel villa vbi sita est ecclesia. Sexto no. ꝙ sufficit in hoc casu vacationem esse notam in ecclesia etiã si non sit nota in loco. de hoc in glo. antepen. & hoc pp alternatiuam, in qua sufficit alterum esse verum. de rescrip. inter. Instit. de hæredi. insti. §. vlti. dẽt aũt esse publicè nota, vt in litera, ex qua nota, ꝙ non sufficit ꝙ sciatur ab aliquibus, sed oportet ꝙ publice sit nota, id est omnibus, qui non fuerint negligẽtes in inuestigando. de hoc simile habes de elec. cle. cãm. §. verum. & dicit Lau. illud publicum, ꝙ nemo ignorare põt. 16. distinctio. quod dictus. de hoc
5 no. glo. de exec. exceptionem. †Septimo no. ꝙ cum agitur de commodo alicuius, pręsumitur sciens, nisi probetur ignorãs. ex hoc colligit Laud. casum in quo non licet ignorare factum sicut nec ius, ꝙ dicit Genz. contingere ex iuris fictione per quod fingitur ẽt scire factum alienum quod publice factum est, & hoc ẽt si sit absens, licet regulariter absens præsumatur ignorare. qui mat. accu. pos. c. fi. Item alias regulariter in facto alieno præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia. ff. de proba.
6 l. verius. regula, pręsumitur. lib. 6. †Octauo no. ꝙ imputatur ei, qui scire potuit. de hoc in glo. vlt. facit ff. de iur. & fac. igno. regula. Nono no. ꝙ Deus dr̃ scire id, quod per alium inuestigare potuit, pro hoc quia hoc casu potuit impetrans per alium facere sibi beneficium conferri, vt dixi s. in §. proxi. quæs. 2. & 3. Opp. ꝙ tempus vacationis debeat computari a die notitiæ. eo. tit. quia diuersitatem. gl. penul. dicit ꝙ quo ad hunc casum inductus est hic rigor ꝙ mensis currat ẽt ignoranti. cuius rationem tangit ẽt eadem gl. ante fi. ibi, sed dato. dicens ꝙ licet hic subsit impossibilitas, tñ circa alia beneficia non perdit priuile-
7 gium acceptãdi, & ex hoc tẽperatur iste rigor. quod no. †Quæro an contra interpretationem hanc admitti debeat probatio. Lau. ꝙ non. cum sit præsumptio iuris ipsum debere scire, quæ ratio non sufficit, nam contra præsumptionem iuris bene admittitur probatio, vt no. de spon. is qui. sed dic ꝙ potius est fictio, vt dixi in 7. no. & contra fictionem non admittitur, nisi probatio. d. c. is qui. dicit autem Pau. ꝙ contraria probatio nõ admittitur, nisi probare vellet impedimentum quod excluderet omnem possibilitatem scientiæ, & hoc idem tenet glo. pen. in fi. & vr̃ hoc vltimo casu, ꝙ tempus mensis non currat. quod facit ad id quod dico j. q. 7. Secundo quæro, si locus vbi sita est ecclesia, caret habitatoribus, vbi attenditur notitia. gl.
8 2. dicit quod loci proximioris. & idem Laud. & Genze. †Tertio quæro, nunquid quod hic dr̃ de modo præsumendi, quem scire vtile est, qa hẽt locum in casu c. si clericus. de præb. li. 6 gl. penul.

A D D I T I O.

a Obuiandum fraudibus. Adde c. ne quis. 22. q. 2. c. excommunicatorum. 24. q. 3. de post. c. h in cle. 1. de re. permu. in c. 1. de renun. lib. 6. cap. vnico. de rerũ permu. eo. lib. l. in fraudem. ff. de iure fis. in l. hæres meus. ff. de conditione & demon.

penult. ꝙ non, quia hic tantum determinatur, qñ dicatur ha-
bere notitiam in hoc casu, ibi vero simpliciter punitur negli-
gentia. vult dicere ꝙ per hunc §. non immutatur id quod no.
in d.c. si clericus. in eo ꝙ dicitur ibi de illo qui neglexit acce-
ptare præbendam. de quo gl. ibi in verbo, negligenter. dicit ꝙ
qñ dicatur negligens relinquitur arbitrio boni viri. i. iudicis.
ibi enim agitur de puniendo negligētiam, & ideo oportet ꝙ
legitime præsumatur eum sciuisse. nec statim cum sciuit, dici
tur negligens si non acceptauit, sed cum aliquo moderami-
ne arbitrio boni viri, qui videbat, an lapsum fuerit tempus in
quo potuerit deliberare. sic debet intelligi glo. præallega. in
d.c. si clericus. qui etiam sic loquitur. hic autem nō agitur de
puniendo negligentem, non enim est sibi pęna in hoc ꝙ men
sis labatur, quia remanet gratia firma in alio beneficio intra
mensem acceptando, ideo statim currit tempus a die quo va
9 catio fuit publice nota, vt hic. & de hoc. J. q. 5. † Quarto quę-
ro, an quod dicitur hic de modo notitiæ, locum habeat quo
ad ea quæ no. de rescrip. capitulum. in gl. & ita. vbi dicit ꝙ va-
lent primæ literæ, sed non secundæ, quæ de primis non faciũt
mentionem si primus non fuit negligens in prosequendo ius
suum. gl. penul. hic dicit ꝙ non. vult dicere ꝙ non statim in-
fertur ꝙ primus sit negligens ex eo ꝙ non fuit usus suo rescri
pto, imo no. ibi ꝙ licet in rescriptis ad lites is, qui non vtitur
per annum, censeatur negligens. de rescrip. si autem, & c. ple-
rumque. secus tamē in gratiosis, in quibus hoc non est expres-
sum, vnde in eis erit arbitrarium quando primus videatur ne
gligens. ratio autem diuersitatis inter illum casum, & casum
huius clemen. colligitur ex his quæ dixi in proxi. q. ibi enim
agitur de extinguendo totum ius impetrantis, hic autem se-
10 cus. & de hoc in seq. q. † Quinto quæro ad idem, an quod hic
dicitur de notitia, locum habeat in casu c. si pluribus, de præ-
ben. lib. 6. vbi habēs eligere habet terminum 10. dierum post-
quam gratia nota sibi erit. glo. penul. ꝙ non. quia si computa-
retur decendium a tempore quo nota esset vacatio in loco be
neficij, contingere posset ꝙ prouisus nō posset scire intra de-
cem dies de prouisione sibi facta, & sic sine causa perderet ius
acceptandi. dic ꝙ isti casus sunt diuersi, ibi. n. attenditur noti-
tia respectu gratiæ, hic respectu vacationis. puto tñ ꝙ ēt si grã
nota foret in loco beneficij, non sufficiet quo ad casum illius
c. sed simpliciter oportet, vt sit ibi nota, vt ibi dicitur, alias cō
tingere posset ꝙ sine culpa perderet ius optādi ex toto. quod
non contingit in casu nostro per ea, quæ dixi in duabus proxi
11 mis quæstionibus. † Sexto quæro, ad idem, an quod hic dicit
de notitia, locum habet quo ad extrauagantem, suscepti. Ioa.
22. circa medium, vbi dicitur ꝙ hi, quibus ex iure speciali de-
bentur fructus primi anni beneficiorum vacantium, intra 10.
dies debent eligere, an velint id quod soluit pro decima, an
residuum, decima reseruata beneficio. gl. pe. dicit ꝙ nō, cuius
ratio est, quia ibi non eligens intra 10. dies perdit ex toto ius
eligendi, quod secus est hic, vt dixi in tribus proximis quęstio-
12 nibus. † Septimo quæro, an hæc litera locum habeat in eo cui
facta fuit gratia proprio motu. Lap. ex verbo, impetrantem,
arguit ꝙ non. vnde sm eum tunc non computabitur mensis
nisi a tempore scientiæ. contrarium puto, nam dicitur impe-
trans large etiam si gratia concedatur motu proprio. ponde-
ratio autem Lap. est pulchra, sed in contrarium est, quia mo-
a tus proprius[a] non ampliat gratiam, sed operatur solum quo
ad euitandū vitium surreptionis, vt no. sup. ti. j. clemen. si Ro-
manus. in gl. antepenulti. vel quo ad alios effectus in iure ex-
pressos. Item quia hæc restrictio non fit in odium impetrãtis,
sed ad præcludendum tempus vacationis, & ad occurrēdum
fraudibus, & litibus, vt dicitur hic in litera. quæ ratio locum
13 habeat etiam si gratia sit facta motu proprio. † Octauo quęro
si impetrans misit procuratorem ad locum beneficij qui pro
eo acceptaret, vel vacationem intimaret, & ipse procurator
ante vacationem mortuus est ignorante impetrante qui ob
hoc omisit acceptare intra mensem. dicit Genz. posse proba-
biliter dici, ꝙ si adhuc res est integra, possit aduersus lapsum
temporis restitui, & sic acceptare. arg. ff. ex qui. cau. maio. nec-
non. & l. sed & si. & quod in eis no. sed si beneficium iam sit al
teri collatum, ad illud regressum habere non poterit, per ea q̄
no. de restitu. spolia. ex parte. sufficit enim ꝙ in alio sibi ius re-
seruetur, alias si non reseruaretur, puniretur iusta ignorantia,
contra id. C. de tabula. generali. lib. 10. de cōstit. cognoscētes.
sed videret posse dici, ꝙ hoc casu sit tutus ipso iure, ita quod
mensis non currat, per id quod dixi sup. e. §. q. j. illud tñ ꝓcedit
quando probaretur impedimentum excludens omnem pos
sibilitatem, quod non est hic, quia potuit mittere domino.
14 † Nono quæro, nunquid impetranti currit iste mensis ante
habitas literas. Bertran. dicit ꝙ si sciuit vacationem beneficij
potuit acceptare, ideo currit ei mensis, secus si ignorauit. Io.
de Ligna. dicit quod eo ipso quod sciuit gratiam sibi factam,
currit mensis, quia potuit acceptare. sicut etiam is qui scit se
hæredem, potest adire ante apertas tabulas. C. de cadu. tollen.
l. vnica. §. in nouissimo. Item annus deliberandi computatur
a die, qua scit se hæredem, etiam non aperto testamēto. C. de
iu. deliber. cum antiquioribus. & ibi gl. quod no. quia sæpe vi-
di dubitari de hoc, an ante habitas literas possit acceptare. &
dic ꝙ talis acceptatio habet omnem effectum quem habuis-
set, si tunc habuisset literas, & hoc dummodo postea literas
habeat, quod plenius dixi de restitu. spol. ex conquestione. in
repetitione.

ADDITIO.

a Motus proprius. Adde Do. de san. Gemi. in c. si propter. in 9. col. de re. scri. Abba. in c. vt circa. circa fi. de consang & affini.
Vin. God. Quod motus proprius non auget gratiam vltra concedentis intētionem, nec tollit clausulam derogatoriam ad sequentia, nec tertio præiudicat, Ruy. consi. 116. nu 11. lib. 1.

De rebus Ecclesiæ non alienandis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Futura sunt spectanda.*
2 *Prælatus non potest concedere alicui de bonis ecclesię ad vitam.*
3 *Vita hominis censetur durare vsque ad centum annos.*
4 *Reditus, & fructus qualiter inter se differant.*
5 *Alienatio rei ecclesiæ permittitur causa vtilitatis vel necessitatis.*
6 *Vtilitas monasterij consideratur, non persona.*
7 *Conuentus dicitur religiosorum.*
8 *Consensus interuenire potest etiam post celebratum actum.*
Adde ad idem nu. 9.
10 *Clemētina prima, de rebus eccle. non alienan. an locum habeat in prę-latis secularibus.*
11 *Quare autem magis prohibitum est religiosis quam secularibus.*
12 *Religiosus si præest ecclesiæ seculari, an sit probibitus alienare ad vitam alicuius de fructibus vel rebus ecclesiæ.*
13 *Statuto si disponitur ꝙ omnia bona homicida mobilia et immobilia publicentur, an habeat locum in nominibus debitorum.*
14 *An autem clemen. ista locum habeat in collatione beneficiorum.*
15 *Consuetudo præscripta & rationabilis, an tollatur per constitutionem sequentem. vide.*
16 *Prælatus an possit possessiones vel reditus spectantes ad mensam suā concedere clericis benemeritis ad vitam.*
17 *Quid de decimis spectantibus ad mensam.*
18 *Pensio si alicui constituitur in pecunia, vel possessione donec adeptus fuerit beneficium, & tunc eam dimittat, an fieri possit.*
19 *Aduocatus aliquis si præstitit patrocinium ecclesiæ & sibi sit constituta certa pensio super decimis vel fructibus alijs ecclesiæ ad vitam, an talia perdat per matrimonium sequens.*
20 *An autem successor constituentis possit talem pensionem reuocare.*
21 *Quid si prælatus concedit partiario prædium pro consueta pensione, & ad consuetum tempus, vide.*
22 *Quid si dat vltra tempus consuetum.*
23 *An autem talis concessio dicatur perpetua.*
24 *Pecunia si detur ad vitam alicuius per religiosum contra dispositionem cle. 1. de reb. eccl. non alie. an dans poterit eam repetere.*
25 *An autem dicta clemen. locum habeat siue pecunia sit recepta tota simul siue tempore successiuo.*
26 *Prælatus si vendit fructus ad non modicum tempus, & statim pecuniam recepit, an talis contractus valeat sine solennitate.*
27 *Necessitas ecclesiæ si tanta sit ꝙ non potest petere licentiā alienandi propter celeritatem, an alienatio facta valeat.*
28 *Prælatus si est administrator alterius monasterii & facit cōtractū cōtra dispositionē cle. j de reb. ec nō alie. an incurrat pęnā ibid. statutā.*
29 *Prioratus qui dicantur.*
30 *Prælatus proprius quis dicatur cuius consensus debet requiri in alienatione fienda secundum dispositionem cle. 1. de reb. eccl. non alie.*
31 *An autem quilibet prælatus immediatus poterit præstare consensum per quem validetur contractus de quo hic dicitur.*
32 *Quid si abbas est in vna diœcesi, & bona in alia.*
33 *Et quid si habet bona in diuersis diœcesibus.*

CAP. II.

1 MOnasteriorum. † No. in verbo, occurrere, ꝙ futura sunt spectanda. de ser. non or. c. 1. vbi de hoc. Secundo no. in verbo, administrationi. ꝙ ita firmo iure tenet camerarius, sacrista, vel quiuis alius obedientiarius suam administrationem sicut abbas, prior vel alius suam ecclesiam, ita ꝙ id quod licet vni, licet alij, de sta. mona. cū ad monasteriū, §. tales. Laud. qui tamen dicit ꝙ hoc nō simpliciter procedit, quia creati per electionem & confirmati per superiorem difficilius remouentur ab administrationibus, quam alij. de sta-

tu mona. monachi. Item instituti in ecclesijs parochialibus ꝑ
episcopos licet præsententur per abbates, etiam difficilius re-
a mouentur. de capel. mona. c. vnico. li. 6. 18. q. 1. c. 1. † Tertio no.
ꝙ concessio ad vitam non potest alicui fieri de bonis ecclesię
per prælatum. Et dicit Laud. ꝙ talis concessio quæ personali-
ter ex intuitu personę fit de bonis ecclesię regulariter tanquã
3 ambitiosa restringitur. de preben. quis. j. lib. 6. † Dicit etiam ꝙ
a vita longęui [a] hominis est vsque ad cẽtum annos, ff. de vsufr.
l. an vsusfructus. plures tñ hodie moriuntur intra 50. annum
4 quàm vltra viuant. C. qui æta. se excu. l. 1. li. 10. † Quarto no. ꝙ
b aliud sunt reditus, [b] aliud fructus, de hoc in gl. in ver. reditus.
iuncta gl. J. ea. clemen. ver. verum. in verbo, fructuum. de hoc
de deci. pastoralis. Et in eo ꝙ gl. in verbo fructuum. dicit quòd
plus est in reditu quã in fructu. dic ꝙ hoc est quia omnis fru-
ctus consistit in reditu, & non econuerso. quod recidit in idẽ.
5 † Quinto no. ꝙ causa necessitatis, vel vtilitatis ꝑmittitur alie-
natio rei ecclesiasticæ, quę alias prohibetur. Et de necessitate
exẽplificat Lau. vt quia alias peribant molendina, vel domus
monasterij. vel dic ꝙ forte monasterium erat grauatum debi
tis, vel quicquid simile. De voluntate exemplificat Lau. vt qa
monasterium emit castrum valde vtile & vicinum. pro hoc
12. q. 2. fine. & hę duę causę frequenter permittunt a iure com
muni recedi. 1. q. 7. §. nisi rigor. vbi de hoc, & semper recipiun
tur in alienatione 12. q. 2. fine. & c. aurum. eo. tit. c. 1. lib. 6. sicut
in dispensatione. 1. q. 7. tali. Et dicit Steph. ꝙ ad has causas re-
ducuntur omnes aliæ, quas no. Host. in summa. eo. §. quę res.
Sexto no. de dictione, aut, ꝙ sufficit alterum. f. ꝙ subsit neces-
6 sitas, vel vtilitas. de hoc in gl. in verbo, aut. † Septimo no. in ver
bo, monasterij, ꝙ consideratur vtilitas monasterij, non perso-
narum, ex hoc dicit Laud. ꝙ ex eo ꝙ religiosi expendunt in
pulchris equis, fulgidis vestibus, vel similibus, non potest dici
versum in vtilitatem vel necessitatẽ loci, de hoc J. q. 31. Octa-
uo no. in verbo, conuentus. ꝙ sicut non licet prelato sine con
sensu capituli agere, sic nec cõtrahere. Laud. qui allegat de iu-
di. causam. Sed primum regulariter non est verum. de rescri.
edoceri. & dic vt ibi. Item nec secundum, nisi qñ contractus
7 sapit alienationem, vt hic. † Nono no. ꝙ conuentus dicitur re
c ligiosorum, [c] vt hic, & de præben. nisi. de statu mona. c. mona-
chi. §. penulti. de his quæ fiunt a pręla. c. 2. de elec. si religiosus.
lib. 6. de testi. presentium. eo. lib. & etymologia conuentus po-
nitur. 50. distin. c. 1. & fi. Capitulũ autem est secularium, de ꝑ-
ben. nisi. qñque tamen ponitur vnum pro alio. de consuetu. cũ
dilectus. de elec. cum terra. qñque capitulum ponitur pro arti
culo. de appella. reprehensibilis. in fi. de ver. signifi. olim. Pau.
Decimo no. ꝙ in authoritate seu consensu prestandis proxi-
mior est conuentus proprius quàm superior prelatus. Laud.
ꝙ probatur ex eo, quia præmittit hic de conuentu, & sufficit
de prælato superiore. Vndecimo no. ꝙ in casu huius clemen.
requiritur assensus conuentus & prelati superioris. Ex hoc di-
cit Genze. ꝙ non sufficit per consilium, pro hoc quod no. de
8 consti. c. penult. † Duodecimo no. in verbo, accedente. ꝙ con-
sensus potest interuenire etiam post actum celebratum, & ita
no. eo. ti. c. 1. li. 6. Quod dicit Steph. verum, nisi bona quę alie-
nat prælatus spectent ad mensam conuentus, quia tunc bene
requiritur eius consensus in ipso cõtractu, per id quod no. de
consti. cum omnes. in gl. Opp. in eo ꝙ hic prohibetur conces-
sio ad vitam, de eo quod no. 16. q. 1. possessiones. & de his quę
fiunt a præla. c. 2. Sol. Matth. & se ampliando distinguit ꝙ aut
alienatio rerum ecclesię debet fieri perpetuo, de qua 12. q. 2.
fine. eo. ti. c. 1. lib. 6. & nisi seruetur non valet quod fit per dicta
iura. ipsa autem forma seruata si ecclesia lęsa est, restituitur. de
in integ. resti. c. 1. & c. constitutus. Si ad tempus aut in prelato
seculari aut in religioso. In seculari dicit Matth. ꝙ concedere
potest sine consensu capituli, maxime vbi non lęditur eccle-
sia, per d. c. 2. de his quę fiunt a pręla. & quod ibi no. Inn. vt ec
cle. bene. c. vnico. in fine gl. magnę. & Archi. eo. tit. c. 1. lib. 6. de
regula. dicit Matth. ꝙ concedere non potest nisi ſm formam
huius clemen. Secundo oppo. ad id quod dixi in proximo cõ
trario de seculari, quòd ipse etiam non possit ad tempus con-
cedere 12. q. 1. episcopus. Sol. Matth. quod ibi ecclesia fuit de-
fraudata, id est in fraudem ecclesiæ fecit contractũ, ideo non
valet. Tertio oppo. ad idem de his quę fiunt a pręla. ea noſci-
tur. Sol. Matth. quòd ibi de cõcessione spiritualium vbi debet
esse maior examinatio, quia de tanta re sępius est tractandũ.
7. q. 2. c. vlt. de hoc 42. dist. quiescamus. Per hoc dicit Matth. ꝙ
c. possessiones. pręallegatum loquitur in concessione tempo-
ralium, ad tempus, & causa pietatis, quod licet, vt vbi. Quar-
to oppo. in eo quòd prohibet concessionem ad certum tem-
pus. & inf. versicul. verum. permittit. est ergo hic contrarietas
contra id supra in proemio Gregoria. Solu. dic ibi certum tẽ-
pus, non modicum. In fine autem dicit de modico Pau.
Laud. autem dicit quòd hic prohibetur concessio ad tempus
quantumcunque modicum. secus de arrendatione, id est fru
ctuum venditione vel alijs licitis contractibus de quibus. J. in
fi. quod est verius, quia hic loquitur de concessione rerum vł
iurium quæ prohibentur. In fine vero de locatione fructuum
vel similibus contractibus. Quæro an hęc clementina inducat
ius nouum. gl. tertia dicit ꝙ sic, saltem quo ad pęnam. idem
Laud. qui in verbo, edicto, dicit ꝙ per hoc verbum hic cõsti-
tuitur nouum ius. Ex hoc no. ꝙ per verbum, edicimus, induci
d tur nouum ius, sicut ex verbo [d] decernimus. In hoc tamen nõ
persistit Laud. imo dicit ꝙ hęc clementina est declaratiua iu-
ris antiqui, cum quasi idem innuant iura. s. eo. possessiones.
& de procura. c. ij. in fi. & idem Genz. qui ex hoc infert, ꝙ con-
cernit præterita. argu. de vsuris. cum tu. alias regulariter con-
tra. de constitu. c. ij. & fin. Pau. tenet primum, in quo dic ꝙ nõ
est contrarietas, quia etiam gl. videtur velle quod sit declara-
tiua iuris antiqui præterquam quo ad poenam. Ex his decidi-
9 tur sequens quæstio. † Secundo quæro, abbas quidam in Ca-
thalonia ante publicationem huius clementinæ fecit conces-
sionem hic prohibitam, an reuocata fuit per hanc clementi-
nam? Laud. format, & hodie quæstio non est necessaria. ipse
arguit ꝙ fuerit reuocata per c. ij. & fin. de consti. Contrarium
determinat saltem in prouincia Terroganesi, propter consti-
tutionem ibi prius factam per quendam legatum de latere
quod est facti, dictũ autem est verum per id quod dixi in pro-
10 xima quæstione. † Tertio quæro an hæc clementina locũ ha-
beat in prelatis secularibus. gl. in verbo, religiosus. dicit ꝙ nõ
est. idem Pau. & Genze. dic tamen ꝙ ipsi debent abstinere a
talibus. eo ti. nulli, in Auth. de non alie. aut permu. §. nos igi-
11 tur. colla. ij. † Quarto quæro circa hoc, quare magis ꝓuisum
fuit hic in religioso q̃ in secularibus. dicit Laud. ꝙ ideo, quia
magis abutebantur q̃ secularibus, ideo magis occurrendum
fuit. argu. ff. de legib. nam ad ea xvij. q. iiij. in venditionibus. in
fi. Item quia semel applicata aduersus religiosos, ad secula-
res transferre non licet, eo. ti. possessiones. de statu regulariũ,
ea quæ. Item religiosi non habent ita plenam administratio-
nem rerum ecclesię sicut seculares. vnde etiam facilꝰ remo-
uentur. de accusa. qualiter. ij. in fi. de simo. licet. nec in mor-
te de ipsis habent dispositionem sicut seculares. de donatio.
cęterum. de testa. relatum. ij. quia ergo ꝑ concessionem non
ad modicum tempus, videtur quoddam ius transferri ad re-
cipientes. ff. si ager vectig. l. j. ideo non permittitur, quia non
possunt prelati transferre plus iuris quam habeant. de donat.
inter virum & vxorem. nuper. Lau. sed hoc vltimum locum
haberet in secularibus, vnde videtur verior prima ratio, vel
hoc prohibuit fauendo religioni, quia summa est ratio quæ
pro religione facit, ff. de religiosis sunt personæ. Oppo. ad hoc
de sindico. c. vnico vbi aliqua de bonis monasterij assignan-
tur Fausto. Solu. Laud. ꝙ illud ex causa rationabili, quod licet,
sicut hic permittitur ex causa necessitatis. Vel dic melius ꝙ
ibi constituitur salarium aduocato quod soluetur de fructi-
bus monasterij. dic tamen ꝙ primum etiam fieri potest, pro
hoc quod dico J. questione. xviij. Quinto quæro, in quibus reli
giosis locum habeat quod hic dicitur. gl. in verbo, cuius, dicit
ꝙ quilibet qui præsit administrationi, vt in tex. siue perpetuę
siue temporali, & maxime obedientiæ. idem Pau. qui alle-
gat de sup. neg. pręla. cle. vnica. ver. præmissa. & est simile de
statu mo. monachi. §. prioratus. de priui. c. j. ver. nisi forsan. li.
vj. de rescri. cle. j. J. de statu reg. ne in agro. Sexto quæro si reli-
giosus caret administratione. dicit Pau. ꝙ concessio per eum
facta non tenet, sed tamen poena huius clemen. locum non
12 habet. † Septimo quæro si religiosus pręest ecclesiæ seculari.
glos. in verbo, cuius, dicit in eo hanc cle. locum non habere.
idem Laud. qui in verbo ecclesiæ, intelligit de ecclesia, in qua
religiosus facit per vicarium deseruiri. de præben. cum singu-
la. in prin. lib. vj. secus si ipsemet per episcopum fuerit institu-
tus ad curam, cum talis censeatur potius secularis q̃ regularis.
de capel. mo. c. vnico. lib. vj. Pau. idem. Et in eo quod hic di-
cit de ecclesia, intelligit de ecclesia solita gubernari per se-
culares. eod. titu. possessiones. de pręben. cum de beneficio.
lib.

ADDITIONES.

a Vita longęui. Adde l. 2. C. de sacrosan. ec. Spe. ti. de proba. in §. j. ver. quid si testis.
Vinc. God. Vide de vita hominum. Cor. consi. 341. Quod dicit litera. n. lib. j.

b Aliud sunt reditus. Adde c. pastoralis. de dec.

c Quia conuentus dicitur religiosorum. Adde Host. in c. postulasti. de iurepa. Io. An. in c. nobis. e. ti. Doc. in cle. & si principalis. de rescrip. Ant. de Bu. in c. inter cætera. de off. ordi. An. de But in c. j. de elec.

d Ex verbo, decernimus. Adde gl. in cle. per literas. de præben.
Vin. God. De editione quando fiat & quando non, & quib. casibus & quo tempore & qua forma, Fely. in c. j. col. 4. cum seq. de prob.

lib.6.vel ſm eum eccleſia ponitur hic pro adminiſtratione re
gulari. 50.diſti.§. quod autem. Genz.etiam tenet idem per id
quod dr̃ hic in princ.adminiſtrationum regularium, & quia
cum hæc cle.ſit pœnalis,non eſt laxãda.arg.de elec. ſtatutum.
lib.6.pro hoc quod no.inf.de deci.cle.j.in gl.1.in fi. Octauo q̃-
ro ſi ſecularis per diſpenſationem præeſt eccleſiæ regulari.di-
cit Pau.idem quod in religioſo, quia hic vult ꝓuidere admi-
niſtrationi,non perſonæ.quod no. Nono quæro de quibus lo
quitur hæc litera ibi,iura.Pau.exemplificat in iure colligendi
paſſagium vel petendi collectas pro caualcatis vel ſimilib. de
quibus in Spe.de reſti.ſpo.§.nũc dicamus. Ex hoc infert quòd
talia iura comparantur immobilibus.ſimiliter ſm eum com
parantur immobilibus quoad vſucapionem. C. de preſcript.
lon.temporis.l.fi.& quoad alienationem.co.titu.c.2.lib.6.vbi
no.ꝙ computãtur inter immobilia. ſed dicit Pau.ꝙ hic & ibi
colligitur contrarium quia ponuntur vt diuerſa. Steph. dicit
ꝙ non comparantur quoad omnia, ff. de re iudic.a diuo. vbi
ponuntur vt diuerſa pro hoc de elec.generali.& c. quia ſæpe.
de offi.ordi.præſenti.lib.6.pro hoc inducit Pau. quod dico in
13 ſeq.q.† Decimo quæro,circa hoc,ſtatuto cauetur ꝙ oĩa bona
homicidæ mobilia & immobilia debeant publicari, an publi
cabuntur nomina debitorum? Gandi.in ſuo tractatu dicit ꝙ
non,per l.vxorem.§.concubinæ.ff.de leg.3.& l.ſi chorus.§.j.&
l.ſi fundus.& de lega.2.Caius.vbi legatis bonis non intelligũ-
tur legata nomina.ff.de pec.quam Tuberonis.§.hoc amplius.
facit quod no.Spec.de fruct. & intereſſe.§.j.ver.2.quæntur. &
ſequenti.& quod dico in ſequen.q. Vndecimo quæro, circa
idem,aliquis legauit Titio immobilia,Scio mobilia,quis ha-
bebit nomina.de hoc.ff.de ver.ſigni.mouentium. dicit Ia. de
Are.ꝙ neuter,per d.l. quam Tuberonis. ad prædicta eſt quod
no.Io.An.in addi. Spec.in d.§.j.verſi. ſed quid ſi debeo 10. &
14 de hoc per Bar.ff.de auth.tut.põt aliuspupillus.† Duodecimo
quæro an prohibitio de qua hic,locum habeat in collatione
beneficiorum.videtur ꝙ ſic,quia in eum cui fit collatio,trã-
feruntur iura de cau.poſ.cum ſuper.& quod ibi no.Inn. con-
trarium tenet Pau.dicens ꝙ hic loquitur de his quæ prælatus
nomine eccleſiæ debet retinere,ſed beneficia retinere nõ po-
teſt. de inſti. c. fi. imo valet conſuetudo ꝙ ſolus prælatus ſine
capitulo conferre poſſit.de his quæ fiunt a præla.ea noſcitur.
15 † Decimotertio quæro ſi de conſuetudine erat ante hanc cle.
ꝙ ſolus prælatus poſſit concedere poſſeſſionem ad tẽpus, vel
ad vitã.dicit Pau.ꝙ ſi erat rationabilis & præſcripta, non fuit
ſublata,per hanc clemen. de conſti.c.j.lib.6. vbi dicitur ꝙ Pa-
pa non vult tollere ſpeciales conſuetudines rationabiles per
contrariam conſtitutionem niſi hoc exprimat. Ex hoc dicit
Pau.ꝙ ſi natura rei habebat ꝙ concederetur vtile dominium
ad tempus vel ad vitam per ſolum prælatum,ſolus hoc pote-
rit facere.facit quod no.co.ti.cum ſuper.Hoſt.tñ de his quę fi.
a pręla.ea noſcitur.dicit quòd prælatus p̃ſcribere poteſt quòd
ſolus conferat eccleſias nedum quoad titulum, ſed etiã quo
ad proprietatem ſi ex hoc prouidetur neceſſitati aliarum ec-
cleſiarum,vt ad ædificationem vel ſuſtentationem miniſtro-
rum.arg.de dona.apoſtolicæ.12.q.2.aurũ.& c.bonæ.ſed quòd
concedat rem eccleſiæ laicis ſine conſenſu capituli,pręſcribe
re nequit 12.q.2.ſine.Rationem diuerſitatis aſſignare nititur
per c.cum apoſtolica.de his quę fi.a pręla.& quia quod ſemel
Deo dedicatum eſt,nõ debet reuerti ad humanos vſus. de re.
permu.c.2.quia laicis clericis oppido &c.eo.rit.c.fi.quod non
placet Pau.ar.de re iudi.cũ cauſa, & inf.c. proxi. vbi hoc videt̃
reprobari. Item iura generaliter loquuntur,nec diſtinguunt
inter clericos & laicos,ergo nec nos diſtinguamus 2.q.1.pro-
poſuiſti.quod placet.ad c.cum apoſtolica.dicit Pau.quòd loq
tur de re reuocata ab eccleſia,hic de alienata a bei' dominio.
Decimoquarto quæro, an reſpectu cuiuſlibet poſſeſſionis,ꝓ-
cedat ꝓhibitio de qua hic in gl.in ver.poſſeſtiones.dicit quod
ſic,ſiue trãsferantur oẽs ſiue aliquæ. Et exponit Steph. poſſeſ-
16 ſiones.i.res poſſeſſę.ſup.e.vt ſup.in fi.& c.poſſeſſiones.† Deci-
moquinto quęro ſi pręlatus poſſeſſiones,vel alios reditus tẽ-
porales ad menſam ſuam ſpectãtes clericis vel laicis beneme-
ritis cõcedit ad certum tempus,vel ad vitam.dicit Laud.hoc
fieri poſſe per c.poſſeſſiones.co.titu.& de preca.c.fi. 12.q.2.qui
cunque.16.q.vlt.illud.quod etiam tenet Genze. de hoc vt ec-
cle.bene.c.vnico.Pau.tenet ꝯtrium per tex.ibi,pecunia etiã re-
cepta.& ibi.quouiſmodo.quod eſt tutius,ne fiat fraus huic c.
17 † Decimoſexto quęro quid de decimis ſpectantibus ad men-
ſam.videtur quòd etiam benemeritis non poſſit concedi,da-
to quod vera ſit opinio Laud.de qua in proxima quęſt. Sunt
enim ſpirituales,ergo non poſſunt pro ſeruitio temporali cõ-
ferri.de pac.cum pridem.de tranſactio. ſuper eo. de ſimo.cũ
eſſent.dicit Lau. quòd indigenti & pauperi ad ſuſtentationẽ,
& in eleemoſinam dati poſſunt 10.q.j.c.pe.& fi.non tamẽ aſ-
ſignando in titulum, ſicut aſſignantur clerico,ad quem perti
nent ratione beneficij, ſed tantum fructus eorũ aſſignari de-
bẽt ſiue ſint laici ſiue clerici.de hoc per Inn.de pręſcrip. cau-
ſam. perpetuo vero non poſſent iure proprietatis aſſignari ꝑ-
ſonis priuatis in feudum vel ſimili titulo, quia debent in vti-
litatem eccleſię remanere 16.q.7.c.1. quod dicit Lau. verum
in decimis per eccleſiam poſſeſſis, ſed in poſſeſſis per laicos
quę non poſſunt de manu ipſorum extrahi hoc licet,quia nõ
eſt inutile eccleſię quod ab ea recognoſcatur vtile dominiũ,
ꝑp multos caſus,in quibus ad eccleſiam poterũt reuerti. arg.
de reſti.ſpo.olim j.de loca.potuit.10.col.quib.mo.feud. amit.
18 per totum. † Decimoſeptimo quęro, ſi conſtituitur penſio in
pecunia vel poſſeſſione alicui ſub pacto quod adepto benefi-
cio ſufficienti debet eam dimittere. Laud. quęrit & non eſt
quęſtio ad propoſitum,ipſe dicit quod fieri poteſt, quia non
datur nec permittitur beneficium pro illa penſione,nec econ
tra,ſed penſio datur ad tempus donec ſuperueniat beneficiũ,
per cuius adeptionem euaneſcit ſicut & alias per adeptionẽ
eccleſię vacat prima.de prębẽ. de multa.quod procedit ſi ſer-
uitium, pro quo cõceditur penſio, erat ſpirituale,vel ſi pẽſio
concedatur loco beneficij ſicut fit de pręben. dilectus 2. alias
illicitum eſſet,quia videtur deductum in pactũ quòd dimit-
teretur penſio quę eſt commodum corporale pro titulo be-
19 neficii.† Decimooctauo quęro ſi aduocato aſſignata erat ta-
lis penſio in fructibus decimarum, vel in alijs rebus eccleſię
pro patrocinio iam impẽſo eccleſię, an ſi habebat ad vitam,
a per contractum [a] coniugij perdet.dicit Lau.quòd non, ſi fuit
aſſignata ſine aliquo ſpeciali titulo.eo.tit.poſſeſſiones.12.q.2.
quicunque.Idem dicit de beneficio ſimplici huic collato in
titulum,dummodo non fiat bigamus, & alias clericaliter vi-
uat.arg.de cleri.coniuga.Ioannes.a contrario Sed ibi contra-
rium teneo,quia extra duo priuilegia de quibus de cle.cõiug.
c.vnico.lib.6.talis cenſetur per omnia tanquam laicus,ſed lai-
cus non eſt capax beneficij eccleſiaſtici.de inſtit.c.2.de hoc vt
20 dixi in d.c.Ioannes,in 2.contrario. † Decimonono quęro, an
penſionem conſtitutam eo modo quem dixi in proxima q.
poſſit ſucceſſor conſtituentis reuocare.dicit Lau.quod nõ,qñ
fuit conſtituta pro beneficio iam impenſo, ita quòd de hoc
conſtet. non enim ſufficeret ita ſcriptum eſſe in litera conſti-
tutionis, quia frequenter alia exprimuntur ad colorandũ gra
tiam.C.de ſacroſan.eccle.iubemus 2.§. ſcientes.Sed ſi fuit cõ-
ſtituta pro obſequio imponendo,dicit Laud. ꝙ reuocari põt
arg.de procu.cle.fi.12.q.2.quicunque. & c. hæc huius placiti,
21 & c.eccleſiaſticis.idem Genze. † Viceſimo quæro ſi prælatus
concedit partiario prædium pro conſueta penſione & ad tẽ-
pus conſuetum.dicit Pau.non eſſe locum pœnæ de qua hic,
22 quia hic loquitur de conceſſione præiudiciali. † Viceſimo
primo quæro circa hoc quid ſi dat vltra tempus conſuetum.
dicit Pau. locum eſſe huic pœnæ per literam ibi, quouiſmo-
do.& quia parati poſſet præiudicium eccleſiæ.quod intellige
quando ad tempus nõ modicum,quia ſic loquitur hoc prin-
cipium.dixi ſup.in vlt.contrario. Pro ſuo dicto inducit Pau.
quod notãt Goſ.& Inn.eo.ti.nulli. vbi dicunt quòd ſufficit in
alienationibus ſeruare ſolennitatem inductam a conſuetudi-
ne.ſic intelligunt 17.q.4.in venditionibus. & idem ibi Hugo.
Hoſt.tamen contra per c.j.eo.tit.lib.6.Et idem no. in ſum. eo.
ti §.3.ver.in rebus.in quo dicit Pau.ꝙ ſi prædicta conſuetudo
eſt onerosa,non valet. de conſue.c.j. & oneroſam reputat cõ-
ſuetudinem per quam euitatur ſolẽnitas, vt ſi inducit ꝙ ſolus
prælatus alienare poſſit vel cum vno vel cum duobus de capi
tulo,omiſſo tractatu,vel ſine licentia ſuperioris,ſi nõ eſt one-
roſa,valet,vt quia formam aggrauat, puta ꝙ tractetur penes
metropolitanum,vel quid aliud.de conſue. cum dilectus. de
verbo.ſignifi.abbate.argu.pro hoc de conſang.quod ſuper.
Viceſimoſecundo quæro de intellectu verbi,alicui.glo.expo-
nit priuato,vel collegio.& quod dicit de collegio, procedit re
ſpectu conceſſionis ad certum tempus, non reſpectu conceſ-
ſionis ad vitam,quia collegium non moritur,ſicut nec digni
tas.de reſcri.ſi gratioſe.li.6.Viceſimotertio quæro, de intelle-
ctu verbi, ad vitam eius, glo.exponit.& idem Pau.& Genz.
23 † Viceſimoquarto quæro circa hoc, an talis conceſſio dicat̃
perpetua.gl.eadem dicit ꝙ ſic.& idem Pau.per id quod no.in
c.perpetua,allegato in gl.dicens ꝙ tales ſunt ꝯtus,quos ineũt
religioſi ſm formam c.precariæ.10.q.2.Hoſt. tamẽ in ſum.de
his quæ fi.a pręla.in fi. & Fride.in conſi.151.dicunt ꝙ in con-
ceſſione ad vitam non requiritur ſolennitas, quæ requiritur
in

ADDITIO.

a Per contractum. Adde Doc.in auth.hoc ius porrectum.C. de ſacroſan. eccle.
quæ eſt canonizata 10 q.2.in c.hoc ius. Inno & Doct.in c.gratis. de depo.
Doc.in c.ꝙ quibuſdam.de fideiuſſ.Bar.in l.ciuitas.ff.ſi cer.pet.
Vin.God. Adde ꝙ contractus cenſetur initus ſecundum conſuetudinẽ,Ruy.
conſi.24.nu.1.7.& 9.li.2.

in perpetuis. pro hoc, quia de hoc non loquuntur iura, sed di-
sponunt de alienatione perpetua, vnde videtur sufficere ꝙ cō
stet pecuniam versam esse in vtilitatem ecclesiæ, & quomo-
24 do hoc cōstet, dicam ꝟ.q.xxx.quæ no. † Ticesimoquinto quæ
ro in eo quod dicit de pecunia, an dñs pecuniam repetat. glo.
in verbo, pecunia. remittit ad no. co.ti.ad nostram. Pau. ꝟ.ca.
cle. ver. si quis. in verbo, ius aliquod. dicit ꝙ nō acquiritur ius
quo ad rem, tamen agitur pro pretio de euictione, vt no. Ioā.
& Lau. xij.q.ij. Vulteranæ, licet contrarium no. x.q.ij. hoc ius,
& nihil aliud dicit: Laud. & Genze. arguunt ꝙ nō debeat red-
di, quia præsumitur malæ fidei possessor ex quo contra iura
mercatur, maxime si est persona cui non licet ignorare iura.
xvj.qō.iij.§.potest.ver. vniuersas.C. ne rei domi. vel temp. vni-
uersas.C. de agri. & censi. quemadmodum. lib.xj. de præscrip.
xxx. vel xl. anno. l.j. de euictio. si fundum. x.q.ij. hoc ius. de pr
scrip. si diligenti, & c.j. lib.vj. secus si esset bonæ fidei, quia tūc
recuperaret. xij.qō.ij. Vulteranæ. in Auth. de non ali.§. si quis.
col.ij.co.ti.ad nostram. Ex hoc dicit Laud. ꝙ ante hanc decre-
ta. potuerunt excusari probabiliter ignorantes, quia ius posi-
tiuum non afficit probabiliter ignorantes, quod procedit pr
supposito quod dixi. ꝟ.q.j. ꝙ hic constituatur ius nouum, vt ta-
men ibi dixi, non omnino constituitur nouum ius: tamen pu
to dictum esse verum, sufficit enim ꝙ ante hoc c. erat ambi-
guum quid iuris esset. & in hoc dicit Lau. ꝙ etiam si ante hāc
cle. hoc quod hic dicitur, esset iuridicum, erat tamen dubium
a & per inumbratam consuetudinem offuscatum, & tale ius[a]
nō afficit ignorantes si sit positiuum. de postu.c.j. imo etiam
si sit naturale. de spon. duo. c. fi. xcvj. dist. peruenit. quod no. Eo
autem casu quo pecunia redditur, dicit Laud. ꝙ reddi debet
cum emolumento & interesse propter laborem impensum.
d.c. ad nostram. quod dicit esse verum, quando pecunia fuit
conuersa in vtilitatem ecclesię. de fideiussori. quod quibusdā.
Sed quo ad id quod dixi de reddēda pecunia, dicit Io. de Lig.
ꝙ etiam si pecunia fuit versa in vtilitatem ecclesiæ, non ta-
men reddetur emptori qui fuit malę fidei per iura præalleg.
sed conuertetur in pauperes, ad quod nihil allegat, & de rigo-
re ecclesia lucratur pretium. C. de sacrosan. eccle. iubemus. ij.
§. sane. vbi tamen glo. dicit ꝙ de ęquitate restituitur emptori
25 ne alius ditetur cum aliena iactura. † Vicesimosexto quæro
an quod hic dicitur ibi, pecunia recepta. locum habeat siue
simul tota pecunia recipiatur, siue successiuis temporibus.
Pau. dicit ꝙ sic. pro hoc quia etiam si nulla pecunia sit recep-
ta locum habet hæc cle. probat dictio, etiam, quæ est implica
tiua, ff. de stipu. seruo. proinde. §. sed & si. in eo ꝙ glo. exponit,
vel, pro etiam. no. in l. s. iter. §. officium, ff. de aqua plu. arcen.
de ver. obli. quodcūq;. §. si ita. de constit. cum omnes. vbi dixi.
26 † Vicesimoseptimo quæro si prælatus vendit fructus ad non
modicum tp̄s & statim recipit pecuniam, an valeat contra-
ctus sine solennitate. vr̄ ꝙ sic, cum hic prohibeatur religioso
tm̄, & ei concedatur habita licentia vel consensu superioris,
ergo a contrario non prohibetur alijs, & ipsi religioso conce-
ditur habita licentia prælati vel consensu superioris sine alia
solennitate. pro primo est, quia vnum prohibendo & c. de pr
sum. nōne. de his quæ fi. a præla. cum apostolica. xxv. dist. qua-
lis. Præterea versatur maior vtilitas si recipitur tota pecunia
simul q̄ si pars. ar. ff. famil. ercis. l. plane. de pigno. ex literis. fa-
cit quod no. ff. de leg. ij. l. pen. §. quæritur. vnde licet in vendi-
tione rei non mobilis seruari debeat solennitas, non tamē in
tali venditione, facit ne præla. vi. suas. c. fi. In ꝯtrium quia in re
mobili pretiosa debet seruari solennitas. x.q.ij. hoc ius, sed ta-
les fructus ditissimi monasterij possunt ad maiorem valorē
ascendere q̄ sit res mobilis pretiosa, ergo subest eadem ratio,
erit ergo idem ius, C. ad legē Falci. l. fi. de translatio. c. ij. Matt.
dicit contrarium valere. Pau. melius dicit ꝙ si vendit ius colli-
gendi, solennitas necessaria est etiam in clerico seculari. co. ti.
c. ij. lib. vj. Item dicit si concedit possessionem. Ad hanc cle. re
spondet vt respondet glo. in verbo, non habeat. ꝙ licet ad eui-
tandam pœnam sufficiat licentia superioris vel consensus ca-
pituli, non tamen ad validandum contractum, nisi quo ad
monasterium teneatur illa opinio ꝙ abbas habeat monaste-
rij dispositionem sine episcopo. xviij.q.ij. nullam. quæ opinio
non placet Pau. quia ibi loquitur quo ad regulam & ad eam
spectantia. de hoc ibi, & xij.q.ij. abbatibus, & xvij.q.iiij. in ven-
ditionibus. Item dicit Pau. si venditio fit per modum locatio
nis perpetuæ, co. ti. ad audientiam, & c. nulli. secus dicit si ven-
duntur fructus percipiendi ad quos tractandos obligat se pr-
latus, quia tunc in religioso videtur sufficere forma huius cle.
in non religioso autem alienante fructus sibi & alijs commu-
nes debet interuenire consensus illorum, cum habeant ius in
fructibus. ad hoc de concessio. præben. proposuit. de hoc. xj.q.
ij. vobis. Vulteranæ concessio. habet n. tūc prælatus hos fruct[us]
tm̄ vt diuidat. ar. j. dist. ius militare. facit quod no. xxiij. q.v. di-
cat, & regula, ꝙ omnes li.6. Si vero fructus spectarent ad alie-
nantem tantum, tenet alienatio in eius præiudicium licet nō
in præiudicium successoris. de hoc ne pręla. vi. suas. c. fi. Gēz.
& Matth. dicunt ꝙ in temporalibus successionibus nō est for
ma necessaria. & no. gl. de his quæ fi. a præla. c. 2. Inn. vt eccle.
bene. c. vnico. nec exigitur superioris consensus nisi in defectū
conuentus qui requiritur vbi seruanda est forma de qua 17.q.
4. in venditionibus 12.q.2. abbatibus. hoc tamen nō repugnat
opinioni Pau. qui loquitur de vendente fructus ad nō modi-
cum tempus, nam tale ius non colligendi fructus non modi-
co tempore habet instar alienationis perpetuæ, pro hoc inf. c.
cle. in fi. & quod no. in gl. vlt. Vicesimooctauo quæro, de intel
lectu verbi, quouismodo. Pau. exponit siue concessio large sit
alienatio siue nō, cum litera quo ad sui pœnam loquatur ge-
27 neraliter. † Vicesimonono quæro in eo quod dicit de necessi
tate ecclesiæ, quid si est summa necessitas, quæ tantam ce-
leritatem requirit ꝙ licentiam vel consensum petere nō po-
test, vel petitam obtinere. dicit Pau. non esse locum huic poe-
nę. pro hoc quod no. gl. 12.q.2. placuit, ff. de pet. hęre. diuus de
admi. tuto tutor qui repertorium. § j. quod tenet Hugo & Ar-
chid. 12.q.2. abbatibus. sic disputando terminauit Pau. in quę
stione quæ incipit, condēnatus. in vltimo membro. quod no.
& bene probatur in iuribus præallegatis. quod ergo dicunt iu
ra ꝙ etiam si subest necessitas, obseruari debet solennitas, in-
telligitur de necessitate quæ non exigit tantam celeritatem,
& pone exemplum qñ res exigit celeritatem quæ ponitur in
d. l. diuus. & in cibaria familiæ, & finge ꝙ non facile poterat
obseruari solēnitas, saltem vt cito ꝯtus expediretur, quod ac-
cidere potest multis ex causis. Tricesimo quæro in eo qđ di-
cit hic de vtilitate, an ad hoc vt dicatur fieri vtilitas ecclesię,
expedit ꝙ pecunia sit versa in vtilitatem eius, & duret versa.
Lau. ꝙ sic, quia oportet ꝙ necessitas sit euidens & perpetua,
vt quia sit versa in ædificijs perpetuis vel in exemptionibus re
rum immobilium vel saltem grauis debiti ad quod tenebat
monasterium. 10.q.2. hoc ius Ego puto non esse necesse ꝙ du-
ret versum. quod dic vt dixi de fideiussori. quod quibusdam.
vbi respondi ad iura quæ videntur contradicere. dicit etiam
Laud. ꝙ in probando versum non sufficeret probatio per scri
pturam publicam super hoc confectam super confessione p̄-
lati, nisi aliter probetur per legitima documenta. nam de faci
li & improuide posset prælatus prodigus confiteri pecuniam
versam esse quæ non esset versa. arg. C. de sacrosan. eccle. iube
mus. §. scientes, ff. de re mili. non omnes. § a barbaris. Opp. ad
hoc de eo quod nota. 10.q.2. hoc ius. dic primum verius, quia
sicut prælatus non posset expresse se obligare ita vt obligetur
monasterium nisi interueniāt ea quæ de iure requiruntur, de
quibus de fideiusso. ꝙ quibusdam. ita nec ex sua confessione
monasterio præiudicare. quod plene dixi in dicto c. quod qui
busdam, & ex hoc dicit Laud. ꝙ creditor ecclesiæ debet esse
curiosus in vendendo in quo conuertatur pecunia. arg. ff. de
in rem ver. quod si seruus. § quod sic licet, vt refert, alij ꝯdicāt
quia casus fortuiti non debent imputari creditori, de cōmo-
da. c. vnico, quod est verius, dūmodo ab initio conuertatur in
vtilitatem ecclesiæ. quod dic vt dixi in d.c. quod quibusdam.
28 † Tricesimoprimo quęro in eo ꝙ punit eum qui pręest admi
nistrationi, quid si prælatus vnius monasterij p̄curator est al-
terius. dicit ꝙ faciendo ꝯ hāc cle pro rebus illius non pęnam
incurrit, de qua hic arg. de elec. si compromissarius. li.6. secus
putat si esset ibi visitator sede vacāte. de elec. is cui. de sup. ne-
29 gli. pręla. c. vlti. lib. 6. † Tricesimosecundo quæro in eo ꝙ dicit
b de prioratu, qui dicūtur prioratus.[b] dicit Matth. ꝙ illi ad quo
rum regimen per abbatem aliqui destinantur. de priuil. c. j. §.
in eos. lib. 6. ita ꝙ possunt ad monasterium libere reuocari, &
quandoque dicuntur obedientiæ. de statu mona. monachi. §.
prioratus, & c. cum ad monasterium. §. tales. in quo nō est vis,
quia ēt si sunt prioratus perpetui, locum habet qđ hic dr̄, pro
30 hoc qđ dixi in scdo nota. item quia hic generaliter loquitur.
c † Tricesimotertio quæro, quis dicatur proprius pręlatus[c] cu-
ius

ADDITIONES.

a Et tale ius. Adde Bal. in c. 2 in §. iudices. de pace iu. fir. Bar in l. ꝙ Nerua. in 7. col. ff. deposita. facit glo. in c. temerarium 11.q.3. dicens ꝙ error probabilis excusat iniuste excommunicantem.
Vin. God. Ratio adduci potest quia ignorans non potest dici in culpa. Dec. consi. 63. col. 3. & fi. lib. 2.

b Qui dicuntur prioratus. Adde Inn. in c. monachi. de sta. mo. Abbas antiquus in c. nisi esset, de præben. Bal. in margarita. in ver. prior.

c Quis dicatur proprius prælatus. Adde Doc. in c. cum ab eccl. de offi. ordi. & Abb. in c. 2 de iudi.
Vin. God. Adde qui Prælatus dicitur ꝙ diu fuit in possessione prælaturæ. Mar. Soz. consi. 51. Visis. ver. confirmatur. li. 1. & Bar. Soz. iunior. consi. 153. Pulchra. ver. an hanc. li. 2.

ius assensus debeat requiri. Sol. de superiore immediato dēt intelligi, nam ille dr̄ proprius prælatus. facit quod no. de iudi. cum deputati. de rest. spo. cum olim. j. per Inn. & q̄q̄ hæc litera innuat ꝙ consensus prælati tunc tantum requiritur qñ is qui alienat, non habet conuentum, dic tamen ꝙ indistincte requiritur cōsensus prælati, vt dicit gl. & innuit. quā no. & ad
31 hanc literam responde vt in eadem glo. † Tricesimoquarto quæro, an quilibet prælatus immediatus potest præstare cōsensum per quem validetur contractus, de quo hic glo. in verbo, proprij. dicit ꝙ nomine p̄lati debet intelligi de ep̄o in nō exemptis, sed in exemptis dr̄ ꝙ intelligitur Papa. Vel ꝙ forsan pōt intelligi s̄m Inno. de illo cui subsit ecclesia pleno iure. qđ dic vt in gl. q̄ no. quia vtilis & vera & sic seruatur vt etiam dicit gl. & no. etiā finem gl. Sed quo ad præcedens dictū Laud. tenet ꝙ requiritur licentia Papæ. & refert opi. Inn. de transac. c. 2. aliter q̄ gl. hic. nam s̄m eum Inn. ibi dicit in exemptis sufficere authoritatem ep̄i vel patriarchæ. quod Lau. non approbat, dicens hoc non esse verum, nisi sint loca quæ habeant p̄latum immediatum ad quem pleno iure spectat locus, sicut habent plures priores suos abbates. de priui. c. 1. lib. 6. quo casu sufficeret licentia illius abbatis s̄m Inn. in d. c. 2. pro quo inducit Laud. de priuil. qm̄ per confessionem. 16. q. 2. visis. Sed dic ꝙ in dicto præcedenti Inn. non dicit illo modo, sed dicit ꝙ archiepiscopi authoritate patriarcharum vel Papæ faciant alienationem. quod debet intelligi de non exemptis. de abbatibus autem qui habent ecclesias pleno iure ad se pertinentes, dicit Inn. ibi, ab aliquibus dici, ꝙ in alienationibus per ecclesias sibi subditas faciendis præstare possunt authoritatem. & hoc est id quod dicit hic glo. quod etiam vt prædixi tenet Laud. & sic obseruari fecit sæpius. Tricesimoquinto quæro, si talis locus subest abbati in tēporalibus & in spiritualibus episcopo. dicit Laud. ꝙ ex quo plene non subest abbati non au-
32 thorizabit. † Tricesimosexto quæro, si abbas est in vna diœcesi, & bona in alia. dicit Laud. petendam licentiam episcopi in cuius diœcesi habet bona per ca. in venditionibus. præalleg.
33 quod dic vt in seq. q. † Tricesimoseptimo quæro, quid si hēt bona in diuersis diœcesibus. dicit Laud. tunc sufficere licentiam diœcesani cui subest monasterium quo ad oēs possessiones vbicūque sitas. & in hoc videtur minus perfecte loq. Pau. quo ad hoc & quo ad id quod dixi in præcedenti quæst. dicit ꝙ cum petitur licentia prælati qui non est episcopus, non est curandum an sit eiusdem diœcesis an alterius. Sed si petitur authoritas episcopi, tunc refert plures opiniones. Primā Ioa. 10. q. 4. hoc ius. & 17. q. 4. in venditionibus. vbi dicit petēdam licentiam ep̄i in cuius diœcesi situm est prædium, C. de prædi. mino. si prædium. de foro cōpe. sane. Deinde refert quod no. Inn. & Hostien. de priui. pastoralis. dicentes requiri cōsensum diœcesani vbi est ecclesia sita. alij dicunt ꝙ vtriusque ep̄i. arg. ff. de excu. tu. in rispentos. Pau. dicit ꝙ licet hoc vltimum sit tutius, tn̄ putat veram opinionem Inn. & Host. quia nō interest prælati in cuius diœcesi sita est res, sed prælati in cuius diœcesi sita est ecclesia, ad cuius curam spectat ipsa ecclesia cū dote & omnibus rebus. 10. q. 1. regenda, & c. decretum. cū similibus. licet enim possit ecclesia pro ipsa re conueniri coram episcopo rei. d. c. sane. nihilominus conueniri potest etiam corā iudice domicilij. C. vbi in rē act. l. fi. & no. de rescript. dilectus, 2. & de fo. comp. c. vl. vbi hoc tenet gl. pe. ad l. si prædiū. respōdet Pau. ꝙ loquitur in minore in cuius alienatione alia solennitas requiritur q̄ in ecclesia, quia requiritur decretum quod est iudiciale, & præstatur in ipso contractu, vt no. de consue. cum cōsuetudinis. eo. ti. c. 1. lib. 6. & in Spe. eo. tit. §. nunc dicēdum, ver. hoc quoque. Sed in ecclesia sufficit consensus superioris qui præcedere potest alienationem, imo debet, vt not. Archi. in d. c. 1. vnde non mirum si in alienatione minoris requiritur decretum iudicis vbi sita est res, quia ipse est ille qui potest de ipsa iudicare. sed in alienatione rei ecclesiasticæ cōsensus superioris interuenit ad relaxandum potestatem inferioris, & cum talis relaxatio non sit iudicialis potest omni tēpore fieri. refert tn̄ Pau. quosdam Legistas dicere ꝙ etiam in minore potest authorare vterque iudex, quod dicit forte esse verum, cum vterque cognoscere possit, vt prædixi. pro hoc facit. C. de præscrip. lon. tempo. l. vlti. dicit tn̄ Pau. per prædicta, ꝙ qñ debet suppleri negligentia prælati in conferendo, supplebit eam episcopus in cuius diœcesi situm est beneficium, quia eius interest ꝙ beneficium ordinetur. arg. de reli. domi. c. 2. pro hoc sup. de sup. neg. præla. cle. vnica. circa prin. diœcesani locorum. i. sic vacantium. dic ꝙ in hoc vltimo casu solus supplebit ille cui subest beneficium, quia ad ipsum fit deuolutio. Sed in casu præmisso vera est vltima opinio, quod etiā in alienatione rerum minoris non tantum iudex vbi res est, interponere potest authoritatem, sed etiam iudex domicilij per l. magis. §. illud. ff. de reb. eo. qui sub tu. vel cu. & eodē modo dico in alienatione rei ecclesiasticæ, quia vterque dicitur suus ep̄s quo ad illam rem. & sic non est differentia inter alienationem minoris & ecclesiæ. Ad l. si prædium. dico ꝙ licet dicat authoritatem eius cui subest res, interuenire debere, nō tollit quin sufficiat etiam authoritas iudicis domicilij per d. §. illud. vbi hoc tenet Ray. & ibi hoc aperte probatur, tn̄ quo ad alienationem minoris tutius est ꝙ interueniat authoritas iudicis vbi est res, vt satisfiat d. l. si prædium.

SVMMARIVM.

1 *Pœna de qua in ista clementina, an includat fœminam.*
2 *Prælatus si attentauit facere contra dispositionem huius clemen. an eoipso incurrat pœnam hic statutam.*
3 *Pœna huius cle. an sit perpetua.*
4 *Quis autem absoluere potest a pœna inflicta per hanc clemen.*
5 *Papa si approbauit constitutionem inferioris per quam lata erat excōicatio suspensio vel interdictum, an inferior absoluere possit.*
6 *Suffraganeus, an possit relaxare excōicationem vel suspensionem latam per concilium.*
7 *Et an potius requiratur dispensatio quam absolutio.*
8 *Clementina ista loquitur de suspensione ab officio, de quo officio intelligatur, an de officio diuino, an de administratione.*
9 *Suspensus ab officio secundum dispositionem huius clementinæ, an dicatur suspensus a beneficio.*
10 *Concessio facta per religiosum contra dispositionem huius clementinæ, an præstet causam præscribendi.*

1 Si quis. † Quæro, an pœna de qua hic, includat fœminā. videtur ꝙ non per verbū, si quis. Pau. tenet contrarium, cum possit vtrique sexui conuenire, & hoc si officiū a quo fit hic suspensio, sumimus non pro ordine, sed pro administratione & præeminentia. de constitu. cum accessissent. de æta. & qualita. hi qui. Item hoc est regulare quod masculi-
a nū [a] comprehendat fœmininum, ff. de lega. 2. si ita scriptum. de elec. indemnitatibus. §. sed cum eas. lib. 6. siue tractemus de odio siue de fauore, ff. de verbo. signific. l. 1. 17. q. 4. si quis suadente. de sentē. excom. mulieres. de quo dic vt dixi de elc. clemen. 1. qō. 1. & 3. seq. tamē quo ad hoc c. mihi placet quod di-
2 cit Pau. † Secundo quæro, an eoipso ꝙ prælatus attentauit facere contra formam hic traditam, sit locus huic pœnæ. Genz. dicit ꝙ sic, cuius gl. posita est super verbo, attentauerit. quod nō est in tex. sed verbum, fecerit. ipse itaque videtur habuisse tex. corruptum, arguit autem pro eo quod dixi ꝙ sufficiat incepisse per id quod habetur de pœni. distin. 1. si quis nō dicam. In contrarium quia valde durum esset tantam pœnam imponi ex sola attentatione nō producta ad effectum, vt enim obstat cognatus &c. ff. ꝙ quisque iu. l. 1. §. hæc autem verba, ad l. Cornel. de Fal. qui falsam. nam verba debent accipi cum effectu. de pœni. dist. 1. §. hæc autem verba, de cleri. non resi. relatū. Item alienator rei ecclesiasticæ pœnam euitat si per rei recuperationem sibi prouideat. eo. tit. si quis. ergo fortius si ante ipsam perfectam abstineat, quod dicit Genz. videri æquius per id quod sequitur in tex. nec ex cōcessione &c. suppono ergo ꝙ facta erat. quod placet. & non est magnum dubium, ex quo in tex. est verbum, fecerit, quod denotat actum consumatū, pro hoc quod no. Inn. de appel. præterea 2. & quod no. Bar. ff. de lega. 1. filiusfamilias. §. auri. quod dixi in d. c. præterea. quādo autē volūtas habeatur pro facto, dixi de eo qui mit. in pos. c. 1. pro hoc etiā quia hæc est pœna iuris, & ad hanc quis non incurrit eo ꝙ attentauerit, vt no. in regula, in pœnis 3. q. lib. 6.
3 † Tertio quæro an hæc pœna sit perpetua. gl. 1. ꝙ sic, ex quo tēpus nō adijcitur. Pau. idem, cum imponatur propter delictū, & idem Genz. dicit autem Pau. hoc verum siue imponatur p̄ delicto simpliciter siue delictum causetur a cōtumacia 11. q. 3. rursus, & c. quicunque. de æta. & quali. cum bonæ. de hære. cum contumacia, lib. 6. secus si pœna imponitur pro cōtumacia tantum per ea quæ no. de constitu. ex literis, de quo dic, vt ibi dixi. dicit etiam Pau. ꝙ delictum de quo hic, tale est ꝙ perpetuam pœnam requirere potest 12. q. 2. apostolicas. & c. nonnemus. eo. tit. nulli. Genze. & Matth. dicunt ꝙ hæc pœna durabit vsque ad satisfactionem & absolutionem factam per superiorem. ad hoc de elec. quia sæpe. li. 6. vel s̄m Matth. erit arbitrio superioris quantum duret, cum certum tempus nō sit ad hoc statutum. de offi. dele. de causis. Sed primum tenet, ne rumpatur neruus ecclesiasticæ disciplinæ. 23. q. 6. excommunica-

ADDITIO.

a Vin. God. Masculinum quando concipiat fœmininum, Ruy. cons. 22. nu. 14. li. 3. Quando autem masculinum non concipiat fœmininum, idem Ruy. cons. 145. nu. 11. & 12. li. 3. & ꝙ non concipit fœmininum prolatum ab homine in odiosis, Ruy. cons. 130. nu. 14. li. 2.

nicatorum.de consue.cum inter, & d.c.cum bonę.dic ꝙ opi.
gl.est vera, & eorum qui dicunt ꝙ est perpetua, nec Math.cō
tradicit, quamuis enim possit auferri per absolutionem, non
4 ex hoc tollitur quin sit perpetua.† Quarto quæro ab hac pœ-
na quis absoluet.glo.j.remittit ad no.de hære.cle.j.vbi de hoc
in gl sententia.quæ dicit ꝙ qñ tempus est determinatū, non
pōt superior absoluere, secus si indeterminatum. Pau. arguit
ꝙ solus Papa.15.distin.sicut.16.q.1.super.33.q.2.latorem, pro
hoc quod no. Archi.de elec.c.j.in fi.lib.6.vbi dicit ꝙ solus Pa
pa absoluit a suspensione canonis.idem tenet de regul.bene-
ficium.eo.li.Hostien.in d.c.j.tenet contrarium, pro hoc de p-
ben.graue.in fi.de sent.excōi.nuper.& quod no.50.distin. ac-
cedens, & in d.c.latorem. dicit Pau. ꝙ vbi Papa imponit pœ-
nam excommunicationis, suspēsionis vel interdicti propter
contumaciam condendo canonem, potest inferior absolue-
re.d.c.nuper, & quod no.Inno. de solu.c.2.& gl. de senten.ex-
cōi.quāuis, in fi.& 11.q.3.si inimicus. 16.q.7.si quis deinceps.
licet Brix.ibi contra primum verius per iura præallega.præci
pue per c.nuper, & quod dixi de præben. graue. quod etiā te-
net Genz.& Matth.per clemen.cum ex eo.in fi.de senten.ex-
cō.vbi Papa reseruat sibi absolutionem, & post satisfactionē
concedit eam episcopis qui nullo casu funguntur authorita-
te apostolica, cum ergo ibi specialiter Papa sibi reseruet, seq-
tur ꝙ in nō reseruatis iure cōi absoluet episcopus, & pro hoc
quod dixi in d.c.graue.q.vlti. & idem dicit Pau.de sen.excōi.
cle.j. vbi dico in §.quod & in interdictis.q.3.& de hoc in 3.se.
5 q.quod no.† Quinto quæro si inferioris cōstitutionē, per quā
lata erat excommunicatio, suspensio, vel interdictum Papa
approbauit.dicit Pau.ꝙ inferior adhuc potest absoluere, non
enim plus operatur cōfirmare q̃ condere, pro hoc de insti. ex
6 frequentibus.& quod ibi no.† Sexto quęro quid de constitu-
tione concilij prouincialis.dicit Pau.ꝙ excōicationem vel su
spensionem per eam latam potest quilibet suffraganeus rela-
xare, cum non sit maioris efficaciæ q̃ ius cōe.pro hoc d.c. gra
ue.& hoc nisi alij reseruetur absolutio, vt ibi. Septimo quæro
quia in tribus quæstionibus præcedentibus prædictum est de
pęna imposita per constitutionem, quid si per sententiam.di
cit Pau.ꝙ ligans debet absoluere.de offi.ordi.cum ab ecclesia
rum.21.dist.inferior.saluo ꝙ in c.pastoralis.eo.ti.s.in articulo
mortis.& cum haberi nequit is qui pronunciauit.no. hoc in
7 Spec.tit.2.§.nunc ostendendum. ver.25.† Opp. ad hoc quod
dixi sup.tribus proximis quæstionibus posse fieri absolutionē
a suspensione, quia potius requiritur dispēsatio, vt no. Vin.de
transla c.2.& Spe.de accu.§.secundo loco.ver.item quæritur.
Sol.Pau.ꝙ cum suspensio sit perpetua, habet vim priuationis
& non sufficit absolutio, sed requiritur dispensatio, & sic pro
cedit, ꝙ dicunt Vinc.& Spe.ex hoc videtur Pau.velle ꝙ supe-
riora procedunt quando suspēsio de sui natura est tpalis, sed
siue sit temporalis siue perpetua, non refert ad superius dicta,
cum quęritur quis possit absoluere, nam pōt idem ipse dispē-
sare.dicit tamen Pau.considerandum esse crimen pp quod su
spensio facta est, an tale sit, in quo possit eps dispensare, & tūc
poterit suspensionē remouere, alias secus, pro hoc quod no.
80.dist.c.vlti.& dicit Pau.se non putare suspensionem de qua
in tex.de sui natura operari priuationem, alias Papa hoc ex-
pressisset.arg.de deci.ad audientiam.Ex hoc cōcludit id quod
dixi sup. q.4.quod per ordinarium relaxari potest ratione prę
missa, sed fatetur ꝙ si nō relaxatur, durabit perpetuo, pro hoc
8 quod no.j.q.j. reperiuntur.de coha.cleri.clericos.† Octauo q̄-
ro in eo quod dicit de suspensione ab officio, an intelligatur
de officio diuino, an de officio.i.administratione. gl. remittit
ad no.de deci.cle.1.& ibi non soluit, sed arguit pro & contra.
& videtur hic intelligēdum de officio diuino, nam cum dēt
intelligi de administratione, hoc exprimitur.de sol.ca.2.& ita
intelligunt cōiter scribentes hic qui quęrunt an per hoc intel
ligatur suspensus a beneficio, & dic vt dico in seq. q. sed tu de
9 primo dic vt dico in d.cle.1.† Nono quæro an eo ipso ꝙ suspē
a ditur hic ab officio, intelligatur suspensus a beneficio.[a] dicit
Lau.ꝙ sic, quia vbi vnum propter alterum, vtrobique tātum
vnum.81.dist.eos.j.q.3.si quis.quæ verba ponit glo.pe.de ele.
excō.latores.vbi exposui.refert autem Lau.aliquos contra di
cere in suspenso a iure de quo remittit ad no. de re iudi.c.1.li.
6.quod tenet Hosti.de quo dic vt no.inf.de pœnis.cupientes,
in gl nouam. Decimo quæro in eo ꝙ dicit ex tali cōcessione
ꝙ ius aliquod non acquiritur, quæ est ratio.dicit Lau. quia ꝯ
l.& debita forma omissa, ideo pro infecto habēdū est.10.dis.
vides.12.q.2.sine.de rescri.cum dilecta.potuit enim Papa cō-
tractibus ecclesiasticis nouam formam certam & limitatam
apponere a qua recedere nō liceret, & sine qua nullum esset
quod fieret vt in iuribus pręalleg.pro hoc quod no.de despō.
10 impu.ad dissoluendum, in fi.† Vndecimo quæro an talis cō-
cessio præstet causam præscribendi. Pau.ꝙ nō, cum per eum
detur res, non vt teneatur perpetuo, sed ad tempus, arg. C. de
præscrip.xxx.anno.male agitur dicit Pau. idem dicendum ēt
si detur in perpetuum per no. de his quæ fi. a præla. c. ij. licet
contrarium no.de consue.cum dilectus, de pręscri.de quarta.
b Archi.x.q.iij.quia cognouimus.dicit ꝙ si titulus est erroneus[b]
in iure, non dat causam præscribendi, ff. de iu. & fac. igno.l.4
de vsucap.vbi lex. & l.nunq̃. secus si esset erroneus in facto, vt
si putatur episcopus qui non est vel ꝙ possideat latiorem die-
cesim quam possideat.ff.de offic. præto.l.Barbarius, extra de
senten.excōi.c.ij.Pau. dicit sibi hoc non placere, quia tunc ti-
tulus est iustus quo ad dominium, ex quo tenet bona fide.ar.
de elec. querelam. de cau. pos. cum ecclesia, & cum olim, de
iurepa. consultationibus, pro hoc quia ex quo est in possessio
ne, potest administrare.d.c.querelam, vt no.eo.titu.nihil.titu-
lus ergo ab eo concessus tenet mero iure.nec expedit ꝙ inter-
ueniat præscriptio.dicit etiā Pau.ꝙ vbi recepit a prælato scien
ter, oportet recipere ab eo & capitulo, & si secus fiat, non præ-
scribit, intelligit glo.d.c.ij.de his quæ fiunt à præla sed si reci-
pit credens eum habere consensum capituli, tunc habet cau-
sam præscribendi, quia titulus verificatur s'm mentem cōtra-
hentis, ideo concedit causam præscribēdi, quod placet, & no.
pro his quę de hoc dixi de præscri. da quarta, & s'm Pau. de-
bet contrahens præsumere prælatum habere consensum ca-
pituli de his quæ fiunt à præla. ea noscitur, & quod no. Com-
post.de consuetu. cum dilectus.quod vltimum no.sed quo ad
proxime dicta Laud. hic intricate loquitur, nam per ea quæ
dicit.j.ca.cle.ver. verū, videtur velle ꝙ possit præscribi spatio
xl.annorum contra ecclesiam, in alijs autem profanis mino-
ri tempore. Gen. simpliciter dicit ꝙ hic non datur causa præ-
scribendi ex tali titulo per hanc literam, quæ dicit non acqui-
ri ius aliquod, q̃a talis titulus habetur pro nō titulo, vt & alias,
ff. de pe.hęre.l.nec vllam.§.1.& ar.ff. pro emptore.l.ij.§. si quis
a pupillo, & clarius eo. ti. c.ij. lib. vj. dicit tamen se vidisse ali-
quos contrarium sentientes. Matth. etiam indistincte tenet
idem quod Genze. per hanc literam, inducendo eodem mo-
do. quod dic verum vt etiam dixi s̄.ea. q. s'm Pau. & de hoc
quo ad hunc casum, alias autem quando titulus minus iustus
det causam præscribendi. dic vt proxime dixi s'm Pau. & in d.
c. cum dilectus, de consuetu.q ij.

ADDITIONES.

a An suspensus a benefi. Adde gl. in c. tanta, de exces. præla gl. in c. cum di-
lectus, de consue.rex.in c.j. de sup.neg.præla.lib.6.
Vin.God. Adde Fely.in c postulasti, col.2.in fi.de fo.compet.
b Quod si titulus est erroneus. adde Io. de Imo. in c. cum dilectus, de con-
sue. in vj col. Ab.in c.de quarta, de præscrip Ioan. An. in c.cura.de iurepa-
tro. An.de But. in c.si diligenti, in 6.co de præscrip.ver. quærit glo. An. de
Bu. in c.dudum, in 4 col.de deci.Io.de Imo. in c. si.in 5.co.de præscri. Do-
mi.in c.2.in §.contractus, de rebus eccle. non alie. lib.6. Lud. Rom. consi.
clxvj. in v.col.Pau.de Ca.consi.72.in pe col.
Vin. God. Titulus causatus ex errore iuris quando inducat præscriptionem,
Ruy. consi.162.nu.6.& 20.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Venditio ęquiparatur locationi.*
2 *Periculum non est in mora modici temporis.*
Quare autem hoc ita.
3 *Vendidit quidam fructus cuiusdam castri pro quatuor annis pro certa quantitate pecuniæ vel bladi vel alterius speciei, emptor vero erat prius obligatus alijs creditoribus, quarum quis prior erit creditor contra istum emptorem. vide.*

1 **Verum.** † No. casum in quo venditio æquiparatur lo-
cationi, quod est ideo s'm Genze. quia vendi-
tio hic non præstat ius in proprietate. sicut nec per locationē
præstatur.ff.loca. non solet.de hoc de loca. vestra. Secūdo no.
a in verbo, ad tempus modicum.[a] ꝙ in mora modici temporis
non est periculum, nec propter modicam moram mutatur
obligatio.ff.loca.si in lege §. colonus. de loca.potuit. Oppo.in
eo, ꝙ permittit locationē de c.nulli, eo.ti.glo.i.soluit, ꝙ hic de
locatione ad modicum tempus quę non est alienatio, secus
si ad tempus non modicum. In hoc tñ gl.refert opi. Accur.di-
centis prohibitum alienare posse locare in centum vel mille
annos, & opi. Dy.ꝯtrariam approbat, quam etiā tenet Steph.
quia per locationem ad non modicum tempus transfertur
vtile dominium. Quæro si prælatus, qui locauit ad modicum
tempus, intra tempus moritur.gl.remittit ad no. ne præla. vi.
suas

ADDITIO.

a Ad tempus modicum. Adde gl.in ver. modicum in c.2 de reb.eccl.non alie.
lib.6.Io.de Ana. in c.fi.ne præla.vices suas.gl.in l.fi.ff.si ager vec. & in l.si
filius.C.de peti here.& in l.cum dę in rem verso.ff.de vsur.

suas.c.fi.vbi de hoc,in gl.2.quæ tenet ꝙ si contractus fuit celebratus pro vtilitate ecclesiæ,& pecunia est versa in eius emolumentum,tenetur successor stare,alias nō.dic plenius distinguendo vt ibi dixi.Secundo quæro in eo quod hic videtur cōparari venditio locationi,quod etiā dixi sup.in 1.no.cur hoc. dicit Laud.ꝙ venditio fructuum de qua hic, & arrendare seu ad firmā tradere,iuxta ca.vestra. de locato.sunt nomina sinonyma,& omnia habent naturam locationis,vt no.in d.c. vestra.& in hoc dicit Bertran. ꝙ differentia est inter emptorem fructuum ad tempus, & emptorem vsusfructus ad tempus, quod fieri potest.nam potest vsusfructus ad tempus constitui C.de vsufru.ambiguitatem.in prin. Est autem differentia fm eum,quia venditio fructuū ad tempus æquiparatur locationi,vt hic:sed venditio vsusfructus non,nā vsufructuarius potest colonum expellere,quod non potest simplex emptor fructuum. Item simplex emptor fructuum nō possidet ciuiliter nec naturaliter,sicut nec conductor nec colonus, sed vsufructuarius sic, ff.de acqui. pos. naturaliter.§.j. ideo ei competit interdictum vnde vi. quod nō competit conductori,quia nō possidet,ff.de vi & vi arm.l.4.§.hoc interdictum.Item vsufructuarius cum possideat non potest ejci per ementem rem illam.ex hoc dicit ꝙ talem contractū in quo constituatur vsusfructus,facere nō possunt rectores,quia est alienatio, nā vsusfructus est pars dñij.ff.de vsufructu.l.4.& circa hoc no.Lau. ꝙ reperitur ꝯtus emphyteuticus, & hic perpetuus. de locato, potuit.Item simplicis locationis,& hic duplex, quidā ad non modicum tp̄s,quidam ad modicum,& hæc vocatur simplex locatio.Insti.loca.§.adeo.ff.si ager vectiga.per totum.de loca.
a vestra. & in hac locatione [a] ad tp̄s modicum conductor nullum ius acquirit nec directi nec vtilis dñij, nec habet naturalem nec ciuilem possessionem, sed solam detentationem, ff. locati,non solet.de vsusca.non solum.§.quod vulgo.C. commu.de vsuca.l.j.nisi habeat a municipio, quia tūc perinde est ac si a priuato habeat ad magnum tp̄s.de quo inf.q. seq.& de hoc.ff.de loco pu.fru.l.j.qn̄ aūt conceditur locatio ad tp̄s non modicum,ille naturaliter possidet & habet vtile dñium. de lo
3 ca. potuit.de restit.spo.olim.j.†Tertio quęro si quis vendidit fructus cuiusdā castri alicui pro quatuor annis pro certa quātitate pecuniæ vel bladi vel alterius speciei, emptor autē erat prius obligatus multis creditoribus, item ex dicto contractu perdidit vltra dimidiā, item vltra illam perditionem damnificatus fuit culpa venditoris ita ꝙ non potuit attendere quod spopōderat,vbi quæritur an in fructibus collectis ex dicto castro & reconditis sit venditor potior alijs creditoribus prioribus.secundo,an l.2.C.de rescin. ven. locum habeat hoc casu, cum iste sit deceptus vltra dimidiam. tertio an vltra tp̄s quatuor annorum habeat emptor ius retentionis ex eo quia venditor non attendit quod promiserat in faciendo ipsos fructus colligere. Lau.tenet in primo dubio ꝙ satisfaciēdum sit prioribus creditoribus, cum fructus sint emptoris,ex quo venditor non retinuit sibi certam partem in fructibus. arg. eius qđ no.de decimis.tua.In secundo dubio arguit idem ꝙ d.l.2. locum habeat,quia procedit in omnibus quę sunt loco emptionis,ff.ex qui.cau.in pos.ea.l.fi.& tales sunt contractus locationis, permutationis, & similes.ff. si quid in frau.patro.l.1.§. si quis.de redhibitoria.sciendū.§.pe.quod tenui de emp.& ven. cum dilecti,quia locatio proxima est venditioni, ff.locati.l.2. & idem in similibus. quod dic vt ibi dixi. hoc dicit Laud. verum nisi venditor sciens rem maioris valoris scienter dederit pro minori quod consueuit apponi in instrumentis, tunc.n. conqueri non potest.C. de rescin. ven. venditor.arg. regulæ, scienti.li.6. alias licet præsumatur scire valorem rei suæ, non tñ tollitur ei facultas agēdi.C.de rescin.ven.quisquis.Opp.ad hoc,quia emitur sola spes in fructibus nondum collectis, nō ergo debet hinc vel inde valor respici, ff. de act.emp. si iactū. Confirma,quia ꝯtus prędictus non est emptio vel locatio ꝓpric,licet eius materia ponatur in titulo locati, sicut nec ꝯct' est emphyteuticus,qui tñ ponitur in e.tit.insti.de loca.§. adeo. Lau.non sol.dic per d. l.si iactum.ꝙ ęstimari debet quantum sit verisimile eum recipere posse cessante lęsione.In tertio dubio dicit Laud.ꝙ emptor non potest retinere rem vltra tēpus locationis, licet durante tempore possit agere ad retinēdum naturalem possessionem vsque ad tempus prout cōuentum fuit,sed post tempus nōn auditur,maxime si non soluit quod promisit.arg.ff.de loco pu. fruendo.l.2. de superficiebus.l.j.§. quod ait.sed agat contra vēditorem de euictio.de emptio.&
b vendi.c.si.Quarto quæro quod dicatur modicū tempus. [b] gl. vlti.quæ est signanda ponit varias opiniones, & inter cætera ponit illam ꝙ sit arbitrarium iudici, quod dicit glo. videri æquum propter varias conditiones regionū,deinde ponit alia, ꝙ intra decennium.Laud.etiam enumerat alios modos quibus dicitur modicum tēpus, & videtur placere ei illa opinio, ꝙ hoc relinquatur arbitrio iudicis propter conditiones terrarum varias,& dicit se expertum in castella vbi non possent ꝓuentus ecclesiastici commode vendi ad minus tempus 8. vel 9.annorum,pp agriculturam possessionum, in quibus ꝓ maiori parte bona ecclesiastica ibi consistunt, & si nō germināt vno anno,germinabunt alio,arg. de locato,pp. Pau. idem tenet,nisi loci consuetudo vel constitutio sinodalis aliud declaret, pro hoc quod nota. 80.distin.c.3.de locato.potuit. Idem Genze.& Matth. & Stephanus, Archi.eo.tit.c.2.lib.6. Sed alia opinio ꝙ modicum sit intra decennium,communiter tenet̄, & pro hoc est quod no. ff. de superfici.l.j.§. quod ait. & bene probatur per iura ad hoc allegata in gl.& maxime. C.de præscrip.lon.temp.in rubro,vbi dicit de pręscrip. lon. tem. 10. vel 20.ann.dicitur ergo lōgum tempus 10 ann.ergo tempus minus nō est longum & ita probatur. C.de lon.temp. pręscrip. l. penult.& in alijs pluribus legibus illius tituli. & hoc etiam tenet Arch. 12.q.2.alienationes. Ad iura in contrarium allegata dico ꝙ qn̄que in iure dicitur de tempore non adiecta quātitate,& tunc arbitrariū est,ff.de iure delib.l.j.in fi.de offi.deleg.de causis.nec obstat,ff.de effractoribus.l.j.§.j. quia nō stricte facit ad quęst. qn̄que in iure dicitur de tempore longo vel non modico,vt hic,& tunc intelligitur longum vel non modicum decennium vel supra,per prædicta quæ no.& sic sæpe consului,& ita obseruatur, & inueni in quibusdā scriptis Ioā. de sancto Georgio. Io.And. post hanc glo. publicatā ita sibi respondisse,& in hac gl.ibi,ca.vnico.& Spec.de cau. pos. & propric.§.sequitur.versi.est & vtilis.Quinto quæro,locauit præla-
c tus [c] vsque ad nouem annos, & finito anno vno locauit ad alios nouem inchoandos a fine primę locationis.dic ꝙ hoc nō licet,quia fit in fraudem huius cle.ad hoc, de priuil. quanto. Sexto quæro an possit ordinarius per suam constitutionē tollere hanc cle. Dicit Laud.ꝙ non,& idem Genz.dicēs per verbum declaramus,ꝙ hic nouum ius nō statuitur, sed antiquū declaratur,ideo tolli non potest per ordinariū,de locato, vestra.quæ ratio non videtur posita necessario sibi ꝙ intellexerit etiam si statutum episcopi pręcedebat hanc cle.tamen nō valebit, quia per hanc declaratur retro statutum illud repugnasse iuri,& sic non fuisse rationabile, & per cōsequens sublatum esse.de consti.c.j.lib.6.

ADDITIONES.

a Et in hac locatione. Adde Bal.in auth.si liuellario, quibus mod.feud. amit. vbi aliter tenet.
Vinc.God. Vide Ruy.cons.61.nu.j.& 16.lib.1. de locatione ad decennium, an dicatur ad modicum vel longum tempus.

b Modicum tempus. Adde Bal.in l.iubemus.la.2.in princ.C. de sacrosan.eccl. Ang.Lud.Ro..& Io.de Imo.in l.si filio.in §.fi.sol.mat.
Vinc.God. Adde Alb. Brun.in trac.monetar.partic.14.nu.1.& habetur in li. 11.tract. fol.134.

c Locauit prælatus. Adde Lap.alleg.12.quæ incip. disputat hoc An.consi.181. inci.ex forma & serie.ad fi.licet aliter sentiat Bald.in l.voluntas, C. de fide commiss.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest vnire ecclesiam alteri vel loco religioso donare etiā non vocato rectore, vel defensore.*
2 *Alter dictio repetit eandem qualitatem.*
3 *Ecclesia, dignitas, & præbenda qualiter differunt.*
4 *Ecclesia donari potest loco religioso.*
5 *Vnio & donatio qualiter differunt quo ad dispositionem huius clemēti.*
6 *Defensor quis dicatur quo ad casum huius clemen.*
7 *Vnio ecclesię vel donatio quare valet nō vocato rectore uel defensore.*
8 *Vnio quæ fit ecclesiæ alterius diæcesis an præiudicet diœcesano.*
9 *Abbas ad quem spectant ecclesiæ pleno iure, an possit alteram alteri vnire, vel vnam alteri subycere.*
10 *An autem abbas possit hoc facere de consuetudine.*
11 *Episcopus an possit vnire ecclesiam loco exempto.*
12 *Episcopus an de consuetudine possit vnam ecclesiam donare alteri sine consensu capituli.*
13 *Quid si beneficium est reseruatum per Papam, an episcopus possit illud vnire alteri.*
14 *Ecclesia quando donatur religiosis, quid erit seruandum.*
15 *Quid si donatur collegio, dignitati, vel præbenda.*
16 *Ecclesia habens capellas si vnitur alteri ecclesiæ, an capellę transeāt.*
17 *Vnio ecclesiarum si fiat, an requiratur consensus patroni.*

CAP. II.

1 SI vna. †Episcopus vnire potest ecclesiam alteri vel loco religioso donare, etiā nō
2 vocato rectore vel defensore. † No. quòd dictio, Card.Zab. super Clemen. P 4 al-

a alter[a] repetit eandem qualitatem. probatur hic in verbo al-
teri, iuncta gl. quæ intelligitur alteri. s. ecclesiæ & idem Pau. si-
3 mile no. de dictione alius, de rescrip. sedes † Secundo no. diffe-
rentiam inter ecclesiam, dignitatem, & præbendam, quia po
nuntur hic tanq̃ diuersa. pro hoc de præben. c. si. & eo. ti. cum
in illis, lib. vj. Tertio no. casum in quo in concessione ep̄i requi
ritur consensus capituli, & non sufficit consilium. de hoc in
glo. in ver. consentiente & hoc qñ debet fieri vnio, vt hic. pro
4 hoc de præben. dilecto, & c. vacante. † Quarto no. q ecclesia
dari potest loco religioso, & multis modis potest ecclesia spe-
ctare loco religioso, de quibus de præb. de monachis, & su. de
sup. neg. præla. cle. vnica. Quinto no. ex eo quod dixi in proxi.
b nota. q ecclesia secularis[b] potest fieri regularis etiam inuitis
clericis, pro hoc quod no. xij. q. ij. si episcopus. Contrarium tñ
no. eo ti. possessiones. quod magis videtur placere Genze. qui
dicit hunc tex. non multum facere, quare non vocetur hic re-
ctor, nã ideo euenit, quia ecclesia ad vitã suam nõ aufertur. de
do. consultationibus. facit ergo potius hæc litera q inuitis cle
ricis hoc fieri non possit, quod est verius in tantum q vnius
contradictio vitiaret, nisi ex aliqua causa rationabili hoc fiat,
tunc enim fieri etiam potest omnibus inuitis. quod dixi q me
cau. cum dilec. pro hoc quod no. Inno. de præbẽ. in Lateran.
et quod dicit hic Lap. quis tenet q si vnitur ecclesia collegiata,
requiri debet consensus collegij cuius ius læditur quod habet
in eligendo prælatum, qđ ius inuitis auferri nequit. xvj. q. vlti.
5 monasterium, & c. rationis. † Sexto no. differẽtiam inter vnio
nem & donationem hic. n. ponuntur vt diuersa. & dic q diffe
runt, quia vnio fit varijs modis de quibus eo. ti. c. j. & qñq; fit
ita q per hoc non extinguitur titulus beneficij vniti, vt ibi no.
Donatio vero trãsfert ius rei donatę in donatarium, licet etiã
donatio quę fit de ecclesia vel de iuribus quæ habentur in ea,
varietur tam ex forma q̃ ex persona donantis & donatarij. de
6 hoc de dona. pastoralis. † Septimo no. de defensore & dicit
Pau. q hic loquitur de defensore constituto ab homine non
à lege. de quo loquitur ne se. vacan. c. vlti. ibi enim loquitur de
defensore. i. prælato qui dicitur deputari à lege, quia sua pote-
stas regulatur à lege. Opp. q episc. etiam sine consensu capi-
tuli donare possit ecclesiam loco indigenti per ea quę no. Ho.
sti. de his quæ fi. a præla. nouit. gl. in ver. consentiente. dicit il-
lud hic reprobari, & idem Genz. Secundo op. ad idẽ. s̄. de do-
na. apostolicæ, & quod ibi no. vbi dicitur q quinquagesimam
vel centesimam iuxta formã de qua ibi, potest ep̄s donare si-
ne consensu capituli. Sol sm Lau. & Gẽ speciale ibi, dic vt ibi
dixi, & de his quæ fi. a. præla. pastoralis. vbi dixi q ep̄s non po-
test monasterium erigere sine consensu capituli. sed erecto
donare potest centesimam vel quinquagesimã sine consensu
capituli, quia hoc facit iure permittente. Tertio opp. q nõ suf
ficiat consensus capituli, sed requiritur etiam consensus præ-
lati cui subest ecclesia. J. de statu mona. cle. i. §. ad hæc. Solu.
stat contrario. quod dic vt in gl. in ver. rectore. nec cõtrarium
hic probatur. Quarto opp. q imo vocari debeat rector vel de-
fensor per id quod no. Host. de exces. præla. sicut. vbi dicit q
episcopus vnire non potuit ecclesias sine collatione ambarũ.
glos. in ver. vocatus, dicit illud hic reprobari, & idem Pau. per
hoc quod no. de consue. cum dilectus, in 4. glo. & eo. titu. c. j. li.
vj. quod tamen intellige saluo eo quod dixi. s̄. in v. nota. Quin
to opp. q sede vacante non possit ecclesia vniri, ne se. vac. c. i.
vbi sede vacante vnio non potest dissolui, ergo nec fieri. glo. in
ver. vacabat. Sol. q illud in ep̄alibus sedibus, pro hoc quia eis
vacantibus nemo admittitur ad agẽdum nisi detur visitator.
de quo de elect. is cui. lib. vj. de sup. neg. præla. c. vlti. eo. tit. Sed
pro ecclesijs inferioribus vacantibus agit ep̄s, & defendit. de
succes. ab intest. c. si. Secundo sol. glo. q alia ratio mouit Papã
in d. c. j. quod dic vt in. glo. & idem Pau. & Gen. vel sm Genze.
aliud in dissolutione vnionis, vel aliud in ipsa facienda, nam
ex quo est certa causa sine qua fieri non potest, si facta reperiẽ,
non potest ecclesia cui facta est vnio hoc iure priuari si careat
defensore. pro hoc eo. ti. c. j. li. vj. sed vnio, vt dixi, fiet ex causa,
& pro hoc de præben. vacante, & c. exposuisti. subsistente er-
go causa non curatur an vacet ecclesia vel non, quia non præ
iudicatur ecclesiæ & subuenitur necessitati vel vtilitati. hanc
tamen solutionem redarguit Genz. quia sic dici deberet q li-
cet vnio facta sit ex causa, tamen illa deficiente & contraria
subsistente possit dissolui, quia cessante causa dissoluuntur iu-
ra communia. de consang, non debet. sed defende, quia dato
q subsit causa dissolutionis faciendæ, tamen quia nunc dixi
agitur de diminuendo ius ecclesiæ, requiritur defensor: secus
quando agitur de vniendo, quia tunc de præiudicio nullius
agitur, & quatenus videatur agi de præiudicio ecclesiæ, suc-
cedit episcopus qui defendit ecclesiam hoc casu & si dicas
idem in alio casu, dic, imo secus in illo, per id quod dico in se-
quenti contrario. Sexto opp. ad hoc eod. titu. c. j. lib. vj. vbi res
ecclesiæ vacantis donari non potest. glo. in ver. defensor. dicit
q aliud quando datur res ecclesiæ, vt ibi. aliud quando ipsa ec
clesia, vt hic. Ex hoc nota casum in quo maius permittitur, &
minus prohibetur, quod prosequere vt in glo. Gen. dicit q ra-
tio diuersitatis est, quia quãdo datur vna res ecclesiæ puta de-
cima vel aliqua possessio, fit sectio beneficij, quę prohibita est
etiam in minoribus beneficiis, quæ ratio cessat cum ecclesia
vnitur vel donatur, quia fit sine immutatione stat[us] & sine de-
trimento rectoris. de resti. spo. cum venisset. de priui. pastora-
lis. pro hoc quod dico inf. q. 10. & hæc ratio etiam tangitur in
glo. quæ in effectu continet, quicquid in hoc dicunt alij & in
ea ibi res ecclesiæ non ratio, quia per vnionem non fit præiu-
dicium, imo prouidetur ecclesiæ vacanti, sed per alienationẽ
7 sic ibi glo. pe. de hoc ibi super ea. † Quæro quæ est ratio q va-
let vnio vel donatio ecclesiæ non vocato rectore? Solutio per
ea quæ dixi sup. pe. contrario, quia non agitur de præiudicio
rectoris, in quo dicit Genze. q quia omnes ecclesiæ sunt vna
ecclesia, nil dicitur alienari si vna ecclesia in aliam trãsfertur.
arg. C. de fideicom. voluntas. ff. de leg. 2. vnum. §. 2. & l. peto. §.
fratre. no. de his quæ fi. a præla. cum apostolica. Secundo quę-
ro, an quod hic dicitur de vnione vel donatione ecclesiæ, lo-
cum habeat in alio quocunque iure ecclesiastico in alium lo-
cum transferendo in perpetuum, vt etiamtunc requiratur cõ-
sensus capituli. dic q sic, quia eadem est ratio, & hoc tenet In-
8 noc. de dona. pastoralis. in fi. & ibi dixi. † Tertio quæro, an per
vnionem quę fit ecclesiæ alterius diœcesis, præiudicetur diœ-
cesano. gl. 2. dicit q non, quod procedit in vnione quæ fit per
Papam vel legatum. secus in ea quæ fit per episcopum, nam si
bi præiudicat si fit alias legitime. quid autem videatur episco
pus transferre, dic vt de dona. pastoralis. Quarto quæro an qđ
dicit de ecclesia quæ vnitur præbendæ, locum habeat in præ-
benda cathedralis ecclesiæ gl. 3. dicit q sic. Oppo. ad hoc inf.
§. proxi. glos. ibi remittit, & ibi soluitur in glos. cum capella.
9 † Quinto q̃ro in eo quod dicit de episcopo, an abbas ad quẽ
c spectant ecclesiæ iure pleno,[c] possit illas vnire vel vnam alteri
subijcere. glo. in ver. episcopum. dicit quòd nõ. idem Pau. qui
dicit hoc non esse mirum, cum etiam in alienationibus requi
ratur consensus diœcesani. 12. q. 2. abbatibus. 18. q. 4. in vendi-
tionibus. quod est minus. pro hoc quod no. Archid. de præ-
10 ben. cũ singula. lib. 6. dic vt in q. seq. † Sexto quæro circa hoc,
an abbas hoc possit facere de consuetudine. Steph. refert opi.
Archi. positam de præben. cum singula. lib. 6. quam ponit gl.
infra de sta. mona. cle. j. §. ad hęc. tenet autem Steph. q hoc nõ
potest præscribi, quia de iure est quòd singula beneficia ha-
beant speciales rectores & solis episcopis permittitur ex causa
d posse vnire,[d] ergo inferioribus prohibetur. arg. de temp. or. di
lectus. de præsump. nonne. Laud. tenet contrarium, quia talia
sunt præscriptibilia contra episcopum & quemuis alium. de
consue. non est. lib. 6. de præscrip. de quarta, & c. auditis. quod
etiam tenet glo. in d. §. ad hęc. Dic quod cum vnire sit iurisdi-
ctionis episcopalis, competit cuilibet qui habet iurisdictionẽ
quasi episcopalẽ, sicut etiam ei competit potestas authorandi
in alienationibus. sup. cle. proxi. in princi. & quod ibi no. glos.
in ver. proprij. & ibi dixi in q. 34. & ad id quod dictum est in q.
pręced. dic q verũ est q abbas quamuis habeat ecclesias ple-
no iure subiectas, authorarę non potest, intelligendo de abba
te qui habet ecclesias sibi subditas, non tamen quo ad iuris-
dictionem quasi episcopalem, & ex hoc dic esse verum quod
talis potestas præscribi potest etiam per non episcopum tan-
quam quę est iurisdictionis, non ordinis, vt dixi supra ea. q. &
in d. §. ad hæc. in quęst. 7. † Septimo quæro, an episcopus pos-
11 sit vnire[e] ecclesiam loco exempto? videtur quod nõ, propter
e iuramentum de non alienando inconsulto Papa, de quo eo.
titu. vt supra. videtur enim ecclesia alienari, ex quo desinit es-
se de iurisdictione episcopi. In contrarium per hanc literam
quæ permittit indistincte vnionem. Item iuramentum de nõ
alienando concernit bona propria cathedralis ecclesiæ tan-
tum, de hoc dixi de censi. cum venerabilis, & de his quæ fi.
a pręla.

ADDITIONES.

a Dictio, alter. Adde glo & Cy. in l. ancillę. C. de fur. Bar. in l. 1. in § q in fenti-
tiis. ff quando ap. sit. Fulg. consi. 124. in fi. 2. col.
Vinc God. Dictio alter altera alterum, est distributiuum vlterius non solum
duorum. Pau de Cast. consi. 264. lib. 1.
b Quod ecclesia secularis. Adde gl. & Doc. in c. ad audientiam el. 2. de eccle.
ædi.
c Ecclesiæ iure pleno. Vidè Inno. in c. Pastoralis, in fi. de priui. Abba. in c. quę-
relam, in prin. de elect. Ab in c. de monachis, in prin. de pręben.
d Ex causa posse vnire. Adde Fely. in c. auditis, de præscrip. in 6. col. ver. & q
dictum est de vnione.
e An episcopus possit vnire. Adde Io. An. in c. cum personæ. de priuile. lib. 6. in
nouel.

a præla. pastoralis. vbi dixi ꝙ valet vnio facta de consensu capi
tuli, nec dicitur ecclesia eximi a iurisdictione episcopi ex to-
to, remanet enim subdita saltem quo ad ea de quibus in dict.
capit. cum venerabilis. nisi aliud operetur priuilegium exem-
ptionis concessum religiosis, vt quia sunt exempti cum eccle-
sijs acquisitis & acquirendis: tunc enim desineret ecclesia cō-
cessa esse de iurisdictione episcopi, non tam ex vi donatio-
12 nis quàm ex vi priuilegij apostolici. † Octauo quæro, an epi-
a scopus[a] de consuetudine possit conferre ecclesiam alteri ec-
clesiæ sine consensu capituli? glo. in ver. consentiente. opinio-
nem refert. Hostien. tandem concludit non esse præscriptibi-
le, quod etiam in casu licito prælatus alienet sine consensu ca
pituli, & signanda est glo. in fin. sui. Lau. tenet contrarium, qa
talia sunt præscriptibilia. de consue. non est. lib. 6. de præscript.
de quarta. & c. auditis. Dic ꝙ quia talis consuetudo repugnat
iuri, non valet, nisi sit inducta a tacito consensu Papæ, quod di
xi de consecra. capit. fin. quia vero tempus de cuius contrario
non est memoria, tollit iuris resistentiam, & habetur loco ti-
tuli de præscrip. cap. 1. lib. 6. ideo puto ꝙ ex tali consuetudine
possit hoc præscribi, quia videtur præsumendum ꝙ in tam lō
go tempore Papa de hoc sciuerit, qui non præsumitur esse ne
gligens. Item ex varijs causis verisimile est quòd ad Papam
vel per appellationem super aliqua causa hoc tangente vel ex
alia cā peruenerit notitia sup hoc, nisi ius expresse reprobet ꝯ-
suetudinem, sicut inf. pmx. responso, tunc enim non valet cō-
suetudo etiam tanti temporis, de cuius initio non sit memo-
ria. quod dico infra proxi. respon. quæstio. vlt. In his autem in
quibus ius non resistit, procedit quod dicit Lau. quia tunc suf-
ficit cōsuetudo præscripta spatio quadragenario per iura per
13 eum allegata. † Nono quæro, si beneficium est reseruatum[b]
b per Papam, an possit vniri alteri per episcopum. fuit de facto,
& determinauit Io. 22. vnionem non tenere, etiam si facta es-
set per legatū de latere, pro hoc quia eo ipso ꝙ Papa reseruat,
videtur prohibere cuilibet inferiori de illo beneficio dispone
re, ergo non potest vnire, per hoc quod not. de prebend. si tibi
absenti. in glo. sed nunquid. & decisio Rotæ, in qua deciditur
ꝙ vnio caret effectu, donec Papa contulerit, sed ex quo contu
lit illo dimittente beneficium, vnio habet robur, vnde posset
dici quòd vnio simpliciter tenet, nisi Papa vtatur reseruatio-
ne cōferendo beneficium qua si vtitur, tenet collatio, & vnio
suspenditur, prout nunc dixi. ad hoc facit quod dixi sup. in vlt.
contrario, quòd vna res ecclesiæ non potest alienari non vo-
cato rectore si episcopus alienat sub conditione vt valeat post
mortem rectoris, dicit Pau. ꝙ nō valet sine consensu rectoris,
quia in hoc tractatur de præiudicio ecclesiæ & successoris &
in contractibus inspicimus initium. de elec. dudum. 1. nam si
ecclesia vacaret, hoc fieri non posset sine consensu defensoris.
eodem tit. cap. 1. lib. 6 aliud autem in vnione de qua hic, quia
per eam non paratur præiudicium ecclesiæ, imo quandoque
defectus ecclesiæ suppletur. 10. q. 3. vnio. 16. q. 7. & temporis.
14 propterea non requiritur defensor. † Vndecimo quæro, quan
do ecclesia donatur religiosis, quid seruabitur. dicit Pau. ꝙ ce
dit in vsus religiosorum, & defectus ministrorum ecclesię sup
plebitur per religiosos & pars redituum cedit in eorum vsus.
dic in hoc vt dixi de præben. de monachis. debet enim atten-
15 di sub qua forma data fuit, quod ibi plenius dixi. † Duodeci-
mo quæro, quid si datur collegio dignitati vel præben. Host.
de dona. consultationibus, & Paul. hic dicunt ꝙ pars redituū
cedet ad sustentandum illos de collegio vel habentem digni-
tatem vel præbēdam, & hoc operatur fauor maioris ecclesiæ,
de præben. exposuisti. ideo hoc quod videtur esse maius quā
si res aliqua ecclesię alienetur, dicitur esse minus munitum iu
ri. simile de translat. cap. vlt. & hoc vltimum etiam dicit glo.
16 in versi. defensor. † Decimotertio quęro, si vnitur ecclesia ha
bens sub se capellas. Vinc. de reli. do. cap. 2. & Paul. hic dicunt
quòd etiam ipsæ capellæ transeunt in potestatem ecclesiæ, cui
17 fit vnio, ad hoc Insti. de ado. §. illud. † Decimoquarto quæro,
in eo quod dixi in 5. not. & in tertio contrario, de requirendo
consensu eorum quibus præiudicat vnio, an requiratur con-
sensus patroni. Pau. quòd sic ex eadem ratione per quam dixi
supra in 3. contrario requiri consensum prælati cui subest ec-
clesia, & hoc tenet Hostien. in sum. de his quæ fiu. a præla §. 1.
ver. sed nec aliquid. facit. 16. quæst. 7. filijs monasterium. & ca.
seq. de offic. Archi. ad hæc. de his, quæ fi. a præla. tua. & c. pasto-
ralis. quia per talem vnionem patitur ecclesia quasi quādam
capitis diminutionem. 3. quæst. 8. econtra. Interest ergo patro
ni eam defendere. Item si ecclesia est non collegiata, perdit
patronus ius præsentandi, & spem alimentorum quæ facilius
habuisset ante vnionem. perdit etiam ius processionis, saltem
quia non sic facile habebit. Item si ecclesia erat collegiata per
dit honorem consensus petendi ab eo in electione iam facta,
de iure patrona. cap. nobis.

ADDITIONES.

a An episcopus. Adde Doct. in capit. consultationibus. de dona. & ibi Barba. post alios.
Vinc. God. Episcopus sine consensu cap. non potest tractare causas arduas, Rot. Decis. 459. confessio. hæc causas criminales. Felyn. in cap. irrefragabili col fi. de off. ord.

b Si beneficium est reseruatum. Adde Doc. in c. cum olim. de re iud. Doc. in ca. postulasti. de rescript. Frid. de Sen. in tractatu permutationum. q. 4.
Vinc. God. Adde ꝙ beneficia reseruata non veniunt appellatione bonorum vacantium vnde conferri non possunt per habentem potestatem conferendi beneficia. Rot. decis. 122. legatus. in nou.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest vnire ecclesiam mensæ suæ, vel capitulo suo.*
2 *Episcopus non potest authorizare in facto proprio.*
3 *Constitutio generalis tollit aliquando consuetudinem particularē quā-do de ipsa fit mentio.*
4 *Ecclesia curata si vnitur capitulo, quis habebit curam.*
5 *Episcopus an possit donare capitulo de ijs, quæ spectant ad mensam suam.*
6 *Quamuis consuetudine, verbum qualiter accipiatur.*

1 §. Quod si episcopus. † Si episcopus etiam cum capitulo mensæ
suæ vel ipsi capitulo vnit ecclesiam, non tenet vnio, etiam si
2 hoc habeat consuetudo. † Not. ꝙ episcopus non potest autho
rizare in facto proprio, de hoc in gl. in ver. mensæ. & idē Paul.
qui vltra gl. inducit qui fi. sint legi. per venerabilem. vbi quis
non potest legitimare aliquem vt sibi succedat, licet legitima
3 re posset ad succedendum alteri. ar. 8. q. 1. in scripturis. † Secun
do nota, ꝙ per constitutionem generalem tollitur aliquando
cōsuetudo particularis, & hoc cum de ipsis fit mentio, vt hic,
& de constitu. c. 1. lib. 6. & not. in hoc literam hic, cum dicit,
quamuis consuetudine. pro eo quod dico. ꝫ. q. fin. Oppo. ꝙ va-
leat vnio facta mensæ episcopi per id quod no. Inno. vt eccle-
siastica beneficia. cap. vnico. gl. 1. Sol. ꝙ illud dictum hic repro
batur. Idem Pau. & Genz. per rationem quam dixi in 1. no. ne
authorizet in facto suo. Secundo oppo. ad hoc, quia cognoscit
de causa ecclesię & de eius iniuria. de for. compe. clem. vnica,
de male. c. 1. 23. q. 4. si is qui. vbi de hoc. de iudi. cum venisset. &
per Innoc. de verb. sign. ex parte. Sol. Pau. ꝙ subest ibi remediū
appellandi si grauaret, quod non subest hic. Tertio oppon. ad
idem, quia singulari præbendæ maioris ecclesiæ vnire potest.
ꝫ. proxi. responsio. ergo & suæ mensæ vel capitulo. Glos. in ver.
ipsi. sol. ꝙ cum vnit singulari prębendę capitulum non autho
rizat in facto suo, quia id quod est singulorum, non est colle-
gij. idem Pau. & Genz. qui pro hoc inducit, nam prohibendo
de capitulo, videtur permittere singulis de capitulo, quia si de
illis voluisset intelligi, hoc expressisset. de deci. ad audientiam.
C. de cad. tol. l. vnica. §. si autem. Item cessant causæ finales ꝓ-
hibendæ vnionis, quæ sunt in alio casu. ergo cessat dispositio.
40. distin. §. verum. de iureiuran. & si Christus. & in hac glo. in
fin. pro hoc quod no. de iureiur. breui. & ca. sicut nostris. & in
Spec. eod. tit. in fi. Quæro, quæ est ratio huius §. Sol. per ea quæ
in 1. no. ꝫ. dixi. ratio est, ne quis authorizet in facto, & hoc etiā
tangit gl. vlt. & dicit Lau. ꝙ cum sint hic duo principales do-
natores, neuter potest sibimet donare, quia inter donatorem
& donatarium debet esse distinctio. de insti. c. fi. & hoc satis tā-
git glo. in ver. mensæ. in prin. pro hoc de consue. nō putamus.
lib. 6. Secundo quęro, si episcopus donat de mensa capituli,
& episcopi simul. gl. in ver. mensæ. dicit quòd non valet dona
tio fortiori ratione quam si donaret capitulo, & idem Genz.
Tertio quæro, si laicus habens decimam in antiquum feudū
ab ecclesia dat eam capitulo cum consensu episcopi. glos. in
ver. mensæ. ibi, facit. dicit valere, quia sufficit authoritas epi-
scopi sine capitulo. idem Gen. & Paul. Quarto quæro, si digni
tas tollitur in ecclesia per capitulum authoritate episcopi. So-
lu. vt in glo. in ver. mensæ. ibi, item facit. vsque ad fi. & est vera
4 opin. gl. ibi videtur &c. † Quinto quæro, cum beneficium cu-
ratum vnitur capitulo, quis habebit curam. glo. in ver. ipsi ca-
pitulo. remittit ad not. in ca. exposuisti. & ibi tenet Host. ꝙ to-
tum capitulum per l. ff. de in ius voc. sed si hac. §. quæ manu-
mittitur. 12. q. 2. c. qui manumittitur. facit quod not. Inn. de ꝓ-
5 ben. cum non ignores. † Sexto quæro, si episcopus donat capi-
tulo de his, quæ spectant ad mensam suam. glo. pen. refert opi-
nionem Host. qui dixit hoc valere. Gen. tenet contrarium per
rationem quam dixi. ꝫ. q. 1. quia capitulum authorizaret in fa
cto proprio. Ioan. de sancto Georg. defendit primum, quia hic
loquitur de alienationibus vel alijs dispositionibus contin-
gentibus inter episcopum & ecclesias inferiores, non autem
inter episcopum & ecclesiam cathedralem, & sic debet intel-
ligi.

ligi quod no. 17. q.4.§.sed & si. & c.seq.& no. in regula,qui ta-
cet.lib.6.in q.vbi hoc dicit Ioã. And. dic ꝙ si diuisa est admini-
stratio episcopi & capituli,vera est opi. Genz.secus si non diui
sa,nam quãdoq; diuisa est,ad hoc de rescri. edoceri.tamen ad
huc stat ratio coniunctionis per ca.requisisti.etiam si admini-
stratio sit diuisa,vnde quæstio non est sine dubio. & posset di-
ci ꝙ etiam presupposito ꝙ donatio non teneat,tamen in hoc
dubio dat causam præscribendi secundum ea quæ not.de re-
scrip. de quarta.in gl.vlt.in fi.de consuetu. cum dilectus.in gl.
4.Septimo quæro, an hæc dispositio comprehendat præteri-
ta gl.in ver.decernimus.dicit per hoc verbum, ꝙ non. Oppo.
ad hoc quia damnatur consuetudo, & sic respicit præterita.
gl. ea.format & non soluit.Pau.dicit ꝙ damnat effectum con-
suetudinis circa futura & ipsam consuetudinem de nouo in-
ducendam. idem Genz. qui dicit ꝙ licet ratio possit habere
locum de præterito,tamen prius facta cessare non debent,vt
paret subtiliter aduertenti.de sponsa duo.tuas.de consecra.ec
cle.vel alta-aqua.sed illud facit contra in eo ꝙ ibi de misericor
dia tolerantur,tamen dictum placet,quia ante hoc ca.excusa-
bat error probabilis.pro hoc quod dixi.§.cle. proxi.in princ.q.
26.Opp.ad idem,quia ratio prohibendæ talis vnionis erat an-
tiqua,vt etiam dicit glo.sed vbi habet locum ratio,locum ha
bet dispositio.regula vlti.lib.6. Sol.hoc operatur ver. decerni-
mus. sic voluit intelligere glos.in hoc ver.quod apertius dicit
Genz.qui etiam dicit ꝙ ideo non debet concernere preterita,
quia de natura constitutionis est concernere tantum futura,
de consti.c.2. Item quia si voluisset expressisset de præteritis si
cut fecit alibi in hac compilatione, de seques.c.vnico.de ꝓba.
c.1.de re iudi ca.2. Item inducit verbum duxerit,in tex.quod
est verbum futuri temporis.ff.de verb.oblig.si quis stipulatus.
Item quia iniquum videretur si vniones factæ ante hanc cle.
essent reuocatæ , cum tunc esset opi. aliquorum doctorum ꝙ
valerent,quæ opi. tunc excusauit,licet esset erronea. erat autẽ
opi. Inn.vt dicitur in glo. 1.Pau.& Host.vt dicitur in gl.antep.
licet eius opinio non omnino pro hoc faceret,vt dixi.§.proxi.
a q.& in hoc dicit Genz.ꝙ opinio Doctorum, [a] quamquã erro-
nea , excusat etiam in condemnatione expensarum per id qđ
no.de app.vt debitus.argu.ff.de leg.2.qui solidum.§.etiam.de
transla.c.2.in fi.vbi secutus errorem.de diuor.gaudemus.in fi.
quid enim peccauit antiquitas &c.C.de testa.iubemus.de de-
cu. diui.lib. 10. in Auth.vt factæ nouæ constitutiones.§.sanci-
mus. pro hoc quod dixi de excusando ab expen. quod not.de
postula.c.vnico.lib.6. in quo dic ꝙ error iuris excusat ,cum qs
certat de damno vitãdo,sed de hoc sunt opi.ff.de aeq.hæ.Clo
dius. Et quod ibi no.vbi plenius de hoc per Bar. Item senten-
tia lata contra ius super eo de quo sunt opinio.non est nulla.ff.
de re iudi.cum prolati.de verb.oblig.qui Romę.§.duo fratres.
6 & quod vtrobique not. † Octauo quæro, de intellectu verbi,
quamuis,de consue.gl.vlt.dicit ꝙ comprehenditur consuetu
do etiam de cuius initio nõ est memoria. & idem Pau.& Gẽ.
qui dicit ꝙ causa reprobationis est ea quam dicit glos. ne quis
authorizet in facto suo. Item quia humana natura prona est
ad lucrum. argu.de cler.non residen.ca.2. quod non multum
facit,sed melius facit c.1.& qđ ibi no.glo. de facili.ergo posset
induci episcopus ad consentiendum capitulo vt alias ecõuer-
so capitulum consentit sibi.& hæc not. Circa quæ dico quod
quandoque ius expresse reprobat consuetudinem, & tunc nõ
valet consuetudo etiam de cuius initio non est memoria, &
in hoc quamuis in tex.sit verbum ꝗuis, tñ idem puto etiam si
hoc verbum non esset, quia indiffinite reprobando intelligit
quamlibet consuetudinem reprobari.de elect.vt circa.lib.6.&
quod no.ibi de indiffinita.Quandoque ius non reprobat con
suetudinem , & tunc adhuc de iure canonico non tenet con-
suetudo contra ius,nisi sit inducta de tacito consensu Papę,&
hoc respectu consuetudinis præscriptæ spatio quadragenario.
sed si de eius initio non est memoria,valet per id quod dixi.§.
proxi.respon.q.8.quod nota singulariter ad multa.

ADDITIO.

a Opinio Doctorum. Adde quod dixi in clem. 1. de magi.ver.quarto quæro.in apostill.

Vinc.God.Adde ꝙ hoc est verum si sint de peritioribus alias excusatur quis a dolo non a temeritate.Angel.in l.plagij.C.de plag.Alex.in l.iuris ignorãtia.C.qui admit.

De rerum permutatione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Collatio de beneficijs quæ vacant causa permutationis facta alijs quã permutantibus non valet.*

2 *Beneficium alicui collatum non debet ei auferri.*

3 *Illusio debet euitari,maxime in spiritualibus.*

4 *Causa põt exprimi quando beneficia renũciãtur causa permutationis.*

5 *Tractatus in permutatione beneficiorum potest inter partes ante permutationem præcedere.6 & 7.*

8 *Permutatio beneficiorum,an potest fieri sine authoritate superioris.*

9 *Renunciantes beneficio causa permutationis in fraudem expectantiũ, an gaudeant beneficio huius clemen.*

10 *Clementina ista in quibus beneficijs habeat locum.*

11 *Quid in hospitalibus.*

12 *Permutatio,qua de causa possit fieri.*

13 *Permutare an quis inuitus possit cogi.*

14 *Collator beneficiorum quilibet prohibetur conferre beneficia permutãtium alijs quam permutantibus.*

15 *Inferior episcopo habens beneficia ad collationem,an possit permutare vel authoritatem permutantibus præstare.*

16 *Permutatio beneficiorum quorum authoritate fieri debet si beneficia sunt in diuersis diœcesibus.*

17 *Capitulum an sede vacante possit præstare authoritatem permutantibus, vide.*

18 *Canonici si fecerunt statutum de non recipiendo aliquem in canonicũ donec numerus 30 qui erat in ecclesia reducatur ad 20.si aliquis ipsorum vult permutare,an canonici poterunt absque derogatione statuti consentire permutantibus.*

19 *Permutantibus quando acquiratur ius.*

20 *Beneficia renunciata causa permutationis,an poterunt per alios optari si consuetudo sit in ecclesia de optando.*

21 *Papæ voluntas an possit annullare matrimoniũ carnale dicendo,Nolumus ꝙ contrahatis matrimonium, & si contrahatis pronunciamus illud esse nullum.*

CAP. VNICVM.

1 NE concessione. † Collatio de benefi-
cijs causa permutatio
nis vacantibus facta alijs , quam permutãtibus,nõ
2 tenet. † No.ꝙ iuris concessio seu beneficium non
debet alicui auferri.ff.de re iud.l.4.§.si quis. regula, indultum.
lib.6. sic colligit Laud.& Genz. tamen magis proprie colligit̃
hic ꝙ qui vtitur iuris beneficio,nõ debet inde pati detrimen-
tum.non enĩ debent nasci iniuriæ,vnde iura nascuntur.C.vñ
vi.l.meminerint.de acc.qualiter.1.& dicit Lau. ꝙ cõcessio iu-
ris,de qua hic , quia fuit facta proprio motu principis & est in
corpore iuris claulula,latissime est interpretanda.ff.de consti.
princ.beneficium.pro hoc de dona.cum dilecti.de verb.sign.
tua. secus si ad instantiam , quia tunc stricte interpretatur. de
præb.quamuis.1.lib.6. de consan.ꝙ dilectio. Secundo not.de
a ver.præsertim , [a] quod exponitur pro maxime. de hoc dixi de
excep.c.j.& probatur de despon.impu.continebatur.iunct.gl.
3 vlt. † Tertio not.ꝙ maxime in spiritualibus debet euitari illu-
sio,sic etiam duplicitas & fraudandi voluntas.22.q.2.ne quid.
24.q.5.excommunicatorum.de postu.c.fi. Quarto not.ꝙ iura
non debent esse ludibrio. C.de bo. quæ lib.l.vln. de elec.com-
missa.lib.6. Quinto no.ꝙ ꝓhibetur illusio.de hoc in gl.in ver.
4 illudatur. † Sexto no.ꝙ licitum est cum renunciantur benefi-
cia ex causa permutationis,causam exprimere.de hoc in gl.in
5 ver.causa. & dico.§.in 1.contrario. † Septimo no. ꝙ ante per-
mutationem põt pręcedere tractatus. de hoc in gl.in ver.volẽ
tibus.& dico.§.in 2.contrario. Octauo no.de ver.volumus.ꝙ
inducit ius nouum,quod dicit glo.in hoc verbo,& idem dicit
de off.vica.cle.vnica.in ver.volumus.& ibi dixi in 3.no.Nono
no ꝙ voluntas Papæ reddit matrimonia spiritualia nulla,quę
alias valuissent.nam ante hoc c.valebat collatio alteri facta. ꝓ
hoc quia quia quod principi placuit &c. Insti.de iu.natu.§.sed
6 quod prin.ad hoc de conces.præben.proposuit. † Opp.ad id ꝙ
dixi in 6.no.ꝙ potest in renunciatione,quæ fit causa permuta
tionis,hoc exprimi,quia debet renunciatio fieri libere.1.q.2.ꝗ
pio.nam si fieret renunciatio sub modo vel conditione , pos-
set iterum reuerti ad beneficium contra illud.7.q.1.quam pe-
riculosum.de ele. cum inter R.Item in spiritualibus pactio est
illicita.1.q.2.quam pio.de pac pactiones.Lau.& Gen. soluunt
ꝙ hoc exprimi põt absque vitio simoniæ,quia iure permittit̃.
ar.de prę b.significatum.de ele. significasti.& hoc dicit Steph.
ꝙ talis renũciatio intelligitur facta sub modo , ideo nõ habet
effectum nisi sequatur permutatio , sicut etiam possessio sub
modo tradita non transit nisi modus fuerit subsecutus.ff.de
acqui.pos.qui absenti. quia hoc importat intẽtio trãsferentis.
ff.de

ADDITIO.

a De ver.præsertim. Adde cap.licet.de for.compet.cap.1.de confessis.c.1.cap.per venerabilem.qui filii sint legi.ca.discretionem.de eo qui cogno.cõsang.vxo.suæ c.per tuas.el 2.de simo.de homicid.c.ex literis. Ioan. And.in addi. Spec.tit.de test.in §.1.versi.item excipitur.in l.in ambigua.ff.de leg.

ff.de acquir.pos. si quis vi.§.differentia. de renun.sane.de pac.
cum pridem.de resti.spo.olim.el t.pro hoc quod dixi in dic.c.
cum pridem.dicit etiam Stepha. q licet resignatio fiat libere,
tamen ex quo fit causa permutationis, subintelligitur condi-
tio siue modus, sicut in stipulatione dotis intelligit si nuptiæ
secutæ fuerint.ff.de iure do. stipulationem. dicitur autem re-
nunciatio libere respectu permutationis, quæ pendet ex offi-
cio superioris,eo.tit.quæsitum. Ex hoc nota modum proban
di resignationem factam esse ex causa permutationis quan-
do.s.hoc fuit expressum.Item dato q hoc expressum non fue
rit, dicunt Lau. & Gen.sufficere q constare possit de hoc aliũ
de per legitima documenta, puta per testes vel instrumenta.
non enim verisimile est q quis sine causa beneficio suo renũ-
7 ciet,de renun.sane.& c.super hoc.& c.veniens.† Secundo op.
ad id quod dixi in 7. notabili posse tractatum permutationis
inter partes ante permutationem interuenire. quod imo non
possit,eod.tit.cum vniuersorum.Paul.sol.q bene potest inter-
uenire tractatus de permutando, vt hic,& eo.tit.c.vnico.lib.6.
Sed contractus permutationis, idest ipsa permutatio fieri ne-
quit inter partes.d.c.cum vniuersorum.sed pendet ab authori
tate superioris,quæ purgat omne vitium.de præben.nisi.ff.de
8 his qui no.infa.l.furti.§.qui iussu. † Tertio oppo.ad hoc quòd
imo etiam ipsa permutatio fieri possit, sine superioris autho-
ritate per id quod no.Inn.eo.tit.quæsitum.vbi dicit q vnus ca
nonicus potest permutare præbendam cum alio,sine superio
ris authoritate. Solu.Pau.q id quod dictum est in præcedenti
contrario,procedit quando præbendæ sunt diuersarum eccle
siarum, vel onus est annexum vni & non alteri,vel sunt diuer-
sæ dignitates,sed præbendæ in eadem ecclesia possunt permu
tari propria authoritate,& sic loquitur Innoc.in c.quæsitum.
tunc enim permutatur spirituale tãtum cum corporali. nam
aliud est canonia,aliud præbenda.de præb.relatum.& c.dile-
cto.de consti. cum M. nec dicitur hoc casu fieri alienatio.arg.
ff.de leg.2.vnum.de prob.ex literis.& quod ibi not.dicit tamẽ
Host.in di.ca.quæsitum.tutius esse q authoritate iudicis,cum
præbenda sit annexa spiritualibus, & de connexis idem iudi-
cium.de iurepa.de iure.pro hoc facit hæc litera, quæ loquitur
generaliter.Quarto op.q beneficia resignata ex causa permu-
tationis possint alteri conferri.de præben.inter cætera.eod.tit.
cum vniuersorum.& quod vtrobique no.glos.vlt.Sol.q olim
necessaria gratiosa erat prouisio, ne valeret collatio alteri fa-
cta,hodie ius est per ver.volumus.Idem Lau.Pau.& Genz.nã
ante hoc c.non fiebat iniuria permutantibus,sed vtebatur or-
dinarius iure suo, & nemini iniuriam facit qui vtitur iure suo.
de ele.cum ecclesia. nam etiam potest quisque sibi soluere. q̃-
uis hoc cedat damno alterius si non facit animo nocendi, se-
9 cũdũ Lau.quod vltimum dic vt dixi in dict.ca.cum ecclesia.†
Quæro, si aliqui renunciant causa permutationis ad fraudan-
dum expectantes. dicit gl.1.q non poterant vti beneficio hu-
10 ius cle.quod dic vt in ca.& idem Lau.† Secundo quæro,de q-
bus beneficijs locum habeat hæc cle. dic q in quibuscunque,
dumtamen assignentur in titulum spiritualem, secundum
Lau. qui per hoc dicit excludi pensiones de quibus de sup. ne
gli.præla.cle.vnica.de præb.si iusta. de rescrip.ad audientiam.
& in hoc dicit Paul.q compræhenduntur dignitates,persona
tus, curata beneficia,& quæcunque alia ecclesiastica,cum ea-
dem ratio sit in omnibus,ergo & idem ius, de rescrip.inter.fa
11 cit de ele.vt circa,lib.6.de ver.sig. tua.† Tertio quæro,quid de
hospitalibus. gl.in ver.beneficia.sol.q includuntur, quando
in titulum conferuntur,alias secus.Fride.in tractatu permuta
tionum,videtur velle q etiam si hospitale conferatur tanquã
bono iure,tamen si collatum est clerico, permutari possit, qa
non est titulus omnino prophanus. Lap. Abb. & Alexand.de
Imo.tenent primum quod dixi eodem titu.quæsitum.& pla-
cet, nam beneficium permutari non posset,nisi cum benefi-
cio. non enim permutari potest cũ alio iure etiam ecclesiasti-
co,vt cum iure funerandi vel decimandi, quia non reperitur
permissum, & potius videtur prohibitum ex eo q iura per-
mutationes beneficiorum permittunt adinuicem. d.c.quæsi-
12 tum.eod.tit.c.vnico.lib.6.& hic. † Quarto quæro,qua de cau-
a sa [a] possit permutatio fieri. Host.vt refert Pau. dicit q fieri po-
test causa necessitatis & vtilitatis.nedum ecclesiarum, sed et
personarum, sed quando fit intuitu personarum, fieri nequit
sine consensu omnium,ad quos spectat electio vel præsenta-
tio. si vero fit intuitu ecclesiarum, sufficit consensus maioris
partis.quod etiam tenet Ioan.And.eo.tit.c.vnico.lib.6. p hoc
quod no.Inn.de insti.cum omnes. vbi dicit q in actu collegij,
si sit in fauorem personarum,perinde est, ac si actus concerne
ret singulos, quod est notand. puto tamen verius q quilibet
actus collegij a maiori parte factus,tenet. de his, quæ fi. a ma-
io.par.cap.c.1. nisi reperiatur expressum q fieri debeat nemi-
ne dissentiente,vel q duę partes interueniãt vel aliquid aliud,

quod dixi etiam eo.tit.quæsitum. Quinto quæro,an consen-
sus præstandus, vt in proxima q. præstari potest ante renuncia
tionem ex interuallo vel post.Pau. dicit q sic, & ita disputan-
13 do terminatũ fuit Bononiæ.† Sexto quæro,an inuiti cogi pos
sint pmutare. Host.vt refert Pau.tenuit q sic,per c.7.q.1.scias.
ipse Paul. dicit hoc procedere in præbendis ęqualis conditio-
nis,alias secus,ne inuitus compellatur crescere. arg. 74.distin.
gesta. quod plenius prosequor in d.c.quæsitum. vbi dico q in
uitus indistinctè cogi nequit quo ad hoc vt acquirat aliud be-
neficium, quia inuito non confertur beneficium. Item ad cõ
trahendum matrimonium spirituale requiritur cõsensus be-
neficiandi.de elec.cum inter canonicos,sed quo ad hoc vt di-
mittat primum,transferri potest etiam inuitus.pro hoc.di.ca.
14 scias. † Septimo quæro,in eo q hic prohibet permutanda be-
neficia conferri,quem concernit hæc prohibitio. dic q quem
libet collatorem,siue sit is,in cuius manibus fit resignatio, si-
ue alius.& hoc vult gl.in ver.conferatur.in prin. & idem Pau.
& ex hoc videtur velle glos.q possibile est q resignatio fiat in
manibus alicuius,& collatio ad alium spectet, in quo dic q li-
cet quis possit conferre, non ideo tamẽ potest resignationem
recipere, nisi sit talis qui potest inuitum destituere, vt no.de
renun.clem.vnica.in gl.s.Papæ.quis tamen habeat authorita-
tem permutationem præstare & per consequens beneficia ex
15 causa permutationis cõferre permutantibus, dic vt in seq.q. †
Octauo quæro, si inferior epo habet beneficia ad collationẽ
suã spectantia, an habebit permutare seu authoritatem per-
mutationi præstare.gl.pen.dicit q episcoporum est hoc face-
re,& non inferiorum.idem Pau.quia cum regulariter permu
tatio beneficiorum prohibeatur & specialiter episcopo conce
datur eo.tit. quæsitum. ergo alijs videtur esse prohibita.argu.
de verb.sig.cle.exiui.facit ad hoc quod no.de transla.c.a.2.q.5.
consuluisti.9.q.3.cum simus.11.dist.ca.1.& ca.sicut sancta.per
quæ iura patet q soli episcopo licet regulariter contra cano-
nes dispensare.de hoc tamen quando liceat eis dispensare,dic
vt dixi de iudic.at si clerici.pro prædictis est melior ratio,quia
in permutatione debet interuenire causæ cognitio, ne aliqua
fraus interueniat.& an permutatio sit necessaria vel vtilis.dic.
b cap.quæsitum.quam potestatem [b] non habet inferior episco-
po,nisi haberet iurisdictionem, sed quando habet iurisdictio-
nem,an tunc posset authorizare permutationi,inf.dico.quæ-
16 stio.11.† Nono quæro, si beneficia permutanda sunt in diuer
sis diœcesibus. dic q tunc permutatio fiet authoritate vtriusq;
episcopi. quod dic vt no.eodem tit.cap.vnico.lib.6. & hoc ca-
su dixi vt ibi Archid. q non est locus illi capit. quod loquitur
quãdo ambo beneficia spectant ad collationem vnius episco-
pi.glos.tenet ibi contrarium & verius. Pau.hic dicit q quo ad
casum huius clem.non refert,an in eadem diœcesi sint, an in
diuersa,quia litera loquitur generaliter. sed quo ad illius casũ
cap.vnici,forte est vera opin.Archid.dicit tamen q non serua
tur.dic, vt prædixi, verius esse quod dicit gl.in di.ca.vnico.etiã
quoad casum illius c. & illud quod dicitur ibi,ad tuam colla-
tionem, & loquitur vni, ponitur causa exempli. at exempla
non restringunt,quia non disponunt.ff.de act.& oblig.obliga
tionum substantia.§.fin.Decimo quæro,an inferior ad quem
conferre spectat vel eligere,habeat permutationi consentire.
gl.pen.dicit q sic. & idem Pau. quod dixi.s̃.q.4. pro hoc quia
17 sua interest. † Vndecimo quæro,an capitulũ sede vacante pos
sit authoritatem permutationi pręstare.gl.pe.q sic, quia hoc
est iurisdictionis. & hoc nisi beneficia ambo vel alterum spe-
ctarent ad collationem episcopi tantum,quod dic vt in gl.vs-
que ibi,puta.quæ est notanda.Duodecimo quęro,in eo quòd
prohibetur collatio beneficiorum permutãdorum fieri alijs,
quid de electione, præsentatione, vel postulatione, glos.dicit
idem esse,quia hoc est de mente. Oppon.ad hoc de prębend.
cum in illis. Sol. vt in glo.& idem Pau. Oppon.ad idem,quia
hoc est odiosum q prohibeatur alicui exercitium suę potesta
tis,ergo cum prohibeat collationem tantum,secus in alijs.de
hoc de elect.statutum.lib.6.regula,odia.eodem lib.Sol.Genz.
q etiam in odiosis totalis identitas rationis trahit statutum
de vno ad aliud. ff.de eden. quædam.§. nummularios. ff. de
adulte.

ADDITIONES.

a Qua de causa. Adde Inn.in c.quæsitum.de rer.permu.Arch.in c.1.eo.tit.li.6. Doc.in c.quorundã.64.dist.Io And.in additio. Spe.tit.de cle.nõ resi.in §.j. Vinc.God. Permutatio ad hoc vt iure valeat, requiritur q beneficia sint permutantium Barthol.Socy.consil.168 In primis.versi.nec permissa.lib.2.& multa de materia permutationum,vide per Tiraq.in tit.de retract.lig.§.36.glo.2.nu.127.cum pluribus nu.seq.

b Quam potestatem. Adde Abba.in capit. cum ecclesia Vulterana. de electio. Abb.& Anto.de But. in cap.cum contingat.eodem titu. Arch.in c.deliberatione. de off deleg.lib.6.Doc.in c.q in dubijs.de renun.Io.de Imo.in ca.de multa.de præb.

adulte.si postulauerit §.rō.& qđ no.gl.in Auth.vt q obli.haberi.§ 1.mens.ri.constitutionis seruanda est. de ele.si post quam, lib.6.quod optime facit.ff.de excus.tu.scire.§.alius.pru hoc qđ de consue.dixi,cum dilectus.in illa q.qñ statutum interpretationem recipit extensiuam. Decimotertio quęro,si tegi vel alteri debentur fructus vacantium beneficiorum, an recipient ex beneficijs permutandis.de rigore videtur ꝙ sic,quia vacāt, sed dicunt Genz.& Lau.ꝙ de æquitate huius clem.& c.vnici, eo.tit.lib.6.& de preb.si tibi.lib.6 secus erit,quæ prefertur rigo
18 ri cum sit scripta.C.de iud.placuit.de transla.c.fin.† Decimo-
a quarto quęro,si canonici fecerunt statutum, ᵃ de non recipiēdo aliquem in canonicum donec numerus 30.qui erat in ecclesia, reduceretur ad 20.ann. si aliquis eorum vult permutare,poterunt canonici absque violatione statuti permutationi consentire.videtur ꝙ non, quia hoc esset nouum canonicum recipere si de permutantibus alter antea non erat canonicus. In contrarium,nam permutatio non sumit efficaciam ex voluntate permutantium,sed ex traditione rei.i.collatione,quia ante collationem non dr̄ facta permutatio, licet secus in emptione, quæ consensu perficitur.ff.cod.l.1.ergo ante collationem res est in pendenti, nec videntur vacare beneficia, cum talis vacatio pendeat in euentum collationis, & sic canonici consentiendo permutationi non videntur aliquem recipere de nouo,cum permutatio dependeat a superiore potius quā a permutantibus.Lau.tenet primum,&non dicit quare.Io.de Lig.tenet idem, quia per resignationem vacant beneficia, & fit noua vtriusque collatio,vt hic,& ꝫ.eo.c.quæsitum.& c.vnico.lib.6.& sic fit receptio canonici noui,& per ꝯsequens violatur statutum.Ego puto partem aliam veriorem,quia in iuramento intelligitur authoritas superioris excepta.de iureiu.venientes.ꝙ ergo canonici iurauerunt aliquem non recipere, debet intelligi quantum in eis est, & quatenus proprio motu recipiant,ita ꝙ per receptionem acquiratur recepto ius,quod non sic est quando consentiunt permutationi.nō enim dicuntur recipere,sed superior ipse confert,& sufficit ꝙ ipsi non cō-
19 tradicunt.quod dixi in d c.quæsitum. † Decimoquinto quęro,qñ acquiratur ius permutantibus.refert Paul.id quod not. Innoc. de preb.inter cętera. vbi dicit ꝙ postquam interuenit authoritas superioris,statim habent ius in beneficijs permutatis.sed ipse Pau.dicit quod de facto seruatur vt interueniat collatio, quod dic uerius,vt probatur hic.& sic etiam ad sanum intellectum debet intelligi dictum Innoc.quamquam autem interuenire debeat collatio.dicit tamen Paul.ꝙ hoc casu non est tempus statutum, intra quod fiat talis collatio permutantibus, sed potest episcopus per superiorem compelli. ad hoc argu.de ele.publicato.de iurepatro.nullus.Et ex hoc ꝙ licet beneficia vacent,quæ sunt resignata causa permutationis,tamē
20 non est locus.c.2.de concess.præben.† Decimosexto quæro,an beneficia renunciata ex causa permutationis possint optari per alios si consuetudo est in ecclesia de optando. videtur ꝙ sic per c.si.de consuetu.lib.6.contrarium tenet Pau.cum talia beneficia conferri non possint nisi permutantibus,vt hic. Ad c.si.respondet ꝙ imo per gratiam expectantis non impeditur optio, quia sibi mandatur prouideri de beneficio nulli de iure debito,& sic non tollitur ius optionis,sed disponitur hic de certo beneficio,idest de ipsis beneficijs permutandis ꝙ conferantur permutantibus & non alijs, ad hoc inducit Pau.c.vlti.§.in præbendis.Azo de Ranungis disputando terminauit cōtrarium de rigore iuris,licet fateatur æquius esse qđ dicit Pau. ad hanc cle. respondet ꝙ vr̄ consulere permutantibus ne eis illudatur,& ne fraudentur in toto, sed quando fit optio illuditur,nec fraudantur in toto,sed in tanto.i.quia non habebunt ita bona beneficia.Item hæc cle.irritat collationem,sed in permutatione non fit collatio,imo is cui competit optare,per seipsum optat præbendam quam tamen sibi conferre non posset,de insti.c.fin. is ergo qui innititur collationi factæ ex causa permutationis de præbenda antiqua sine noua collatione, dimittit illam, & eam recipiet, quæ vacabit ex persona eius qui antiquam optauit,simile.ff.de contrah.emp.fistulas.§.fundū, vbi si emi fundum ab aliquo & moritur antequam possessionem capiam, si factus sum tutor filiorum eius,accipio possessionem per meipsum hoc modo,quia filij egrediuntur & ego ingredior.ad idem. C.quando decreto opus non est.l.1.& 3. vbi propter præcedentem voluntatem restitutionis in re pupilli apprehendenda non est necessarium decretum. cōcludit ergo ꝙ cum in optione non conferatur præbenda,hæc clem. non obstat optioni. non enim potest ex hac cle.elici ꝙ plus iuris competat permutanti, quam prouiso.vult dicere ꝙ prouisio nō impedit optionem.d.c.si. ergo nec permutatio. de hoc latius dixi in c.quæsitum.vbi distinxi. sed quo ad propositum mihi placet opinio Pauli,quia hic non ñn dr̄ ꝙ beneficia non conferantur alijs ꝙ permutantibus,sed includitur etiam ꝙ cōferantur permutantibus, quod impediret optio si locum haberet.plura alia circa materiam permutationis, dic vt dixi in
21 c.quæsitum.† Decimoseptimo quæro,in eo ꝙ dixi in 9.not.ꝙ voluntas Papę annullat matrimonium spirituale,quid de carnali, vt si Papa dicit oretenus, volumus ꝙ contrahatis, & si ꝫ feceritis pronunciamus nullum.dicit Lau.ꝙ si voluntas Papæ est rationabilis,non tenebit matrimonium, quia potuit inhabilitare,& eius voluntati statur quo ad hoc,idest quo ad habilitatem personarum,& hoc de despo. impub.ad dissoluēdū. Item dicit Lau.de sacramento pęnitentiæ, pro hoc quia hoc sacramentum pendet a dispositione ecclesiæ.secus dicit in sacramentis in quibus propria materia non spectat dispositioni Papę,sicut aqua in baptismo,panis & vinum in eucharistia & similibus, quia in illis voluntas Papæ quantumcunque expressa efficaciam sacramenti non posset impedire debita materia, & debita forma cū intentione cōcurrentibus,& de hoc per Hug.vt arg.28.dist.nullum.facit qđ no.de consue. quanto.

ADDITIO.

ᵃ Si canonici fecerunt statutum. Adde Doc.in c.cū M. Ferrariensis. de consti.

De testamentis & vltimis voluntatibus.Rub.

SVMMARIVM.

1 *Etiam dictio, est implicatiua.*
2 *Vltima voluntas fit multis modis.*
3 *Executio testamenti dicitur consumatio testamenti.*
4 *Religiosus non potest esse executor testamenti sine licentia superioris.*
5 *Delinquens sortitur forum iudicis delicti licet sit prælatus.*
9 *Negligentia reprobatur,& condemnatur quandoque quasi dolus.*
7 *Executor testamenti tenetur reddere rationem, nec sufficit ꝙ iuret ꝙ administrauit sine dolo.*
8 *Delicta puniuntur ad exemplum & correctionem aliorum.*
9 *Pœna debita debet imponi pro delicto, & dicitur esse debita respectu delicti.*
10 *Cle.ista de quib.executorib. testamēti loquatur, cū sint plures, vt hic.*
11 *Religiosus si est executor testamenti ad non pias causas, an teneantur reddero rationem ordinario.*
12 *Clem.ista an habeat locum in exemptis non religiosis.*
13 *Testator si est de vno loco,executor testamenti eius de alio,cui reddet executor rationem suæ administrationis.*
14 *Ordinarij qui dicantur quo ad dispositionem huius clementinæ, an episcopi,an alij.*
15 *Religiosus datus executor testamenti, an teneatur præstare cautionem de restituendo partem singulorum hæredum ratione Falcidiæ.*
16 *Testator si vetuit ne executor testamenti sui reddat rationem,an cogēdus sit ad rationes reddendas.*
17 *Executor testamenti,an possit agere contra hæredes & alios.*
18 *Et an possit transigere cum hærede & alijs.*
19 *Et an sufficiat executori ꝙ cedat actiones contra hæredes,ita vt ipse liberetur.*
20 *Executor testamenti,an teneatur facere inuentarium.*
21 *Seruus an possit esse executor testamenti de domini voluntate.*
22 *Religiosus executor,an possit aliquid erogare suo monasterio.*
23 *Ordinarius an possit remouere executorē ab officio propter suspicionē.*
24 *Executor an teneatur reddere rationem episcopo non petente.*
25 *Testator fecit testamentum validum,& post longum tempus incipit facere aliud,sed morte præuentus non potuit perficere, an primum testamentum sit ruptum.*
26 *Testator dixit, pro meis male ablatis centum lego ad dispositionem talis.& non apparent tot male ablata.quid erit.*
27 *Quid si dixit in dispositione talis,lego pro anima mea, & nō dixit quātum,an valeat.*
28 *Executore mortuo dato sub nomine dignitatis succedit successor,qualiter hoc cognoscetur.*
29 *Executor an poterit aliquid erogare in spurium testatoris.*

CAP. VNICVM.

Religiosis. Glo.diuidit̄ in tres partes. secunda ibi, præsentis.tertia ibi, illos.
1 † Nota de dictione, etiam, ᵃ quæ est implicatiua,
a de consti. cum omnes, & quod ibi dixi. Secundo nota

ADDITIO.

ᵃ De dictione, etiam. Adde Doct.in cle.1.de præben.Card.in cle. religiosus. de procur. Abb.in c.vnico.in 1.no. de commo. Abb.in c. tuæ. de cler.non resi. Cald.consi. 4.in tit.de præben.
Vinc.God. De dictione ista,etiam, Alex.post Io.de Imo.in l.si quis arbitratu,de verb.oblig.& Bar.Cępol.in caut.158.

nota casum in quo exemptio non iuuat. sunt & alij quos enu
merat Pau.hic,& s̄.de supplen.negli.præla.cle.vnica.de sta.re-
gu.cle.attendentes.de pœni. & remis.cle. abusionibus. de pri-
uileg.c.1.lib.6.& de hoc de præben.c.1.lib.6.de hæreti.ad abo
lendam.& in hoc dicit Lau.ꝙ ratio est,quia res non est exem-
pta circa quā si delinquit, trahit ad se exemptionem, & eam
vincit.simile de priuile.c.1.li.6. Item quia hic in fine dicit quo
cunque priuilegio non obstante, dicunt Lau.& Genze. ꝙ etiā
si exempti essent in tantum ꝙ etiam ratione delicti non pos-
sent coram ordinario conueniri, eis tamen non proderit pri-
uilegium, contra hanc cle.quia reatus omnem honorem ex-
cludit.C.vbi sena.vel clar.l.1.in fi.& quo ad hoc procedit ordi
narius contra eos vice Papæ secundum Lau.& dicit Pau.præ-
dicta procedere etiam si testamentum sit conditum in loco
exempto,quod placet per id quod proximè dixi. Itē non plus
2 debet operari exemptio loci, quam personæ. † Tertio not.ꝙ
a multis modis[a] sit vltima voluntas, probatur hic in ver. cuius-
libet.de hoc dixi eod.titu.in rub.& in eo quod glo.dicit hic in
ver.hoc.quod comprehendit codicillos,dicit Pau.ꝙ compre-
hendit omnem testamentorum speciem,siue sit militare,vel
priuatiuum solenne,vel nuncupatiuum. C.eod.hac consultis
sima.& l.iubemus.& de his per Host.in sum.eo.§.3.& in Spec.
de instru.edi.§.compendiose.versi.ad huius autem. Genz. di-
cit ꝙ comprehendit quamlibet vltimam voluntatem,siue sit
testamentum,siue codicillus, siue donatio causa mortis, siue
epistola,cum indistincte loquatur.ff.de effrac.l.1.de priuil.qa
circa.dicit etiam Pau.ꝙ procedit quod hic dicitur etiam si vl-
tima voluntas sit confecta in sanitate, dumtamen sit morte
3 confirmata.13.q.1.c.fi.de cel.mis.cum Marthæ. † Quarto no.
ꝙ consumatio testamenti dicitur executio,simile.s̄.eo.tua.&
dicit Paul.ꝙ alibi dicitur executor qui sententiam exequitur.
de offi.deleg.pastoralis.§.quia vero.& c.super quæstionum. in
prin.alibi negotiorum executor,de obliga.ad ra.c.vnico. alibi
executor gratiæ.de conces.præben.clem.vnica.de rescrip.con
stitutus de offi.delega.si super.lib.6. differunt tamen isti a ne-
gotiorum gestoribus.quia illi non habent mandatum,isti sic.
Item a procuratoribus, quia illi morte reuocantur, isti non.
pro hoc d.c.si super.& de procu.clem.fin. & de varijs nomini-
bus istorum no.in Spec.de instru.edi.§.nunc vero aliqua.ad fi.
4 primæ col. † Quinto not.ꝙ religiosus[b] non potest suscipere of
b ficium executionis testamenti, sine licentia superioris, & in-
tellige de superiore immediato, nec hoc casu requiritur con-
uentus licentia,de ele.si religiosus.lib.6.& intelligit glo.hic in
ver.vtique.de religioso claustrali.& facit ad id quod dico.J.in
7.no.Sexto no.ꝙ præscindi debet materia delinquēdi, de hoc
in gl.in ver.materiam.ad hoc de conces.præben. ca.2.& ca.ne
5 captandæ.lib.6.vt ec.benefi.c.vnico.in fi.† Septimo not.ꝙ de
linquens etiam si sit prælatus,sortitur forum iudicis delicti,p
hoc litera in ver.prolationis.& dicunt Lau.& Gen. ꝙ etiam si
sit archiepiscopus,ex quo suscipit officium in diœcesi suffra-
ganei,sortitur eius forum quo ad reddendam rationem. arg.
de renunc.ad supplicationem,natura enim & conditio officij
& rei gestæ omnem prælationem trahit ad se. & de hoc de ra-
pto.c.1.3.q.3.in summa.de maio.& obe.cum inferior.tenet ēt
opi.illam ꝙ archiepiscopus delinquens in diœcesi episcopi pos
sit ab eo puniri, cuius contrarium Io.And. tenet quod dixi in
d.c.cum inferior.sed quo ad propositum non procedit eorum
opinio,quia hæc cle.loquitur de religiosis claustralibus,vt di-
xi in 5.no. Si ergo religiosus sit episcopus vel archiepiscopus,
non habet locum hæc cle.sed locum habet in religiosis etiam
prælatis qui non desinunt esse claustrales, & an tunc mortuo
executore succedat successor in hoc officio, no.Spe.de instru.
edi.§.nunc vero.ver.insuper.& seq.vbi dicit ꝙ sic,si commissa
sint sibi executio habita relatione ad dignitatem tantum, &
idem hic Matt. ad hoc de off.deleg.quoniam abbas.& de hoc
per Bar.ff.de vulga. & pupil. qui liberis.§.hæc verba.& J.q.28.
6 Octauo no.ꝙ † negligentia hic condemnatur quasi dolus.qđ
dicit Lau.verum in prælatis & alijs habentibus officium, quo
ad id,quod ad officium suum spectat.de offi.vica.ca.1.de sent.
excō.quantæ.ad idem inducit Pau.de stat. mona.cum ad mo
nasterium.43.dist.Ephesijs.1.q.1.quicquid.de consec.distin.4.
quæris.ex hoc etiam dicit Paul. notādum ꝙ executor tenetur
de culpa leuissima, quæ est id omittere quod potest diligentis
sime præcaueri.ff.ad l.Aquil.si putator.§.1.& hoc venit ex na-
tura contractus in mandato propter tacitam assertionem in-
dustriæ suscipientis propter quam eligitur.C.manda.a procu-
ratore.de casu autem fortuito non tenetur secundum Paul.
quia non præstatur de natura alicuius contractus in quo spe-
cies certa est in obligatione.ff.de reg.iur.contractus.in fin.nisi
præcedat culpa,de commo.c.vnico. de depo. bona. in mutuo
vero præstatur non propter naturam contractus, sed propter
naturam debiti, ꝙ cum generaliter sit in obligatione, perire
non potest.C.si cer.peta.incendium.ff.de act.& obli.l.1.§.si is.
7 Paulus.† Nono no.ꝙ executor testamenti[c] tenetur reddere ra
c tionem,non sufficit ergo vt dicit Pau. ꝙ executor iuret ꝙ sine
dolo & diminutione administrauit, vt dicebant quidam. de
hoc in Spe.præalleg.§.nunc vero.versic.sed nunquid secundū.
& dicit Pau. procedere hoc etiam finito eius officio,sicut cu-
rator etiam tenetur. C. de transla.l.3. & magistratus.C.de ad-
mi.re.ad ci. pert. magistratus. & tam ciui.quam mili.l. vnica.
vbi.de cri.agi opor.l.1.& 2.visitator.de sta.regula.ca quæ.ad fi.
tenetur autem executor reddere rationem de perceptis & di-
stributis secundum Paul.& dic ꝙ tenetur reddere etiam si or-
dinarius non petat.quod dic vt in glos. in ver.exigere.& idem
Genz.de hoc dico.J.q.23.Decimo no.ex versi.deliquisse.ꝙ.de
lictum aliquando accipitur etiam pro peccato in committen
do,vt hic,licet proprie vocet peccatum in omittendo.facit qđ
8 not.de pen.distin.1.si peccatum.& in regula,delictum.lib.6.†
d Vndecimo not.ꝙ delicta puniuntur[d] etiam in exemplum, id
est correctionem aliorum.de hoc in gl.ante pe.de coha.cle.cle
ricos.vbi de hoc in gl.fi.de exces.præla.c.1. In punitione enim
delictorum versatur publica vtilitas.ff.ad l.Aquil.ita vulnera-
tus.1.respon.de sen.excom.vt famę.& aliorum commodum.
9 23.q.4.est iniusta.† Duodecimo no.ꝙ pro delictis debet impo
ni pęna debita.& hic debita respectu delicti.24 q 1.non est ra
mus.& hoc casu dicit glo.pen. hic ꝙ erit arbitraria, quia alibi
non statuta.si autem statuta esset,illa esset imponēda,nisi mu-
tetur, quod potest iudex cum procedit ex officio. secus dixit
Genz.si ad instantiam partis per id quod not.de offi.deleg. in
his & de rap.in archiepiscopatu.de hoc de pę.licet. Opp.quia
videtur hæc cōstitutio respicere præterita in eo ꝙ dicit de exe
cutoribus deputatis,contra id de constitu.c.2.& c.fin.gl.2.sol-
uit ꝙ respicit præterita quo ad futuras gestiones,quo ad præte
ritas secus. & idem dicit quo ad illas, quæ sunt partim præte-
ritæ si ratio futurorum videri non potest, nisi videatur etiam
de præteritis,quod dic vt in glo.quam nota singulariter, quia
valet ad multa.Secundo opp.ad hoc vltimum ꝙ quando non
potest videri ratio futurorum quin videatur de præteritis,de-
beat constitutio trahi ad præterita. ff de neg. gest. cum actus.
vbi manumissus non tenetur præstare rationem actus gesti in
seruitute, nisi habeat connexionem cum actu gesto post ma-
numissionem ita ꝙ non potest videri ratio de isto quin videa-
tur & de præcedenti. ad idem ff.de aqua plu. arcen. sed inter-
dum.Sol.huius habetur ex eo quod dicit hæc glos.in fin.cum
dicit de præterito & futuro quo ad illum actum ratio reddi-
tur Papę,vel legato in hoc casu,& sic est paratum remedium.
at in contrarijs aliter prouideri non poterat. ne ergo pereat
ratio de futuris,præstat ibi rationem etiam de præteritis. Ter
tio oppo.in eo quod dicit religiosum non posse suscipere exe-
cutionem testamenti nisi obtenta licentia superioris. videtur
enim sufficere ꝙ non contradicat maxime quando in testa-
mento sunt legata ad pias causas quibus est fauendum, eodē
tit.nos quidem.& c.tua.Sol.vt in glo.3.in versic.obtentu.& in
ea ibi sub litera,hodie. in regula, is qui tacet.in 4.q. & dic,quo
ad contrarium ꝙ etiam si fauendum sit executioni testamen.
non tamen ita vt violentur alia iura. Quarto oppo. ad idem
ꝙ sufficiat petere licentiam etiam si non obtineatur. de regu.
licet.Sol.Paul. ꝙ quando tractatur de augmento perfectionis
& cessat præsumptio ambitionis,procedit cōtrarium. sed vbi
timetur ambitio expedit ꝙ obtineatur licentia, vt hic, & de
elec.si religiosus.lib 6.& facit ad id quod quæritur an possit es
se arbiter de quo dixi.s̄.de rescrip.cle.2. Quinto op.ad hoc per
contrarium quod etiam obtenta licentia superioris non pos-
sit religiosus esse executor testamenti. J.de verb.sig. cle. exiui.
Sol. ibi speciale in fratribus minoribus,quod dic vt in glos.in
ver.

ADDITIONES.

a Quod multis modis. Adde gl.in Auth. de hæ & fal.in ver.voluntate.
Vinc.God. Adde ꝙ vltima voluntas etiam quo ad feudum valet quando cō
cordat cum iure communi.Ruy consi.171.nu.16.lib.2.

b Quod religiosus. Adde c.si religiosus.de testa.lib.6.cap.si religiosus.de elec.
lib.6 Io.And.in regu.is qui tacet.de reg.iur.lib.6.in mercu.Ioan.de Imo in
c.Quintaualli.s.de iureiuran. Abb. in c.Ioannes.in fi vlt.col.de testa.
Vinc. God. Adde ꝙ nec potest esse arbiter sine consensu superioris Ruyn.
consi.14.nu.19.lib.2.

c Executor testamenti. Adde Spec.tit.de insta.edi.in §.14.versi.sed an simplex,
& ibi Bal in addi.Spe.eo tit.& in ver.omnis exec.Bal.in l.id ꝙ pauperibus.
in 11.q.C.de epis.& cleri.
Vinc God. Adde declarationem & limitationem per Dec.consi.198.in fin.
lib.1.& ꝙ executor teneatur ad rationem sui officij reddendam.Iac.Ala.in
tract.de execu.vlt.volun.q.1.& q.2.nu.1.cum seq. quod habetur in lib.12.
tract.fol.95.& 96.

d Delicta puniuntur. Adde cap.quapropter.2.quæst.7.ca.quia sacerdotes.10.
quæst.1.cap.sed illud.45.dist.c.tanta.de exces.præla.l.capitalium.in §.famo
sos.ff.de pęn.

ver.suscipere. de prædicatoribus & mendicantibus alijs dicit
10 Paul.ꝙ habet locum hæc constitutio. † Quæro cum vario mo
do executores deputentur testamentorum (nam aliqui a iudi
ce, aliqui a testatore dantur) de quibus loquatur hæc consti-
tutio. dicit Pau.ꝙ de omnibus datiuis. episcopus autem est le-
a gitimus executor. & an sibi succedat capitulum, [a] remittit ad
no. in Spec. de instru. edi. §. nunc vero. ad fi. versi. item circa. vbi
arguit pro & contra, nec eligit. sed Io. And. ibi magis inclinat
in hoc ꝙ succedat. quod communiter approbatur, quia hoc
est iurisdictionis in qua succedit capitulum. de maio. & obed.
is qui. & c. cum olim. Secundo quæro, an procedat hæc cle. in
relictis ad non pias causas, vt quo ad illa possit religiosus cum
licentia superioris esse executor. quidam ꝙ non, quia non est
capax talis executionis. alij contra pro quibus hæc cle. & eod.
tit. Ioannes. & cap. 2. lib. 6. & in Spe. præalleg. §. ver. quid de præ
positis. & seq. quod tenet Paul. quia est eadem ratio in omni-
11 bus executionibus, quod patebit in seq. q. † Tertio quæro, si
religiosus est executor ad non pias causas, an debet reddere
rationem ordinario. hæc quæstio incidit in illam, an episco-
pus habeat executionem quo ad causas non pias. in qua glo.
ꝙ non. eod. tit. tua. contrarium videtur tenere eod. tit. si hære-
des. & Inno. & Host. in c. tua. quia pium est, vt faciat quicquid
determinauit testator, cum se iuuare non possit nec loqui. ad
hoc. C. de sac. san. eccle. l. 1. 16. q. 1. ca. vlt. & §. sed alibi. & facit c.
tua. versic. in vniuersa. & in Auth. de eccle. tit. §. si quis autem.
col. 9. pro redemptione dicit omnia, quod tenet Pau. & sic ad
quæstionem dic ꝙ locum habet hæc clem. vt episcopus reui-
deat rationem quæcunque sint relicta, quia in omnibus est
pietas, vt fiat executio, & sic in omnibus est eadem ratio, ergo
& idem ius. de transla. cap. 2. & ita obseruatur, licet de iure nõ
possint canonici, nisi quo ad relicta ad pias causas de quibus
specifice permittitur hoc episcopo. C. de epis. & cleri. nulli. &
l. si quis ad declinandam. secus in alijs, argu. de præsump. non-
ne. Quarto quæro, si religiosus nolit suscipere executionem,
an cogi possit. dicit Paul. ꝙ si petat licentiam acceptandi & ha
buit & postea non vult suscipere, cogi potest. argu. de renunc.
quidam. & clem. cum illusio. si autem non petit, sed prælatus
ei præcipit, adhuc dicit Paul. idem, quia ex quo religiosus est,
parere tenetur. 12. q. 1. non dicatis. alij vero non religiosi post
susceptum officium tacite vel expresse cõpelluntur, ante nõ.
de hoc eod. tit. Io. & in Spe. d. §. versi. hoc etiam quæritur. & ff.
de relig. si quis sepulchrum. in §. funus vero, quod etiã tenuit
Ia. de Aret. dicens ꝙ ab initio non compellitur nisi indirecte,
quia priuatur commodo hæreditatis. in Auth. de eccle. tit. §. si
autem. colla. 9. & de hære. & fal. §. si vero relinquens. col. 1. po-
stea vero compellantur per remedia, quæ sunt captio pigno-
rum, mulctæ indictio, & personæ constrictio. C. de don. si quis
pro redemptione. ff. de ven. inspic. l. 1. §. quid ergo. de re iudi. si
quis. lusti. de satisd. tuto. §. fi. Quinto quæro, si superior dedit li
centiam, & postea reuocauit. glos. in ver. obtenta. dicit ꝙ licet
male faciat, tamen religiosus non potest contradicere, & idẽ
12 Paul. † Sexto quæro, an in exemptis non religiosis locum ha-
beat hæc cle. gl. in ver. tales. dicit ꝙ non & idem Paul. qui not.
hoc verbum, tales. quia secus in alijs. & no. singulariter glos. in
eo ꝙ dicit ꝙ licet in non religiosis sit eadem, sufficit ꝙ eorum
priuilegijs hæc cle. non derogat. per hanc enim glos. dicit ꝙ li-
cet dicamus ꝙ iura etiam restringibilia comprehendant ca-
sum eiusdem rationis quod dixi. s. c. proxi. illud tamen nõ ꝓ-
cedit quando ius aliquod promulgatur per modum priuile-
gij, sicut hic, nam tunc nullo modo suum casum egreditur.
regula, priuilegium. lib. 6. de hoc qđ dixi de priuile. antiqua. in
13 fin. † Septimo quæro, in eo ꝙ dicit rationem reddendam or-
dinarijs locorum, quid si testator est de vno loco, executor de
alio. dicit Matth. ꝙ ratio redditur ei qui erat ordinarius defun
cti ratione domicilij. eod. tit. tua & ca. Ioannes. idest vbi testa-
tor duxit originem, vel vbi habitabat. & si hoc est dubium, tũc
ordinario loci vbi est defunctus. C. de episc. & cle. nulli. & in
Spec. dict. §. ver. quid si episcopus. Pau. dicit ꝙ attendetur do-
micilium defuncti ratione originis, per no. in Spec. d. ver. Me-
lius dic ꝙ ordinarius executoris est ille qui constringit execu-
torem ad instantiam eius qui fuit ordinarius defuncti. & intel
lige ordinarium defuncti ratione domicilij quomodocunq;
dicatur defunctus fuisse sortitus domicilium. potest enim qs
habere plura domicilia & in omnibus conueniri potest. de fo.
compet. ex parte. hæc procedunt nisi executor acceptauerit
executionem domicilio defuncti, quia ratione tunc quasi cõ-
tractus potest ibi conueniri. de foro compet. dilecti. & cap. fin.
& de hoc plenius eo. tit. Ioannes. dicit autem Pau. ꝙ aliud est
compellere executorem susceptum officiũ exequi, quod po-
test quilibet superior executoris, & sede vacante succedit capi
tulum, quia hoc est iurisdictionis. Aliud est compellere ad ra-
tionem reddendam, quod potest tantum ille qui habet tui-
tionem testamentorum vel eius capitulum sede vacãte, cum
tunc capitulum habeat ordinariam. Aliud legitimæ executio
nis officium exercere, de quo an hoc possit capitulũ, sede va-
cante, remittit Pau. ad no. in Spe. vbi allegaui. s. in 1. q. & dic vt
ibi dixi quo ad hoc vltimum. quo ad membra præcedentia
placet quod dicit Paul. in primo membro. in secundo dico vt
dixi. s. ea. q. ꝙ ordinarius executoris coget eum reddere ratio-
nem coram ordinario defuncti. Quo ad tertium membrum
puto ꝙ ille episcopus succedit in executione cui suberat de-
functus, & si habebat plura domicilia, omnes episcopi hoc
possunt. Item & ille in cuius diœcesi sunt res, hoc potest, de fo.
compe. sane. erit ergo locus præuentioni. de hoc in dicto c. Ioan.
14 † Octauo quæro, in eo ꝙ dicit de ordinarijs, qui dicuntur [b] or
b dinarij, an episcopi tantum, an etiam alij. glos. in verbo, ordi-
narius. not. ꝙ non dicit diœcesanus. & sic est de mente glos. ꝙ
etiam non episcopi hæc possunt. Pau. etiam tenet idem, dicẽs
ꝙ hæc cle. locum habet etiam in inferioribus episcopo, habẽ-
tibus ordinariam, quod esse potest. de priuileg. Abbates. lib. 6.
simile de vsur. quamquam. lib. 6. Lau. autem & Genze. expo-
nunt hic ver. ordinarijs. i. episcopis. quãuis hoc verbum acci-
piatur latius. de offi. ordi. cap. ordinarij. lib. 6. & dicit Lau. ꝙ ad
episcopos spectat voluntates defunctorum exequi & defende
re, maxime in his, quæ sunt relicta ad pias causas. C. de episco.
& cle. nulli. de testa. consultationibus. Expectabit tamen epi-
scopus per annum, & post exequitur supplendo negligẽtiam
executorum, in Auth. de eccle. tit. §. si quis. col. 9. s. eo. nos. sed
exigere rationem poterit quandocũque intra annum, & post
secundum ꝙ sibi videbitur expedire. quod vltimum not. sed
quo ad præcedens dicit Lau. ꝙ hic est vnus de casibus qui ad
episcopum spectant. s. exigere rationem ab executoribus testa
menti & maxime vbi videt vel præsumit per executores vel
alios bona deuastari, ad hoc. C. de episc. & cler. nulli. Alius ca-
sus de iud. cum sit. alius de vsu. cum tu. mihi placet opinio pri-
ma ꝙ hæc cle. locum habeat etiã in non episcopis. hic enim
non agitur de executione testamenti, quæ ad episcopum spe-
ctat, sed de exigenda ratione ab executoribus, pro hoc quod
dixi in q. seq. Nono quæro, quare potius ad episcopum spectat
executio testamẽti quam ad alium, cum possibile sit ꝙ in diœ-
cesi inuenirentur alij prælati qui hoc agerent diligentius quã
episcopus. dicit Lau. ꝙ de episcopo fuit dictum, quia diœcesis
est eius parochia. de rap. cap. 1. & ad eum recurritur in maiori-
bus dubijs. de offi. Arch. ad hæc. & præordinator est in cũctis.
25. distinct. perlectis. quare iura pro eo præsumunt cum de-
15 beat semper intendere. 8. q. 1. qui episcopatum. † Decimo quæ-
ro, an religiosus deputatus executor teneatur præstare hære-
dibus cautionem de restituendo partem singulorum occa-
sione falcidiæ. de hoc in Spe. d. §. 11. col. ver. sed quæro. vbi loq
tur generaliter de executore quolibet, non etiam religioso, &
de hoc eo. tit. c. 2. lib. 6. vbi Arch. tenet ꝙ non. sed de religioso
dicit Pau. ꝙ non tenetur ad eam præstandam quam nec præ-
16 stare potest tanquam inhabilis propter carentiam proprij. †
Vndecimo quæro, an quod hic dicit de reddenda ratione ꝑ
executorem locum habeat si testator hoc vetuit. glo. in versi.
reddere, remittit. Pau. refert id quod not. Host. eod. tit. tua. vbi
dicit ꝙ executor qui non necessitate, sed voluntate suscipit of
ficium, tenetur ad rationem faciendam ex bono & æquo arbi
trio iudicis. arg. ff. de manu. testa. qui filium. de lib. leg. Aure-
lius §. filius. & l. creditor. §. inter cætera. vnde iudex pẽsata qua
litate executoris & quantitate eius de quo quæritur, in aliqui-
bus credit eius iuramento. C. de doua. l. pen. In aliquibus suæ
conscientiæ. argu. de for. compe. cle. vnica. §. sane. in aliquibus
exigit plenas probationes. C. de episc. & cler. nulli. 1. respon. in
Auth. de eccl. tit. §. si quis ædificationem. colla. 9. si autem ar-
bitrabitur ꝙ non sit locus fraudi vel minus plenæ executioni,
cum talis præsumatur fuisse mens testatoris, de quo nõ est ve-
risimile quod clausulam illam posuerit in elusionem suæ vo-
luntatis & pontificalis officij, sed potius voluerit vtriusque so
licitudine vti. nam nec posset testator officium ordinarij im
pedire, vt hic eo. titu. nos quidem. ff. de admi. tuto. Lucius, &
hoc Pau. tenet quia ex indebita administratione executor de-
linquit. alias si ex distributione vel retentione, nõ cõmittitur
delictum,

ADDITIONES.

a An sibi succedat capitulum. Adde Ioann. And. in additio. Specu. in dict. §. nunc vero.

b Qui dicuntur ordinarii. Adde glos. in clem. 1. vt lit. penden. Archid. in cap. licet canon. de electio. lib. 6. Ioan. And. in ca. ordinarij. de off. ord. lib. 6. in nouel. Doct. in clem. fi. de sta. mo. Doct. in cap. si solu. de conces. præb. lib. 6. Vinc. God. Ordinarius Iudex quis dicatur Fel. in c. post cessionem, in princ. de proba. & quando iudici ordinario est delegata aliqua causa, an dicatur procedere tanquam ordinarius. Cor. consi. 25. In præsenti, lib. 3.

delictum, nec offenditur testatotis voluntas qui vtrunque po
suit in voluntate executoris. valet remissio. arg. C. de fideic. ne
cessitate. ff. de lib. lega. Lucius. & l. Aurelius. §. Caius. & l. Aure-
lius. §. Meuia. & secundum hoc intelligit Pau. quod no. in Spe.
præalle. §. 7. col. ver. quid si testator. & de hoc eod. tit. Ioannes.
& per Bar. in d. §. Caius. vbi tenet idem quod Paul. ꝙ nõ tenet
liberatio quãtum ad remittendum dolum futurum. & idem
Gen. hic per l. non solum. §. si hæres. & l. si quis rationes. cum si
mi. ff. de libe. lega. Duodecimo quæro, si testator voluit omnia
distribui de voluntate vel cõsilio religiosi. dicit Paul. ꝙ primo
casu est quasi executor. & de hoc idem dicendum quod de
executore. Secundo casu dicitur secus, nisi hæres vel commis
sarius consilium eius sequi teneatur ex mandato testatoris. de
17 hoc in Specu. d. §. vers. sed quid si dixit. † Decimotertio quæro,
a an executor[a] possit agere contra hæredes & alios. Pau. remit-
tit ad no. in d. §. 5. col. versi. & scias. Matth. arguit ꝙ sic, per l. C.
de epis. & cle. nulli. & l. si quis, §. vbi autem. ff. de relig. si quis se-
pulchrum. §. funus. in cõtrarium per l. ff. ad Tertullia. Lucius.
§. Meuia. vbi dicitur ꝙ talis minister ab hæredibus exigere nõ
potest, sed si hæredes ei gratis soluunt, tenetur distribuere, put
relictũ est. Sol. ꝙ si est executor ad soluendum legata ad pias
causas, potest ab inuitis hæredibus exigere. d. l. nulli. & d. §. fu-
nus. si ad non pias, exigere non potest, nec actionem habet cõ-
tra hæredem. d. §. Meuia. de an. leg. legatum. Fallit 10 casibus,
primo cum testator concedit ei potestatem petendi. ff. de leg.
1. l. cum quidam. §. si scripras. & l. si a pluribus. in princ. Secũdo
si sit particeps legati. ff. de le. 2. si quis Titio. in prin. vbi de hoc.
Tertio vbi habet aliquod commodum. ff. de leg. 2. si quis Ti-
tio 10. de hoc etiam in Spe. d. §. versi. & scias. & duobus sequen
tibus, vbi etiam no. quo iure petantur legata, & qua actione.
Item ꝙ in legatis ad pias causas computantur omnia quæ le-
gata sunt pupillis, orphanis, peregrinis, & quibuscunque mise
rabilibus personis. & quo ad præmissa dicit Paul. ꝙ si religio-
sus est executor, ei cõpetit actio, nec acquiritur hæc actio mo
nasterio. arg. ff. de verb. obli. si stipulatus, quia non cõpetit suo
proprio nomine, sed officij. vnde non cohæret personæ. & sic
non ob. C. de sac. san. eccle. auth. ingressi. facit. ff. de min. l. 3. §.
18 sed quid. qđ singulariter no. † Decimoquarto quæro, an exe-
cutor super relictis a testatore possit transigere cum hærede
vel debitore hæreditario. videtur ꝙ non, cum non possit re-
mittere debitum, licet possit agere, nec tutor nec curator libe
rationem præstant remittendo. C. de pac. pactum curatoris. ff.
pro empt. qui fundum. §. si tutor. de admi. tu. Lucius. §. fi. de
hoc in d. §. ver. de illo autem quæritur. vbi hoc sentit, licet alle-
19 get etiam in contrarium. † Decimoquinto quæro, an sufficiat
executori ꝙ cedat actiones contra hæredem. Spec. ꝙ sic, in d. §.
10. col. vers. sed an executor. Host. eo. tit. tua. dicit ꝙ si testator
legauit rem alienam sibi debitam, vt quia eam emerat, sed nõ
dum erat tradita, sufficit cedere. ff. de contrah. empt. ꝙ sæpe. §.
si res. ff. man. hæredem. & hoc est regulare ꝙ omnes qui tenẽ-
tur ex eo ꝙ actionem habent, sufficit ꝙ cedant. ff. de peti. hær.
quod debetur. Si vero legauit rem propriam, ab adita hære-
ditate dominiũ transit in legatarium. ff. de fut. a Titio. not. eo.
tit. Raynaldus. vnde agit legatarius, nec hæres tenetur ad sum
ptus nisi sit in culpa vel mora. ff. de leg. 1. cum res. vel si res erat
litigiosa tempore quo legata fuit. C. de litig. l. 2. & pen. & fin. &
20 auth. ibi posita. † Decimosexto quæro, an executor testamen-
ti teneatur facere inuentarium. Spec. præalleg. §. ver. sed an te-
neatur dicit ꝙ non, si non est ad certam rem, secus si generali
ter datus. Ioan. And. dicit ibi etiam cum est datus generaliter,
si non facit inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditatis,
21 licet secus in hærede, de quo dic vt ibi. † Decimoseptimo quæ-
ro, an seruus de voluntate domini potest esse executor. Iac. de
Are. vt refert Pau. ꝙ non. argu. ff. de mu. & hono. vt gradatim.
cum non habeat testamenti factionem de iure ciuili. ff. de te-
sta. si filius. & l. qui testamento. non est ergo idoneus ad hoc
officium, maxime cum hoc officium vertetur circa negotia
& iudicia, alias forte ad negotia tantum posset esse. Decimo-
octauo quæro, quid de pupillo. Ia. de Are. idem dicit quod de
seruo. arg. ff. de arbi. sed & si in seruum. §. sed neque. de procur.
qui generaliter. lib. 6. Insti. quib. non est permis. fac. testa. §. item
impuberes. Decimonono quæro, quid de surdo & muto. Iac.
de Are. dicit idem. Vicesimo quæro, quid de muliere. Iaco. de
Are. dicit idem. arg. ff. de reg. iur. fœminæ. C. de procu. alienam
Iac. de Aret. contra. quia cura & tutela cadit in mulierem, in
Auth. vt li. ma. & auiæ. §. 1. col. 8. de app. ex parte. a. de arbi. dile-
cti. 12. q. 2. cum deuotissimam. quia non inuenitur prohibitũ
imo permissum. ff. de adi. leg. l. fi. Item §. mater. eod. tit. nos qui
dem. Vicesimoprimo quæro, quomodo suscipiatur hæc exe-
cutio. dicit Pau. ꝙ expresse & tacite, vt soluendo creditoribus,
vel dando legata, vel aliquid faciendo tanquam executor. ff.
de hær. act. pro hærede. non tamen sufficit eius præsentia cum

taciturnitate. ff. de arbi. si de meis. §. recepisse. imo in casu no-
stro non sufficit etiam expressus consensus sine licentia supe-
22 rioris de elect. si religiosus. lib. 6. † Vicesimosecundo quæro,
an religiosus executor possit erogare aliquid suo monasterio,
b vel sibi vel consanguineo,[b] argum. ꝙ sic. ff. de lega. 1. ab omni-
bus. §. iussus. de colla. bono. l. 1. §. fin. 30. q. 3. si qua. in Auth. de
san. Episcop. §. diaconissam. collat. 9. nam secundum regulam
charitatis primo nobis & nostris debemus subuenire. not. 30.
dist. ca. fina. facit quod not. 42. dist. quiescamus. 31. dist. homo.
76. dist. non satis. nemo enim carnem suam odio habet. 14. q.
3. non extimemus. In contrarium. C. de sac. san. eccl. auth. qui-
buscunque. ff. manda. si mandauero §. sicut. de iurisd. om. iud.
qui iurisdictioni. de offi. præsid. l. 3. est enim talis erogatio su-
specta. 10. q. 2. hoc ius. in si. 89. distinct. decenter. ff. de fal. si quis
legatum. & l. vxori. de excu. tut. pietas. de iniur. lex Cornelia. q-
dam vt refert Pau. distinguunt, aut est solus, & non potest, vt
sit differentia inter dantem & recipientem. de instit. cap. fi. de
iure pat. per vestras. nisi in coniuncto esset euidens ratio pieta
tis. argum. ff. de adopt. si pater. §. duos. aut est cum alijs, & po-
test. argu. ff. quod cuiusq; vniuersi. nom. nulli. & l. plane. & l. itẽ
eorum. de in diem addic. quod si vno. Paul. dicit ꝙ monaste-
rio dare potest de his, quæ suo arbitrio habet distribuere etiã
si sit solus, quia ibi est euidens distinctio personarum. argu. 12.
q. 2. qui manumittitur. 14. q. 2. super prudentia. de testa. insup.
& cap. cum nuncius. & c. nuper. Idem dicit de consanguineo
cessante fraude. sic intelligunt prędictum c. decẽter. vt ibi no.
sibi autem non potest nisi esset in summa necessitate, quia tũc
etiam ei licet aliena rapere. de furt. cap. 3. & de hoc J. de homi.
23 si furiosus. † Vicesimotertio quæro, an ordinarius possit exe-
cutorem ab officio amouere propter suspicionem. Pau. quod
24 sic, in Spec. præall. §. 13. col. ver. sed quid si executor. Vicesimo
quarto quæro, an executor teneatur reddere rationem episco
po non petente. gl. in verbo, exigere; ꝙ sic. idem Genz. propter
verbum teneantur, quod est necessitatis, vt verbum, reddere,
differat a verbo exigere. argu. ff. de actio. empt. Iulianus. § of-
ferri. idem Matth. Oppon. ad hoc. ff. de oper. liber. cum patro-
nus. quorum lega. l. vlti. §. 1. Genze. format & non soluit. dic
ad l. cum patronus. ꝙ ibi in operis promissis a liberto. nam ab-
surdum esset ꝙ pręstaret patrono operas, nisi ipse patronus ve
lit. ideo in stipulatione operarum quas stipulatur patronus a
liberto, debet intelligi cum poposcerit patronus etiam si non
fuerit appositum, vt ibi. ad l. vlt. §. 1. dic ꝙ loquitur in satisda-
tione, quæ præstatur a bonorum possessore pro legatis, in qua
sufficit ꝙ paratus sit eam præstare si petita fuerit ab eo, quia
nec aliud sibi iniungitur. hic autem iniungitur ordinario, vt
exigat rationem, & executori vt reddat. quamuis ergo ille nõ
exigat, executor tenetur offerre, quia nõ dicitur hic ꝙ reddat
nisi tantum tunc cum ab eo petitur. Vicesimoquinto quæro,
si executor obtulit se ad reddendum, sed ordinarius non vult
recipere. dicit gl. in eo. ver. exigere, ꝙ non sibi imputabitur, sed
25 executori. idem Gen. ad hoc de eo qui mit. in pos. c. 2. † Vicesi-
mosexto quæro, si testator fecit testamẽtum validum & post
longum tempus incipit aliud facere, morte præuentus non
potuit illud complere. dicit Spec. de instru. edi. §. compendio-
se. ver. quid si primo. & Matth. hic, primum ꝙ non valet quan-
tum ad legata & fideicommissa, quia illa sola volũtate potuit
tollere. sed quantum ad institutionem valet mero iure. ff. de
26 leg. 3. si iure. † Vicesimoseptimo quæro, si testator dixit, pro
meis male ablatis cẽtum lego in dispositionem talis, & non
apparent tot male ablata. dicit Matt. in additione ꝙ aut testa-
tor præcepit ꝙ illa centum non conuerterẽtur in aliam cãm,
& tunc illud quod superfuit, reddatur hæredi. aut nihil dixit,
& tunc forte poterit cõmissarius cum consilio hæredis in aliã
piam causam conuertere. argu. ff. de vsufruct. lega. l. legatum.
& l. quidam prædia. de condi. & demonstra. quidam testamẽ-
to. in Auth. de eccl. tit. §. si quis. colla. 9. dic sine forte, quia hæ-
res potest sibi præiudicare. Quod autem legatum in vnam
causam ex causa possit in aliam conuerti, probatur eodem ti.
nos quidem. vbi de hoc dixi. videretur autem æquius ꝙ indi-
stincte oporteat id quod reliquit testator, distribuere, quia ip-
se debuit esse certus de facto suo. de rescri. ab excommunica-
to.

ADDITIONES.

a An executor. Adde Bart. l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cleric. Bald. in l. nulli. C. eodem tit. Ang. in l. Lucius. in §. Meuia. ff ad Treb. Ang. in Auth. de eccl. tit. in §. si quis autem. col. 9. Pau. de Cast. consi. 146. & Ab. in c. Ioannes. de test.
Vinc. God. Adde quod executor potest agere contra hæredem vt exhibeat sibi res ad vendendum quam vendere magis expediat. Bart. in l. alio. de ali. & cib. lega.

b Sibi vel consanguineo. Adde Ioan. de Imo. in c. 1. de coha. cle. & mul. & in cap. cum sibi. de testa. Ant. de But. in c. dilectus. de offi. ordi. Domi. in c. quoniam. 18 dist. ad fin.

27 to.† Vicesimooctauo quero, quid si dixit in dispositione, talis
a pro anima mea lego,[a] & non dixit, quot. videtur non valere.
ff. de iure do. cum post. §. gener. de verb. oblig. ita stipulatus. In
contrarium, quia summa est ratio, quæ pro religione facit. de
relig. sunt personæ. de dolo. c. 2. dicit Matth. dici posse ꝙ lega-
tum valet. & ꝙ commissarius potest disponere vsque ad quan
titatem conuenientem iuxta dignitatem personæ, quantitatẽ
facultatum & numerum liberorum hæredum defuncti. arg.
ff. de leg. 2. pater. & d. §. gener. de relig. & sump. fune. si quis. §. 3.
28 pro hoc eo. tit. cum tibi. † Vicesimonono quæro, in eo quod
in 7. no. ꝙ mortuo executore dato sub nomine dignitatis suc-
cedit successor, quomodo hoc cognosceretur. dicit Matth. ꝙ
si fuit deputatus executor antequam esset in dignitate, dicetur
datus ratione personæ. arg. ff. de castr. pecu. si forte. & l. dotẽ. si
autẽ post, aut adiecit nomen appellatiuum tñ, aut proprium
& appellatiuum. primo casu præsumitur ratione officij, & suc
cedit successor. ff. de an. leg. l. annua. §. Titia. secũdo casu secus.
ff. de cond. & demon. cum ita. §. ex his. melius dic vt dico de of
fic. leg. quoniam. vbi plene distingue, quando dispositio vr̃ cõ-
29 cernere personam, & quando dignitatem. † Tricesimo quæ-
ro, an executor poterit aliquid erogare in spurium defuncti.
dicit Matth. ꝙ non, quia nec per se, nec alio mediante capere
potest. ff. de vulg. & pup. si pater. C. de hære. insti. neque. ne per-
ueniat ad id quod lex noluit. ff. de transact. cum hi. & hoc dicit
verum Matthe. etiam si datum sit executori arbitrium dispo-
nendi, quia debet intelligi sibi datum a iure, & non cõtra ius.
ff. de ritu nuptia. l. quamquam. ad municipa. Lucius.

ADDITIO.

a Pro anima mea lego. Adde Ioan. de Imo. late post Ant. de But. in c. indicante. de testamen.
Vinc. God. Legatum quando dicatur pium siue pro anima, Ang. consi. 64. Ias. in l. 1. in 2. lect. ra, col. pen. de sac. san. eccle. & legatum factum in piam causam si ea fieri non possit, in aliam piam causam conuerti debet. Ruy. cons. 160. nu. 1 & 9. lib. 3.

De sepulturis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ligatur quis propter contemptum.*
2 *Sepultura ecclesiastica est interdicta tempore interdicti.*
3 *Excommunicatus non publicatus potest sepeliri in cemeterio.*
4 *Sepultura non est interdicta non nominatim interdicto.*
5 *Excommunicatus est quis ipso iure in certo casu, & alijs de quibus hic remissiue.*
6 *Excommunicatus an debeat absolui non facta restitutione.*
7 *Verba generalia derogatoria, an sufficiant.*
8 *Ista cle. inquantum est pœnalis, an comprehendat fœminas.*
9 *Prælatus si alicui præcipiat vt aliquem sepeliat, an sit locus huic clementinæ.*
10 *Quid si in campis vel in locis priuatis aliquis sepelitur de hoc prohibitis, an sit locus huic clem. 1.*
11 *Religiosi si ampliauerunt eorum claustrum, & in locis ampliatis sepelierunt aliquem contra iuris dispositionem, an incidant in pœnam iuris.*
12 *Quid si aliquis fuit sepultus in ecclesia contra dispositionem huius cle. 1. de sepultu. an incidat in pœnam istius clem 1.*
13 *Interdicti tempore quis non debet sepeliri in cæmeterio. de quo interdicto intelligitur.*
14 *Sepultura an permittatur in quatuor festiuitatibus in quibus permittitur celebrari tempore interdicti.*
15 *Ordines an possint conferri tempore interdicti.*
16 *Quid si aliquis de loco interdicto sepelitur extra locum interdictum.*
17 *Excommunicati non debent sepeliri. de quibus excommunicatis intelligitur.*
18 *Excommunicatus publice quis dicatur.*
19 *Sepeliens excommunicatum maiori, an sit excommunicatus minori.*
20 *Interdictus nominatim quis dicatur.*
21 *Clemen. ista de sepultu. an habeat locum si est notorium de fautoribus qui dederunt occasionem interdicto, qui tamen non sunt nominatim expressi in sententia.*
22 *Sepeliens interdictum non nominatim, an sit puniendus.*
23 *Vsurarius manifestus quis esse dicatur*
24 *Vsurarius si cauit de vsuris restituendis, an poterit sepeliri non obstante ista clem. 1.*
25 *Quid si vsurarius mandauit satisfieri, tamen non cauit, sed post mortẽ cauetur, vide.*
26 *Quid si dedit procuratorem specialem ad cauendum duraturum post mortem, qui mortuo vsurario cauit, vide.*
27 *Quid si primo fecit testamentum, postea efficitur vsurarius manifestus.*
28 *Portantes ad sepulturam eos qui prohibentur sepeliri, an incidant in pœnam huius clem. 1.*
29 *Sepeliens vsurarium manifestum excommunicatum publice, nominatim interdictum, & tempore interdicti, an sit excommunicatus vna excommunicatione, an quadruplici.*
30 *Absoluere quis possit excommunicatos qui sepelierunt aliquem contra dispositionem huius clem. 1.*
31 *An autem absolutio data non facta restitutione teneat.*
32 *Sepulti si qui sunt contra prohibitionem iuris, an si corpora possint discerni, debeant exhumari, vide.*
33 *Mortuaria an licite recipiantur pro sepulto tempore interdicti.*

CAP. I.

FOs. Not. ꝙ temeritas reprobatur. 17. q. 4. si quis.
ne cleri. vel mona. c. 2. lib. 6. & dicit Paul. ꝙ
scientiam notat quasi proprio ausu. & sumitur in
malam partem. Ex hoc dicit Lau. ꝙ si ignorans fa
ctum vel etiam ius, duntamen sit talis cui liceat ius ignorare,
hoc faceret, non vr̃ reus, nec infrascriptam pœnam incurrere.
1. q. 4. §. notandum. de cler. excom. apostolicæ. de sent. excom.
cum illorum. & idem dicit in effectu gl. ĩ. ea. clem. ver. sciẽter.
& idem Paul. & Genz. qui etiam videtur velle, ꝙ hoc casu iu-
ris error simpliciter excuset, quia iuris error excusat a dolo. ff.
vi bon. rapto. l. 2. §. si publicanus. no. ff. de abige. l. 1. quod est ve-
rum. nam iuris error excusat a pœna in qua committenda re-
quiritur dolus. ff. ad Sillani. si quis in graui. §. si quis ignorans.
notat Dy. in regula, ignorantia. lib. 6. pro hoc, quia iuris error
est lata culpa, nõ dolus. ff. de his qui notan. infa. liberorum. vbi
gl. singularis. Secundo no. casum in quo prohibetur sepultura
etiam alias digno. debet enim hic in princ. ibi, defunctorum,
vt differat ab eo quod sequitur de impedimento ratione per-
sonæ, vnde vt dicunt Lau. & Genz. hic est impedimentum ra-
1 tione loci. † Tertio no. ꝙ propter contemptum[a] quis ligatur.
a & dicit Genz. ꝙ ex contemptu etiam alias non ligandus ligatr̃.
23. q. vlt. §. notandum. de hoc de cle. excom. si celebrat. & dicit
Steph. ꝙ contemnere est mandatum non curare. 11. q. 3. excel-
lentissimus. & ꝙ potestas ecclesiæ non est contemnenda. 11.
3. nemo contemnat. & ꝙ tunc transgreditur quis ex contem-
ptu, quando voluntas eius renuit subijci ordinationi legis. &
procedit ad faciendum contra legem. quando autem propter
particularem causam inducitur ex contemptu, nõ dicitur pec
care nisi ex eadem causa frequenter iteret delictum, & ꝙ non
facile dispensatur cum eo qui contemnit. & ideo in literis de
stylo curiæ apponitur clausula, dummodo non in contemptũ
2 clauium. † Quarto no. de pluralitate clauium. de hoc in glo. 2.
b & 20. dist. §. 1. Quinto no. ꝙ tempore interdicti[b] interdicta est
ecclesiastica sepultura. de hoc in glo. 4. & idem Pau. quia tunc
interdicuntur sacramenta, & sepultura large dicitur sacramẽ
tum. 1. q. 1. dictum. de simo. cum in ecclesia. & c. ad apostolicã.
& idem Genz. qui alle. de sent. excomm. is cui. lib. 6. Sexto no.
ꝙ tempore interdicti aliqui possunt legitime sepeliri. de hoc
3 in gl. in ver. iure. † Septimo no. ꝙ excommunicatus non publi
catus sepeliri potest in cemeterio. probat litera in versi. publi-
ce. a contrario. & de hoc. ĩ. q. 14. & dicit Matth. ꝙ non est vitã-
dus excommunicatus, nisi cõstet de sententia iudicis vel ho-
minis. sic etiam sm̃ eum quis impugnandus non est nisi prius
iusta sententia discernatur. facit de homi. cap. 1. li. 6. vbi de hoc
per Archi. ĩ. de consangui. cle. vnica. de censi. cle. fi. de priuileg.
4 cle. 1. in prin. de pœ. cle. 1. ver. & quia. & cle. 2. in fi. † Octauo no.
ꝙ interdicto non nominatim non interdicitur sepultura. de
hoc in glo. in ver. interdictos. secus si nominatim, vt in tex. &
no. Matth. ꝙ sepultura ecclesiastica multis interdicitur. s. infi-
delibus, de conse. dist. 1. ecclesiam. manifestis iniquis. de sta. mo
na. cũ ad monasterium. 23. q. 5. placuit. Instituentibus sacerdo
tem tutorẽ. 28. di. c. vlt. Item publice excommunicatis, vt hic,
& ĩ. eo. sacris. Et nominatim interdictis, vt hic. Item vsurarijs
manifestis, vt hic, & de vsu. quamquam. lib. 6. Item in casu de
tornea.

ADDITIONES.

a Propter contemptum. Adde Arch. in c. 1. de ap. lib. 6. super glos. in ver. contempserit. Doc. in c. cum non ab homine. in fi. de iudic. Ioan. de Fan. in c. excellentissimus. 11. q. 3.
Vinc. God. Contemnere quando quis dicatur, Fel. in c. si quis. de maior. & obed. & in c. cum quidam. de iureiur. & in c. cum non liceat, de præscr. & in c. postulasti, de homicid.
b Tempore interdicti. Adde Inn. in sua gl. fi. in ca. fi. de excess. præla. & Cald. in Trac. de eccle. interd.
Vinc. God. Adde quod interdictum latum in aliquem locum pro pecuniario debito hodie ipso iure est nullum. Fely. in c. ex rescripto. col. 1. de iureiur. & in c. sane. circa fi. col. 1. de off. delega. vbi an interdici possit ciuitas ꝓpter delictum episcopi. & an interdictum suspensum ad tempus sit nouum vel idem. Fel. in c. apostolicæ. circa fi. de except.

tornea.c.1. Nono no. ꝙ excommunicatio & interdictũ æqui-
parantur in casu huius c. & in aliis multis. de hoc de appel. ad
5 hæc. vbi de hoc. & de sent.excom. c.1. lib.6. & c.is qui. † Deci-
mo no. casũ in quo qs est excõicatus ipso iure. alios casus col-
6 ligit glo.in ver.subiacere. † Vndecimo no. ꝙ non absoluitur
excõicatus, nisi satisfaciat, quod procedit in casu huius clem.
de hoc in gl. in vers.nisi prius. alias autem quandoque sufficit
satisdatio, quãque cautio iuratoria. de quo dixi de appel. qua
fronte. Duodecimo no. ꝙ excõicatus in casu huius cle. debet
satisfacere arbitrio diœcesani. & dicit Lau. ꝙ diœcesanus est bo
nus vir ad quem in talibus recurritur. ff. de verb.obliga.conti-
nuus.§.2.& fm hoc intellige quod J. de satisdatione dicit com
petenti, scilicet ad arbitrium diœcesani. Decimotertio no. ca-
sum in quo quis perdit priuilegium. de hoc in glo.penult. De-
cimoquarto no. ꝙ verba generalia derogatoria sufficiunt. de
hoc in glo.vlt. pro hoc Paul.alleg. J. c.proxi. in Auth. de testa.
imperfe. §.& si quid. pro hoc ẽt quia generalis reuocatio dẽt
idem operari quo ad omnia, ꝙ specialis quo ad expressa, argu.
ff. de administra. tuto. si duo. C. de quadri.præscrip.l.2. de præ-
scrip.30.anno.omnes. & in ꝯctibus per verba generalia tollun
luntur omnia præcedentia. ff. de verb.oblig. qui Romæ. §. duo
fratres. & de hoc. J. in 3. contrario. Opp. in eo ꝙ sepelientes in-
terdictos excõicantur, nam & alias puniti erant eum eis esset
interdictus ingressus ecclesiæ. de priuile. episcopo. lib.6. glo. in
vers. publice. in fi. soluit ꝙ hæc pęna adijcitur ad illam. Et ex
hoc vr̃ ꝙ duplici pœna puniuntur, ꝯ id de iudi. at si clerici, sed
dic ꝙ in ca. episcoporum. non refert an sint nominatim inter
dicti, an non nominatim. hic autem refert. Item duplici pęna
punitur quis vbi vna non sufficit, vt lit. non contest. qm̃. in fi.
no. in c. at si clerici. Secundo oppo. eodem modo in eo quod
puniuntur sepelientes vsurarios, quia & alias puniti erant, de
de vsu. quia in omnibus. glo. qui sunt. in fine soluit, ꝙ hæc pę-
na cumulatur ad illam ad hoc, quod dixi in præcedenti ꝯrio.
7 † Tertio oppo. in fi. in eo ꝙ dixi in 14. notabili sufficere verba
generalia derogatoria, quod imo non sufficiãt. ff. quod vi aut
clam. l.1.§. denique. ff. de offic. delega. ex parte. 2. ex quib. pro-
batur, ꝙ si sublatæ sunt exceptiones, tñ admittantur legitimę.
ff. eo. l.1. ff. quod vi aut clam. si alius. §. bellissime. & §. sequen.
de resti. spol. audita. de dolo. c.2. de æta. & quali. accepimus. in
fi. vbi de hoc in vlti. glo. 22. qõ. 2. ne quis. ff. de lega. 3. si quis. in
princ. Pau. ꝙ qñque verba generalia sunt derogatoria seu cõ
firmatoria actuum præcedentium qñque sequẽtium. & vtro-
que casu debet intelligi, ꝙ sunt prolata ab eo qui specialiter
potuit confirmare vel derogare. primo casu sufficiunt gñalia
sic apta ꝙ innuant de voluntate confirmantis vel derogantis
sic esse, siue voluntas sit prolata per vniuersale affirmatiuum.
de sent.excom. alma. li.6. siue negatiuũ, vt hic, & d.c. ex parte.
& hoc in ꝯctibus, priuilegiis, rescriptis, & constitutionibus, &
statutis. de ele. quia sæpe. lib.6. de præben. si motu. & d.c. alma.
In testamentis autem refert Pau. opi. Dy. qui dicit non suffi-
cere verba generalia, sed oportet ꝙ exprimatur specialiter. d.l.
si quis in princ. & quod no. Dyn. in regula, ꝙ semel. lib.6. idem
no. ff. de leg. 1. si mihi & tibi. §. in legatis. alij ꝯ. Pau. dicit ꝙ suffi
cit testatorem sic exprimere suam voluntatem ꝙ cõstet eum
omnino velle reuocare primum testm̃, licet verba derogato-
ria posita in primo non exprimantur in secundo. quid enim
si verborum positorum in primo non recordatur, nec eius co
piam habere potest. per hoc. n. si oporteret de illis exprimere
illa queatus esset, ꝯ id. 27. q.1. de iudæ. nemo. n. sibi põt legem
imponere a qua nõ liceat recedere. Et circa hoc dicit Pau. quæ
dam alia, quę non sunt omnino necessaria. & de hoc. J. cle. px.
ad fi. vers. nos n. & in d.l. si quis. in princ. vbi Bart. concludit ꝙ
si testator dicit non obstante quocunque testõ alio, ẽt si in ea
sunt verba derogatoria, talis expressio dr̃ specialis, & sufficit
ad reuocandum. Ray. tñ dicit ibi necessariam esse specialem
mentionem, ꝙ probat multis rationibus, præcipue per illam
legem, in ver. specialiter. & idem Fed. de Senis in cons. 327. in
simili materia Papa cõcessit aliquib. religiosis ꝙ non possint
cogi ad solutionem procurationum, quæ debentur legatis ꝑ
literas apostolicas etiã si in eis contineatur ꝙ ad quæuis loca
exempta, & non exempta se extẽdant & alias cuiuscunque te-
noris existant, nisi de indulto prædicto plenam & expressam
fecerint mentionem: deinde emanant aliæ literæ apostolicæ
cũ clausulis derogatoriis plurib. præcipue in quibus exprimit̃
ꝙ non obstent quæcunque literæ sub quacunque forma con-
cessæ, ẽt si de eis deberet fieri expressa & specialis mentio. con-
cludit em̃ Fed. ibi, ꝙ non tollitur prima indulgẽtia, ex quo nõ
est facta mentio eo modo quo debuit. & pro hoc faciunt iu-
ra q̃ volũt verba in dispositionib. posita operari suos effectus,
& aliqñ spãle si ex hoc nulla surgit absurditas. ff. de leg. 1. si qñ.
de pri. si Papa. lib.6. tenendo aũt ꝙ sufficiat illa mentio non ob
stãte alio testõ vel alia indulgẽtia, ẽt si hẽt clausulas derogato-
rias, tunc verba spãliter posita in primo nihil operabuntur, &
maxime quo ad testm̃, quia notarij de consuetudine apponũt
illã clausulã, reuocans oẽ aliud testm̃ sub quacunq; forma. ẽt
si haberet clausulas derogatorias. tñ puto ꝙ si in secũdo est ali
qua specialis expressio per q̃ aperte tollat̃ mẽs disponẽtis, hoc
sufficit ad reuocãdũ priorẽ dispõnem, vt si dicit ẽt si in primo
diceretur ꝙ oporteat exprimi nomen talis sancti, vel ꝙ ego de
manu mea scribam in scdo nomen meũ vel quæcunque clau-
sula similis, alias si diceremus ꝯrium, surgeret absurdum præ-
missum ꝙ dixisset sibi legem a qua recedere non posset. Scdo
casu qñ verba sunt derogatoria sequẽtiũ, dicit Pau. ꝙ sub ver-
bis gñalib. comprehendunt̃ ea q̃ verisimiliter quis fuisset ex-
pressurus. d.c. ne quis. & sic dicit posse intelligi c. ex parte. pro
hoc regula, in gñali. lib.6. & de hoc vlti. in Spe. de renũc. & cõ-
clu. vers. pone ergo. & vers. quid si quis. ꝓ his facit stylus curiæ
fm quem apponuntur derogatoria in genere. Itẽ euitatio im-
possibilitatis q̃ esset in exprimendo, fm Pau. & de hoc de ex-
cess. præla. c. vnico. lib.6. Quæro an quod in princ. dicit eos, in-
cludat quoscunq; cuiuscũq; professionis glo.1. ꝙ sic. idẽ Lau.
& Gen. pro hoc quia lr̃a indistincte loquit̃. arg. 17. q.4. si quis.
8 † Scdo q̃ro an comprehendat fęminas. gl. eo. ꝙ sic. idem Lau.
arg. 17. q.4. si quis suadẽte. cũ c. seq. de sen. excõ. mulieres. dicẽs
ꝙ in istis constitutionibus iuris cõis etiam pęnalibus masculi-
num concipit fœmininum ꝑp authoritatẽ conditoris, & quia
fiunt cũ magna maturitate, vñ præsumit̃ ꝙ nihil iniquũ cõn-
neãt. ff. de iusti. & iu. l.1. de ver. sig. forus. & S. in proœmio. idẽ
dicit Laud. in statutis factis per ꝑlatos ecclesiarũ. pro quibus
ẽt præsumitur ꝙ nil iniquũ contineãt. arg. de clan. despon. cũ
inhibitio. de his quæ fiunt a ꝑla. nouit. secus in statutis aliorũ
principum secularium, quæ frequenter odiosa promulgãtur,
quia in talibus odiosis masculinum non concipit fęmininũ.
sed in fauorabilibus sic. ff. de lib. & posthu. cum quidam. idem
dicit si exprimitur a testatore. fęmininum aũt nunq̃ concipit
masculinum, quia esset ꝯ naturã, q̃ ars quantũ p̃t imitatur. &
perniciosum esset exemplo. ff. de ver. sig. l.1. vbi de hoc, & no.
9 de test. Ray. circa prin. dixi de elec. cle.1. & 3. seq. † Tertio quæ-
ro si quis de mandato prælati sepeliuit ꝯ hanc clem. videtur
non esse locum pœnæ, quia hic punitur audacia. dic contra,
qa cũ sit hic prohibitũ, non tenetur obedire prælato, & posset
ei cõtradicere. 9. q.3. si dñs. & c. nõ semper. & c. Iulianus. ꝓ hoc
10 quod no. de tempo. ordi. ad aures. de ma. & obe. c.2. † Quarto
quæro si in cãpis vel in locis priuatis sepelitur aliquis de hoc
prohibitis. gl. in ver. cemiterij. dicit non esse locum pœnæ hu-
ius clemen. etiã si locus sit contiguus. & vr̃ velle gl. ꝙ oportet
esse locum deputatũ cemiterio, & benedictũ. Steph. dicit suffi
cere ꝙ locus sit deputatus ad sepulturam, etiã si non sit bñdi-
ctus, pro hoc quia alias eluderentur iura, cum multa sint loca
deputata sepulturæ, quę non sunt bñdicta. Itẽ ecclesia nõ cõse
crata gaudet immunitate ex quo ibi celebrant̃ diuina. de im-
mu. eccle. c.1. de consecr. eccle. vel alta. c. fi. pro hoc, quia non
p̃t negari quin dicatur cemiterium ex quo deputatũ est sepul-
turæ, ergo locus est huic lr̃æ. facit qđ dico in seq. q. tñ non dr̃
a deputatum [a] nisi post benedictionem. de cõse. dist.1. nemo. ꝙ
est verius si constat, ꝙ cemiteriũ non sit bñdictum, quia non
dr̃ nisi post benedictionem. ar. d.c. nemo. sed si diu reputatum
est pro cemiterio, vr̃ ꝑsumendum, ꝙ bñdictũ fuerit, & vt tunc
habeat̃ pro cemiterio etiã si in veritate bñdictũ non fuerit, &
11 tũc sit locus dicto Steph. † Quinto q̃ro, religiosi aliqui hñtes
modicũ claustrũ per epm̃ dedicatũ, longe ipsum ampliarunt
extendendo ad locũ vbi prius erant domus priuatę non inter-
ueniente aliqua solennitate. contigit ꝙ in claustro addito no-
uiter aliquis fuit sepultus cõtra id qđ hic dr̃. arg. Laud. ꝙ sepe-
lientes incurrant hanc pęnã, cum ecclesia gaudeat immuni-
tate ẽt si non sit dedicata, per iura allegata in præced. q. & ce-
miterium & ecclesia in talib. pari passu ambulant. de consecr.
eccl. vel alta. consuluisti. sufficit enim ꝙ de consensu episcopi
illa pars cui hæc fuit addita, deputata erat ad vsum sacrũ, vt di
catur locus religiosus. de relig. do. ad hęc. Insti. de rer. diui. §. sa-
cra. In contrariũ, quia in talibus requiritur deputatio cum so-
lẽnitate, de qua in Auth. de eccl. tit. §. si quis de fabricẽ. in col.
9. in Authẽ. de mona. §. illud. col.1. ad id quod inducitur. S. de
ecclesia non consecrata, respondetur illud procedere si ibi
fuerunt celebrata diuina, alias non, vt no. glo. de immu. eccle.
c. fin. facit quod no. 78. distin. cap.1. ex quibus vr̃ ꝙ pars addita
non censeatur cemiterium, & ꝙ sepelientes ibi puniendi non
sint ac si sepelissent in loco prophano. & hoc verius si de hoc
constat, vt quia nouiter factum fuit. secus si longo tempore
fuit obseruatum ꝙ totus ille locus habeat̃ pro cemiterio. per id
quod dixi in q. proxi. Oppo. ad hæc de consecra. eccle. vel alta.
ligneis.

ADDITIO.

a Non dicitur deputatum. Adde in Authen. de mona. in §. illud.

ligneis vbi tectum ecclesiæ refectum non facit ecclesiam indigere noua consecratione. Sol. Laud. ꝙ ibi consecratio non fuit passa iacturam in substantialibus. secus in cemiterio in casu proxime dicto. vel melius dic ꝙ consecratio ecclesiæ cõcernit parietes principaliter quibus accedit tectum, sed vna pars cemiterij non accedat alteri, sed sunt omnes æque principales. Secundo oppo. ad idem de consecr. eccl. vel alta. ꝙ in dubiis vbi oleum non sacrum admistum sacro sit sacrum. So. Laud. ꝙ illud in liquidis, quæ recipiunt commistionem. Insti. de rer. diuisio. §. si duorum. & §. ꝙ si frumentũ. secus hic. vult dicere ꝙ vna pars cemiterij non commiscetur alteri, sed oẽs æqualiter sunt partes. Sexto quæro, an in cemiteriis exẽptis & non exemptis procedet, quod hic dr̃ quo ad potestatẽ diœcesani, & quo ad pœnã, de qua hic. Lau. arg. ꝙ sic per id quod hic in fine dicitur. in contrarium per id quod no. hic Innocen. de priui. ad hæc. dic ꝙ regulariter de loco exempto non impedit se episcopus. de off. ordi. graue. sic loquitur Innoc. sed hic
12 permittitur sibi hoc etiam in exemptis. † Septimo quæro si contra dispositionem istam aliquis fuit sepultus in ecclesia. Dicit Pau. locũ esse huic cle. ac si sepultus fuisset in cemiterio 14. qõ. 2. nullius. nam sepultura siue in ecclesia, siue in cemiterio habetur pro eodem, vt Archi. no. de hære. c. 2. lib. 6. & cuius circuitus debeat esse cemiterium, habetur 17. qõ. 4. sicut antiquitus. & non refert an sit ecclesiæ cõtiguum, an non. de consecr. eccl. vel alta. c. vnico. 1. respon. lib. 6. non tamen accedere potest loco religioso, nisi ecclesiæ, & sit sacer authoritate epi-
a scopali [a], non quia sit ibi aliquis homo sepultus, vt no. Innoc. eo. tit. abolendæ. licet aliud sit s̃m leges. & in quo differunt sacer & religiosus, no. 13. q. 2. in ecclesiastico. & quid sit cemite-
13 rium, no. Archid. ea. causa. q. 1. cap. 1. Pau. † Octauo quæro de quo interdicto loquitur hic in eo, ꝙ dicit interdicti tempore, & eadem quæstio formari potest. ȷ. in ver. nominatim interdictos. gl. in illo ver. interdictos. dicit sufficere, ꝙ sit tale quod priuet sepultura. Lau. idem, sed latius dicit, ꝙ siue sit generale siue speciale, siue ab homine, siue a iure latum procedit hęc litera, duntamen procedat a claue. i. ab ecclesiastica iurisdictione, ita ꝙ sit censura ecclesiastica. de consue. cum inter. de exces. præla. tanta. de elec. vbi maius. §. 1. lib. 6. Aliud dicit Lau. de off. ordi. si canonici. & cap. q̃uis. lib. 6. Item in casu de sent. excom. is qui in prin. lib. 6. & de sta. reg. super quodam. de tẽp. ord. quod translationẽ. 70. dist. c. 1. quia in his & similibus in-
14 terdictum non procedit a claue. † Nono quæro an in quatuor festiuitatibus, in quibus potest celebrari tempore interdicti, permittatur sepultura. glo. hic dicit. tenet ꝙ nõ. idem Pau. & in hoc no. simpliciter glo. in eo ꝙ arguit ex diuisione cap. pro hoc de postula. c. vnico. lib. 6. Gen. prosequitur hoc latius dicẽs vt etiam dicunt glo. & Pau. ꝙ licet illis diebus permittatur participatio sacramentorum, non tamen permittitur participatio sepulturæ. Item quia de iure tempore interdicti prohibentur celebrari diuina, & sepultura & sacramenta cõferri, a quo iure non debet recedi, nisi quatenus reperitur exceptum. 13. q. 1. quod si dormient, de coniug. lepro. qm̃. maxime quia ius est expressum in c. cum & plantare. §. quod si templarij. allega. in glo. ad idem de senten. excom. alma. in fi. ibi cæteris, quæ circa obseruationem &c. Item exceptio confirmat regulam in quibusdam aliis. ff. de fun. instr. quæsitum. §. primo. idem respõdit de mona. in Auth. de non alie. §. vt autem. col. 2. & ꝙ ibi
15 no. † Decimo quæro, an tempore interdicti [b] possint ordines
b cõferri. Pau. refert id quod no. Host. de priui. vt priuilegia. vbi dicit, ꝙ quando in pœnam populi est interdicta parochialis ecclesia, prohibetur laicis ordinum receptio. secus si locus est interdictus ex alia causa, tunc enim sicut possunt alibi audiri diuina. de sent. excom. si sñia. 2. responso. lib. 6. & ordines reci-
16 pere. † Vndecimo quæro, si aliquis de loco interdicto sepelit̃ extra locum interdictum. Pau. distinguit aut locus est interdictus pp delictum dñi, aut populi, sicut distinguitur de sentẽ. excom. si sñia. lib. 6. tñ quo ad casum huius cle. non sufficit ꝙ
17 sit de loco interdicto, nisi nominatim sit interdictus. † Duodecimo quæro, de quibus excõicatis loquit̃ hic glo. ab homine. dicit, ꝙ siue a iure, siue ab homine, dummodo maiori excõicatione: sed si minori, secus, idem Laud. Pau. & Genz. pro hoc quia nomine excõicationis intelligitur de maiori. de sen. exc. si quem. quod tñ c. vt dicit Laud. hoc non probat, quia ibi dr̃ ꝙ non tm̃ intelligit̃ de minori, sed etiã de maiori. dic ꝙ hoc c. probat per ea quę ibi no. Item quo ad prædicta est alia ratio, quia minor non sic inficit sicut maior, nam excõicato minori non prohibetur participare sicut excõicato maiori. 11. q. 3. excellentissimus. vnde cõiter dr̃ ꝙ excõicatio non transit ad tertiam personam. 11. q. 3. qm̃ multos. Oppo. ad hoc de eo ꝙ no. Inno. eo. titu. sacris. vbi dicit ꝙ excõicati minori sepeliendi non sunt. Soluit vt in hac glo. quæ dicit ꝙ licet non sint sepeliendi, non est tñ locus huic pęnæ, quod dic vt nunc dixi. & dicunt Laud. & Genz. ꝙ propter talem sepulturam factam de
18 excõicato minori ecclesia non indiget reconciliatione. † Decimotertio quęro, quis dicatur publice excõmunicatus. glo. pe. de excep. exceptionem. dicit publice excõicatum dici, qñ iudex tulit excommunicationem in loco vbi publice iudicare consueuit, quod non placet. glo. hic in vers. publice. quæ dicit illud non sufficere quo ad casum illum, sed ꝙ hoc iudicabitur ex qualitate fori &c. vt in glo. quam ad hoc no. singulariter ad multa. quod autem dicatur publicum vel manifestum aut notorium, dixi de coha. cleri. vestra. & in hac gl. ibi, præpõderanda. 1. q. 1. Marchion. de verb. signi. intelligentia. ibi, & qđ, alleg. C. quo. & quan. iud. si vt proponis. 2. quæ dicit ꝙ si iudex non in loco in quo statuerat, sed alibi per obreptionem aditus pronunciat, aduersus absentem nõ tenet. & sic patet, ꝙ non facit ad propositum, sed poterat allegare. C. de testa. omnium. de dona. in donationibus. ibi, dispendiosam. quæ tamen parum facit. eo. tit. cle. dudum. Decimoquarto quæro, si quis sepeliuit excommunicatum non publicè. gl. ca. in ver. publice. ibi, & de hoc. dicit ꝙ non est locus huic pęnæ. Idem Pau. Genze. & Steph. pro hoc, quia non præsumitur sciuisse. Item ẽt si sciuisset, non est locus huic pęnę, quæ non debet extendi. quod tenet Gen. pro hoc inducit no. per se. ꝫ. de vi. & ho. cler. cle. 2. vbi
19 dixi in ver. dignitatem. q. 6. † Decimoquinto quæro, an sepeliens excommunicatum maiori sit excommunicatus minori. glo. in ver publice. remittit ad no. de priui. ad hæc. in 1. glo. q̃ dicit ꝙ sic, qa cui non cõicamus viuo, nec mortuo. Host. ibi ꝯ, cũ nõ sit cõio cũ mortuo, quia homo mortuus nõ est homo. de cele. miss. in quadam. sed dicit ꝙ alia pęna puniri dẽt, quod placet. Laud. vt non fiat extensio in pęna. & idem Genz. quia in speciali casu mandatur officio priuari eum, qui sepelit talem. de hære. excommunicamus. §. sane. ergo non sit locus alteri pęnæ. s. excommunicationi. quæ ratio non vrget, nam in pœna de qua in §. sane. non tollit iuris dispositionem in aliis casibus. Pau. tenet cum gl. c. ad hæc. quia ẽt post mortem durat excommunicatio, vt hic, & de sent. excõ. a nobis. 2. & corpus sñia ligatur & anima saluatur. de sent. excom. c. 1. lib. 6. nã licet non sit oĩno actiua ex parte mortui, est tñ ex parte agentis, quod sufficit. de cle. excom. illud. alias participans dementi seu furioso excommunicato non esset excõicatus, qđ non vr̃ procedere, quia in hoc casu non requiritur consensus excõicati, ad hoc vt dicatur participatio, pęnam inducens participanti. alias si quis loqueretur excõicato non rñdenti, non esset excõicatus, qđ non esset verum s̃m Pau. & hoc placet, quia in dubio potius interpretatur pro excõicatione. pro hoc qđ no.
20 de seru. c. vnico. in fi. † Decimosexto quæro, quis dicat̃ nomi-
c natim interdictus. [c] Laud. dicit ꝙ is qui in sñia nominatim est expressus per id quod no. Innoc. de præben. in Lateranensi. dicit ẽt ꝙ talis expressa nominatio intelligitur de illis quorũ culpa vel fraude latum est interdictum. Item in illis qui in hoc præbuerunt auxilium vel fauorem. de sent. excom. c. vlt. lib. 6.
21 de hoc dixi in d. c. in Lateranensi. † Decimoseptimo, quæro si notoriũ est de fautorib. qui occasionẽ dederunt interdicto, q tñ in sñia nominatim expressi non sunt, an erit locus huic pęnæ ꝯ sepelientes. dicit Laud. ꝙ non, qa non sunt nominatim interdicti ẽt si in sñia fuisset aliquis interdictus cum suis fautoribus, quia non ex eo ꝙ notorie fauent dñr nominatim interdicti. arg. de cle. excõ. proposuit. cũ hæc constitutio sit pęnalis & restringenda. de ele. statutum. lib. 6. qđ placet per id quod di-
22 xi in d. c. in Lateranẽsi. † Decimooctauo quæro, qđ si qs sepeliuit interdictũ nõ nominatim. gl. in ver. nominatim. dicit non esse locũ huic pęnæ, qđ dicit Steph. verum, qñ non cõstat eum interdictũ, alias secus. de sent. excõ. is cui. §. 1. lib. 6. Mihi placet glo. quia ẽt si constet eum esse interdictum, licet sepeliri non debeat, vt in d. §. 1. non est tñ huic pęnæ locus specifice latæ ꝯ
23 sepelientes interdictum nominatim. † Decimonono quæro, quis

ADDITIONES

a Et sit sacer authoritate episcopali. Adde Doc. in c. abolendæ. de sepul. Lu. Ro. in auth. similiter. in 15. priuilegio. C. ad l. Falc. Io. de Imo. in l. quid ergo. in §. fi. ff. de leg. 1. vnita tamen vt non fiat religiosum sepulchrum per illationẽ mortui. vt erat de iure ciuili, nisi quo adhoc, vt vendi vel pignorari nõ possit, quia in hoc non reperiuntur correcta iure ciuilia. ita dicit Io. Fa. in §. religiosum autem. Insti. de rer. diui.

Vinc. God. Sepultura an dicatur locus religiosus authoritate episcopali, vel ꝙ ibi aliquis homo sepultus sit. Fely. in c. quanto, col. 2. de iudic.

b An tpe interdicti. Adde Inno. & Doc. in c. non est. de spon. Host. in c. vt priuilegia. de priui. Doc. in c. ꝙ te. de pęn. & re. Cal. in trac. de eccle. interdicto. & an eo tempore liceat prædicare. vide Doc. in c. responso. de sent. exc.

c Quis dicatur nominatim interdictus. Adde gl. in cle. 1. in ver. nominatim. de vi. & hon. cler. & ibi Card. in 7. q. Inn. in c. in Lateranen. de præben. Doc. in c. cum in partib. de ver. sig. Doc. in c. constitutionem. de sent. exc. lib. 6. Doc. in c. vt circa. de elec. eo li. Doc. in cle. appellanti. de ap.

Vinc. God. Adde an si quis fuerit interdictus ab ingressu &c. si in eam confugiat, sit tutus. Felyn. in c. 2. col. 1. post med. vers. ex quo videtur. de except.

melius ꝙ ſeu ponitur pro id eſt, de ap. c. Romana. §. cū autem.
1 lib. 6. vbi de hoc per Archi. †Quæro ſi prælati non recuſant da-
re licentiam fratribus, ſed nec concedunt. gl. 1. dicit quod poſt
trinam requiſitionem locum habet priuilegium, de quo hic.
idem Pau. & vltra iura allegata in gl. inducit in ſimili quod no.
de offic. deleg. cum cauſa. ad idem 16. q. 7. omnes decimæ. 17.
q. 4. ſi quis domum. de ſenten. excom. contingit. & c. in audien-
tia. & c. ſacro. & eo. tit. conſtitutionem. lib. 6. de cle. non reſi. ex
tuæ. quandoque tamen ſecundum eum ſufficit vna monitio.
26. diſt. ſi epiſcopus 45. diſt. cap. 2. & vlt. de reſcrip. ab excom-
municato. de offic. deleg. prudentiam. §. cæterum. pro hoc 24.
diſt. non vos. vt dixi in d. c. cum cauſa. Secundo quæro, an fra-
tres in audiendis confeſſionibus debeant habere licentiam ſa-
cerdotis parochialis. gloſ. denotat. dicit non eſſe neceſſe pro-
2 pter ver. libere. idem Pau. †Tertio quæro, an confeſſi fratribus
teneantur iterum confiteri proprio ſacerdoti. gl. abſoluti, dicit
quòd non. & ita terminatur per extrauagan. Io. 22. vas electio-
nis. Opp. ad hoc de pœ. omnis. gl. ea ſoluit. & dic vt in ea, quæ
etiam recitat opi. Io. Mona. contrariam quā latius proſequun-
tur Lau. & Pau. in quo inſtando pro opinione gloſ. eſt, quia c.
omnis. videtur corrigi per hanc conſtitutionem poſteriorem.
de conſti. c. 1. lib. 6. Item ſpecialis prouiſio tollit generalem. C.
de pac. conuen. ſuper dote. l. fi. regula, generi. lib. 6. ad quæ con-
traria reſpondetur quòd non corrigitur. cap. omnis. quia non
contradicit, ſed ſe compatitur cum hac conſtitutione. ad aliud
de l. fi. dic quòd loquitur vbi erat ſpecialis prouiſio hominis &
generalis legis, ſed hic vtraque eſt iuris, quo caſu ſpecialis non
tollit generalem, & geminat ſubſidium vt plenius prouidea-
tur ſaluti animarum, ſicut & alias fit vt improbitas reprima-
tur. ff. nau. caup. ſtab. l. & ita. §. ex hoc edicto. ad regulam, gene-
ri. dic quòd intelligitur quando genus & ſpecies tendunt ad
diuerſos fines. nam ſi legatur mihi genus & tibi ſpecies eiuſ-
dem generis, legatum meum attenuatur, non extinguitur. de
adimen. lega. qui hominem. ſed hic genus & ſpecies tendunt
ad eundem finem ſcilicet ſalutis animarum, & ſic concurrunt
ſicut ſi genus & ſpecies eidem legetur, quia tunc generi per
ſpeciem non derogatur ſi teſtator primo numerat ſpecies &
poſtea genus copulatiue. ff. de leg. 3. hoc legatum. ad hoc de
procu. qui ad agendum. li. 6. ſed ſi primo genus, poſtea ſpecies,
locum habeat hæc diſt. ff. de fun. inſtru. quæſitum. §. pe. ſi au-
tem enumerat indiuidua quæ ſub certa ſpecie continentur,
enumeratio generis operatur quòd legatum non extenditur
ad alia indiuidua quæ ſub eadem ſpecie continentur ſiue præ-
cedat genus & ſequatur enumeratio, ſiue econuerſo. ff. de leg.
3. hæres meus. §. pen. de fun. inſtru. cum de lanionis. §. ſi cui. de
auro & arg. leg. l. 1. §. ſi duo. ſic no. Dy. in d. regula, generi. & per
hæc videtur improbari opin. gloſ. præmiſ. contra quam inſtat
& alijs modis, vt patet in ſpluribus ſequētibus contrarijs, quam
tamen opin. inf. ſubſtinco. Opp. & alio modo ad opin. Io. Mo.
præmiſſam, quia ex quo ſuit ſemel confeſſus, non debet tene-
ri ad confitendum iterum, alias prima confeſſio videretur fru-
ſtratoria. Sol. hoc non facit ſacramenti neceſſitas, ſed volunta-
ria obligatio, ſeu ex officio confitentis, cui non ſubuenitur ſi-
cut non ſatisfacienti ex neceſſitate. de offic. delega. ab arbitris.
lib. 6. ff. de procur. procurator qui pro euictione. per hoc dicit
Io. Mo. quòd per conceſſionem hanc gratioſam non tollitur
commune ius præcedens. Si autem diceremus quòd non ha-
beret ad ſuum ſacerdotem reuerti, poſſet eius iuriſdictio in to-
tum euacuari, & ſic priuilegium hoc non teneret tanquam
vergens in enormem læſionem alterius. ff. de vulg. & pupil. ex
facto. in prin. de deci. ſuggeſtum. Item curatus quoad alia ſa-
cramenta miniſtrabit alijs confeſſis, non iſti, cum ſit ei igno-
tus, quia neſcit ſi pœnituerit, & maxime ſi peccata publica
commiſerat, ad hoc illud Boetij. Si operam medicantis expe-
ctas, oportet vt vulnus detegas tuum. Item ſacerdos debet co-
gnoſcere vultum peccatoris ſui, cum dictum eſt Eccleſiaſti.
32. Curam illius habe. & videre debet erubeſcentiam & con-
tritionem. de pœn. diſt. 1. quem pœnitet. Alias poſſet iſte facile
illudere ſacerdoti. cum ergo hæc conſtitutio non corrigat c.
omnis. ſtare non prohibetur. C. de app. præcipimus. de elect.
cum expediat. lib. 6. Oppo. ad idem, quia ſacerdos & fratres
ſunt duo ordinarij, ergo ſuper facto per vnum alter nihil po-
teſt. ff. de offi. procon. l. vnica. Solu. illud quando duo dantur
pariter ab initio, ſed hic vni alius accumulatur ſine præiudicio
primi, cum fortius ſit ius curati tanquam neceſſarium quàm
adiuncti quod eſt poſtea. Opp. ad idem, quia poteſtas fratrum
eſt delegata a Papa, & ſic de confeſſis eis non debet ordinarius
ſe impedire, cum ſit maior poteſtas quam ordinaria. de offic.
lega. ſtuduiſti. Sol. poteſtas fratrum intelligitur data ſine præ-
iudicio curati ex quo aliud non exprimitur. ff. ne quid in loco
publi. l. 2. §. ſi quis a principe. maxime vbi ſeruari poteſt, ne de-
terior ſit conditio confitentis. ex quibus dicit Ioan. Mo. quòd
licet cōfeſſus fratribus ſit vere abſolutus, debet tamen iterum
confiteri, alias pœna puniri poſſet c. omnis. tanquam contem-
ptor tam ſalubris ſtatuti. argu. ff. de ſerui. vrb. præd. ſi domus.
pro hoc quia funiculus duplex &c. de vſu pal. ex tuarum. ad
prædicta eſt quod no. Hoſti. in d. cap. omnis. vbi dicit, ꝙ ſufficit
confiteri cuicunque de licentia Papæ vel legati vel epiſcopi de
offic. archi. c. 3. ver. confeſſiones. vel vicarij epiſcopi. arg. ff. de
offic. ordi. inter cætera. de app. Romana. lib. 6. ſed de hoc fides
facienda eſt ſacerdoti, nec ſufficit dicere niſi probetur. argu.
de præben. cum ſuper. de ſchiſma. cap. 2. alias illuſoria eſſet illa
prouiſio. & dicit Hoſtien. ꝙ generalis licentia non prodeſt ad
confeſſionem faciendam parochiali ſemel in anno niſi hoc
exprimatur ꝙ liceat ſine licentia parochialis, nam in genera-
li licentia non venit id quod aliquis ſpecialiter non eſſet con-
ceſſurus. regula, in generali. lib. 6. & ex his iuſtificari videtur
opinio Io. Mo. opinio tamen gl. tenet Lau. & Pau. dicit enim
Laud. ꝙ de rigore & veritate ſacramenti quantum ad culpam
mortalem & pœnam perpetuam fratres in ſacramento pęni-
tentiæ reputantur proprij ſacerdotes, & ſic ſatisfactum eſt cap.
omnis. ſed quia confeſſis eſt exhibendum corpus Chriſti per
proprium presbyterum & non alij, nec poteſt eſſe bene cer-
tum presbytero de confeſſione ab his fratribus facta, idcirco
æquum & vtile eſt vt vltra voluntariam confeſſionem talib.
factam non omittatur, alias detrahetur presbyteris & eorum
eccleſijs in quibus parochiani in ſua confeſſione dant presby-
tero ouum vel denarium, quæ conſuetudo non improbatur.
de ſimo. ad apoſtolicam. Ad idem quod non ſit neceſſarium
iterum confiteri ſacerdoti, Pau. inducit hanc literam quæ di-
cit, confitentes abſolutos, & permittit libere & licite confiteri,
exceptis caſibus epiſcopo reſeruatis, & reſeruat ſolum ius dię-
ceſani, & ſic videtur omittere cui fiat confeſſio, non autem ip-
ſam confeſſionem ad quam de neceſſitate tenentur peccato-
res. dicit etiam Pau. quòd per hoc non corrigitur c. omnis. ſed
quod ibi dicitur de parochiali, hic additur & de fratribus. &
pro hac parte eſt, quia ex quo ſemel eſt abſolutus, deſijt eſſe
peccator. 50. diſt. ſertum. Item ſemel confeſſus pœnitentiarijs
Papæ non tenetur illa alij confiteri. argum. de ſent. excom eos.
lib. 6. Item ſecundum Lau. fieret iniuria ſacramento ſi reitera-
retur ſine cauſa. de apoſta. cap. 2. quod c. tamen loquitur de ba-
ptiſmo qui non eſt iterabilis, ſecus in pœnitentia. dic tñ quod
licet poſſit pœnitentia iterari, tameo quis non debet cogi ad
eius reiterationem ſine cauſa, ne cogatur ſubire onus impor-
3 tabile. 26. q. vlt. alligant. †Quarto quęro, an conceſſio quam fa-
cit hic Papa fratribus de audiendis confeſſionibus, locum ha-
bet eo ipſo quod epiſcopi recuſant eis exhibere licentiam. ſu-
per hoc dicit Pau. ꝙ debet intelligi hæc licentia conceſſa de
obſeruatis gradib. enumeratis ab illo §. ſtatuimus. huculque,
alias non habent hanc licentiam. Nam primo gradu non ſer-
uato

natonon est locus secundo. ff. de acq. hære. l. 3. & l. quandiu. de
4 reiecr. cum dilecta. de offi. de leg. venerabili. †Quinto quæro, in
eo quod dicit quod fratres ex concessione de qua hic, non ha-
bent ampliorem potestatem quam curati, qui dicuntur curati
5 quo ad hoc Sol. ex his quæ dixi s. in vlt. contrario. †Sexto quæ-
ro circa hoc, si episcopus est ille qui est curatus, vt hic loqui-
mur de canonicis ecclesiæ cathedralis qui non habent alium
prælatum immediatum, an istos poterunt fratres absoluere
omni casu quo potest episcopus, videtur per hanc literam q
sic. In contrariū, quia in ecclesiis cathedralibus est archipres-
byter vel esse debet qui immediate curam habet illorum de
ecclesia. de offi. archipresby. officiorum. quod placet Lau. qui
dicit q etiā si episcopus gerat curam in hoc, ipse est alter tanq̄
curans. arg. de concess. præben postulastis. vult dicere q etiam
si casualiter contingat q episcopus sit immediatus, tn̄ quate-
nus consideratur tanq̄ curatus, non habet absoluere a casib.
episcopo reseruatis, sed solum tanquā episcopus. & hoc mihi
placet, licet Lau. relinquat disputationi, & pro hoc quod dico
6 in seq. q. †Septimo quæro, si aliquis gerit curam nomine epi-
scopi ita q absoluere potest in casibus episcopalibus, an subdi-
tos tales poterunt huiusmodi fratres absoluere in casibus epi-
scopalibus. Genz. quòd non, quia conceditur fratribus vt ha-
beant illam potestatem quam habent curati a iure. hæc autē
de qua præmisi, pendet ab homine. dicit tamen Genz. q ali-
qui de hoc turbari videntur, sed de eis non curando, sicut non
curatur de scandalo irrationabili. de noui oper. nuncia. cap. 2.
7 †Octauo quæro, de intellectu literæ, cum dicit q fratres non
habent ampliorem potestatem q̄ habent curati a iure. Solu. ex
his quæ dixi in duabus proximis q. vt dicit glos. in ver. conces-
sa. quæ dicit sensum esse huius literæ quòd in casibus episcopo
reseruatis absoluere non possunt. & idem Lau. & qui sunt hi
casus, remittit glos. Lau. & Mat. enumerant & dantur versus
8 quos posui. s. ea. cle. ver. hac deinde. q. 7 †Nono quæro, qualis
est potestas quam habent curati. dicit Pau. etiam quòd est fori
pœnitentialis. dicit quòd etiam hic loquitur de potestate di-
spensandi, vel de casibus episcopo reseruatis, & q multo mi-
nus possunt fratres absoluere in casib. Papæ reseruatis, & hoc
vt dicit Pau. non procedit ex defectu potestatis ordinis, ex qua
posset quilibet sacerdos absoluere quemlibet a peccato. ad
hoc Ioan. 20. nam cum posset species panis & vini conuertere
in corpus & sanguinem, vt de conse. dist. 2. panis. de sum. tri. c.
1. §. vna vero. fortius potest quemlibet peccatorum conuerte-
re in membrum Christi. 50. dist. ferrum. dicit ergo quòd hoc
procedit ex inordinatione canonica iurisdictionis exercitium
restringente. de parochia. nullus. de pœn. omnis. vnde requiri-
tur quod absoluens in foro pęnitentiali habeat potestatem or-
dinis & iurisdictionis exercitium quæ a maioribus in inferio-
res descēdit. 21. dist. in nouo. de elec. significasti. in fi. & a maio-
ribus tanquam maius imperium habētibus restringitur. ff. de
iudi. iudicium 63. dist. Salonitanæ. de off. ord. cum ab ecclesia-
rum. & secundum Pau. hoc procedit ex ordinaria potestate
quam habent episcopi. 11. q. 1. de persona. tamen recusare non
9 debet episcopus sine causa. ea. q. peruenit. †Decimo quæro, an
a episcopus[a] possit sibi reseruare casus, de quibus curati pote-
rant ante hanc constitutionem absoluere, ita quòd reseruatio
præiudicet fratribus. gl. ea. in ver. concessa. ibi dicit & tenet q
sic. & idem Pau. Steph. & Genz. rationes dic vt in glos. & in ea
ibi, animo iniuriandi. ad hoc ff. de dam. insec. fluminum. & l.
10 Proculus. de aqua plu. arc. l. 1. de ele. cum ecclesia. †Vndecimo
quæro, in eo quod in proxi. q. dixi de casibus reseruatis episco-
po, an restitutio male ablatorum & incertorum in magna
quantitate sit reseruata episcopo. Ioan. Mona. hic dicit quod
sic. arg. de Iudæ. cum sit. vbi idem tenet Host. de vsu. cum tu.
Arch. 14. q. 5. non sane. & de testa. religiosus. lib. 6. tenet contra-
rium dicens q episcopus circa talium derogationem non ha-
bet se intromittere, nisi in defectum vbi persona certa a testa-
tore non est deputata. de testa. tua. & c. Io. C. de epi. & cler. nulli.
quod tenet Pau. dicens quod tamen episcopus potest reserua-
re sibi confessionem & absolutionem peccati, ipsam autem
satisfactionem quę est in restitutione & concernit proximum
cui facienda est, non potest episcopus immutare, cum sit certa
& a iure imposita, quia non dimittitur peccatum nisi abla-
tum restituatur. Et ad hanc restitutionem tenetur etiam ipse
pœnitens. vnde etiam si ante pœnitentiam facta esset per pec-
catorem distributio si diceremus q iterum ad arbitrium epi-
scopi teneatur dispensare, iniquum esset secundum Pau. qui
etiam de hoc no. inf. de priui. cle. 1. vbi dico in ver. quibus. in 9.
notabili. & q. 5. de pęni. cle. 2. §. ad hæc. q. 10. & dic q dixi in d. c.
cum sit. vbi dico quòd ex quo distributio proinde facta est, de-
bet episcopus eam approbare, quia non refert per quem fiat
absolutio. ff. de neg. gest. soluendo, de rigore tn̄ potest interdi-
cere hanc distributionem per alium fieri. Et hoc etiam per
constitutionem statuere ad obuiandum fraudibus quę in hoc
11 fieri possunt, quod dic vt ibi dixi. †Duodecimo quæro, in eo
quod hic dicitur de potestate parochialium sacerdotum, an
b possit sacerdos[b] absoluere parochianum de delicto extra pa-
rochiam commisso. Mat. dicit q sic, per id quod no. 16. q. 1. c.
1. in glos. dicunt quidam. & Archi. de consti. c. 2. lib. 6. in glos. fi.
nam in hoc casu non contrahit delinquens forum ratione de-
licti, & hoc in foro pœnitentiali. quod dic vt dixi de pęni. om-
nis. Decimotertio quæro, de quibus prælatis loquitur litera
ibi, nisi prælati. gl. fi. dicit quòd de episcopis & de superiori-
bus. idem dicit Pau. in aliis exemptis habentibus in loco in ta-
libus iurisdictionem quasi episcopalem, pro hoc quod dixi
sup. ea. clemen. §. statuimus. q. 3.

ADDITIONES.

a An episcopus. Adde Bal. in l. omnia priuilegia, C de sacros. eccl.
Vinc. God. An episcopus possit omnia facere, & sic sine consensu capituli
tractare causas arduas, Rot. in deci. 469. confessio. vide Ias. in l. placet, nu. 25.
29. & 30. C. de sacros. eccl. episcopus enim potest capere & incarcerare cle-
ricum, sed quæ requiratur Cor. in consi. 216. litera c. & d. lib. 4.

b An possit sacerdos. Adde glos. 4. in clemen. 1. de foro compe. glos. fi. in c. no-
uit. de offic. leg.
Vinc. God. Sacerdos potest alteri stipulari, sicut notarius, maxime in foro
pœnitentiæ, id est in confessione sacramentali, qua quis confitetur se debi-
torem alterius, quia non velit eum absoluere, nisi promittat sibi soluere cre-
ditori suo, quo casu actio datur creditori ex promissione facta sacerdoti,
Bart. & Alexan. in l. 1. §. huius. de iust. & iu. & idem Alex. in l. non solum.
§. 2. de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Sepeliendi ius non competit ecclesiis non parochialibus.*
2 *Sepultura quid est.*
3 *Fratres quibus conceditur ius sepeliendi, an possint ingredi cum cruce parochiam inuito rectore ad auferendum corpus defuncti.*

§ Huiusmodi. Primo permittit fratrib. quòd libe-
re possit apud eos eligi sepultura.
Secundo disponit q de omnibus funeralibus & de omnibus
relictis a defuncto sepulto ibi debetur quarta rectori parochia-
li, ibi verbum, verum. Tertio monet fratres, ne faciant frau-
dem contra hanc constitutionem. ibi, facturi. Quarto in hoc
onerat conscientias fratrum, & statuit quòd possint conueni-
ri de dolo, & comminatur de ratione in extremo iudicio: ibi,
in quibus. Quinto prohibet parochiales a fratribus aliquid vl-
tra quartam prædictam exigere: ibi, vltra. No. ex eo quod dicit
glos. 1. quod quęstiones surgunt de eo in quo vertitur lucrum,
quod maxime procedit inter viles, sed magni viri de lucro
1 parum, de honore plurimum contendunt. †Secundo not. q
ius sepulturæ non competit ecclesiis non parochialibus nisi
specialiter eis concedatur, sicut hic conceditur fratribus. de
hoc in gl. quam. & quibus competat hoc ius, glo. ea. remittit. &
de hoc per Archi. de sepulturis. c. 1. lib. 6. præcipue autem non
competit sepultura religiosis, quia diuinis & humanis voci-
bus mortui sunt. 2. q. 7. placuit 16. q. 1. placuit. & dicit Mat. q li-
cet eis concedatur sepultura, tamen cauere debent ne indu-
cant ad vouendum vel iurandum super hoc, de sepul. c. 1. lib.
6. & si contra fecerint, incurrunt pœnas de quibus. inf. de pęn.
2 cle. fi. §. fi. †Quæro quid est sepultura.[a] dicit Lau. quòd est locus
concauus in cęmiterio vbi corpus catholici sepelitur. & secun-
dum eum talis sepultura est ipsum diuinum officium quod
mortuo impenditur dum terræ traditur corpus eius. Habent
autem hanc libertatem sepeliendi fere omnes parochiales ec-
clesiæ de iure communi, & plures aliæ de consuetudine vel
priuilegio speciali. sup. eo. per totum. & licet quilibet locus ex
quo per episcopū est ad hoc deputatus & dedicatus sit aptus,
tamen quandoque deficit exercitium vel propter defectum
materiæ vel propter conuentiones initas cum rectore, de pact.
pactum. lib. 6. de hoc dic vt no. eo. tit. in rub. & in cap. certifica-
3 ri. †Secundo quæro, an fratres quibus hic sepultura concedi-
tur, possint processionaliter ingredi cum cruce parochiam
inuito rectore ad suscipiendum funus eius qui eligit apud
eos sepeliri. Oldra. in consi. 82. alias 92. multis rationibus ar-
guit quòd non, & inter cætera inducit hanc literam quæ per-
mittit quòd recipiant ad sepulturam eos qui elegerint, & de-
bet sic intelligi quod ad eos portetur funus per parochialem
sacerdotem qui hoc potest. arg. eo. tit. cum libertum. & quod
ibi no. pro hoc etiam facit sup. ea. cle. versi. in ecclesiis. vbi non
permittuntur fratres ingredi ecclesias parochiales ad prædi-
candum

ADDITIO.

a Quid est sepultura. Adde Doct. in rub. de sepul. per Host. eo. tit.
Vinc. God. Adde quòd in ecclesia primus fuit sepultus Basilius Rex Græco-
rum a quo ecclesia ideo dicta est basilica, Archi. c. non oporteret, 42. distin.
Alex. in l. 1. §. fi. de acqu. poss.

candum niſi de beneplacito rectorum, vel epiſcopi, vel alterius ſuperioris. In contrarium eſt, quia cum hic permittitur fratribus libere ſepultura, & vno permiſſo permittuntur præparatoria neceſſaria, de offic. deleg. præterea. & poſſet inſtari multis rationibus, quod proſequitur Oldra. in conſi. 204. & vide illa duo conſilia quæ ſunt contraria, primum conſilium quod eſt 82. tenet quod iſti fratres non poſſunt, ſecundum conſilium quod eſt 204. tenet oppoſitum. Per. de Anch. tenet hoc vltimum. Primum tamen obſeruatur, quia non leuatur funus niſi iubente ſacerdote parochiali qui etiam incipit verſum, ſubuenite &c. Et hoc tutius ne detur materia rixæ. & ad illud quod dicitur quòd vno permiſſo &c. dic quod permittantur præparatoria, ita tamen quod quis non dicat ſibi ius. Contradicente ergo ſacerdote non debent ingredi per violentiam eius parochiam, ſed de hoc poteſt cõqueri coram iudice competenti, & pro hoc quod dico inf. ver. ſeq. q. 26. &c.

SVMMARIVM.

1 *Prælati & curati debent prædicare.*
2 *Canonica quæ debetur curato a fratribus limitata eſt ad quartam.*
3 *Quid ſi non relinquitur fratribus, ſed frater datur executor ad certam ſummam diſtribuendam ſuo arbitrio.*
4 *Funeralia quæ dicantur.*
5 *Funeralia quanto tempore durant.*
6 *Conſuetudo quod nihil ſoluatur pro canonica funeralium, an valeat.*
7 *Teſtator aliquis ſi dat aliquid pro anniuerſario, puta 10. vel 20. an de talibus debeatur canonica curato.*
8 *Clemen. iſta, dudum. de ſepul. an habeat locum in alijs fratribus quam prædicatoribus & minoribus.*
9 *Quid ſi quis ſepelitur apud ſorores minorum & prædicatorum.*
10 *Quid ſi quis dedit ſe & ſua loco religioſo in ſanitate.*
11 *Nouitius ſi moritur tempore probationis, an idem ſit de ipſo ſicut de profeſſo.*
12 *Defunctus ſi mandauit aliqua dari fratribus ſingularibus, an quarta debeatur curato.*
13 *Quarta canonica, an debeatur fratribus ſi defunctus non fuit ſepultus ad eos.*
14 *Epiſcopus ſi ſepelitur in monaſterio mendicantium, an quarta debeatur alicui eccleſiæ.*
15 *Teſtator viator ſi moritur, cui debetur quarta.*
16 *Scholaris in ſtudio eligit ſepulturam ſuam apud fratres minores, & legat eis de bonis quæ habet in partibus, cui dabitur quarta.*
17 *Quarta canonica quæ debetur curato a quibus debet peti, an a fratribus an vero ab hæredibus defuncti.*
18 *Quarta canonica quæ debetur epiſcopo, & ea quæ debetur curato, an differant.*
19 *Funus defuncti, an primo debeat portari ad eccleſiam parochialem.*
20 *Curatus an debeat compenſare in quartam canonicam ſi defunctus legauit eccleſiæ parochiali aliquam quantitatem.*
21 *Teſtator elegit ſepulturam apud fratres minores, & legauit eis centum ſimpliciter, legauit etiam eis quinquaginta pro fabrica, & ſepultus eſt ibi, eccleſia parochialis detraxit quartam de illis centum, & quartam de alijs legatis, qualiter epiſcopus detrahet ſuam quartam ab eccleſia parochiali.*

1 §. Verum. † No. ꝙ ad rectores curatos ſpectat prædicare. de hoc in gloſ. 1. & per hoc 28. diſt. per totum. de offi. ord. inter cætera. Et ex hoc infert Lau. ꝙ curatus debet habere ſcientiam prædicandi 16. q. 1. adijcimus. de hæreti. excommunicamus. §. quia vero. de ſta. mona. quòd Dei. & debet habere ſcientiam omnium eorum, de quibus. 38. diſtin. quæ ipſius. & hoc officium priuilegiatum eſt adeo ꝙ per ipſum exijt monachus obedientiam, d. c. quod Dei. Et no. in eo quod dicit prædicare verbum Dei: hoc enim non eſt minus ꝗ corpus Chriſti. 1. q. 1. interrogo. de conſe. diſt. 2. cum omne. quod non intelligas quantum ad eſſentiam & dignitatem ſacramẽti, ſed bene quantum ad efficaciam. nã ſecundum Lau. per verbum Dei plures compunguntur, & ſic mortalia delentur, ſed per corpus Chriſti ſola venialia, vt no. de dictis iu rib. Secundo no. quod curati habeot audire confeſſiones. de pœn. diſt. 1. multiplex. & c. menſuram. de pœ omnis. Tertio no. ꝙ curati cum miniſtrent ſacramenta, fraudari non debent beneficijs neceſſarijs. Fraudarentur autem ſi vocati ad onera repellerentur a mercede, in Auth. de iudi. §. ne autem, colla. 6. cuius contrarium fieri debet vt qui participes fuerunt paſſionum, ſint ſocij conſolationum. ſ. eo. c. 1. regula, qui ſentit. li. 6. Quarto no. ꝙ operarijs debetur merces. de hoc in gl. 2. & pro hoc Mat. 21. de magiſt. c. vlt. Quinto no. ꝙ attenditur id quod fieri conſueuit, de conſti. ex literis. Sexto nota ꝙ canonica de funeralibus debetur exemptis, vt hic, quod dixi eo. tit. certifi-
2 cari. † Septimo no. ꝙ qu ad fratres, de quibus hic, canonica limitata eſt ad quartam & ab hac taxatione ſecundum Lau. & Genz. non licet recedere, cum ſit papalis 19. diſtin. in memoriam. ff. de conſti. princ. l. 1. in alijs vero caſibus quanta ſit hæc canonica, ſtatur conſuetudini, quod dic vt dixi in d. c. certificari. Octauo no. differentiam inter verbum, taxamus, & verbum, limitamus. dic tamen ꝙ idem important, & vtrunque ponitur hic cauſa maioris expreſſionis. Nono no. ꝙ quandoque quis dicitur largiri id ad quod tenetur, ſed ſumitur largiri impropriè pro tribuere. Oppo. in eo quod dicit quòd curati habent miniſtrare ſacramenta parochianis. Quædam enim ſunt quę miniſtrari non poſſunt niſi per epiſcopum, vt confirmatio. de conſue. quanto. Sol. Pau. ꝙ hic loquitur de ſacramẽtis neceſſarijs, vt ſunt baptiſmus, pœnitentia, & extrema vnctio. & ſic non loquitur de confirmatione. quæ autem ſint ſacramenta neceſſitatis, no. de ſacramen. non iterandis. in rubr. de tranſac. veniens. Secundo oppo. ꝙ ad curatos non pertinet prædicare 92. diſt. in ſancta. vbi dicitur ꝙ hoc pertinet ad diaconum. Pau. ibi remittit, dicens ſtandum vltimæ ſolutioni gl. quæ eſt ibi, & illa exponit prædicationem, id eſt lectionem
3 euangelicam. † Quæro in eo quod dicit de omnibus obuentionib. quartam deberi, quid ſi non relinquitur fratribus, ſed frater datur executor ad certam ſummam diſtribuendam arbitrio ſuo, & ipſe diſtribuit in fratres. gl. omnibus. refert quandam declarationem emanaſſe a Bonifacio viij. de qua etiam gloſ. 1. mentionem facit. vbi declaratur quòd canonica debetur. quod dic vt in gl. & pro hoc facit verbum vniuerſale, omnibus. quod eſt in tex. per quod dicit Lau. ꝙ de his quę ſequuntur quomodocunque debetur canonica, & ꝙ conditor appoſuit ꝙ integre deberetur quarta ponendo verba generalia & vniuerſalia propter multifarias cauillosas ſubtilitates quas aliqui reperiebant ſuper canonica fraudanda & quaſi ad nihilum redigenda, quod prohibere vult hæc conſtitutio. & no. id quod dicit gl. quod ea quæ ſequuntur ibi, tam funeralibus, vſque ibi, quartam partem, cum ponaotur cauſa dubitationis tollendæ, non reſtringunt generalitatem, ſic & ea quę ponuntur cauſa exempli, non diſponunt. ff. de act. & obli. obligationum ſubſtantia. §. fi. & dic ſecundum Pau. & Genz. ꝙ illa verba, ad quoſcunque determinatos vſus, non intelliguntur cauſa limitandæ conſtitutionis, ſed potius cauſa tollendæ dubitationis, & ideo noo minuunt generalitatem quæ procedit. ff. de auro & arg. leg. pediculis. §. Labeo. de reg. iur l. quæ dubitationis. ex hoc dicit Pau. ꝙ loquitur hæc litera non tantum de relictis ad determinatos vſus, ſed etiam ad indeterminatos, quod dicit verum ſiue ſint vſus non ſacri, licet quidam, vt refert, dicere velint ꝙ de relictis pro conſtruendo capellam, vel aliam rem ſacram non debetur canonica, quia rei ſacræ ſeruitus imponi non poteſt. ff. de ſerui. ſeruitus. §. ſacer. vnde intelligunt hic loqui de vſu perſonali, puta pro victu. de relig. dom. c. vnico. vet. nos enim. lib. 6. quod dicit Pau. eſſe cootra mentem huius literæ. & ꝙ illud c. pro eis non facit, quod placet, quia ibi loquitur in alio caſu. Secundo quæro, ſi decedens executori mandat vt det fratribus tale quid. gloſ. ead. dicit per eandem declarationem declaratoriam contineri ꝙ canonica debetur. quod dic vt in gl. & idem Pau. per eandem rationem, quia tacitum relictum non capaci ſubiacet falcidiæ. Oppo. ad hoc ff. de his quib. vt indig. hęs. Solu. Pau. ꝙ ibi de hæreditate non remanſura hęredi, ſed fiſco applicanda. C. ad leg. Falc. l. 3. vult dicere ꝙ ibi non probatur ꝙ non detrahatur falcidia, ſed detrahatur & applicatur fiſco. Fallit in filio & ſeruo qui excuſantur a confiſcatione ex eo ꝙ habuerunt neceſſe parere teſta-
4 tori. ff. ad l. Fal. tacitum. de hoc in d. l. 3. † Tertio quæro, in eo
a quod de funeralibus dicit, quæ ſunt funeralia.[a] glo. declarauerat. dicit ꝙ ea quæ deferuntur cum funere, vel etiam ex cauſa funeris ante obueniunt eccleſiæ. quod no. & idem Pau. ꝙ latius proſequitur Lau. dicens ꝙ funus dicitur ſecundum Hug. a funibus quib. ligati conſueuerunt mortui vel ſudaria mortuorum dum traduntur terræ, ſed hodie cum filo ſuuntur & funeralia dicuntur, id eſt bona quæ conueniunt ratione funeris. Ex hoc dicit quòd ex quo funus traditum eſt terræ coopertum non habent locum funes, quia ſatis corpus terra adſtringitur, & ſic per conſequens tunc non videntur habere locum funeralia, & ſic ceſſante cauſa ceſſat effectus, & nomen ſi conſequens rei, & fortius agens vincat minus, ſicut de anima rationali dr̃ cuius aduentus annullat alias animas, & de magna copia quæ ad ſe trahit modica accidentia corporis Chriſti,
& hoc

ADDITIO.

a Quæ ſunt funeralia. Adde c. in noſtra eo. tit. iex. in l. & ſi quis, in §. funerum cauſa. & l. funeris. ff. de relig. & ſump. fu. Fed. de Sen. in conſi. 6.
Vinc. God Funeralia quæ ſint & quæ dicantur, Cor. conſi. 496. litera a. & ibi litera c. vbi ponit, an aliquid exigere pro funeralibus ſit ſpecies ſimoniæ. lib. 4.

& hoc secundum aliquos. Et secundum eos vt refert Lau. ca-
a nonica debetur tantum* de obuenientibus quandiu corpus
est in funibus extra terram, sed de obuenientibus postꝗ̃ est re-
conditum terræ, nihil debetur. Sed vt dicit Lau. desipit qui sic
sapit, nec insistendum est in hoc scientiæ grammaticorum
36. distin. si quis. nam de superficiebus verborum curandum
non est. de iureiur. cle. Romani. §. verum. dic ergo melius, vt
prædixi, ꝙ siue ante corpus reconditum terræ siue postea ob-
ueniant occasione funeris, dicuntur funeralia, & debetur ca-
5 nonica, & per hoc soluitur quæstio sequens. †Quarto quæro,
quanto tempore durant funeralia, an dum corpus traditur se-
pulturæ tantum, an per totam diem sepulturæ, an potius. 27.
vel 30. diebus, quo ad omnia quæ interim offeruntur. Lau. in-
stat, & pro vltima opinione est vt dicantur funeralia quandiu
sit memoria de funere. quod vero dicantur funeralia tantum
ea quæ portantur cum funere, est ff. de reli. & sump. fune. l. fu-
neris. & pro alia opinione quod durent tantum donec fit offi-
cium sepulturæ. est argu. de elec. commissa. lib. 6. pro alia quod
tota die est, quia tota dies debet cedere curatis, maxime cum
certent de damno vitando, & religiosi de lucro. ar. de offic. de-
leg. consuluit. Insti. de verb. obl. §. omnis. pro alia quod intelli-
gatur vsque ad tricesimum & etiam anniuersarium & in per-
petuum, de verb. sign. cum inter. Lau. non decidit dic vt dixi in
præcedenti quæstione. Quinto quæro, in eo quod dicit quar-
b tam deberi [b] de quibuscunque quomodocunque relictis, si
cum funere ducuntur equi cum armis. Dicunt aliqui ꝙ hæc
non dicuntur funeralia, quia non deferuntur cum funere, sed
ducuntur. quod reprobat Lau. quia dicit non potest quin den-
6 tur vel offerantur. †Sexto quæro, in eo quod dicit quartam de-
beri de his etiã de quibus solui non consueuit, an valeat con-
suetudo ꝙ nihil soluatur pro canonica portione. frater Ray-
mundus vt refert Mar. tenet ꝙ non, quia talis consuetudo es-
set contra rationem & naturalem æquitatem, quia secundum
apostolum debent esse socij consolationũ qui fuerunt & pas-
sionum. s̃. eo. c. 1. Item quia per hoc auferretur primę ecclesiæ
tota commoditas rei suæ, id est ius parochiale, quod esse non
debet. ff. commu. præd. venditor. sup. eo. certificari. quod tenet
Host. in sum. eo. §. & quota. ver. sed nunquid. per d. c. certificari.
vbi dicit secundum rationabilem consuetudinem. dic contra,
dummodo præscribens habeat bonam fidem & titulum, qui
requiritur, quia ius commune est contra ipsum. de præscri. de
7 quarta. de hoc dixi in d. c. certificari. in 10. q. †Septimo quæro,
si aliqua dantur pro anniuersario vel 20. vel 30. an de eis debe-
tur canonica. videtur quòd sic per id quod dixi sup. q. 3. In
contrarium, quia hæc constitutio est correctoria iuris antiqui
in eo quod vult canonicam solui etiam de his de quibus de iu-
re alias non debetur, ergo alias restringenda ad casus in qui-
bus loquitur. Videtur autem loqui tantum in eo quod datur
vel relinquitur a testante. & sic secus de his quæ dant consan-
guinei vel amici 13. q. 2. non æstimemus. dicit Pau. ꝙ pro pri-
mo faciat litera quæ dicit de omnibus obuenientibus, quod
placet per id quod dixi s̃. q. 3. quia dicitur obuenire causa fu-
neris. Consuetudo tamen non habet ꝙ detur canonica nisi de
his quæ cum funere deferuntur vel quæ offeruntur dum fu-
8 nus est in ecclesia. †Octauo quæro, an in alijs fratribus præter
minores & prædicatores habet locum hæc constitutio. glos.
vt patet dicit ꝙ non, quia restringenda, vt dixi s̃. q. proxi. dicit
Io. And'. in apostillis, ꝙ Clemens quintus prorogauit eam ad
eremitas. & Io. 22. ad Carmelitas. de hoc not. Io. And. de reg.
constitutionem. lib. 6. & Lap. dicit ꝙ prorogationem ad ere-
mitas fecit Bonifacius viij. sed primum verius, & de hac pro-
rogatione etiam dixi s̃. ea. clemen. ver. ab olim. in 2. notabili.
9 †Nono quæro, si quis sepelitur apud sorores ordinis minorũ
& prædicatorum, fuit de facto. dic ꝙ cum hæc constitutio sit
restringenda vt dixi sup. q. 7. nõ habet locum in sororibus, ma-
xime de ordine fratrum minorum, quia illæ non habent per
omnia regulam beati Francisci, sed etiam si haberent, sufficit
ꝙ hic de ipsis non exprimitur. Decimo quæro, si testator lega-
tum soluit in vita gl. in verbo, datis. dicit quod debetur cano-
nica. & idem Pau. Vndecimo quæro, quid si sepelitur defun-
ctus cũ habitu fratrum. gl. hac ratione. dicit canonicam debe-
ri. & idem Pau. & Steph. qui allegant. ff. de alimen. leg. alumnæ.
10 §. vlt. †Duodecimo quæro, si quis in sanitate contulit se & sua
loco religioso vel sęculari. dicit Lau. quod curati nihil habent.
sup. eo. de his. filij tamen si extant habebunt legitimam, sicut
haberent in donatione causa mortis per id quod nota. Host. in
d. c. de his. per c. Raynutius. de testa. vbi de hoc per eum, & per
l. C. de inoffic. dona. si totas. facit 17. q. 4. quicunque. pro hoc
11 quod dixi de dona. c. fi. †Decimotertio quæro, si nouitius mo-
ritur tempore probationis. Pau. refert quod no. eod. tit. de his.
vbi referuntur opiniones contrariæ. tenet autem Pau. quòd
idem de ipso quod de non professo. quod tenui in d. c. de his,
per c. religio. §. 1. de sent. excom. lib. 6. vbi probatur quòd non
censetur religiosus cum effectu. ad idem de relig. beneficium.
lib. 6. Decimoquarto quæro, si testator donauit in mortis arti-
culo, vel legata in vita soluit, post ecclesia sepulturæ interdici-
tur ita quod ibi sepeliri nõ potest. dicit Pau. ꝙ nihilominus de-
betur canonica, ne ex delicto & pœna consequatur commo-
dum, quod esse non debet. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. 3. &
16. q. 1. legi. Ex hoc infert ꝙ quandoque debetur quarta etiam
ab illis apud quos funus non est sepultum. idem dicit viden si
casu alibi sepelitur, quia forte apud primos non potuit portа-
ri, pro hoc quod no. eod. tit. in nostra. Contrarium tenet Fed.
de Sen. in consi. 110. per rationem quam subijcio & amplio
ego in d. cap. in nostra. dico ꝙ si perpetuo debet manere sepul-
tus in ecclesia, solum de relictis illius ecclesiæ vel de funerali-
bus dabitur canonica, per id quod no. eo. tit. c. 1. facit hæc lite-
ra coniungendo versi. istum verum. cum præcedenti. ex qua
cõiunctione patet quod hic determinatur quartam dandam
solum ab ecclesia in qua quis sepelitur. & ad hanc quęstionem
facit inf. q. 19. pro opin. tamen Pau. inducunt aliqui quod no.
Dy. & Bar. ff. de adul. miles. §. fi. vbi dicunt quòd si quis legauit
fratribus prædicatoribus centum si eum in tali loco sepelie-
rint, & postea iste sit interdictus vel se interfecit, ita quòd non
potuit ibi sepeliri, nihilominus debetur legatum, ex quo stat
per testatorem. arg. illius. §. Sed hoc non facit contra prædicta,
quia in quæstione præmissa loquitur de quarta quæ debetur
non ex testatoris, sed ex legis dispositione, sed cum certa limi-
12 tatione. s. si fuerit ibi sepulta, ergo secus alibi. †Decimoquin-
to quæro, si defunctus mandauit aliqua dari singulis fratri-
bus ad eorum commoditates. glos. per hoc dicit quartam de-
beri, quod probatur rationibus vsque ibi, non obstat. & idem
Pau. & Genz. qui pro hoc ponderant verbum, fratribus ipsis.
Opp. ad hoc de test. requisisti. vbi relictum personæ cedit per-
sonæ. glos. sol. ꝙ illud cum persona est proprij capax. sed quod
dictum est procedit de incapaci. & idem Pau. Genz. & Matt.
qui omnes concludunt quartam deberi, vt prædixi. Steph. cõ-
trarium tenet & prosequitur ea quæ ponit Oldr. in consi. 326.
alias quarto. quæ tamen non allegat. dicit autem ꝙ litera quæ
hic loquitur de fratribus, debet intelligi complexiuè, & sic
non de relicto singulis. ff. de reb. dub. ciuibus. relictum etiam
ecclesiæ in qua quis sepelitur, intelligitur relictum causa sepul-
turæ. ff. de excu. tuto. Nesennius. & l. seq. Item recipere ad se-
pulturam est actus totius corporis relictum, ergo singulis cau-
sa amicitiæ & parentelæ non subijcitur l. canonicæ portionis,
arg. ff. de castr. pec. si forte. & l. castrensi. C. de impo. lucra. de-
scrip. l. pen. ad hanc literam quæ dicit quartam deberi de reli-
ctis ad quoscunque vsus, respondet quod respicit res legatas &
modos legandi, non autem personas legatariorum ampliat.
de alimen. leg. a filio. §. fi. Ad id quod dicitur in gl. ꝙ relictum
singulari personæ acquiritur conuentui, respondet ꝙ non ob-
stat, quia conuentus qui repræsentat personam singularem, ff.
de iud. mortuo. non est causa canonicæ portionis, sed causa est
sepulturæ, & hæc fuerunt verba Oldr. & ponit Fed. in consil.
449. alias 149. hanc autem quæstionem latius prosequitur Io.
de Lig. & pro hac vltima parte inducitur de verbor. signifi. ex
parte 3. ibi, quæ personis &c. vbi dicit quòd de relictis personis
non soluitur portio ecclesiæ cathedrali. & quod not. eod. titu.
relatum. in glos. 3. vbi dicitur de relicto pauperibus non debe-
ri canonicam. Item quia per cle. hanc immutantur antiqua
iura. quod autem non immutatur &c. C. de app. præcipimus.
de elec. cum expediat. lib. 6. per ipsa vero iura antiqua non de-
betur quarta de relicto personis singularibus, sed solum de
relictis ecclesijs vel monasterijs. eod. tit. c. 1. & 2. & c. in nostra.
& nomine fratrum intelligitur conuentus & non singulares
personæ. ff. de reb. dub. ciuibus. & quod s̃. dixi. Item debemus
attendere cuius contemplatione fiat relictum. ff. de bo. pos.
contra tab. l. pen. §. hoc solum. de dona. cau. mor. l. si filio 2.
& l. fi. de vulg. & pup. qui liberis. §. hæc verba. Præterea si de-
functus fuisset alibi sepultus, de hoc legato non deduceretur
canonica, ergo nec nunc, cum legatum non pendeat a sepultu-
ra. Vltimo quia religiosus est capax talis legati. ff. de his quæ
pro non scrip. si in metallum. de ali. & cib. leg. is qui. & l. seruus,
& hoc no. Archi. 19. quæstio. 3. quia. Pro prima vero parte in-
ducitur vltra glos. quia verbum, fratribus, comprehendit sin-
gulares

ADDITIONES.

a Canonica debetur tantum. Adde Pet. de Vbal. in tract. de canonica episcopa-
li. in prima parte. c. 7. in 2. col.

b Quartam deberi. Adde Pet. de Vbal. in tract. de canonica episcopali. in 1. par-
te. c. 7. in 4. col.
Vinc. God. Adde an quarta debita vxori ex dispositione auth. præterea. C.
vnde vir & vxor, extorqueatur etiam contra voluntatem testatoris, Cor.
consi. 4. vltra literam b. c. d. & seq. lib. 4.

gulares personas, vt dictum est. facit de priuil. per exemptio-
nem.lib.6. vbi exemptis canonicis intelligitur exempta eccle-
sia. Item populo interdicto intelliguntur interdicti singuli de
populo. de sentent.excommu.si sententia. in fine.libro sexto,
& priuilegium concessum Anglicis concernit singulos. de so
so competen.dilecti. pro hoc quia in regula minorum dici-
tur quòd fratres nihil sibi appropriant, quod exponitur gene-
raliter de fratribus tam in communi, quàm in singulari. ℥ de
verbo.signific.elemen.exiui.§.porro. Ad idem iste §. & hanc
partem tenet Ioann. de Lig. quibusdam rationibus, sed suffi-
ciunt rationes positæ in gl. & illæ quæ nunc factæ sunt, & ma-
ximè, quia negari nequit quin hoc sit relictum monasterio,
cum non posset religiosus capere, & per hoc soluuntur ratio-
a nes contrariæ. Decimosexto quæro, si relinquitur [a] alicui qđ
in ecclesia fratrum faciat construi capellam & emat illa orna
menta. consuluit Lau. de Pinu, quod non debeatur canoni-
ca, quia non est relictum ad vsum fratrum. Ioan. de Lig. con-
suluit contrarium, quod est verius per ea quæ dixi in proxima
quæstione: negari enim nequit quin sit relictum monasterio.
Posset autem procedere dictum primum, quando testator re-
liquisset fieri capellam in aliqua ecclesia, nec dixit in qua, tūc
enim eligitur locus mendicantium. Non per hoc potest dici
relictum fuisse fratribus, & cessat omnis fraus quæ fieri posset,
tenendo quòd idem esset, quando expressisset quòd capella
fieret in ecclesia fratrum. Item si detracta quarta residuum
non sufficit ad constructionem capellæ, non detrahatur quar
ta, vt dicit Oldrad. in consi. 306. alias 4. & alias 226. sicut quā-
do relinquitur pecunia pro seruo emendo manumittendo, si
detracta falcidia residuum non sufficit ad consumandū opus,
cessat falcidia. ff. de fideicom. lib. l. decem. ff. ad leg. Falcid. si ser
uus, sed posset dici quòd aliud in falcidia, quia testator vide-
tur prohibuisse falcidiam, vt not. ead. l. decem. in glo. fina. se-
cus in hac quarta quam prohibere non potest. de testamen. re
quisisti. suppleat ergo hæres residuum pro capella. vel si hoc
non vult, fiat id quod fieri potest detracta quarta. de testamē.
nos quidem. quod videtur verius, maxime ad obuiandum
fraudibus. Decimoseptimo quæro, de intellectu literæ ibi,
vel alijs pro eisdem. puta eorum creditoribus, vel seruientib.
13 vel similibus. Paul. † Decimooctauo quæro, an debeatur de
relicto fratribus si defunctus nō fuit apud eos sepultus, & hęc
quæstio non est eadem cum quæstio. 14. supra eod. versic. quia
ibi quando apud eos eligit sepeliri, sed hoc casu non fuit sepul
tus. hæc autem quæstio potest intelligi quando non elegit, &
sic eam format Pau. vt infra ead. quæstio. dico glos. quæro. re-
fert opinio. pro & contra, & concludit quartam non deberi,
nisi interuenerit fraus, quod expressius tenet Lau cum cano-
nica debeatur de funeralibus, vt supra eod. versi. non sunt au-
tem funeralia, vbi non est funus. ℥. eod. cap. 1. & cap. in nostra.
Et idem Mat. qui dicit, fratrem Aluatum ita tenuisse, pro hoc
quia quo ad corpus non est facta iniuria ecclesiæ parochiali
per monasterium vbi defunctus non sepelitur. & procedunt
hæc quo ad quartam parochialem. sed in episcopali secus, q̄a
illa debetur episcopo de relictis omnibus ecclesijs sibi subdi-
tis. de testamen. requisisti. Pan. in cap. præcedenti. etiam idem
tenet cum gl. & in hoc videtur aliqualiter ei contrarius. quod
dixi post eum. ℥. quæstio. 14. licet vt proxime dixi hæc quæstio
differat ab alia. dicit autem Pau. in dict. cap. præcedenti. ver. ꝙ
pro hac parte est, quia supra hac constitutione in princip. dicit
discordiam ortam super tumulandis corporibus defunctorū,
& sic non extenditur hæc constitutio, nisi ad ecclesias, in qui-
bus corpora tumulantur, talia namque sunt subiecta &c. 32.
quæstio. 7. apostolis. de fide instrument. inter. versi. ceterum.
quod dicit Pau. verum, vt etiam dicit glo. nisi procurent sepul
turam in fraudem apud alios eligi. Quid enim si destinaue-
rat sepeliri apud fratres, ex proposito expresso electa sepultura
faciunt alibi eligi, & sibi nihilominus legari quod alias erat
legaturus. Ex quo apparet fraus, & tenentur ad quartam, &
14 idem in similibus fraudibus. † Decimonono quæro, si epi-
b scopus sepelitur [b] in monasterio mendicantium, an debeatur
canonica alicui ecclesiæ. videtur quòd non, quia tota diœce-
sis est sua parochia. 16. quæstio. 1. in parochia. & sic dicitur se-
pultus in sua parochiali ecclesia. In contrarium, quia cathe-
c dralis ecclesia est parochia episcopi, & ibi debet iacere, [c] nisi
aliud disponat. nam ibi habet domicilium. de testam. requisi-
sti. 7. quæstio. 1. scire. de priuileg. cap. 1. & hoc tenet Bertrand.
de elect. clement. 1. de hoc dixi de sepultu. cap. 1. vbi teneo qđ
prædixi, scilicet canonicam deberi, sicut etiam episcopus vi-
uens tenetur ad decimas, vt not. Innocen. de deci. nouum ge-
nus. quod autem debeatur ecclesiæ cathedrali, probant iura
supra alleg. nonnulli tamen consuluerunt contrarium per ra-
15 tiones non necessarias, cum quæstio de facto accidisset. † Vi-
d cesimo quæro, si testator erat viator vel vagabundus. [d] quidā
vt refert Pau. dicunt quartam deberi episcopo, in cuius diœce
si moritur, argumen. 13. quæstio. 2. vbicunque. de offic. archi-
presbyt officium. & quod not. Innocen. & Hostien. eodem tit.
ca. 1. dicentes tales deberi sepeliri in ecclesia cathedrali. & idē
Goffred. in summa eodem tit. Alij dicunt vt refert Pau. ꝙ pa-
rochiali ecclesiæ in cuius parochia mortuus est, quia in ea de-
berent sepeliri si decedant sepultura non electa. 13. quæstio. 2.
ecclesias. quod tenet Hug. 16. quęstio. 1. cap. 1. in fin. & videtur
tenere Archi. eod. tit. cap. 1. lib. 6. Paul. dicit ꝙ hæc vltima opi.
potest esse vera in vagabundo non habente parochiam, argu.
ff. ad municipa. l. Labeo. in princip. de viatore secus dicit, in
quo tenet ꝙ ecclesiæ quarta dari debet parochiali vbi habet
domicilium. eodem tit. is qui. 1. respon. lib. 6. & expensis ipsius
quartæ mittetur, & si non sufficiat vel alio modo mitti non
possit, deducatur vel detur pauperibus. argument. 16. quæst. 1.
cap. fi. sicut in simili dicitur, cum habent vsuræ restitui absen-
ti. de quo de vsur. cum tu. & hoc intelligit Pau. nisi pro tanto
tempore stetisset in parochia quòd ibi sortitus esset domici-
lium. 13. quæstio. 2. §. quia. ergo pro hoc inducit Pau. quod no.
Innocen. de pęn. omnis. vbi dicit ꝙ scholares & alij incolæ &
annuales mercenarij debent confiteri sacerdoti in cuius paro
chia steterunt per annum. argumen. 16. quæstio. 1. quæstio. nā
ibi dicitur quòd ibi debent soluere decimas personales, quia
ibi recipiunt ecclesiastica sacramenta per anni circulum. Alij
dicunt idem etiam si minori tempore, quàm per annum ste-
terint. argumen. de deci. apostolicæ. Innocē. vero dicit tutius
esse ꝙ viatores & alij habeant specialem licentiam a proprio
sacerdote. de hoc Host. in summa, de poen. §. cui trib. & fin. &
hoc de paroch. §. quis intelligatur parochianus. Ex his infert
Pau. ad primum quæsitum dicens ꝙ si non sunt in totum trā-
slati, debet quarta diuidi inter primam ecclesiam & secūdam
In qua ex tanta mora videtur domicilium secundum primo
accumulasse. eod. titu. cum quis. §. cum autem. lib. 6. & proba-
bile est hoc dicere, tamen obseruatur a viatore quod sepeli-
tur in ecclesia cathedrali, & si sepeliri alibi eligit, soluitur quar
ta ecclesiæ cathedrali, quod latius dixi eo. tit. cap. 1. & pro hoc
vltra prædicta est, quia ex quo non apparet ꝙ sit parochianus
alterius, censetur parochianus ecclesiæ cathedralis, sicut etiā
decimæ, quia nō apparent esse intra limites alicuius parochię,
e debentur episcopo. de deci. quoniam. Quo ad vagabundum [e]
autem. l. Labeo. pręallegata facit quod censeatur habere do-
micilium in pluribus locis si in pluribus negotiatur, & tunc
deberet sepeliri in parochia vbi tempore mortis moratur, &
si alibi eligit sepeliri, huic parochiæ deberetur quarta, vel me-
lius debet diuidi inter ecclesias per dict. cap. cum quis. potest
autem dici vagabundus, ex quo non habet habitationem fir-
mam per id quod dixi de eo qui mit. in pos. cap. fin. In hoc ta-
men obseruatur vt in viatore dixi statim. & quo ad id quod
dixi de diuisione facienda inter ecclesias, dic melius vt dico
16 in sequen. quæstio. † Vicesimoprimo quæro in eo quod in ꝓ-
xima quæstione dixi de scholaribus, quid si scholaris in studio
eligit sepulturam apud fratres, & legauit eis de bonis, quæ ha-
f bet in partibus, cui dabitur [f] quarta? dicit Mat. ꝙ fuit de facto,
credit autem quod debeatur illi parochiæ vbi sita sunt bona.
argumen. de foro compet. sane. de paroch. capit. vlt. quod non
procedit, nec iura illa hoc probant, vt in eis patet. Dic ergo ꝙ
debetur ecclesiæ in cuius parochia morabatur in studio, & li
cet vt dixi in præcedenti quæstio. Paul. dixerit quartam diui-
dendam inter ecclesias parochiales, tamen probabiliter dici
potest quòd debetur illi ecclesiæ, in cuius parochia pro maio-
ri parte anni moram traxit. ff. de fun. instructo, cum de lanio-
nis. §. & si Sabinus. vbi legato fundo, & his quæ sunt in eo, ve-
niūt ea q̄ solita sunt esse in fundo ꝓ maiori parte anni. & hoc
tenet Bald. C. de episc. & cler. si quis ad declinandam. obserua
tur tamen vt dixi in proxi. quæst ꝙ datur quarta parochiali ec
clesię in qua morabatur tempore mortis, & hoc quando ec-
clesię sunt diuersarum diœcesum: sed si sunt in eadem diœce
si, fit diuisio secundū quod dicitur in d. c. cum quis. qđ ca. etiā
locum habet quo ad ecclesias diuersarum diœcesum, licet
alia

ADDITIONES.

a Si relinquitur. Adde Pet. de Vbal. in tract. de canoni. episco. cap. 4. in prima parte.
Vinc. God. Adde quòd quarta de legatis pijs, licet minui non possit per testatorem, tamen si legatum acceptetur, non agitur ad supplementum. Ruy. consi. 19. num. 4.
b Si episcopus sepelitur. Adde Lap. in cle. ne Romani. de elect.
c Et ibi debet iacere. Adde Doct. in c. 1. de sepul.
d Vel vagabundus. Adde Pet. de Vbal. in tract. de cano. por c. 9. in 1. parte.
Vinc God. Vagabundus dicitur, qui fuit de ciuitate ab hostibus capta. Bar. in l. eius. §. Celsus, in fi. ff ad munic. Fel. in c. fi. de fo. compet.
e Vagabundum. Adde Spec. in tit. de iniur. in § 1 ver. pone in statu.
f Cui dabitur quarta. Adde Pet. de Peru. in tract. de quarta canonica.

alia sit obseruantia, quæ ideo procedit, quia multa tolerantur &c. de præben. cum iamdudum. Vicesimosecundo quæro, in eo quod mandat quartam solui rectoribus ecclesiarum, quid si perpetui vicarij sunt. dicit Paul. idem in eis. §. de offic.
17 vica. clemen. vnica. † Vicesimotertio quæro, a quibus debet quarta peti, an a fratribus, an ab hæredibus. glo. pro hoc sentit quod peti potest ab vtrisque in eo quod dicit ꝙ ecclesia ab hæredibus vendicare potest. quod not. diligenter ad id quod dico ℑ. eadem quæstio. & cum gl. concordat Pau. sed latius allegat ad partes. Pro fratribus enim inducit qđ ab eis peti non debeat. ff. de legat. 2. l. si quis seruum. ff ad Trebel. filia. pro hoc quod not. Innocen. eodem tit. de his. dicens ꝙ contra hæredes non agit nisi ecclesia cui est relictum. Episcopus autem & ecclesia, quæ habent ius in legato ratione suæ portionis possunt petere se mitti in possessione nominum, & postea agent. ff. vt in posses. leg. si inutiles. vel petent a iudice quod det eis prætorium pignus. C. de præto. pign. l. 1. & 2. Sed si episcopus & ecclesia qui habent ius in relicto velint agere contra hæredes facient sibi cedi actionem ab ecclesia cui est relictum. ff. de pec. quod debetur, quæ subtilitas non placet Hostien. in di. cap. de his. dicit enim quod quilibet potest agere quatenus sua interest cōtra eum qui facultatem habet rei restituendæ etiam nulla actione expressa, argument. de elect. cum inter R. 14. quæst. 5. forte pro hoc, quia si pecunia est mea, æquum est vt eam mihi reddas. ff. si certum peta. si me & Titium. in fi. Pro ista opi. facit ff. de lega. 1. quidam testamento. §. si scriptus. & l. si a pluribus. Et dicit Pau. quòd si hæredes soluunt curatis, liberari videntur a fratribus saltem ope exceptionis doli. ff. de bo. liberto. libertus sub conditione. §. si vero Titio. de pignora. actio. solutum. §. solutam. dic quo ad ea quæ refert Paul. extra no. in c. de his. vt dixi. quo ad hoc cap. vera est opinio glo. quòd antequam soluātur legata possent curati quartam vendicare. Sed si antequam vendicent soluta sunt legata fratribus, nihil amplius potest ab hęredibus peti, quia soluerunt vt mandauit testator. pro hoc litera ista est quæ nihil mandat hæredibus, sed tantùm ipsis fratribus, quod ipsi quartam soluant. & hoc tenet Genz. quia ex quo fratres tenentur ad quartam, ergo possent etiam petere, alias non possent soluere quod non haberēt. 1. quæstio. 7. Daibertum. de dona. inter virum & vxo. nuper. ff. de offic. consul. obseruare. §. fin. & pro hoc quod de manu ecclesiasticæ sepulturæ peti debeat hæc quarta, est argument. ff. de vsufruc. leg. fundi Trebatiani, secundum eum. Si autem tantum hæredes soluerint quartam curatis, tunc procedit dictum Paul. quòd si fratres petant integrum legatum, poterunt excludi exceptione doli, quia dolo petunt quod restituere eos oportet, pro hoc quia poterunt curati vendicare quartam, vt dixi supra ead. quæstio. secundum glo. quæ verba proprie procedunt. quando legata sunt in speciebus, sed si in quantitate, tunc non competit vendicatio, sed alia actio,
18 prout dixi in dict. cap. de his. † Vicesimoquarto quæro, an inter canonicam, quæ debetur curatis & eam quæ debetur episcopo sit differentia. dicit Matth. ꝙ sic, & prosequitur de hac duplici quarta dicens quod duplex est canonica portio, vna episcopalis, quam recipit episcopus pro iure episcopali ꝓpter communionem, quam habet cum ecclesijs suis. de testa. requisisti. & hanc habere debet de omnibus relictis factis ecclesiis constitutis in sua diœcesi. sed si extra diœcesim sunt, nihil habet, alias vna ecclesia solueret duas portiones, secundū eum. vult dicere, quia episcopus cui ecclesia subest vellet etiā suam. Et in hoc dic quod id quod dixi supra quæstione proxima, non habet locum quo ad canonicam hanc, quia nō habet ius contra eos, sed contra ecclesiam legatariam. de hoc tamen dic vt dixi eodem tit. de his. Alia est canonica parochialis, quæ debetur ecclesiæ parochiali de relictis factis illi ecclesiæ vbi sepelitur parochianus eius, & debetur hęc de relictis factis ecclesiasticæ sepulturæ, non autem de factis alijs ecclesijs. eodem titu. cap. 1. & cap. de his. vbi de hoc. Vicesimoquinto quæro, in eo quod dicit integram soluendam quartam, si ecclesia parochialis habuit aliquas obuentiones ex eo quod ad ecclesiam parochialem fuit primo delatum funus, & ibi celebrata missa. dicit glo. in verbo, integre. quod per hoc non diminuetur quarta, quia nihil est immutatum de iure antiquo. de elect. constitutio. lib. 6. Et eisdem verbis in ver. præceden. vtitur Paul. & loquitur clarius, quam gl. dicit enim quòd fratres nihil habebunt de eo quod obuenit ecclesiæ parochiali, & quòd nihilominus tenentur fratres ad integram quartā, & idem Matt. quod etiam tenet Lau. & Genze. infra ca. clem.
19 versi. vlt. † Vicesimosexto quæro, circa hoc, an debeat portari funus primo ad ecclesiam parochialem. glo. ead. dicit quòd si consuetudo est super hoc quod sic illa seruabitur, qua cessante adhuc dicit conueniens quod portetur vt recipiat vltimum vale. & idem Pau. in versic. præcedenti. hoc tamen nō
20 seruatur, pro hoc quod dixi supra versi. proximo. quæstio. 2. † Vicesimoseptimo quæro, testator legauit certam quantitatem ecclesię parochiali, an tenetur compensare in quarta? dicit Matth. quod si dixit quod esset contenta legato, si ecclesia non acceptauit relictum, potest petere quartam, secus si acceptauit sciens conditionem adiectam. de testamen. officij. & in hoc vltimo idem Pau. si autem relictum fuisset sine conditione, tunc indistincte potest peti vtrumque. dict. capit. officij. Fride. in consilio 103. late hoc vltimum prosequitur, scilicet quando non fuit expressum quod computatur in quarta, & quod nihilominus debent computari. arguit, quia dicitur in cap. 1. eod. tit. quòd ecclesia parochialis debet habere tertiam partem iudicij ipsius defuncti. quomodocūque ergo habeat,
a debet ei sufficere. Secundo quia ecclesia comparatur filio.[a] de proba. in præsentia. sed filius non agit ad legitimam si habet tantum de bonis, quæ sufficiunt ad legitimam, alias agit tantum ad supplementum, C. de inoffic. testamen. omnimodo, & cap. cum quæritur. Tertio quia testator videtur in dubio voluisse compensare. argumen. ff. solut. matr. si cum dotem. §. si pater. in contrarium est quod dixi supra quæst. 26. in eo quod dicit quartam non minui propter obuentiones quę prouenerunt ecclesiæ parochiali ex missa dicta super funere. ad idem eodem tit. officij. & cap. requisisti. in fine. Item debitor legando creditori non videtur relinquere animo conpē sandi, nisi exprimat. C. de hęred. institu. si compensandi. ff. de legat. 2. si creditorem. Fride. de Senis videtur approbare primam opinio. dicens quòd ecclesia habet ius in bonis defuncti non tanquam creditor, sed tanquam coniunctus ab intestato. & vltra hoc dicit quòd istud quod debetur ecclesiæ, non est verum debitum, vnde sicut in dote & in legitima potest quis institui, imo etiam debet filius institui in legitima. in Authent. vt cum de appel. cogno. §. illud. col. 8. & not. de testam. Raynutius. in gl. 2. ita in ista quarta etiam. & ideo illud quod est perceptum de bonis defuncti, debet compensari. ad capit. officij. respondet quod episcopus quo ad testatorem est extraneus. & ideo relictum episcopo non debet impedire iuris executionem, quæ est inter episcopum & capellas, ex quo nihil dixit, sed ecclesia parochialis habet ius in bonis defuncti, vt dictum est, ideo relinquens videtur voluisse compensare. & idē tenet Ioan. de Lig. qui de verbo ad verbum, ponit verba Frid. nec allegat. Ego puto partem secundam veriorem per iura ad hoc inducta. Item quia quarta debetur non a defuncto, sed ab ecclesia sepulturæ, vt hic. & quamquam deberetur a defuncto, tamen non est debitum præcise necessarium, sed habet initium a causa voluntaria in eo quod defunctus voluit ibi sepeliri. Et ideo si quid legauit ecclesiæ parochiali, non intelligitur facere nisi animo compensandi, sicut nec alius debitor nisi ex contractu, per præallegatam l. creditor. videtur enim eligendo alibi sepulturam tacite se obligare ad dandam quartam ecclesiæ parochiali, & legando vltra hoc sibi videtur velle quod hoc habeat ecclesia vltra id. secus autem in parente legante filiæ ad quam dotandam tenetur ex dispositione legali, & sic non ex causa voluntaria, sed mere necessaria: ideo præsumitur legare animo se liberandi ab illa obligatione, quę non habet ortum a sua voluntate, & ideo computabitur in dotem. sic loquitur l. si cum dotem. §. si pater. & dixi de hoc
21 in dict. cap. officij. & per hoc patet responsio ad contraria. † Vicesimo octauo quæro, testator eligit sepulturam apud fratres minores, & legauit eis centum simpliciter. Item quinquaginta pro fabrica, & ibi sepultus est. Ecclesia parochialis detraxit quartam de illis cap. de iure communi, & de illis legatis etiam detraxit per hanc constitutionem. An episcopus ab ecclesia parochiali detrahet quartam suam de vtroque? videtur quòd non, quia episcopus percipit quartam de his quæ relinquuntur ecclesijs a decentibus, de testa. officij. & cap. requisisti. de verbor. signific. ex parte. 3. at ecclesia parochialis non percipit suam quartam ex voluntate decedentis, sed potius econtra, quia ista quarta similis est falcidiæ, quæ contra voluntatem testantis inducitur. de testa. Raynaldus. præterea res priuilegiata semper durat priuilegiata. de priui. c. fin. sed ista legata sunt priuilegiata habito respectu ad quartam episcopi, quia non detrahit ab exemptis, vt no. de testa. officij. & eodem tit. certificari. ergo ex persona ecclesię parochialis non debet hoc episcopus consequi, ne qđ vna via conceditur &c. de procura. tuæ. Tertio quia illa quarta descendit a relicto non onerato

onere

ADDITIO.

a Ecclesia comparatur filio. Adde Bar. in l. si ita quis. in §. ea. l. ff. de verb. obli. Bal. & Sal. in auth. ingressi. C. de sacros. eccl.
Vinc. God. Ecclesia dicitur filius legitimus sacerdotis, & excludit substitutum. Bar. in l. hæredibus, § Titius. ff. ad Treb. quando autem debeat succedere prælato in bonis suis. Cor. cons. 79. in hac. litera g. lib. 4.

onere episcopali, ergo sine onere de manibus fratrum debet transire ad ecclesiam parochialem. facit de deci. dilecti. ibi, consueuerant decimas, & c. pe. ibi, quibus ratione prędiorum antea soluebatur. J. de censib. c. 1. ibi, prestari solita. In contrarium, nam episcopus non solum de legatis factis ecclesijs sibi subiectis petit quartam, sed etiam de omnibus mortuarijs, de offic. or. conquerente. de præscrip. de quarta ibi, oblationis defunctorum, id est mortuorum, vt ibi exponitur. sed mortuaria & oblationes defunctorum dicuntur quæcunque oblationes occasione funeris ad ecclesiam parochialem peruenerũt. eodem tit. ex parte. in fi. & cap. cum liberum, & melius eod. ti. in nostra. in fi. nam funeralia seu mortuaria dicuntur, quæ occasione funeris obueniunt, etiam præter voluntatem morientis, nam minores 14. & etiam maiores si sunt filij familias non possunt pro anima iudicare. eod. tit. cap. pen. lib. 6. & tamen ea quæ ratione funeris obueniunt, funeralia dicuntur, at in proposito etiam parochialis ecclesia consequitur hanc quartam de mortuarijs, ergo sua debetur episcopo. Præterea priuilegium non egreditur personam, de priui. sane. at si episcopus non posset detrahere quartam, ecclesia parochialis priuilegio fratrum vteretur. Et hanc partem tenet Fride. in consil. 106. dicẽs ꝙ ratione mutationis personarum alteratur natura rei. de iurepat. cap. vnico. lib. 6. simile de præben. clem. penult. vbi variatur potestas collatorum secundũ tempora, pro hoc quia priuilegium super re concessum respectu personæ variatur ꝑsona variata. dict. cap. vnico. & ff. de leg. 2. cum patronus. refert tamen Frid. aliquos distinguere inter legatum priuilegiatum ratione personæ, & tunc procedit hæc ratio: & legatum priuilegiatum ratione sui, & tunc priuilegium intelligitur esse reale. vnde in proposito dicunt quod de primo relicto quod est priuilegium ratione personæ fratrum, quia sunt exempti, verum est quod ab ipsis fratribus non potest episcopus detrahere quartam, quam non detrahit exemptis, vt dixi. s. ead. q. sed de quarta detracta per ecclesiam parochialem bene detrahit, quia cessat priuilegium, & sic loquitur cap. vnicum, præallegatum, & pro hoc quod no. Spec. de immu. ecclesia. in fin. vbi dicit ꝙ emptores rerum ecclesiarum non gaudent priuilegiu in eis. De secundo autem relicto pro fabrica quod est priuilegiatum ratione sui, de testa. cap. fin. dicunt quòd durat priuilegium. Alij vt dicit Fride. dicunt etiam hoc vltimo casu quartam deberi episcopo. quia quo ad prædicatores & minores ecclesia parochialis detrahit quartam de omnibus etiam de quibus alias non detrahit. vnde etiam episcopus detrahet ab ecclesia ex cuius persona consequitur quod ex sua consequi nõ potest, facit de concessione præbendæ. cap. penul. lib 6. & hoc placet per prædicta, & ad contraria patet responsio ex prędictis, & facit ad prędicta secundum Fride. quia ecclesia parochialis consequitur quartam de mortuarijs illius qui est sepultus extra diœcesim, & tunc non episcopus sepulturæ, sed cui ecclesia subest parochialis, habet quartam quartæ. de quo no. in dict. cap. certificari.

Facturi. Quæro de intellectu illius versic. dicit Lau. ꝙ hic vult dicere ꝙ fratres non procurabant id quod aliqui erant relicturi infirmitate vel morte, & in casu in quo curati erant suam partem habituri relinquatur fratribus in sanitate vel alio modo disponatur, ita quod totum cedat fratribus & curati fraudentur portione, & ponit Paul. exemplum, vt quia procurant relinqui sororibus sanctæ Claræ, vel amicis, de quibus confidant qui non tenentur ad portionem, & sic fit fraus de persona ad personam. de priui. quanto. & hãc fraudem hic prohibet secundum Pau. non tantum in relictis, sed etiam datis & donatis in morte & dari vel donari mandatis, vt in tex. dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Fratres si per fraudem aliquid faciant contra hanc constitutionem, dudum, ita vt teneantur ad restitutionem, an possint pro hoc conueniri in iudicio.*

In quibus. Per fratres vel aliquẽ ex eis cuius consilio forte regebatur testator ex cuius facto cõuentus tenetur ad quartam sicut tenebatur si fraudem non fecisset. Pau. Nut. quod fratres procurantes fraudes hoc casu tenetur ad duo, scilicet ad restitutionem eorum in quibus damnificati sunt curati. Item quo ad rationem coram Deo. quod

1 dic vt in sequen. q. † Quæro, an conueniri possent fratres in iudicio super hoc in quo tenentur ad restitutionem modo prædicto. dicit Mat. ꝙ non, & intelligit hanc literam in foro pœnitentiali. Dicit ergo ꝙ non cogentur in iudicio, quia relinquitur conscientijs eorum. & idem Genze. qui intelligit hoc quod dicitur hic de oneratione conscientiæ quo ad illa super quibus conueniri nõ possunt. Dic vt dixi notando ꝙ hic sunt duæ obligationes, vnde loquitur litera generaliter etiam de his, in quibus cogi possunt ad restitutionem in foro iudiciali, nam etiam tunc tenentur vltra restitutionem ad agendam pęnitentiam de peccato, quia per solam restitutionem non tollitur cum possit fieri ab inuito & impęnitente. Secundo quæro, si fratres qui procurarunt hanc fraudem non sunt soluendo. dicit Lau. ꝙ per ordinem fiet restitutio iuxta ordinationẽ positam. inf. de priui. cle. religiosi. §. cęterum.

Vltra. Quæro in eo quod dicit, quòd vltra quartam non possunt fratres compelli, an ad quartam possunt per ordinarios compelli. glo. dicit ꝙ non, obstantibus eorum exemptionibus. Idem Pau. hic & s. ea. clemen. ver. verum. vbi in hoc instando arguit in contrarium, ꝙ imo per ordinarios possunt compelli & cum omnia priuilegia. J. reuocentur quę huic constitutioni obstant. Præterea hæc est quædam iuris dispositio cuius executor est ordinarius, de præben. si clericus. ad fin. lib. 6. nam frustra est iura ponere, nisi sint qui exequantur, de elec. vbi periculum. §. præterea. lib. 6. de sent. excomm. decernimus. eo. lib. ff. de orig. iur. l. 2. Tenendo autem primũ respondet idem Paul. ad hæc contraria. Ad primum quòd licet tollantur priuilegia impedientia solutionem quartæ, non per hoc sequitur ꝙ tollantur priuilegia excẽptionis, cum obligatio ad quartam possit esse durante exemptione, sed coertio fit per suum iudicem, scilicet per Papã & legatum, nisi aliud concederetur ordinarijs sicut fit in præalle. § præterea. & J. de statu regu. attendentes. & de relig. domib. quia contingit. de suppl neg. præla. clemen. quia regulares. Ad aliud dicit quòd ordinarius est executor dispositionum iuris quo ad non excẽptos, alias intelligendo generaliter, sequeretur quòd in omni obligatione etiam conuentionali posset ordinarius eos compellere quod est falsum. Ad hunc tex. dicit Pau. ꝙ debet intelligi quòd vltra quartam non possunt fratres coerceri a quoq̃ etiam legato vel delegato Papæ, & sic non probat ꝙ ratione quartæ habeat ordinarius iurisdictionem contra eos. Lau. & Genze. tenent primum. dicit ergo Lau. ꝙ ordinarius hoc potest tanquam executor & minister iuris tam manifesti, quàm notorij in hac cõstitutione contenti & sic in corpore iuris inclusi, quod nec potest esse aliquo modo non notorium, & sic non potest per aliquod priuilegium quoquo modo cõcessum impediri, ergo multominus per priuilegium fori. Et ꝙ diœcesanus sit minister iuris, probatur de senten. excomm. Et ꝙ ea quæ sunt in iuris corpore clausa, sint notoria, probatur de coha. cleri. vestra. facit etiam de pœn. clem. abusionibus. & ꝙ in notorijs cesset ordo iuris, inducit de fil. presbyt. quoniam. de iureiuran. ad nostram. 3. Et quòd priuilegium fori non excusat hoc casu, inducit, quia per talia priuilegia non excusanẽ a donatione quartæ, ergo fortius non excusantur a coertione super hoc, cum hęc sit necessaria. de offic. deleg. ex literis. & c. si super gratia. lib. 6. Et pro casu inducit d. c. si clericus. vbi ius quod habet quis ad prębendam, exequitur ordinarius si deficit executor. & de hoc s. de offi. ordi. clemen. 1. & d. clem. abusionibus. opin. glo. & Pau. verior est per suas rationes per quas etiam respondetur ad inducta per Lau. Sed specialiter ad cap. si clericus. dic ꝙ ibi nulla exemptio obstat, nec pręiudicatur priuilegio alicuius, sed ordinarius exequitur ibi iuris communis dispositionem, quæ habet ꝙ canonicus non debeat esse sine prębenda. infra de pręben. relatum.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio iuris tollit aliquando constitutiones speciales. exemplum ponit.*

2 *Conuentiones factæ inter fratres & ecclesias contra hanc constitutionem, dudum, de sepul. an valeant.*

3 *Quid si pacta facta contra hanc constitutionem sint pro parte contraria huic constitutioni, pro parte vero non, an tollantur ex toto.*

4 *Papa dedit executores super leuanda decima vel animalium fructib. cum illa clausula, contradictores, an possint excommunicare Cluniacenses, vel Cistercienses, vel alios similiter priuilegiatos?*

5 *Monachus si consecutus est per priuilegium beneficium alterius monasterij, an desinat esse monachus primi monasterij.*

6 *Priuilegium fratrum minorum, an deroget priuilegio Tholosanorum quo cauetur ne possint trahi extra suam diœcesim &c.*

a **Nos etenim.** Not. pro æqualitate de priui. ex ore. Secundo nota quòd priuilegium[a] valet

ADDITIO.

a Quod priuilegium. Adde Arch. in proœm. 6. lib. Vinc. God. Hinc est ꝙ priuilegium reale transit ad colonos exemptorum, Ruyn. consi. 157. nu. 9. lib. 3.

valet, vel gratia sine scriptura. de hoc in glo. 1. & idem Paul. &
1 in hac glo. ibi, in mercu. in regula, nemo potest, lib. 6. † Tertio no. q constitutio iuris cõmunis tollit aliquando constitutiones & consuetudines speciales, sed tunc oportet quòd de ipsis fiat mentio, vt hic, & s. de elec. clement. statutum. de ætate & qualit. clemen. vt hi. alias sine expressione non essent reuocatæ. de constitu. c. 1. lib. 6. Quæro, fecit episcopus cum capitulo consentientibus omnibus rectoribus beneficiorum ciuitatis donationem fratribus per quam fuerunt contenti de parte funeralium minori, quàm quarta eis soluenda, an reuocata est per hanc constitutionem? Lau. arguit q non, quia non videtur Papa velle tollere gratiosam donationem, quæ perpetuo decet esse mensura, de donati. per tuas. regula, decet. lib. 6. In contrarium, quia Papa fecit constitutionem hanc causa seruandæ æqualitatis, vt hic, & ideo omnia, quæ possunt facere in cõtrarium, cessant vt æqualitas seruetur, in qua est bonum commune, quod debet preferri priuato. de post. bonę. 1. Sed quia quęstio erat de facto, Lau. reliquit disputationi, vt infra q. 8. Secundo quęro ibi, vel prędecessoribus. quare non dixit etiam de successoribus. dicit Paul. quòd ideo, quia non potest
a eis legem imponere.[a] de elec. innotuit. de rescrip. cap. fi. lib 6. Tertio quęro, si mortuo Papa successor confirmauerit priuilegia fratrum inter quę habebant ante istam constitutionem, quòd, non tenerentur ad quartam. dicit Paul. q eis hoc non prodest, quia quod non est, confirmari non potest, sicut nec accusari. de despon. impub. ad dissoluendum. nec per talem confirmationem aliquid de nouo eis conceditur. de fide instrum. inter. de confir. vti. cum dilecta & idem Genze. & Pet. de Anchar. qui allegat l. si quis priore, ff. ad Trebel. vbi confirmatio generalis non extenditur ad id quod specialiter cassatum erat. Dicit tamen Genz. quòd Papa bene posset expresse concedere tale priuilegium derogando huic constitutioni, nã etiam constitutio Bonifacij. 8. super cathedram. fuit sublata p Benedictum. 11. deinde reuocata per Clementem. 5. hic, vt dicitur. s. in princip. & de hoc in sequen. quęstio. Quarto quęro, concessit Papa Ioann. 22. priuilegium prædicatoribus. 16. kalen. Maij, Pontif. sui anno primo, in quo continetur quòd de relictis in ornamentis, vel pro eis, libris, fabrica, luminari-
b bus,[b] anniuersario. 7. 20. 30. & alijs ad perpetuum cultum, & quibusdam alijs, quæ expressit non teneantur ad canonicam portionem, nunquid illud est reuocatum per hanc constitutionem, cum ipse has constitutiones publicauerit anno 2. sui pontifi. vt supra patet in procemio. Videtur quòd non, quia istius constitutionis habuit notitiam tempore concessi priuilegij, cum iam fuisset in concilio reuocata: ipsi ergo constitutioni videtur per sequens priuilegium derogasse. 3. distinc. priuilegia. de priuileg. in his. & cap. si Papa. lib. 6. de verbo. signifi. abbate. dicit Pau. q hæc quæstio pendet ab alia quæ sequitur.
c Quinto quæro, an constitutiones[c] cęperint ligare tãtum post publicationem factam per ipsum Ioan. qui publicauit hoc volumen, an vero post publicationem factam per Clementem, qui volumen composuit. Pau. remittit ad no. sup. in procemio, vbi dixi in ver. vniuersitati. in 1. q. & ibi concluditur quòd tantum a tempore publicationis factæ per Ioannẽ. & post lapsos duos menses ab ea. hoc præmisso dicit Pau. in quæst. proxima quod illud priuilegium hic reuocatur, quia cum Ioann. publicauit, perinde fuit, ac si ipse edidisset, quia publicando anthoritatem præstitit, & omnia nostra facimus &c C. de vete. iure enucle. l. 1. de præben. hi qui. & cap. si apostolicæ. lib. 6. sed si ipse fecisset has constitutiones, reuocatum esset priuilegiũ pręcedens, ergo & per hoc soluitur sequens q. Sexto quæro, in eodem priuilegio de quo sup. quæstio. 4. continebatur q expulsi vel egressi de ordine prædicatorum nõ possint prædicare, nec confessiones audire, seu docere, nisi trãsiuerint de licentia magistri, seu priorum vel vicariorum ad alium ordinem in quo huius officia licite exerceantur, an est reuocatum per clemẽt. vt professores, infra de regula. Paul. dicit q sic, per hoc quod dixi supra q. proxi. Septimo quæro, in eo quod tollit pacta cõtraria si super pacto quod super sepultura erat sententiatum per Papam, & pactum confirmatum, an per hanc constitutionem tollitur? gl. dicit Ioan. Mona. tenere quòd non, per rationem, qui plus potest hoc tale, quàm hoc simpliciter. vult dicere q maiorem efficaciam habet aliquid iunctum cum aliqua qualitate, quam sine ipsa, & sic plus potest pactum cum confirmatione, quàm sine ipsa, & idem Pau. qui etiã format quæstionem latius proponendo quod sententia cõfirmatoria fuerit lata etiam ab alio quàm a Papa. dicit Ioann. Andr. q Papa Ioann. 22. pronunciauit inter episcopum & capitulum Portugallense & prædicatores & minores illius loci, quod per hanc constitutionem tollebantur pacta etiam quæ dicebantur iurata, & per Papam confirmata: puto q intentio literæ sit derogare cuicunque dispositioni speciali contrarię, & hac ratione ductus potuit Ioann. 22. pronunciare, vt prędixi, tamen de rigore videtur primum verius ratione prædicta. Item quia etiã si præcessisset sententia sola etiam non mista cum pacto, non tollitur per constitutionem, quæ nihil dicit de sententia contraria præcedente, nec ponit etiam verba per quæ possit compræhendi sententia. derogatur autem per hanc constitutionem pactis & conuentionibus præcedentibus istam constitu-
2 tionem. de sequentibus dic vt in sequen. quæst. † Octauo quęro, si post hanc constitutionem & contra ipsam facta est aliqua conuentio inter fratres & ecclesias parochiales sicut dicitur esse factum Paduæ, an valeat. De hoc interrogatus respondi quod constitutio hæc non derogat tali conuentioni. pro hoc litera in ver. ibi, inquantum sunt præmissis contraria. nõ dicit erunt. & idem dicit de cõsuetudinibus inductis post hãc constitutionem, quia hęc cõstitutio nõ expresse resistit; vñ quatenus continet fauorem fratrum, vel clericorum, possunt renunciare, quia non est hoc ius publicum cui renunciari non possit, sicut illud sup. de foro compet. si diligenti. pro prædictis est quod no. s. de elec. clemen. statutum. gl. not. quia in fi. Opp. ad hoc de his quæ dixi in dicta clemen. in contrario vlti. Sol. standum est illis cum limitatione sequenti. aut enim quærimus de consuetudine vel statuto loci, & talia non valent etiã, quæ sequuntur, quia repugnant huic iuri. de maior. & obed. quod super his. sup. de elec. clemen. 2. aut de pacto. & aut fit pactum generale per diocecesanum, cum clero ex parte vna & fratres ex alia quod concernit omne tempus futurum, & idem dicendum, quia habet instar consuetudinis vel statuti. Si tamen reperiantur cõsuetudines vel statuta vel pacta super modo soluendi funeralia, puta de his quæ feruntur cum funere, detur medietas ecclesiæ parochiali, & de alijs relictis nihil detur, videtur standum eis, quia non repugnant huic iuri saltem expresse, & vtilia sunt ad lites tollendas, & sic saluari potest id quod seruatur Paduæ, de quo dixi supra ea quæst. in princ. aut fit pactum in certo casu super aliquibus funeralibus de modo soluendi, vel super aliquo alio de præmissis in clemen. hac. & valet per rationem supradictam, quia licitum est in hoc renũ-
3 ciare iuri suo. † Nono quæro, si consuetudines, statuta vel pacta pro parte sunt contraria huic constitutioni, pro parte non, an ex toto tollantur hic. dicit Lau. quòd non, sed solum quatenus sunt contraria. pro hac litera ibi, inquantum sunt præmissis contraria in eo qđ dixi in tertio notabili, quòd ad hoc vt tollantur consuetudines & statuta & pacta per constitutionem sequentem, debet de ipsis fieri mentio de quæstione facti. Monachi Cluniacenses habent priuilegia a sede apostolica quòd non teneantur recipere impetrantes a sede apostolica sub speciali gratia vel communi ad beneficia sua nisi de ordine Cluniacensi, vel nisi de indulto huius in literis expressa mentio habeatur. Pone quidam clericus super abbare Cluniacensi impetrauit sibi prouideri de primo beneficio non obstãte quod de beneficijs dicti abbatis aliquibus prouideri nõ possit per literas apostolicas non facientes de indulto huiusmodi mentionem sine qualibet alia sedis apostolicæ indulgẽtia cuiuscunque tenoris per quem effectus presentium impediri valeat, vel differri, & de qua in nostris literis mentionem oporteat fieri specialem, & non dicit vltra, scilicet quòd omnia inquantum sint nostrę intentioni contraria &c. vt hic dicit, an tales literę derogent priuilegio Cluniacensis monasterij? videtur quòd non, per capit. de rescript. lib. 6. si propter. & a 5. quęstio. 1. §. his ita. vbi dicitur quòd si aliqua priuilegia ab apostolico aliquibus cõceduntur. & sic contra generalem legem aliquid dissonare videantur, non tamen contra ipsam aliquid concedere intelliguntur. Solut. Lau. videtur stare huic
4 parti per illud quod dico in sequent. quęstion. † Vndecimo quęro, si dati sunt executores per Papam super leuanda decima vel fructibus animalium etiam cum clausula, contradictores &c. an possint excommunicare Cluniacenses, vel Cistercienses vel similiter priuilegiatos. dicit Lau. quòd non, qa propter priuilegia, quę habent non possunt excommunicari, nisi a Papa vel a legato de latere. de verborum significa. venien s, in princip. lib. 6. Oppon. ad hoc de offic. delegat. cum olim. a. vbi qui non desert delegatis, dicitur non deferre deleganti, nam delegatus in hoc est maior ordinario quolibet tanquam gerens vices delegantis, de officio legat. studuisti.

Pro

ADDITIONES.

a Non potest eis legem imponere. Adde glos. sing. secundum Abb ibi in ver. priuilegio. in cle.

b Fabrica, luminaribus. Adde Pet. de Vbal in tractatu quartæ canonicæ.

c Vinc. God. Constitutiones quando ceperint ligare, & an ad præterita extendantur. Alexand. in l. omnes popul. col. 8. de iustit. & iur. & Pau. de Cast. in consi. 143. lib. 1.

Pro solutione huius & eius quod dixi in præcedenti quæst.di-
cit Lau. ꝙ non obstantia, est clausula, obstaculum alicuius de
fectus releuans vel interdum extinguens, propter quod gratia
irritanda, vel irrita redderetur. & non obstantia dicitur, quia
duobus negatiuis, vel non obstantibus, sed destruentibus re-
manet, sicut sto stas quasi stare faciat rescriptum quod sine
eis non valeret. de rescr. cum aliquibus, & ca. si propter. lib. 6.
secundum Lau. quæ verba non sunt omnino propria. dicit
etiam Lau. ꝙ aliquando clausula, non obstantium, est releua-
tiua operans tantum, ne obsit rescriptum, sed ipsum non tol-
lit. de fil. presby. c. 2. lib. 6. de præben. non potest. eod. lib. quan-
doque releuatiua & dilatiua, sed non peremptoria. d. c. si pro-
pter. quandoque releuatiua quo ad vnum, & inductiua quo-
ad aliud, vt non obstante tali beneficio possit aliud assequi qđ
possit retinere cum primo. de præben. is cui. lib. 6. quandoq;
est releuatiua & peremptoria, vt, non obstante tali consuetu-
dine, quam omnino cassamus, supra de elec. cle quia sæpe. &
quo ad q. præmissas aliud non dicit Lau. Sed per hæc q̃ sunt
notanda, non sunt sublata dubia. Vnde quo ad hanc quæst. di-
co ꝙ standum est contrario, ꝙ etiam executor apostolicus po
terit excommunicare per rationem præmissam, quia facit vi-
ce Papæ. Item tale priuilegium videtur excludere solum or-
dinarios & delegatos ab eis præter legatum de latere. de pri-
ui. cap. 1. ver. io eos. lib. 6. Quo ad proximam vero quæst. puto
standum determinationi ibi positæ, non tamen per rationes
Pau. ibi positas, sed per alias quas posui sup. cle. proxi. in vlt. cõ-
trario, præcipue, quia clausula posita io secundo responso, est
solita poni in rescriptionibus apostolicis, vnde si derogaret
priuilegio præcedenti, esset inutile. oporteret ergo ꝙ in secun
do essent verba per quæ expresse appareat ꝙ Papa voluit dero
5 gare priuilegio præcedenti. † Duodecimo quæro, si mona-
cho certi monasterij conceditur ꝙ possit assequi authoritate
apostolica beneficium seu officium vacans in alio monaste-
rio, non obstante ꝙ sit monachus primi monasterij, an post
consecutionem desinat esse monachus primi monasterij. di-
cit Lau. ꝙ sic, ex quo Papa non reseruat sibi hoc, nec de iure
licitum est ꝙ sit monachus in duobus monasterijs. de priui.
ca. 1. lib. 6. de elec. cum ad monasterium. habebit ergo locum
& vocem in secundo monasterio ad qđ translatus est & emã-
cipatus seu relaxatus a primo. arg. de renun. admonet. Deci-
motertio quæro, circa hoc, si Papa sibi reseruauit hoc. dicit
Lau. ꝙ hoc casu habebit in primo monasterio etiam vocem,
quod est verum, & ꝙ Papa hoc potuerit, constat, quia potest
tollere ius positiuum, de concel. præben. proposuit. Decimo-
quarto quæro, si canonico sit gratia ꝙ non obstante canonia,
& præbenda quam habet, posset duas ecclesias curatas & plu-
res habere si alias ei canonicè conferuantur, an post consecu-
tionem poterit præbendam vel alteram de ecclesijs, cum alia
præbenda permutare, ita quòd primam præbendam & alte-
ram permutatam & de nouo assecutam liceat cum alijs tene
re vel omnes ecclesias in simplicia beneficia transferre. Lau.
quòd sic, sed in duplicia alia non poterit, cum ipsis duplicibus
6 gratia sit finita. de fil. presby. cap. 1. & 2. lib. 6. † Decimoquinto
quęro, quid de priuilegio minorum quo possunt trahere quos
cunque vltra tres dietas vel plures per conseruatores suos nõ
obstantibus constitutionibus &c. an tollitur per priuilegium
concessum ciuibus Tholosanis quo cauetur quòd possint ex-
tra suam diœcesim trahi non obstantibus quibusuis constitu-
tionibus priuilegijs & statutis, non facta tamen aliqua specifi
catione. dicit Lau. videri quòd non tollatur prima gratia, per
ea quæ no. de restit. spol. audita. de dolo. cap. 2. de re iudi. cum
inter. quod facit pro & contra. & de præben. non potest. lib. 6.
qđ placet per illud, ꝙ dixi s̃. q. 11. Decimosexto quæro, de ver-
bo, permissorũ. ad quid refertur. Sol. vt in gl. vlt. & idem Pau.

Cęterum. Hac parte idem in alijs prohibitis, sed for-
tius in istis, cum specialiter demãdentur,
24. dist. quamquam. de hęre. si aduersus. Not. ex verbo sacer-
dotes, ꝙ nomine pręlatorum in hac constitutione non intel-
liguntur curati qui alias nõ habent dignitates, quod dixi s̃. ea.
cle. ver. ab olim. q. 7. Secundo no. hic de verbo rogatus, & ver-
bo, hortamur. Et dicit Pau. ꝙ habent vim præcepti. 11. q. 3. ro-
go. vbi de hoc. 1. dist. humanum. 2. q. 7. sicut inquit. & hoc si ꝓ-
feruntur a superiore. Et sic dicit Pau. non obstare. quod nota.
2. q. 1. notum. Dic melius ꝙ ibi de verbo, monemus. De ver-
a bo autem, hortamur,[a] dixi de testa. c. 1. Et in casu nostro ꝙ hęc
verba sint præcepti, probat litera sequens ibi, præcipiendo mã
damus. Et ex hoc no. cum sit præcepti ꝙ contrafaciens ex pro
posito peccat grauiter. arg. 4. dist. denique. in fi. quia ꝙ præcipi
tur, imperatur. & quod imperatur, necesse est fieri. & si nõ fiat,
pœnam habet. de verbo. sign. in his. 14. q. 1. §. quod præcipitur.
Tertio no. in fi. ꝙ Deus digna pro meritis reddit, & sic p̃miat
secundum exigentiam meriti, vel punit secundum exigentiã
demeriti. Ideo secundum Lau. dicitur ꝙ secundum qualita-
tem culpæ mensuratur quantitas pęnæ etiam in foro animę;
quod si confessor non fecerit, Deus supplet, nisi releuetur pec
cator per indulgentias ritę acquisitas. 23. q. 5. quid ergo. de pę.
dist. 1. mensuram. de pęn. quod in te.

A D D I T I O.

a De verbo hortamur. Adde Doct. in c. quia indicante, de præscrip. gl. in c. sicut inquit. 2. q. 2. c. ex transmis. de renun.
Vinç. God. Adde And. Barb. in c. 1. de testa.

De decimis. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Requisitio partis constituit quandoque aliquem in mora.*
2 *Terminus debet dari secundum naturam rei, aut breuior, aut longior.*
3 *Emenda competens est restitutio eius quod est ablatum.*
4 *Verba debent intelligi cum effectu.*
5 *Religiosi, verbum quos religiosas comprehendat.*
6 *An autem comprahendantur saculares, & an religiosus translatus ad ecclesiam sacularem, & nu 7.*
8 *Nouale quid est.*
9 *Nouale an erit in terris in quibus non soluitur decima, veluti de sano si fiat terra arabilis.*
10 *Decima quibus ecclesijs debentur.*
11 *Religiosi si habent ecclesias in quibus administrant per vicarios, cui debentur decima.*
12 *Decimę quibus causis non debentur a religiosis.*
13 *Fraus qualiter potest probari.*
14 *Leprosi si veniunt contra dispositionem huius cle. 1. de deci. an ligentur pœnis hic contentis.*
15 *Decima de animalibus cui ecclesia debetur.*
16 *Decima de ouibus, quę tenentur vno anno in diuersis locis, cui debetur.*
17 *Decima an debeatur de seruis & ancillis.*
18 *Familiares quos contineat ista clement. prima, de deci. dum loquitur de familiaribus.*
19 *Filij religiosorum an idem reputentur sicut perpetuo oblati, cum sint serui monasterij.*
20 *Priuilegium religiosorum super decimis, quę requirit vt locũ habeat.*
21 *Coloni partiarij priuilegiatorum de non soluendis decimis, an teneantur soluere decimas.*
22 *Colonus partiarius an teneatur de sua parte possessionum soluere decimas, quas recipit excolendas à religiosis priuilegiatis de non soluendis decimis.*
23 *Requisitio vnica, an sufficiat ad soluendas decimas, ita vt pœna huius clem 1. de deci. locum habeat.*
24 *Menses duo qui statuuntur in ista cle. ad satisfaciendum damnificatis quando incipiant currere.*
25 *Clem. ista prima de deci. priuat vsurpantes & c. non restituentes intra duos menses officijs, de quibus officijs intelligatur.*
26 *Suspensi si satisfecerint an indigeant absolutione.*
27 *Instantia an pereat lapsu triennij statuti a lege municipali vel ab homine.*
28 *Delegatus datus in diem, an possit post diem exequi sententiam per seipsum latam.*
29 *Excommunicati per hanc cle. 1. de deci. si fuerunt absoluti antequam satisfaciant, an absolutio teneat.*
30 *Conuersi & oblati in aliqua religione, an videantur renunciasse proprijs, & vouisse castitatem.*
31 *Professio facta per masculum in monasterio monialium vel econuerso an teneat.*

C A P. I.

REligiosi. Not. de verbo vsurpare, quod sumitur in malum. de elect. generali. vbi de hoc per Archi. Secundo no. de verbo requisitionem, ꝙ cum sit in singulari, probat hoc casu sufficere vnam requisitionem, & de hoc in glo. concordat. & idem Paul. concordat de foro compet. proposuisti. de immu. eccle. aduersus. de statu regu. clem. 2. in fin. vbi dixi in §. si qui. q. 2. de offic. ordi. si canonici. lib. 6. de hære. cle. multorum. & quod no. 18. distin. si episcopus. alias regulariter requiritur monitio trina, vel vna peremptoria pro tribus. de sen. excom. sacros. & co. tit. statuimus. lib. 6. 24. quæst. 3. de illicita. & de hoc inf. q. 25. Tertio no. ꝙ hoc casu sit requisitio partis ad inferendam contumaciam aduersarij & irrogandam pœnã. de hoc in eadem glo. concordat & idem Pau. alias regulariter monitio vel requisitio partis non inducit contumaciam iudicialẽ vel pęnã. de vita & hone. cler. cle. diœcesanis. sufficit etiam hoc

casu ꝙ de hac monitione constet quomodocunque, licet ali-
quando oporteat ꝙ constet per instrumentum. de sen. excom.
ca. 1. lib. 6. vt in ea glo. & idem Pau. Quarto not. ꝙ ad hanc re-
quisitionem faciendam audiuntur tantũ hi quorum interest.
de hoc in glos. in verbo, intererit. & idem Pau. nam solum illi
quorum interest, audiuntur appellantes, & contradicentes. de
elect. cum inter. 2. quæst. 6. non solent. de testa. veniens. 2. de ac-
cus. illa. & dicit Pau. ꝙ consideratur, an intersit tempore requi
sitionis, & qui sint isti quorum possit interesse, patet ex eo qđ
dicit glos. prædicta in verbo, intererit. quæ enumerat præla-
tos & ministros illarum ecclesiarum, quibus decimæ deben-
tur, quod intellige, siue requirant per se, siue per alium. regu-
la, qui per alium. lib. 6. Lau, enumerat plures, quorum potest
interesse, vt est patronus & eius filij. 19. quæst. 6. filijs. Item qui-
libet de plebe. de testibus, ex parte. Item quilibet superior legi-
timus ad rectorem ecclesiæ secundum ea quæ not. Innoc. de
iudi. cum deputati. hæc non procedunt indistinctè, quatenus
dicit de patrono & de eo qui est de plebe, quamquam enim
isti audiantur, ne in ecclesia sit minus idoneus. d. c. ex parte. qa
in hoc sua interest, non tamen audiuntur ad agendum pro
ecclesia, nisi inueniatur specialiter expressum, sed succurritur
ecclesiæ cum caret prælato, quia datur defensor. de reb. eccles.
1 non alie. c. 1. lib. 6. † Quinto no. casum in quo requisitio partis
constituit quem contumacem etiam quo ad incurrendum
excommunicationem & suspensionem. de hoc in gl. concor-
dantiæ. & in hoc est hic speciale & in iuribus ad hoc allegatis
in gl. alias enim secundum Paul. requisitio partis non inducit
contumaciam iudicialem vel pœnam. de senten. excommun.
in audientia. & c. contingit. de rapt. excommunicationi. de vi.
2 & hone. cler. diœcesi. † Sexto not. ꝙ terminus debet dari bre-
uior vel longior secundum naturam eius de quo agitur. patet
ex eo quod datur mensis ad desistendum, & duo menses ad
emendandum, quia primum est facilius. de hoc in glo. in ver-
bo, duos. vnde dicit Lau. quòd commendatio subtractorum
potest esse facilior propter destructionem, quæ potest esse fa-
cta de talibus. argu. de conse. eccl. vel alt. aqua. & quot dies ha-
beat mensis. dic vt in gl. quot. & in ea in fi. de supp. negli. prela.
licet. & no. ff. de diuer. & temp. præscr. l. 2. in glos. & in eo quod
dantur duo menses, similis dilatio de loca. potuit. de conuer.
a coniug. ex publico. Septimo no. de emenda, [a] quæ idem im-
portat ꝙ satisfactio. sic sumitur de restit. spo. grauis. alibi pro
condemnatione & pœna maleficij. de offic. ordi. dilectus. &
alibi secundum Pau. dicitur iustitiaria, de statu mona. recolen
3 tes. ibi tunc exponitur aliter. † Octauo not. ꝙ emenda debet
fieri competens, & dic ꝙ fiet reddendo quod est vsurpatum
si extat, vel si non extat, reddetur æquiualens. arg. vt lit. pend.
ecclesia. id est non habita ratione ne egeant, quia dignum est
vt male meriti egestate laborent. de depo. bona fides. 5. q. 5. nõ
omnis. inopia tamen facit exactionem inanem. de sol. Odoar
dus. Et hoc casu secundum Paul. non incurrit pœnam quæ
sequitur, quia ad impossibile non obligatur quis ex iuris præ-
cepto. 4. distin. erit autem. de pac. ca. fi. regula, nemo pôt. lib. 6.
Nono no. de clausula, non obstantibus. ibi, priuilegijs nõ ob-
stantibus. Et de hoc de rescr. cum aliquibus. lib. 6. ẽ. tit. c. cle. 1.
4 vbi dixi in 4. contrario. † Decimo no. ꝙ verba debent intelligi
cum effectu. de hoc in gl. pen. Oppon. ꝙ non fuerit opus pro-
uidere contra religiosos super decimis, quia iã prouisum erat
per c. 2. §. diœcesani. & §. seq. eo. tit. lib. 6. Sol. Matt. in addi. quod
ibi de non exemptis. de quibus de priui. cum & plantare. §. ec-
clesias. hic de exemptis. dic quod tam de exemptis q̃ non exẽ-
ptis, vt dico J. q. 1. Sed in §. diœcesani. tantum de non exẽptis,
& in hoc procedit solutio præcedens. Item hic additur pœna
de qua J. ea. cle. quæ non ponitur in d. §. diœcesani. Secundo
opp. in eo quod punit religiosos si admiscent animalia aliena
suis. videtur enim ꝙ debuissent ex hac admistione perdere pri
uilegium etiam in suis, regula, vtile, lib. 6. Sol. vt in glo. hic iun
ge quòd hic non vitiat vtile per inutile, quia sunt separabilia.
Vnde dicit Lau. ꝙ ex tali commistione non fit confusio inse-
parabilis ipsarum rerum immistatum, sicut fit in commistio
ne diuersatũ aquarũ, vel aquæ vino mistæ. ff. de aqua quoti. &
æstiu. l. 1. §. item si quis. de conse. eccles. vel alt. quod in dubijs.
de cele. mis. cum Marthæ §. quæsiuisti. Ideo non vitiatur vtile
per inutile. secus si sunt inseparabilia. dummodo sint eiusdẽ
naturæ, vt aqua bñdicta, quorum maius ad se trahit minus,
vt in d. c. quod in dubijs. quando autem sunt diuersæ naturæ,
tunc vnum non trahit ad se reliquum, sicut sanguis in calice
non trahit ad se vinum superadditum. d. c. quæsiuisti. & in hac
gl. ibi §. Trebatius. idem Steph. qui allegat. ff. de mino. l. etiam
Tertio opp. in eo quod innuit ꝙ religiosi non habeant priui-
legium de decimis animalium nisi quando per se nutriunt.
& sic ob. eo. tit. ex parte. 1. vbi simpliciter dicitur ꝙ non tene-
tur ad decimas de nutrimentis animalium suorum. ad idem
de eccle. ædi. cũ dicat. glo. per hunc. & glo. sicut. ergo soluunt
ꝙ illa iura limitantur per hanc clem. & sic quod dicunt illa iu
ra quòd non tenentur ad decimas de nutrimentis animalium
suorum. intellige. i. quæ per se nutriunt. & idem Paul. & Lau.
de Pinu dicit ꝙ hic solum ponit eos qui in fraudem ecclesia-
rum fingunt emere, & non emunt, sed si vere emunt & tra-
dunt alijs tenenda, gaudent priuilegio. primum placet. est
enim fraus in hoc quod dicebant se nutrire. Item tunc erat
dubium, an de talibus deberetur decima & ipsi defendentes
illam partem ꝙ indistincte non deberetur decima de anima-
libus, ad fraudandum ecclesias de decimis emebant animalia
quæ non emissent, & quæ ipsi per se nutrire non poterunt. &
quamquam in hoc posset instari, hęc tñ opinio est æquior per
rationem, quam ponit glo. in verbo, tenenda. Et in hoc gl. per
hunc. ibi, quæ nutriunt. pro hoc ff. de damn. infec. si finita. ver.
& quod ait. vbi edictum de satisdando pro opere exponit, id
est pro damno quod ex opere fiet. Quarto opp. quia videtur
superfluitas: ibi, non permiserint aut prohibuerint. quę idem
videntur importare. Sol. vt in gl. in verbo, permiserint. & in
verbo, prohibuerint. in princ. & idem Genze. qui etiam not.
quod non permittere, & prohibere hic ponuntur tanquam
paria. Quinto oppo. in eo quod sufficit eum qui prohibuit de-
cimas dari resistere intra mensem a tali prohibitione. nam
cogi debet ratione iniuriæ ad satisfaciendum ecclesiæ. argu.
de immu. eccle. non minus. soluit Pau. stando contrario dicẽs.
quòd quia remoto impedimento ecclesia consequitur suum:
ideo ille qui impediebat liberatur ab ipsa re, & ab interesse.
ff. depo. l. §. 1. si apud, C. si tutor vel cura. l. vlt. Sed tamẽ tenetur
satisfacere pro iniuria, vt in contrario. Item non liberatur a
pœna. 12. quæst. 2. cum deuotissimã. & c. monemus, ff. de eo p
quem fac. erit, l. 1. §. si plures. de dolo. si plures. quibus ex cau. in
poss. ea. si quis creditorem. Sexto opp. ad idem, stat enim quòd
auferetur impedimentum, & tamen ecclesia non poterit suũ
consequi, vt ille qui habuit factus est nõ soluendo. Soluit Pau.
ꝙ tunc ex quo ecclesia non potest suum consequi a principali
agit contra impedientes ad interesse cum eorum facto sit in
hoc damnificata. arg. ff. de eo per quem. fac. erit. l. fi. de dolo. &
eleganter. §. si dolo. & l. si te. de præscr. auditis. de in integ. resti.
ex literis. de homi. de cætero. de imu. cap. fi. facit quod no. 18.
distinct. quoniam. Septimo oppo. in fin. in eo quod requirit ꝙ
oblati obtulerint se & sua, videtur enim sufficere alterum, vt
5 de priui. vt priuilegia. Solu. vt in glo. fin. † Quæro in principio
qui religiosi comprehendantur sub hoc verbo, religiosi. dic
ꝙ omnes, vt probat verbum sequẽs, quicunque. Et dicit Lau.
ꝙ comprehenduntur illi qui sunt sub aliqua de tribus regu-
lis, scilicet beatorum Augustini, Benedicti & Francisci, super
quibus omnes vere religiosi de mundo militant, ꝓ hoc quod
dicit gl. in verbo, quicunque. in principio, cum qua cõcordãt
Paul. & Genze. dicentes ꝙ comprehenduntur etiam religiosi
6 priuilegiati de decimis non soluendis. † Secundo quæro, an
comprehendantur clerici seculares. glo. 1. dicit ꝙ non, & ra-
tionem reddit, quam not. idem Paul. alleg. de elect. cle. in ple-
risque. de supp. neg. præla. cle. vnica. de reb. eccl. non alie. cle. 1.
de statu mona. cle. 1. de relig. domi. cle. 1. ad fi. de censi. clem. 1.
7 de pœ. cupientes. de sent. excomm. clem. 1. † Tertio quæro, an
comprehendatur religiosus ad ecclesiam sæcularem transla-
tus. glo. 1. dicit ꝙ sic, quamquam non fuerit de mente Stepha.
dicit hoc procedere si non est episcopus. secus in episcopo. de
sent. excom. quia periculosum. lib. 6. quod ca. procedit quo ad
sententiam suspensionis de qua hic, non autem quo ad sentẽ-
tiam excommunicationis, vt patet in eod. tit. c. quia periculo-
sum. Oppon. ꝙ ad hoc nullo modo locum habeat in religio-
so promoto ad ecclesiam secularem per id quod no. de rebus
eccle. non alie. cle. 1. in 5. glo. in fi. Sol. illa gl. procedit respectu
illius cle. quę loquitur de religioso habente administrationẽ
regularẽ, quod non exigit hęc cle. Quarto quęro, an compre-
hendat fœminas. glo. 2. ꝙ sic. idem Lau. & Genze. pro hoc 16.
quęst. 4. si quis. iuncto c. mulieres. de sent. excom. C. vnde vi. si
8 quis in tantam. † Quinto quęro, quid est nouale. gl. 3. remittit
ad ca. quid per nouale. & ibi dixi, & quo ad istam literam. di-
cit autẽ Lau. ꝙ illa terra in qua fuit perpetuo nemus vel quę
alias semper fuit inculta & talis de qua ecclesia parochialis de
lignis vel pascuis vel alijs nullos vel non magnos prouentus
habuit, talis dicitur nouale si semel excolitur, ex tunc ꝑpetuo
9 erit nouale. de priui. c. fi. † Sexto q̃ro, an in illis partibus in qui
bus nõ soluitur decima de fœno si de prato fiat terra arabilis,
an erit nouale. videtur ꝙ sic, cum illi fructus pro decima perci
perentur. de verbo. signifi. quęrenti. in contrarium, quia non
quod

A D D I T I O.

a Vinc. God. Emenda an per sacerdotem pœnitentialiter probetur confitẽtem,
Fel. in c. 1. col. 1. ver. per sacerdotem de excep.

quod fit, sed quod fieri debet in talibus, attendendum est. de
elec. causam. sed de fœno debet solui decima eo. tit. peruenit.
quod tenet Lau. & placet, quia pratum non dicitur locus ste-
rilis, nec proprie incultus. Septimo quæro, quia hic loquitur
de decimis debitis ecclesiæ, quid de debitis priuatis ex priuile
gio vel feudo. gl. per hoc, dicit in illis non esse locum huic cle.
10 † Octauo quæro, quibus ecclesijs debentur decimæ de iure
communi. de hoc per gl. eod. tit. cum contingat. vbi ponuntur
duæ opin. Vna gl. quod ecclesiæ baptismali. alia quod ecclesię
parochiali si habet limitatam parochiam. quã tenet hic Lau.
Pau. & Genz. quam etiam tenui in d. c. cum contingat. Oppo.
ad hoc quod parochialis intelligitur fundari sine præiudicio
baptismalis. de eccle. ædi. ad audientiam. 1. Ipsi autem baptis-
mali prius debebantur prædiales. Sol. Paul. ꝙ ex quo tatio sua-
det certam parochiam assignari nouæ capellæ, omnia, quæ
inde proueniunt, illi cedunt, per d. ca. ad audientiam. pro hoc
quia alias concessio videretur frustratoria. Item vno conces-
so conceduntur omnia sequentia. de off. deleg. preterea. quod
11 dic lanus vt dixi in dict. cap. cum contingat. † Nono quæro, si
religiosi habent ecclesias parochiales in quibus administrant
per vicarium, cui debentur decimæ. dicit Laud. ꝙ religiosis &
non vicario, qui debet esse contentus sua portione. de præbẽ.
extirpandæ. §. 1. & cap. exposuisti. Vnde rubrica de capel. mo-
na. non dicit vicariorum. Sunt tamen aliqui casus in quibus
decimæ non debentur alteri, quàm parochiali ecclesiæ quos
enumerat Laud. Primus in dote ecclesiæ assignata. supra eo.
nouum. Secundus in portione episcopali. de præscri. de quar
ta. de offi. ord. conquerente. eod. titu. dudum. Tertius vbi non
constat intra cuius parochiam sint prædia. eodem titu. quo-
niam. Quartus vbi est pactum, compositio, vel priuilegium,
quod sufficit etiam cum laicis. de transac. statuimus. de his
quæ fiu. a præla. cum apostolica. in fi. vel consuetudo vel prę-
scriptio ecclesiæ nomine. de præscrip. auditis. eod. tit. c. a. lib. 6.
Decimo quæro, in eo quòd dicit debitas, an loquatur de debi
tis iure communi tm̃. gl. iure communi. dicit ꝙ non. & idem
12 in iure singulari. & idem Pau. † Vndecimo quæro, in eo ꝙ di-
cit causa legitima, quæ potest esse causa legitima per quam
decimæ non debeantur a religiosis. dicit Laud. ꝙ causa est vt
quia sunt noualia, quæ suis manibus, vel sumptibus colunt.
Item de nutrimentis animalium, de hortis, & fundo ecclesiæ
non tenentur. eo. tit. ex parte. & c. nouum. Item si est consuetu
do pro eis vel præscriptio. de præscrip. cap. 1. lib. 6. hoc tamen
casu quo necesse est in præscriptione titulũ habere, dicit Lau.
tutius allegare consuetudinem. de hoc de consue. cap. fi. Item
donatio episcopi vel alterius inferioris obseruata solennitate
iuris. de rebus ecclesiæ non alie. clem. 2. Item vbi ad ipsos reli-
giosos spectat ecclesia licet faciant curam per alium exerceri,
vt dixi supra quæst. 9. Duodecimo quæro, in his casibus qui-
a bus ex causa legitima [a] ad alios spectant, an locum habet hæc
cle. Laud. & Pau. & Genz. dicunt quòd non, quia nemini iniu
riam facit &c. de elect. cum ecclesia. pro hoc quia litera notat
13 fraudem. ibi, exquisitis fraudibus. † Decimotertio quæro, cir
ca hoc quomodo probatur fraus, de qua supra, quæstio. proxi.
Videtur ꝙ prima facie præsumatur, cũ non liceat in detrimen
tum alterius in incerto vagari. de elect. vt quis duas. libro 6. &
eod. tit. cle. constitutionem. vbi est præsumptio iuris & de iure
contra quam non admittitur probatio, quod ille qui opponit
crimen contra aliquem, præsumitur scire circunstantias cri-
minis. In contrarium, quia qui fraudem allegat, probare te-
netur per indicia perspicua. de cau. pos. pastoralis. in fi. de re-
nun. cap. 2. lib. 6. Laud. tenet primum propter ius commune
quod est contra istos & pro ecclesijs. de præscrip. ca. 2. lib. 6. idẽ
Genz. pro hoc de elect. constitutus. & quia in spiritualib. pos-
sessio non præsumitur canonica nisi probetur, de instit. ex fre-
quentibus. regula prima. lib. 6. argumen. ff. de decurio. Heren-
14 nius. † Decimoquarto quæro, in eo quod dixi sup. in 3. con-
trario de priuilegio leprosorum super decimis, quod limita-
tur per hanc cle. an leprosi venientes contra id quod hic dici-
tur, ligentur pœnis de quibus hic. gl. in verbo, animalibus. ibi,
15 licet autem. dicit ꝙ non, pro hoc quod dixi sup. q. 2. † Decimo
quinto quæro, cui ecclesiæ debetur decima de animalibus.
dicit Lau. ꝙ si loquimur de non inclusis, tunc quia non sunt
in alicuius parochia, de ipsis vel eorum valore soluenda est de
cima personalis, vt no. Innocẽ. eod. tit. commissum. si autem
loquimur de domesticis & inclusis, debetur decima prædia-
lis, vt no. gl. eod. tit. ad apostolicæ. & ad ibi not. remittit gl. J. in
verbo, gregibus. Host. in summa eo. tit. §. quod sunt species. di-
cit ꝙ decima est mista, quia & a nutrimento prædiorum, &
ab opere quod homines impendunt in custodiendis animali-
bus procedit. Hug. 16. q. 1. decimas. distinguit, quia aut anima-
lia aliunde veniunt ibi ad tp̃s, & tunc soluitur personalis de p̃-
tio quod dominus recipit. Si autem animalia ibi morantur,
soluitur prædialis. Inn. eo. tit. commissum. dicit ꝙ si dominus
patitur bestias pascere herbam suam gratis, transit herba cũ
onere suo. eo. tit. pastoralis. Et videtur velle ꝙ decima sit per-
sonalis quantum se potest extendere æstimatio, si autem pa-
scua venduntur, de pretio debetur decima prædialis. Lauren.
concordando opinio. dicit ꝙ aut loquitur de pretio quod ve-
nator accipit de feris, & tunc debetur decima personalis si
erant feræ non inclusæ, vt prædixi. si autem inclusæ debetur
decima prædialis. aut loquimur de animalibus domesticis,
& aut de pretio pascuorum, & soluetur decima illi ecclesiæ
cui soluenda esset decima fœni si herba illa facta fuisset fęnũ,
& sic erit prædialis, & sic loquitur Innoc. in d. ca commissum.
Aut de agnis lana & lacte, & adhuc erit decima prædialis, &
sic loquitur glo. in d. c. ad apostolicæ. Aut loquimur de merce
de quam habet pastor pro custodia animalium, & debetur p̃-
sonalis sicut a milite militia. eodem tit. non est. & sic intelligi-
16 tur opin. Hug. † Decimosexto quæro, de ouibus, quæ alicubi
mutantur in anno per tria loca vt puta, quia hyeme tenentur
in vno loco, vere & autumno in alio, estate in alio, cui eccle-
siæ soluetur decima? Lau. reliquit disputationi. Solue per id
quod dixi in q. præced. & dic ꝙ quo ad pascua si pro eis datũ
est pretium, debetur decima prædialis diuidenda inter eccle-
sias prædictas, pro hoc glo. eod. titu. commissum. is autem cu-
ius sunt oues de lacte & lana & pastor de mercede quomodo
soluant. dic quòd decima est personalis, per ea quæ dixi proxi.
17 quæst. † Decimoseptimo quæro, iurauit aliquis dare integrã
decimam de omnibus animalibus suis, nascuntur sibi decem
b serui [b] ex ancillis. videtur decima non deberi, quia partus non
est in fructu. Insti. de re. diui. §. partus. In contrarium satisfa-
ciendum est iuramento. de vo. magnæ. Lau. format & non sol
uit. primum verius. non enim dicitur violare iuramentum
18 ex quo hoc in eo non continetur. † Decimooctauo quæro,
c de quibus familiaribus [c] loquitur in eo quod dicit, familiariũ.
glos. famulanti. intelligit de his qui famulantur. dicit tamen
in hoc non esse vim, per id quod sequitur. vult dicere ꝙ siue fa
miliares, siue alij, locum habet quod dicitur hic propter lite-
ram sequentem ibi, aliorum. nisi essent plene oblati, vt inf. in
fi. & idem Pau. quo ad casum istum. dicit tamen secus in casu
cap. licet. §. 1. de priuileg. lib. 6. & de cele. mis. clemen. dignum.
illa enim locum habent tantum in domesticis, id est in domo
commorantibus, & in hac glo. ibi, oblatis illi religioni. secus si
religioni in genere tantum, quia tunc cum nullius religionis
possint censeri, non habet locum exceptio de oblatis, quæ est
19 in fine. † Decimonono quæro, de filijs religiosorum. arguit
Lau. quòd idem sit in eis quod in perpetuo oblatis, cum sint
serui monasterij, & sic acquirunt monasterio, non sibi, vt no.
32. distinct. eos. 81. distinc. quidam eleneus. 15. quæst. vlti. cum
multæ. dicit tamen Lau. ꝙ ecclesia non vtitur hoc iure, vt no.
20 in d. c. cum multæ. † Vicesimo quæro in eo quod dicit religio
sos teneri ad decimas de terris quas tradunt alijs excolendas,
quid requiritur ad hoc vt locus sit suo priuilegio. Solu. duo re-
quiruntur, quod dic vt in glos. in verbo, excolendas. & idem
Pau. Vicesimoprimo quæro, an quod dixi in proxi. quæst. p̃-
cedat, siue tradant terras colendas censuarijs, siue partiarijs.
21 glos. eadem, quod sic. † Vicesimosecundo quæro, an coloni
d partiarij, vel censuales priuilegiatorum super decimis [d] non
soluendis teneantur ad decimas. glos. eadem dicit ponderan-
da verba priuilegij, an eximat terras, an personas. primo casu
non tenentur. secundo sic. idem Paul. qui pro hoc vltimo in-
ducit quòd cum priuilegium commissum est personis, obli-
gatio colonorum separata est ab obligatione priuilegiatorũ:
ideo vnius obligationis remissio non inducit liberationem al
terius, sed remanent coloni in propria obligatione de vsu pal-
22 lij. ex tuatum. ex hoc infert ad quæstionem sequentem. † Vi-
cesimotertio quæro, si religiosis concessum est priuilegium
de non soluendis decimis possessionum quas suis sumptibus
colunt vel tradunt alijs excolendas, an colonus partiarius te-
neatur de sua parte soluere. dicit Paul. Bononiæ fuisse dispu-
tatum quòd sic, cum tale priuilegium non possessionibus, sed
ordini concessum fuerit: ideo ad alios non extenditur. ff. so-
lut. matrim. maritus. 7. quæstio. 1. non autem. & cap. petisti. 16.
quæstio. 7. hinc etiam. regula, priuilegium. lib. 6. nam colonus
facit

ADDITIONES.

a Vin. God. Causa legitima dicitur publica vtilitas seu fauor publicus, & vt ma
lstijs hominum succurratur. Goz. consi. 11. nu. 21. & 23.

b Nascuntur sibi decem serui. Adde Bertachinum de Firmo in tract. de gabel-
lis. in 8. parte in 1. col. ver. & adde.

c Familiaribus. Adde Inn. & Doct. in c. nouum genus. de deci.
Vinc. God. Adde Fel. in cap. insinuante, col. 2. de off. deleg. & in c. nulli. circa
fi. de accu.

d Vinc. God. Vide Io. Bap. Ferret. consi. 102. super casu decimarum. qui materiã
hanc examinat latissime, & ego in quodam meo consilio eum adduxi.

facit suos fructus partis suæ.eo.tit.ex parte. & c.ex transmissa. Quo ad colonos vero censuales dicit Paul.ꝙ religiosi non tenentur de censu soluere decimas, cum census succedat loco fructuum, & hoc ex quo sunt priuilegiati.sic etiam non tenetur colonus censualis soluere de illa pensione decimas prędiales,quia illam recipit a priuilegiatis,secundum Paul. Et videt Pan.intelligere ꝙ sit colonus censualis,idest cui debet cẽsus ꝑ cultura,quo casu tenetur ad decimas personales.secus videt si esset censualis, id est qui solueret certum censum retentis sibi fructibus : tunc enim tenetur,nisi priuilegium sit concessum possessionibus,vt prædixi,& de hoc dixi eo.ti.tua.2.Vicesimo quarto quæro, in eo quod hic ponuntur religiosi decimas sibi appropriantes vel solui non permittentes,aut prohibentes, quid si non soluunt cum non debent. glos.vero dicit non esse locum poenæ. idem Paul. & Genze.qui dicit quód si religiosi non soluentes tenerentur poenis huius clem.essent peioris cōditionis, quam laici nō soluentes qui non sunt ipso iure excōmunicati,sed excommunicandi,ſ.eo.tit.tua. & c.de terris. 16. quæst. 1. statuimus. cum tamen idem sit debitum in vtrisque. 16.q.1.reuertimini.d.c.tua.& eo.titu.parochianos. Oppon.ad hoc de verbo retinere, quod est in tex.Sol. vt in ea. gl.Stepha. per illud verbum stat contrario,dicens ꝙ si verbum retinere, refertur solum ad appropriata,vt vult glo.tunc superflueret. Item de iure non refert decimas vsurpare vel indebite retinere.12.q.2.indigne.47.distin. sicut. Ioan.de Lig.tenet cum glo. quia poenæ non sunt extendendæ.de poen.dist.1.pęnę.regula, in poenis.lib.6. sed non respondet ad rationes Steph.Dic ergo ad primum ꝙ non superfluit verbum, retinere, quia refertur ad illas,quæ ad eorum manus peruenerunt, sine vsurpatione quas retinent animo appropriandi.secus autem si retinent nō vt appropriarent,sed per negligentiam non soluendi, & tunc procedit alia opi. Ad aliud cum dicit quód paria sunt vsurpare & retinere. dic hoc verum si quis tenet animo appropriandi. de resti.spol. sæpe. secus si ex negligentia soluendi,.vt nunc dixi. Item non per omnia sunt paria vsurpare & detinere, vt no.in dict.cap.sæpe. vnde dicit Paul. ꝙ non est omnimoda similitudo inter prædicta. Et pro differentia inter vsurpare & detinere alienum,inducit argum.C.de suspec.tut.l.fin.dicens ꝙ aliquando peius est non dare indigenti ad mortem, quam alteri auferre. 47.distin. sicut. interdum peius est auferre vt in
23 præallegatis iuribus. † Vicesimoquinto quæro,in eo qđ dicit de requisitione, an sufficiat vnica. Glo.concordat.dicit ꝙ sic. Idem Pau.quod dixi ſ. in 2.notabili. Oppo.ad hoc ꝙ imo debeat esse trina.24.quæst.3.de illicita.de sent.excom.sane.& eo. tit.statuimus.& c.statutum.& c.cōstitutionem.lib.6. Sol.Pau. ꝙ illa loquuntur cum in iure dicitur ꝙ fiat monitio canonica vel competens. secus ergo in casu isto in quo simpliciter dicitur quód fiat requisitio. Vicesimosexto quæro,quomodo fiat fides de hac requisitione.gl.eadem dicit ꝙ quomodocunque. & idem Pau.& Genze. qui dicit sufficere ꝙ fiat fides per testes vel alia documenta.debet autem secundum Pau.fieri cōgnito loco & tempore.de app.ab eo.lib.6. Vicesimoseptimo quęro,
24 de intellectu verbi a præmissis. Solu. vt in gl.prohibitione. † Vicesimooctauo quæro, quando incipiant currere duo menses,de quibus hic.Solu.vt in gl.ſ.quæ concludit ꝙ a die requisitionis, pro hoc quia clausula posita in principio respicit sequentia.de app.secundo requiris.Item si concurrererint a die vsurpationis, contingere posset ꝙ longe maior terminus daretur ad desistendum quam ad reddendū, vt si contingat quod parti non affuit commoditas faciendi requisitionem intra mensem a die prohibitionis. Contrarium autem voluit litera, quæ maius tempus dat ad restituendum per rationem quā
25 dixi in 5.notabili.† Vicesimonono quæro,in eo quod dicit de officijs,an intelligatur de diuinis,an de officijs, idest administrationibus. Vtroq; enim modo dicuntur officia.de æta. & quali.cle.vt hi qui.de statu mona.cle.ne in agro.§.ad hoc.glos. declarari. sentit de officijs, idest administrationibus. Paul.dicit ꝙ hæc expositio est benignior. regula, in poenis. allega. in
a glo.& pro hoc quia non omnes religiosi [a] tenentur ad officia diuina, sed solum professi & clerici. 16.quæst.1.nemo.& cap.si monachus.dicit etiam Pau.ꝙ si in eadem persona concurrūt officia diuina & illa, tunc habet locum pręcedens expositio. Sed si diuina tantum,tūc in illis sint suspensi, vt vitetur maior poena,scilicet excommunicationis, qua nulla est maior.24.q. 1.nō afferamus.& quæst.3.corripiantur. de sen.excom. facto. C.de appa.l.bi qui sanctam.Ab hoc tamen dicto recedit Pau. quia infra simpliciter excommunicat non habentes administrationes vel beneficia,& sic verior est expositio prima. Step. intelligit de vtrisque, alias non beneficiati grauius punirētur, quod est durius,quàm temporaliter puniri.dict.ca.corripiantur.quod fieri non debet.40.dist.hdmo.primum venustrationibus prædictus.Nec ob.ratio Steph.quia non beneficiati ideo excommunicantur, quia non est alia poena q̃ habiliter possit eis infligi, nec est verum ꝙ excommunicatio sit maior pęna,
26 cum sit potius medicina.de sent.excōm.c.1.lib.6.†Tricesimo quæro, an suspensi postquàm satisfecerint,indigeant absolutione. Glo.sic suspensi.dicit ꝙ sic. secus dicit si fuissent suspensi ad certum terminum. dicit tamen ꝙ sufficeret declaratio iudicis super satisfactione, licet secus in excommunicatione super qua omnino requiritur absolutio.Et hanc gl.no. singulariter. Paul. latius loquitur,nam pro eo quod dicit glo.inducit vt gl.quod no.Innoc.de ætate,& qualit.cum bonæ.In contrarium quod no.idem Inn.de coha.cleric.sicut. Host.de maior. & obed.c.si. dicit ꝙ interdictus & suspensus donec satisfecerit præmissa satisfactione,non eget absolutione,sed sufficit ꝙ iudex declaret satisfactum esse. Et hoc est quod vult gl.in eo qđ dixi declaratione. Rationem autem diuersitatis quare in excommunicatione non sufficit hæc declaratio, sed requiritur absolutio, reddit Hostien. quia in excommunicatione certa forma statuta est.de sent.excomm. cum desideres. & ca.a nobis.2. sed in sententia suspensionis vel interdicti non est necessaria forma solennis, sed sufficit. ꝙ dicat, absoluo.vel,relaxo. de testi.veniens.2.& in hac glo.ibi,sine alia absolutione sic intelligo gl.pen.c.exigit.de censi.lib.6.Ioan.And.Oppo.ad hoc, quia etiam ab excommunicatione erit quis absolutus cum dicitur,te absoluo. Vnde non videtur differentia inter suspensionem & excommunicationem.de hoc Spec.de sen.prola.§. vt autem.ver.porro.& ver.seq. Pau.stat contrario dicens quod sicut in excommunicatione debet seruari forma de qua.11. q.3.nemo.& c.debent.12.q.2.indigne.de sent.excomm. sacro. & tamen ea omissa valet excommunicatio.11.q.3.c.1.& §.sic ergo.Sic etiam absolutio licet habeat suam formam, tamen valet facta ea omissa,quia par est potestas ligandi & soluendi. 11.q.3.quomodo.de poen.dist.1.verbum.Et hoc dicit Pau.verum in forma data a iure. secus data ab homine, quæ exacta diligentia debet obseruari, alias non valet quod agitur. de rescript.cum dilecta.de resti.spol.Pisanis.dicit ergo Pau.in quęstione præmissa melius dicendum ꝙ quandoque tempus vel factum dicitur absolutioni fiendæ.quandoque duratione sententię. primo casu necessaria est absolutio.de sent.excommu. parochianos.& c.conquesti.de offi.ordi.significanit.Secundo casu non est necessaria,sed sufficit declaratio.de immu. eccle. aduersus.in fi.de spon.non est.81.distin. si qui. nam absolutio videtur tunc facta in diem vel in conditionem consti̇tuētem. de app.præterea.2.facit in simili.12.q.3.pontifices.ff.de condi. & demon. qui hæredi.& l.cum sub hac. Communiter tamen secundum Paul. in excommunicatione tempus vel factum adijcitur absolutioni,quia in ea requiritur satisfactio proximi quæ certa esse potest & Dei pro peccato, quæ est arbitraria.de poen.distinct.1.mensuram.26.q.vlt.& tempora.& ideo de ea posset dubitari.nam peccator non habet in loco arbitrari,quę
27 placent. Ex prædictis infert Paul. ad seq. † Tricesimoprimo quæro,circa id quod dixi in proxi.quæstio.an instantia pereat lapsu triennij statuti ab homine vel a lege municipali.dicit Pau.quod aut tempus apponitur instantiæ seu liti, & tunc perit.C.de iudi properandum. aut iudici, & tunc non perit. sic intelligitur C.vt om.tam ciui.quam mili.l.1.in fi.de ædifi.pri.
28 l.fi.de decur.gñali. ex hoc infert Pau.ad q. seq.† Tricesimosecundo quæro, an delegatus datus in diem post diē possit exequi senteutiam latam.dicunt Ioan.Hug. & Archi.27.quæst.1. si homo. quod non, quia executio debet fieri per eum qui habet iurisdictionem, sed post diem iste non habet. facit de offi. deleg.de causis. & de off.deleg.nouit.Tancre.& Da.& Brix.in veneriali, quæ incipit,causa,tenet contrarium, pro quibus de app.pastoralis. Et hanc opinionem dicit Paul.veram quando terminus adijcitur diffinitioni. & maxime quando nihil aufertur victo,vt in d.c.pastoralis. Nec obstat c.de causis.quia dicit hoc solum, quod post terminum non potest negocium decidi, non tollit quo minus iam decisum possit post terminum executioni mandari. si autem terminus adijcitur iurisdictioni,procedit opinio Ioan.& sequacium,nam ex quo desijt esse iudex,exequi non potest. facit ff.de iudi.l.2.§.sed & iudex.& l.si iudex.de arbitr.si intra diem. & l. nō distinguemus. §.ex compromisso. & quod not. de re iudi.quod ad cōsultationem. Sunt etiam alij modi statuendi terminum. nam secundū Paul. quãq: terminus statuitur parti ad finiendum.2.q.6.biduum. vel inchoandum. de app.personas. & c.cum sit.c.oblatæ. & cle.sicut appellationem.eod.tit.ff.de iudi. sed & si susceperit. in princ.C.de prob.exceptionem. de excep.l.pe.& vlt.de in integ. resti. corā.de testi.licet. de excep. pastoralis. de elec.vt circa.

ADDITIO.

a Non omnes religiosi. Adde Doct.in c.1.de cele.mis.& in c.dolentes.eod.tit Doct.in c.quod a te. & in c.diuersis fallacijs.de cle.coniug.

circa.li.vj. & in hoc dicit Pau. idem quod in præcedenti mem-
bro.s.q post terminũ non valet qđ agit, & hoc siue terminus
sit certus quo ad initium, & incertus quo ad finem, siue ecõ-
uerso, dicta.l.sed & si suscepent. de re iudi. inter monasteriũ.
de postula.c.vnico.li.vj.de elec.vt quis duas.eo.li. Quandoque
statuitur actori, & tunc quandoq; respicit petitionis substan-
tiam, quandoque substantiam iudicialem. primo casu finita
est petitio finito tempore. C. de dolo. l. fi. ne de sta. defuncto.
l.ij.de elec. quam sit.lib. vj. de conces. præben. clemen. vnica.
secundo casu finito tempore finitur instantia. manet tamen
actio C.ad leg. Falcidiam. auth. sed cum testator. de naufrag.
l. ij. lib. xj. argu. de re iudi. examinata. & hoc in foro iudicali.
In extraiudicialib. autem dicit Pau. q si ex lapsu termini trã-
sit potestas ad alium, expirat potestas primi, alias non expi-
rat ipso facto de supplen. negli. præla. c. pen. & fi. de præben.
si tibi absenti.lib.vj. facit ad duas præmissas quæstiones, q di-
29 xi in dicto.c. de causis. † Tricesimotertio q̃ro, si in casu istius
clemen. fuerint isti absoluti ab excommunicatione antequã
satisfaciant. dicit Matth. q absolutio non tenet per literam
ibi, nullatenus absoluendi. simile de offic.deleg.c.fi. lib. vj. ẽ.
titu.proxi.clemen.j.de hære. clemen. ij. de senten. excom. ca.
penul. Tricesimoquarto quæro, an per illa verba, priuilegijs,
non obstan. tollantur priuilegia religiosorum. Glos. per quẽ,
q non, sed hoc solum vult litera q per priuilegia religioso-
30 rum non impediuntur sententiæ, de quibus hic † Tricesimo
quinto quæro an conuersi & oblati, de quibus hic, intelligan-
tur renunciasse proprijs, & vouisse continentiam. glo. ante-
penul. remittit. Matth. in addi. refert dictum Hugo. qui in ca.
vt lex. allegatum in glos. dicit q si quis conuertitur ad eccle-
siam regularem, intelligitur vouere & renunciasse proprijs,
nec de cętero poterit matrimonium contrahere, nisi in tran-
situ contrarium expresserit. s. q hoc non intendit, pro hoc
quod nota. de condi. appo. ca. fi. Si autem conuertitur ad ec-
clesiã sæcularẽ, secus. ipse autem Matth. dicit q ẽt si ad eccle-
siam regularem conuertitur, poterit contrahere matrimo-
nium, si ad alia non processit. i. non fecit professionem taci-
tam vel expressam. de conuer. coniuga. ex parte. de vo. c. vni-
co. lib. vj. dicit tamen Matth. q bene tenetur abbati ad obe-
dientiam & reuerentiam, vt no. in d. c. vt lex. Opp. ad hoc qui
cle. vel vo. insinuante. Sol. Matth. q ibi fecit expressam pro-
fessionem, ideo prohibetur contrahere. ad hoc d. c. ex parte.
secus in casu permisso. sicut autem tales possunt matrimo-
nium contrahere, vt dictum est, sic etiam secundum Matth.
possunt habere proprium: nã etiam tales oblati possunt eum
se offerunt aliquid sibi reseruare. de priuil. cum & plantare.
& c. tuarũ. & c. priuilegia. facit de succes. ab inte. cum dilect⁹.
& quod no. cxvij. q. i. de viduis. hæc procedunt in oblatis, sed
in conuersis secus. nam ipsi obligantur religioni sicut mona-
chi. vnde dicit Lau. q oblati sunt qui nulla veste mutata de-
derunt se & sua alicui de religionibus approbatis. Conuersi
sunt qui nedum se & sua dederunt, sed etiam habitum muta-
uerunt. sed differunt a religiosis, quia illi sunt literati & con-
uersi, nam & de conuersis loquuntur iura. de sent. excom. nõ
dubium, de elect. ex eo. li. vj. de oblatis, xvj. q. j. qui bona. de re-
gu. consulti. dic melius q conuersi dicuntur qui profitentur,
sed non fiunt clerici. oblati autem nõ profitentur. Et isti q̃nq;
offerunt se & sua assumpto aliquo habitu professionis, q̃nq;
habitum non mutant, q̃nq; partem suorum offerunt. Et varij
sunt modi sm formam oblationis, quæ verè in talibus est põ-
deranda. quoad casum aũt istum requiritur q se & sua obtu-
lerint, vt in tex. sed quo ad hoc vt censeantur personæ eccle-
siasticę, sufficit q sint perpetuo oblati, de priuil. per exemptio
nẽ, lib. vj. de quo dixi de præb. per literas. q. ij. Tricesimosexto
quæro, si isti oblati se obtulerunt ecclesiæ vniuersali, & nõ ali-
cui speciali regioni. dicit Laud. q nõ habet locũ hęc. ele. quod
patet ex litera quæ loquitur de oblatis qui se obtulerunt istis
religiosis in specie, & idem Genz. dicit tamen Lau. q verbe-
a rantes tales[a] essent excommunicati, vt no. de senten. excom.
non dubium. Ego vero ibi dixi q priuilegio canonis, si quis
suadente, non gaudent, nisi clerici & monachi, & sic loquitur
illud c. & talium etiam oblatorum oblatio non rumpit sub-
31 stitutionem, vt no. de proba. in præsentia. in glo. fin. † Tricesi-
moseptimo q̃ro, nũquid professio facta per marem in mona-
sterio monialium, & econtra teneat. Matth. quærit. & est quæ-
stio impertinens. dicit autem q professio non tenet per c. 18.
q. j. diffinimus. quod tenet glo. de reg. c. iij. & de priuile. tuarũ.
sed contrarium ibi tenui. quia licet ibi esse non possit, tamen
cum etiam moniales profiteantur substantialia, obligatus est
ex tali professione.

ADDITIO.

a Quod verberantes. Adde Cal. cons. vij. in rub. de foro compe. Abb. in c. cum & plantare. de priuileg.

Vinc. God. Adde quid sit verberare & quid pulsare, Alc. in trac. de verb. sig. nu. 44. quod habetur in l. 3. tract. fol. 44. & verberans aliquem præsumitur se defendere, non vlcisci. Guid. Pap. in trac. de prẽsumpt. nu. 123. q habetur in lib 8. tract. fol. 118.

SVMMARIVM.

1 *Moneta currens attenditur de qua soluenda est decima.*
2 *Beneficium, verbum prolatum a iure comprehendit omne beneficium cuiuscunque sit qualitatis.*
3 *Clemen. dispendiosam. de iudi. an habeat locum in decimis de quibus habetur in ista cle. secunda.*
4 *Taxatio de qua dicitur in hac clemen. secunda, de deci. per quem fieri debeat.*
5 *Papa si mandat prouideri alicui de beneficio vsque ad summam centum librarum ad taxationem decimæ, an illarum partium consuetudo inspiciatur in taxatione.*
6 *Taxatio consueta quando dicatur.*
7 *Collector decimæ si inuenit aliquod beneficium taxatum circa 40. annos, an debebit stari illi taxationi.*
8 *Taxatio decimæ qualiter fieri debet.*
9 *Taxatio autem cum quo debeat fieri, si sunt duo prælati in vna ecclesia. ponit exemplum latius. & nu. 10.*
11 *Solutio decimæ q fiat de moneta currenti, quod commodum hoc est.*
12 *Monetæ duæ si currunt in vno loco, an de ambabus poterit solui decima.*
13 *Quid si moneta est innouata a tpe taxationis vel concessi priuilegij.*
14 *Ornamenta ecclesiæ non deputata ad diuina officia, an possint capi pro decima.*
15 *Libri de romantijs Bononiæ, qui dicantur.*
16 *Collectores si velint occupare ornamenta deputata diuinis officijs qualiter poterit eis violenter resisti, & sententia lata super hoc per collectores.*
17 *Collectores. an possint inuocare brachium sæculare contra non soluẽtes decimas.*
18 *Ornamenta diuina non debent occupari pro decimis, an hoc idem erit pro decimis debitis de iure communi.*

CAP. II.

SI beneficiorum. No. de taxatione be-
neficiorum consue-
ta, quæ attenditur, sic & alias attenditur status be-
neficij consuetus. de præben. cum de beneficio. lib.
6. & dic taxationem. id est determinationem. sic. ff. de tritico
1 vino & oleo lega. cum certus. † Secundo no. q attenditur mo
neta currens censualis, & in tali facienda est solutio etiã si nõ
exprimatur. ff. de leg. j. si seruus plurium. §. fi. de reg. iur. semp
in stipulationibus. de censi. cap. penul. Tertio no. de fauore di-
uini cultus propter quem prohibentur pignorari, vel distrahi
calices & similia. arg. de cõsti. ex parte. & quod plus est etiam
a volente capi non possunt, vt hic ibi, recipi. Aliud tamen
secundum Pau. in tributis fisci, ob quorum debitum potest
2 fiscus res vendere. C. si propter publ. pensita. l. j. † Quæro quæ
a beneficia comprehenduntur[a] in eo q dicit beneficiorũ. Dic
q omnium, nam verbum, beneficium, prolatum in disposi-
tione iuris, comprehendit omne beneficiũ cuiuscunque qua-
litatis. de verb. sig. tua. secus in dispositionibus restringibilibus
3 sup. de præben. c. fin. & eo. ti. quamuis. 1. c. cum in illis. li. 6. † Se
cundo quæro, an in decimis, de quibus hic, habeat locum cle
men. de iudi. dispendiosam. Videtur q sic, quia de illis ponit
in hac rubrica de decimis, & hoc argumentum colligitur ex
gl. j. & ibi, & no. q pro hoc quod no. de elec. cum monasteriũ.
in gl. 2. de hoc remittit ea. glo. ad no. in d. cle. dispendiosam. in
verbo, decimis. & ibi tenet q non. Steph. hic contra: nã sicut
decima quæ a laicis soluitur clericis, est de iure diuino, sic & il
la quę debetur papæ. nam etiam in lege veteri præcipitur Le-
uitis vt decimã dent summo sacerdoti. dictat enim ratio na-
turalis, vt ei qui habet curã circa publicum statum prouidea-
tur vnde id possit exequi. de hoc Numeri 18. & facit de deci-
mis. c. j. In decima tamẽ, quæ debetur ex voto, fatetur Steph.
non esse locum illi cle. dispendiosam. & de hoc, ff. de polli. l. 2.
§. si decimam. Mihi placet opin. glo. quia cle. dispendiosam,
loquitur de decimis de iure cõmuni debitis, & quæ sunt cer-
tæ & perpetuæ. decima autem Papalis videtur habere nouã
naturam per extrauagantes nouas super ex promulgatus, de
quibus

ADDITIO.

a Quæ beneficia comprehẽduntur. Adde quod imo appellatione beneficij largo modo venit papat⁹. tex. in c. j. de male. & dicit Do. in c. si pro clericis pauperibus. de præben. li. 6. q verbum beneficium, comprehendit etiam dignitates & allegat glo. in d. c. j. de maledicis.

quibus in hac glos. nec est omnino certa ita ꝙ sit decima fru-
ctuum beneficij, prout dicitur inf. ea.clem. in gl. in quibusdã.
Tertio quæro, de quibusque, de quibus quærit eadem gl. ibi, itẽ
per hoc. vsque in fin. Sol. vt in glo. & in ea ibi, vsus infirmorũ.
dicit Lap. per hæc verba ex quibus excipiuntur reditus hospi-
talium, cum expenduntur in vsus infirmorum, vel pauperum
se consuluisse ꝙ de eo quod superfluit vltra hos vsus etiam de
cima debeatur. Dic melius ꝙ debet expendi in vsus aliorum
pauperum, vel conseruari ad superuenientiam maioris nume-
ri pauperum ex quo sic fuerũt reditus deputati. de religio. do-
mi. quia cõtingit. ibi, declarationes. de quibus no. de verb. sig.
c. fi. li. 6. ibi, dominus noster Ioann. 22. qui has constitutiones
publicauit. & in fin. simile argumen. no. de rescrip. si propter.
lib. 6. Quarto quæro in eo quod in tex. dicit, cuiuis. in quibus
personis locum habeat glo. 2. intelligit generaliter, siue enim
sit persona ecclesiastica siue secularis illa, cui fit concessio. Et
sic fatetur decimas posse cõcedi laicis per Papam. & idẽ Pau.
& potest esse causa iusta, quia conceditur in subsidium terræ
sanctæ. de vo. c. fin. de iudę. ad liberandã. & ꝙ Papa possit con-
cedere spiritualia laicis, nota. de elec. sicut. de iudi. decernim⁹.
hoc tñ casu non solet fieri cõcessio in perpetua, sed temporalis,
vt dicit gl. in verbo, ad tempus. Si autem contingeret ꝙ in p-
petuum fieret concessio, dicunt aliqui ꝙ non attenderetur ta
xatio, sed intelligerentur concessæ decimę integraliter. i. deci-
ma pars fructuum, nec esset locus huic cle. quod non placet.
Nec istud verbum, ad tempus, ponitur in tex. nisi ad significa-
tionem curiam solitam esse concedere tantum ad tempus, nã
ista consuetudo debet attendi quo ad perpetuam concessio-
nem sicut quo ad temporalem. Item hic loquitur de decima
Papali, quæ conceditur alicui, quæ est decima extraordinaria
& non certificata de iure, vt dixi sup. q. 2. quia alias clerici a cle
ricis decimam non exigunt. eo tit. nouum genus. quod tamẽ
dic, vt ibi dixi. certificatur autem talis decima per taxationẽ,
4 vt hic, ergo indistinctè standum consuetę taxationi. † Quinto
quæro, in eo quod dicit de taxatione, quis fecit hanc taxatio-
nem. Solutio facta fuit de mandato Papæ in quibusdam lo-
cis, quod prosequere, vt in glo. in quibusdam. Et idẽ Pau. qui
vltra gl. ponit declarationes quasdam quas fecit Bonifacius 8.
super modo soluendi Papalem decimam, de quibus declara-
tionibus sup. in glo. 1. Et in finem huius glo. in quibusdam. in
eo ꝙ dicit de decima Papali sumptus deduci factos pro fructi
bus habendis. facit enim hoc ad id quod dixi sup. q. 2. ꝙ hæc
non sit decima regularis. si enim esset regularis, fieret solutio
secundum fructus perceptos. non autem secundum aliquam
taxationem. eo. ti. cum sint. & c. pastoralis. quod dicit Pau. ve-
rum, nisi compositio inter personas inter quas posset interue-
nire, aliud induceret. eo. tit. ex multiplici, quod dic, vt no. de
reb. eccle. non alie. & sup de rerũ permu. c. fi. in quo dicit Pau.
ꝙ cum laicis pro futuris decimis non potest fieri compositio,
vt ibi no. & probatur. 16. q. 7. omnes decimæ. & hoc nisi laico
ex feudo antiquo debeantur decimæ, quia tunc in suum præ-
iudicium componere potest de futuris, quia videtur compo-
nere de fructibus, non de iure spirituali. argu. de loca. c. 2. Idem
dicit Pau. in decimis pacto, vel consuetudine acquisitis, quæ
eodem modo tolli possunt in totum, vel in partem, sicut in-
duxi de reg. iur. c. 1. quod procedit secundum eum etiã in pro
curationibus & alijs debitis priuilegio, consuetudine, vel pa-
cto, vel primęua institutione 18. q. 2. Eleutherius. de censi. quã
to. & c. venerabili. vult dicere ꝙ talia possunt pacto immuta-
ri. Ex his infert quo ad casum huius clem. ꝙ si laico concessæ
sunt decimæ, secundum hanc formam, potest interuenire cõ
positio, quia priuilegium tale conceditur intuitu priuilegia-
ri, cui renunciare potest tacite & expresse. de præscr. cũ olim.
& c. veniens. de priuil. si de terra, accedentibus. cum olim. de
pac. c. j. lib. 6. secus si priuilegium tangeret ius concedentis, in
cuius præiudicium non posset priuilegiatus renunciare. de ar
bi. cum tempore. 15. q. 2. postquam. de do. inter dilectos. Et cir
ca pdicta refert Pau. opi. Host. qui in hoc c. statuimus. de tran-
sac. voluit dicere ꝙ etiam cum laicis potest componi super de
cimis futuris. quod si esset verum, præmissa essent minus du-
bia. sed tenetur contrarium in d. c. fin. de rerum permu. & d.
5 c. vt super. † Sexto quæro si Papa mandat alicui prouidere de
beneficio vsque ad summam centum lib. Turon. ad taxatio-
nem decimæ, an inspicietur consuetudo illarum partium in
taxatione. Glos. hic iunge. dicit ꝙ sic. pro hoc extrauagans su-
6 scepti. Ioan. 22. † Septimo quæro, quando dicetur taxatio cõ-
sueta. dicit Lau. ꝙ quando consuetudo præscripta est, vt quia
per 40. annos sic fuit obseruatum, tunc enim quãtumcunque
reditus illius beneficij postea sint augmẽtati, non mutabitur
taxatio. & sic vt ipse dicit, fit quasi in omnibus partibus Fran-
ciæ, vel secundum eum pot est intelligi consueta etiam vbi est
consuetudo ꝙ de anno in annum mutetur prout plus, vel mi
nus valent beneficia. sic dicit fieri in Cathalonia, vbi a tem-
pore Clementis 5. talis decima fuit introducta in magnũ de-
trimentum beneficiorum, vbi rara vel valde onerata habent
beneficia. Quidam tamen collectores, vt refert Lau. faciunt
beneficiatos in primo anno collationis iurare super commu-
ni, & iuxta taxationem, & illã postea non immutant nisi con-
tigerit ꝙ beneficium fiat maioris summæ. & de tali variatio-
ne dicit Lau. ꝙ est pretiosa propter sententias excommunica-
7 tionis, supple quæ feruntur per processus. † Octauo quæro, si
collector inuenit aliquod beneficium taxatum circa quadra
ginta annos, an stabit taxationi. videtur quod non, quia non
potest dici consueta. de præben. cum de beneficio. lib. 6. de cõ-
sue. c. fi. dicit Lau. ꝙ si in partibus illis consuetum est stari ta-
xationi per aliquos annos, licet pauciores. 40. poterit stare col-
lator si volet, alias poterit taxare prout fructus erunt vberio-
res vel rari. Sed si per 40. annos fuisset obseruata, tunc ab illa
8 non recedetur. † Nono quæro eo casu quo debet fieri taxatio
a qualiter fiet.[a] credit Lau. ꝙ iurabit ille ad quem spectat fru-
ctuum perceptio, & qui habet decimã soluere quanto potue-
runt valere fructus illius anni, & stabitur iuramento nisi pro-
bari possit maius valuisse, & sic hoc casu iuramentum præcedit
taxationem. alibi econuerso. quod metus causa. c. fi. quod est
9 quia hic iurat, vt testis, ibi vt principalis. † Decimo quæro, si
b sunt duo prælati[b] in vna ecclesia parochiali, puta patronus,
clericus, & vicarius, qui ex antiqua ordinatione ecclesiæ colli
gunt omnes fructus de quibus soluuntur annuatim patrono
centum, residuum manet vicario, ipse vero patronus habet
soluere decimam pro tota ecclesia. cum quo istorum fiet ta-
10 xatio? credit Lau. † ꝙ si taxatio sit consueta ad certam sum-
mam, fiat taxatio cum illo qui colligit fructus vocato eo, qui
habet soluere, & sic vocentur omnes quos hæc taxatio cõtin-
git. arg. de offi. archid. ad hæc. de pręscript. accedentes. de his,
quæ fiunt a pręlatis. c. fi. pro hoc regula, quod omnes. libr. 6.
11 † Vndecimo quæro, ad quid prosit quod disponitur hic solu-
tionem fieri debere de moneta currenti. Sol. vt in gl. facit. vs-
que ibi, & no. idem Lau. & Paul. & dicit etiam Laud. ꝙ pote-
rit fieri solutio de moneta modo prædicto, etiam si eius cur-
sus quo ad valorem mutetur temporaliter, puta quia quãdo-
que Turonensis, vel ducatus cambitur pro maiori quantitate
quam alia vice. sufficit enim ꝙ pecunia non est diminuta in
pondere, vel alias reprobata, tunc enim de ipsa non posset sol
ui. de iureiurando, quanto. de censi. olim. & c. cum canonicis.
Ad mutabilitatem autem cambiorum veritas valoris ipsius
12 pecuniæ non mutatur. eo. dis. lege. † Duodecimo quęro, si duę
monetæ currunt in eodem loco, an de vtraque poterit solui.
Gl. eadem ibi, & no. dicit ꝙ sic, & ꝙ erit electio soluentis. Lau.
dicit ꝙ si altera de istis monetis est vsitatior, de illa soluetur.
ff. de lega. j. si seruus plurium. alias si cõmuniter currunt, erit
optio soluentis, & hoc casu procedit præcedens solutio. Glo.
quæ videtur etiam hoc sensisse. cum dicit ꝙ moneta commu
niter currat, id est sit æque vsitata cum alia. quod etiam tenet
Pau. dicens ꝙ quando sunt æque vsitatæ, intelligitur de mino
ri. ff. de leg. 3. nummis. de reg. iur. semper in obscuris. & l. sem-
per in stipulationibus. de censi. ex parte. de regulis iuris. in ob-
scuris. lib. 6. quod procedit quando obligatio non est determi
nata ad certum genus pecuniæ. In speciebus vero, & his quæ
speciebus æquipollent, vt sũt artificia, & generibus, in quibus
inutile prorsus euenire nõ põt, vt boue, equo, & similibus spe
ctatur medium. C. de donatio. si quis argentũ. §. si vero. & se-
quenti. de offic. custo. c. j. 10. q. 2. hoc ius. de elec. cũ nobis. pro-
cedit etiã. ff. de legatis j. legato generaliter. in prin. vbi de hoc.
quod intellige quando legatur non genus generalissimum,
nec subalternum. ad quod habet finem sola destinatione pa-
trisfamilias, vt fundus, quia tunc legatum esset inutile. ff. de le
ga. j. si domus. in princ. sed secus qñ hẽt finem a natura, vt do-
mus, tunc enim debetur mediocre. Institu. de lega. §. si genera
13 liter. † Decimotertio quęro, si moneta est innouata ab eo qđ
erat tempore taxationis, vel concessi priuilegij, prout in tex.
de qua soluetur. Videtur ꝙ de innouata, cum alia careamus.
hæc enim videtur eadem esse cum antiqua ratione formę, qua-
litatis, & generis, & sic quo ad intrinseca. liberatur ergo debi-
tor

ADDITIONES.

a Qualiter fiet. Adde Specu. titu. de iniur. in §. j. versi. & in hac. & in §. 2. versi.
si autem diffuse. & per Belenzinũ in tractatu de charitatiuo subsidio, quęst.
80.
Vinc. God. Adde Alber. Bru. in tract. augmen. conclu. 14. nu. 16. limi. vlt. &
idem in eodem tracta conclu. 16. limit. 9. nu 22. q habetur prima in lib. 11.
tract. fol. 120. altera, fol. 123.
b Si sunt duo prælati. Adde Io. And. in rub. de concess. præben. in vlt q. Oldra.
consi. 18. incip. ad primam q. in vlt. dubio.

tor soluendo de ista. ff. si certum peta. l. cum quid. in fi. vt iudi
cemus secundum tempus in quo instat solutio. 12. q. 4. si quis
ignoret. In contrarium, quia tempus datæ inspiciendum est,
maxime quando agitur de viribus rescripti. de præben. dile-
ctus. 2. de rescrip. clemen. literas. & sic etiam videtur inspicien
dum tempus taxationis secundum tempus obligationis. de
censi. olim. vbi de hoc. & c. pen. & hoc suadet ratio & mẽs ver
borum, a quibus licet arguere. de reg. licet. de verb. signifi. in-
telligentia. Hæc fuit quæstio dominicalis, de qua in d. c. olim.
& in Spec. de solutio. §. nunc aliqua. vbi vero dicit ꝙ salaria &
conuentiones solui debent de moneta mutata. quia ad hoc
a mutatione monetæ [a] debet intelligi statutum mutatum. C.
qui admit. ad bon. possess. l. pen. in fi. cum simi. Sed si ex cõtra-
ctu debetur, debet solui secundum æstimationem prioris. d.
c. olim. Hostien. de iureiur. quanto. dicit ꝙ si moneta antiqua
fuit reprobata quia vitiosa, vt quia nimis diminuta, periculũ
est debitoris. de censi. cum canonicis. Si alias diminuta nõ est,
sed solum causa auaritiæ reprobata, & debitor non fuit con-
scius fraudis, sufficit ꝙ pecunia reddatur in primo genere &
pondere. ff. si certum petatur. l. 2. & 3. nisi aliud in cõtractu di-
ctum sit, quia tunc illud est seruandum. regula, contractus. li.
6. Alij dicunt ꝙ in contractu solui debet moneta, quæ nõ cur
rũ, non illa quæ currebat tempore cõtractus, quia in pecunia
consideratur bonitas respectu vsus, non materiæ tantum, li-
cet in pluribus alijs consideretur bonitas materiæ, vt in gusta
bilibus, & similibus, in quibus sufficit ꝙ idem reddatur in ge
nere & intrinseca bonitate. ff. si certum pet. cum quid. Et in
hoc dicunt ꝙ quædam sunt quorum bonitas consistit nõ pe-
nes materiam sed vsum in arte, vel forma, vt moneta, quæ cõ
sistit in approbatione principis. de iureiur. quanto. & dato ꝙ
varientur, manet eadem bonitas, quia ita datur vna denaria-
ta rerum pro moneta nunc currenti, sicut ꝓ antiqua. pro hoc
ff. de ver. sig. Labeo. Pe. de Bellapet. dicit ꝙ aut moneta est mu
tata vel reprobata post moram debitoris, aut prius. primo ca-
su fit solutio ad æstimationem antiquæ monetæ. ff. si cer. pet.
vinum. secundo casu liberatur debitor soluendo monetam,
quam accepit, d. l. cũ quid. videtur enim eadem ratio hoc ca-
su quæ est in obligatione speciei, qua perempta, vel diminuta
sine culpa, debitor liberatur. debet ergo liberari debitor si si
ne eius culpa bonitas pecuniæ minuta est. ff. de ver. ob. si ex le-
gati causa. nam licet genus generalissimum perire nõ possit,
vnde perempta specie non perimitur obligatio generis. C. si
cert. pet. incendium. tamen genus subalternum perire potest.
ff. ad l. Aquiliam. in ratione. §. incerta. Iac. de Aret. distinguit,
an sola æstimatio diminuta sit ante moram, & tunc solui pe-
cuniam quæ currit. C. de solu. l. pen. post moram vero debet
supplere quanti pluris fuit antiqua. d. l. vinum. an vero sit mi-
nutum pondus, vel mutatum, & tunc non liberatur debitor
dando diminutam. arg. d. l. cum quid. ff. de contrahen. empt.
l. 1. quod recidit in opi. Hostiẽ. Pau. dicit solutionem fieri de-
bere de moneta currenti tempore solutionis, quod tempus
debet attendi, licet in aliquibus consideretur data. de rescrip.
si eo tempore. lib. 6. dicit etiam ꝙ prædicta non habent dubiũ
in obligatio ad certam quotam rerum, quia hæc perit credito
ri. deinde dicit melius videri ꝙ solutio fieri debeat ad antiquã
tantum si præscriptio aliud non inducat. moneta enim præ-
supponit certum pondus, formam, & materiam. ff. de contra-
hen. emp. l. 1. Si reperitur ergo conuentio continere certum
tacite, vel expresse secundum id committitur obligatio, & se-
quitur exactio. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram.
C. de serui. per agrum. ff. de serui. vrba. prædio. certo generi,
& sic non licet soluere in alio pondere, forma, & materia. Itẽ
ex quo noua moneta non habet omnimodam similitudinẽ
cum antiqua, non debet posse solui pro illa. ff. si cert. pet. l. 2. §.
mutui. de contrahen. empt. l. 1. secus si haberet omnimodam
similitudinem, quod etiam coincidit cum opi. Host. Genz. &
Matth. distinguunt quia aut quantitas debetur ratione male-
ficij seu salarij ex statuto debiti, aut ex contractu. Primo casu
non debetur æstimatio antiquæ, sed soluitur de currenti. C. q
admit. ad bon. poss. l. fi. de const. pecu. l. 2. de rei vxo. act. l. vnica
§. 1. in Auth. de non alien. §. vt autem. col. 2. quia lex hodierna
seruanda est. de constit. translato. & si sunt duæ monetæ, intel
ligit de minori. ff. de leg. 3. nummis. de censi. ex parte. ff. de reg.
iur. semp. & l. quoties. Secundo casu qñ dẽtur ex cõtractu fiet solu
tio secundum æstimationem prioris. de censi. olim. & c. penu.
quę distinctio coincidit cũ distinc. Spec. sup. e. q. posita. de hoc
no. Cyn. C. in qui. cau. in integ. rest. non est necessa. in minorũ.
& Bart. ff. de solutio. Pau. & dixi de iureiuran. quanto. Ex qui-
busomnibus concluditur quod mutatio cursus monetæ nõ
imputatur debitori nisi post moram. similiter defraudatio
põderis, vel materiæ nõ prodest debitori quo minus teneatur
14 soluere ad æstimationem antiquæ d. c. cum canonicis. † Deci-
b moquarto quæro, quia hic dicit ornamẽta deputata [b] diuinis
officijs non posse capi per collectores, quid de alijs non sic de-
putatis. glo. penul. dicit secus in illis, & idem Pau. & io hac gl.
15 ibi, romancij, alludit vulgari Bonoñ. † qui libros continentes
hæc quæ cantantur de Rolando & similibus vocant de romã
cijs, & forte tractum est, quia sæpe continent gesta Roma-
16 na. † Decimoquinto quæro, si collectores [c] voluerint occupare
c ornamenta deputata diuinis. dicit Pau. ꝙ potest eis violenter
resisti, & sententia lata per collectores in hoc est nulla. C. de
iure fis. prohibitum. lib x. pro hoc quod no. de offi. deleg. ex li-
teris, in glo. penul. pro hoc etiam de constit. ecclesia. de præ-
ben. c. fin. de excessi. præla. cum ad quorundam. regula, ea
quæ. lib. vj. & quod no. de conse. dist. v. manus. in vlt. glo. x. q.
iij. inter cætera. in glo. fi. nisi surgat dubium an sint deputata
diuinis, quia tunc in dubio valet processus. ff. si quis in ius vo.
l. ij. ff. de iudi. si quis ex aliena. 3. q. 2. quia. de accu. veniens. tu-
17 tum est ergo ante sententias appellare. † Decimosexto quæro
an collectores possint contra noo soluentes inuocare brachiũ
sæculare. Sol. vt in gl. fi. & in ea in fi. Bonifacius viij. simplici-
ter prohibuit inuocari brachium sæculare sine speciali man-
18 dato. † Decimoseptimo quæro an hæc prohibitio locum ha-
bet in decimis debitis iure communi, scilicet ꝙ pro eis exigẽ-
dis non occupentur ornamenta deputata diuinis officijs. di-
cit Pau. ꝙ in eis statur iuri communi, cum nihil in illis sit mu-
tatum. C. de testa. sancimus. de elec. cum expediat. li. vj. & hęc
quæstio declaratur per sequentem. † Decimooctauo quæri-
tur an quibuslibet prohibeatur hæc distractio ornamentorũ
prædictorum. dicit Pau. ꝙ non, sed prohibetur collectoribus,
de quibus præmisit. an in alijs statur antiquo iuri, & possint
hodie distrahere sicut olim, pro hoc quia de prelatis nihil est
immutatum. sicut quod in proxi. q. dixi.

ADDITIONES.

a Vinc. God. Moneta si est per legem vel statutum mutata, de illa debet intel-
ligi, vide Alex. tamen in l. fin. ff. de in ius voc. Cor. in cons. 181. visis, litera
9. la secunda lib. 2.

b Ornamenta deputata. Adde Spec. in tit. de pig. in §. hæc rubric. circa fi. in
vlt. col. ver. calix autem. glo 3. & Doct. in c. 3. de pigno.
Vinc. God. Ornamenta altaris & libri ecclesiastici parificantur. Abb. in
c. nimis. el primo. de exces. prælat.

c Si collectores. adde glo. in c. non debet. xj. q. iij. Inn. in c. dilecto. de sent. ex-
com. lib. vj Arch. & Ioan. An in c. si eo tempore. de rescri. lib vj. Bar. in d. l.
prohibitum. Bal. in c. 3. in vlt. col. de offi. dele.

De regularibus & transeuntibus ad religionem. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Ordo paupertatis & ordo mendicantium idem est.*
2 *Ambitio producit discordias atque scismata.*
3 *Constitutio quandoque concernit præterita.*
4 *Mendicantes transeuntes ad alias religiones licet statim reuertantur, tamen pœnam patientur de iure statuta.*
5 *Religiosus qualiter potest habere curam animarum.*
6 *Prælatus continetur nomine capituli.*
7 *Abbas continetur nomine monachorum.*
8 *Mendicans non professus si transeat ad non mendicantes, an puniatur secundum dispositionem huius cle. primę, de regula.*
9 *Quid de eo qui fecit professionem intra annum in ordine mẽdicantium.*
10 *An autem sufficiat quod sit ordo mendicans de facto.*
11 *Iuramentum est seruandum, quod seruari põt sine detrimento salutis.*
12 *Professus ordinem mendicantium an assumi possit ad aliquam ecclesiã extra suum ordinem.*
13 *An autem possit assumi ad beneficium curatum.*
14 *Status quis sit perfectior, religiosorum mendicantium vel non mendicantium.*
15 *Clemen. ista prima, de regula. an locum habeat in fœminis quæ sunt de ordine mendicantium.*
16 *Quid si mendicans transit ad alium ordinem mendicantem, vel non mendicans ad ordinem mendicantium.*
17 *Episcopus ordinis mendicantium si renunciat & transit ad ordinem non mendicantium, an sit puniendus secundum istam cle. primam.*
18 *Qualiter autem intelligi debẽt illa verba, vocem aut locum, in textu isto posita.*

CAP. I.

VT professores. Glo. diuidit in tres partes. Lau. etiam in tres, sed alio modo signat partes. Secunda ibi, ad priora tus. tertia ibi, ad illorum. Et quamquam diuisio gl. sit formalior, tamen prosequor secundum istam, quę concernit

1 nit principalia dicta huius literæ. † No. ꝙ idem est dicere or-
do paupertatis, quod ordo mendicantium. & dicit Lau. men
dicantes dici a menne, quod est defectus. Ideo Luna dicitur
menne propter defectus quos patitur. Dicuntur autem men-
dicantes, quia non debent habere proprium, neque in singu-
lari, neque in communi. de hoc 12. q. 1. certe. & est mendica-
re, idem quod egere, & ab alijs necessaria quærere. quomodo
autem eligere voluntariam paupertatem est opus salutis. ple-
ne per Tho. contra gentil. lib. 3. Secũdo no. prouidendũ quie-
ti religiosorũ, & dicit Pau. ꝙ sicut hic Papa prouidet de quie-
te religiosorum, ita alibi de episcopis & sæcularibus clericis.
de sepul. cle. dudum. alibi de omnibus subditis in procemio
Seati post principium. de restit. spolia. c. 1. eo. lib. in Auth. vt di
ui. iussio. subscri. habe. in princi. propter hoc enim factæ sunt
leges. 4. dist. factæ. & superior ad hoc tenetur ex debito officij.
22. q. 5. regum. dicit etiam ꝙ experientia docet, quód mendi-
cantes transeuntes ad non mendicantes, seminant discordias
& scandala, & faciunt partialitates volentes quodammodo
omnibus dominari, & innitentes suo sensu contra id, de con-
stitut. ne innitaris. Tertio nota de ambitione reprimenda. de
hoc in glos. concordat. in ea. ibi, Statius primo Thebaydos.
† Quarto nota, ꝙ ex ambitione[a] producuntur discordiæ, &
2 schismata, & vagatio, & dissolutio. de rescri. quia per ambitio
a sam. lib. 6. Et dicit Lau. ꝙ hæc est illa per quã titulus de simo-
nia, & de apost. & ne cler. vel mona. & de vsur. & plures alij
sunt sepulti, & ab hoc vitio tanquam a fonte alia procedunt,
de constit. nam concupiscentiam. dicit etiam quod in mendi
cantibus potissime locum habet qui tamen magis cogitant
de rebus temporalibus, quibus videntes se destitutos magis si
ne maturitate appetunt ad instar senum in quibus licet cęte-
ra consenescant, iuuenescit auaritia, vt no. de præsump. cum
in iuuentute, & de hoc etiam dixi de elec. clemen. in plerisq;
in 6. q. Et dicit Genze. quod ambitio, quia mortale, vitari de-
bet. de præb. quia intantum, & c. cum iamdudum. de elec. aua
3 ritiæ, & c. quorundam, lib. 6. † Quinto no. in verbo, transiue-
runt, casum in quo constitutio concernit præterita, quia hoc
expresse hic cauetur, aliàs secus, cum sit pœnalis. de consti. c.
2. & fi. simile de elec. cum in cunctis. §. hoc sane. de iurepat. pręę
4 terea. 52. q. 2. alienationes. C. de legi. l. leges. † Sexto no. ꝙ puni
tur hic transitus, ex hoc dicit Pau. ꝙ si isti qui transiuerunt sta
tim redierunt, nihilominus pęnam incurrunt in suo ordine
mendicantium. 19. q. 3. mandamus. de æta. & quali. intellexi-
mus. quod videtur verum, tamen non conuenit literæ, quæ
videtur velle punire transeuntes cũ effectu, & ideo dicit Lap.
ꝙ dictum Pau. procedit si in primo & in secundo ordine pro-
fessionem fecerunt, aliàs secus, quod placet, quia non profes-
2 in genere de hoc in gl.licet igitur. † Opp.quod delatio habitus per annum non inducat professionem nisi quando habitus sunt distincti.eo.ti.ex parte.ubi de hoc no. in fi.ulti.gloss. Gl.2.soluit ꝙ olim procedebat contrarium, hodie uero standum huic cle.quae ponit ius nouum, quod probat gl.per uerbum, deinceps.quod no.ad similia.probat etiam per verbum decernimus, & per hoc etiam sol.gl. contrarium c.statuimus eo.titu.vbi sufficit qualiscunque distinctio ad hoc ut ferens, habitum nouitiorum non fiat professus. hodie uero dicit gl. standum huic cle.quo ad hunc casum, quod dic vt in ea vsq; ibi, ideo autem. Secundo opponitur ad hoc ꝙ adhuc hodie standum sit antiquis iuribus praeallegatis.nam si pubes scienter aut sponte recipit habitum professorum distinctum latẽter tantum. hoc sufficit vt si perseuerat triduo censeatur professus.eo.tit.constitutionem lib.6.glo. ea.ibi, ideo autem.soluit quod id quod dictum est in proximo contrario procedit in casu huius cle. vt in eodem contrario dixi. solum quo ad hoc vt delatio habitus latenter distincti habeatur pro delatio habitus patenter distincti quo ad inducendam professionem ex lapsu anni.secus quo ad alios casus puta in casus d.c.constitutionem.pro hoc quia cum ista sit constitutio noua corrigens iura uetera non debet extendi. de elec.cum expediat. li. 6.ex praedictis no glo. triplicem habitum nouitiorum. quod dico.J.q.1.Tertio oppo.ad idem.eo. tit. ut clerici.vbi delatio habitus etiam multo tempore facta non inducit professionẽ glo.secus. sol. ꝙ haec cle. tollit contrarium in eo ꝙ loquitur de habitu delato in aliqua religione.secus si extra, vt in contrario. Quarto oppo. in eo ꝙ generaliter dicit de habitu delato in aliqua religione, & sic uidetur sufficere dummodo sit religio, etiam si non sit per sedem apostolicam approbata. contra id de vo.c.vnico.lib.6.glo.per sedem.soluit restringendo literam ad religionem approbatam, & idem Pau.quia in talibus multum operatur constitutio ecclesiae.d.cap.unico. Quinto oppo.ꝙ delatio habitus per annum non inducat professionem.eo.titu.c.1.2.responso.lib.6.glo.licet.soluit ꝙ quãdoque quis sumpsit habitum indistinctum post pubertatem & procedit haec cle.quandoque ante, & tunc si est tanta indistinctio quod etiam seculares conuenientes utantur illo habitu, licet post pubertatem per annum portet, non est professus, vt in contrario. Sexto oppo.ad hoc, quia hic non requiritur nisi quod per annum portet, ergo non est uis an sumpserit ante pubertatem an postea gloss.ea.ibi, nisi.usque ibi, item soluit ꝙ ista cle.debet restringi, ne corrigat.c.1. eo.tit.lib. 6.ꝙ nota pro hoc ꝙ dixi.§. secundo contrario. Septimo oppon. quod etiam per plus tempus quam per annum non fiat quis professus ex delatione habitus quod in eadem causa.c.1.Sol.
3 vt in glo.licet.ibi, item vsque ad finem. † Quaero in eo quod dixi.§.in 2.contrario de triplici habitu nouitiorum, qui sunt isti.glo.2.ibi, ex his.dicit ꝙ sunt habitus distinctus, & indistinctissimus. Distinctum adhuc dicit duplicem. s.per distinctionem latentem & patentem. & de distinctione patenti sunt in textu tres modi, per colorem, per scissuram, & per formam. De latenti glo. ea. in parte praecedenti exemplificat de distinctione uestium per personam datam, vt locum in quo datur, vel formam dationis. De habitu autem indistincto quis dicatur, de se patet, quia nec latenter nec patenter est distinctio habituum nouitiorum, & habituum professorum. De habitu vero indistinctissimo dixi.§.in 5.contrario. Ex his cum quaeritur quando delatio habitus inducat professionẽ, potest distingui quod sequitur Stepha. sed in effectu continetur vt in conclusionibus sequentibus quas infert gl. 1. Prima conclusio.delatio per annum habitus nouitiorum indistincti vel indistinctissimi vel latenter distincti si susceptus fuit ab adulto inducit professionem. Secunda delatio habitus nouitiorum patẽter distincti vel indistinctissimi vbi hoc vltimo casu fuit receptus ab impubere per lapsum anni non inducit professionem.hoc probatur eo.ti.c.1. lib. 6.& in alijs iuribus quae allegat glo.vsq; ibi, dubitatur. quae deinde ibi, dubitatur.usque ad fi.prosequitur id quod dixi §.contrario. 5. Ex hoc no.casum in quo distinctio & indistinctio aequiparantur, & sic duo contraria sunt simul, contra id. 32.quaest. 5. si Paulus. Sed dicit Laud.hoc contingere, quia immoderata distinctio non est uera distinctio, sed potius confusio, quod
4 no. † Secundo quaero in eo quod dixi.supra quaestione proxi. in prima conclusione an sint alij casus in quibus quis intelligatur profiteri.dic ꝙ sic & quinque enumerat Laud. Primus quando quis deliberate emisit uotum intrandi aliquam religionem, & postea per interuallum habitum ibi suscepit ab eo qui potest incorporare illi religioni pro hoc quod no.Inno.de frigid.fraternitatis.in prin.ex hoc infert secus esse si recipit per manum monachi uel alterius.eo.ti. porrectum. qui cle.uel vo.consuluit. Secundus si uno contexu uotum emisit & solenniter habitum suscepit animo mutandi seculum & de hoc plene constat.eo. titu.consulti. Tertius si expresse profitetur in religionem. libro sexto. Quartus quando intra annum probationis suscepit scienter habitum professorum & portat per tres dies, tunc tamen obligatur solum religioni in genere.d.c.cõstitutionem. Quintus in casu huius cle.& hoc casu obligatur religioni in specie. quod dixi supra in 4 notabili.& dicit Laud.quod hoc est per praesumptione iuris de qua hic quae cum sit etiam de iure, non recipit probatio-
5 nem in contrarium de spon.is qui. † Tertio quaero si est consuetudo in aliquo monasterio quod non fiat expressa professio, sed solum quod conuertendus in ingressu promittat in manu praelati obedientiam. Specu.de sta. mo.quaestio. 37. refert Clementem quartum dixisse quòd non est professus.cõtrarium uidetur tenere Innocen.qui cle.vel uo.consuluit.vbi dicit.sufficere pro professione quòd suae uoluntati renunciet & omnia committat uoluntati abbatis. 12. q.1.nolo.& c. nõ dicatis.quod uidetur aequius & animae consultis. primum tamen uerius.quod etiam tenet Laudu. infra de sta.mona. ele. 1.§.sane.ubi dixi in 1.nota. Quarto quaero an per hanc cle.sit sublata consuetudo quae erat ante ipsam in quibusdam monasterijs secundum quam moniales post susceptum habitũ etiam post annum poterant redire ad seculum ante assumptionem veli. Lau.uidetur dicere ꝙ non. in quo tamen non loquitur clare.dic ꝙ non est sublata, quia hoc non dicit hęc cle.de consti.c.1.lib.6.& fuit rationalibus cum essent opi.ante hanc cle.de quibus dicit glo.1.ex hoc no.Laud.ꝙ excusantur ignorantes ius positiuum uel etiam naturale si est obfuscatum per diuersas opiniones, pro hoc quod nota. de spon.
6 duo.capitulo fi.de postu.capitulo unico. libro sexto. † Quinto quaero si in casu huius cle.is qui recipit habitum fuit protestatus quod non intendebat ex delatione per annum profiteri.dicit Pau.quod protestatio prodest. quod met.cau.c.1. & no.eo. titu.ex parte.& in Spe.de sta.mo.versic. 44 protestatio namque tuetur protestantem quando est super eo.ꝙ põt se habere ad vtrunque, vt no.de li. non concit. c.vnico.lib 6. Opp.ad hoc quia protestatio non prodest si est cõtraria facto. de consti.cum M.de appel.solicitudinem. de spon. tua. soluit Paul.quod haec non est cõtraria, imo compatitur cum facto, potest enim esse longa delatio habitus sine professione. 16. quęst.2.si quis incognitus.19.q.3.monasterijs.in quibus c. statuitur ad professionem tempus longius anno, sed illa c.non tenent, vt no.eo.titu.ad apostolicam.in glo.1. dictum tamẽ est uerum ratione pdicta, quia protestatio conseruat ius protestantis. Et ad contrarium dic ꝙ non semper tollitur protestatio ex eo quia contraria facto. imo quandoque rumpit factum.de condi.appo.c.si.quod semper contingit qñ protestatio habet sua substantialia, secus si non habet vt in cõtrarijs. ꝙ dixi in d.c.cum M.& in eo quod dixi.16.q.2.c. si quis incognitus.& c.monasterijs.hodie non tenere dicit Paul. idem forte dici posse de c.quia in insulis.eo.titu.quia videmus de facto illud nõ seruari.ad quod haec litera quae loquit generaliter vult dicere

---

ADDITIO.

a Dicitur nouitius. Adde glo.in cle.ne in agro.de stat.mona. in § sane. Bart.in l.fi.in § quoties, ff.de publica.
V n.God. Adde quando nouitius dicatur incontinenti persona annexa & obligata religioni. Phil.Franc in tract. Disputat. Petitor. in 3.dubio nu.13. quod habetur in l.1.trac.fol.145.& ibidem sub nu.9. & 23 Quando praesumatur velle vitam mutare nouitius.

dicere q quia in tex.dicitur de eo qui est in ætate discretio-
nis,debet generaliter intelligi de discretione pubertatis quo
ad quæcunque monasteria.dic uerius q debet obseruari cap.
quia in insulis. in suo casu. s. in monasterijs vbi dura est con-
gregatio , quia non deberet quis recipi ad professionem ante
annum.18.quia tamen non præcise seruatur , dic q valet pro
fessio in quibuscunque religionibus facta post pubertatem,
et ante annum. 18.quod ibi dixi in fi. Sexto quæro si protesta
a tio a est contra substantiam regulæ. Pau. prosequitur ea q̃ no.
de condi.appo.c.fi.& in eo quod Io.And.ibi tenet quod pro-
testatio contra substantiam rumpit matrimonium carnale,
ut ibi,& sic monachatum,dicit Pau.idem in monachatu, qa
valet argu. de matrimonio carnali ad spirituale.8.q.1.sicut.de
transla.c.1.2.& 4.de spon.tuæ. ubi de hoc. & quia similitudo
rationis est in utroque.nam & in matrimonio carnali ꝯheo-
tes obligantur in Deo tantum q communi consensu separa
ri nõ possunt.de conuer.coniug per totum. Idem in mona-
chatu.monachus. n. non recedit a religione nisi causa curæ
animarum.de sta.mona . quod Dei. uel transiẽs ad strictiorẽ.
b eo.ti.licet.dicit ergo Pau. q protestatio facta b abbati qui ha-
beat incorporare religioni tuetur protestantem, quia non di
citur uoluisse obligari,& potuit ab abbate recipi. cui acquiri
debet obligatio,sicut in matrimonio obligatur vxor uiro, &
econuerso. & plus etiam obligatur monachus abbati , quia
non habet uelle.12.q.1. non dicatis. & hoc approbo in 3. c.fi.
7 † Septimo quæro quæ dicatur ætas c discretionis. So. vt in gl.
c 3 quam no. in eo quod dixit q hoc casu malitia non supplet
ætatem.& in hac gl.ibi,uiro.de hoc.27.q.1.c.1.eo ti.cũ simus
in gl a. Octauo quæro in eo q dicit de anno,an requiratur in
teger. So.sic,ut in gl.integram,pro hoc,ff.de publi.l.vl. §.quo
ties. Nono quæro an requiratur annus continuus. Pau. q nõ,
sed sufficit interpellatus vt si steterit per sex menses in habitu,
deinde extra habitum per duos uel plures,postea per alios sex
8 in habitu,quod dic plenius vt dixi eo. ti.ad apostolicam.† De
cimo quæro an nouitius beneficiatus uocari debeat ad ele-
ctiones in quibus vocaretur si non haberet habitum. Genze.
quod sic . & idem Matth. quia retinet beneficium . nec de-
bet esse deterioris conditionis propter religionem & obliga
tionem.regula,indultum,lib 6.de hoc eo.titu. beneficium.e.
9 lib.† Vndecimo quæro an ingrediens monasterium libere-
tur a patria potestate.quidam q non,dicentes monachũ trãsi
re in potestatem abbatis quo ad obedientiam,nõ quo ad aliud.
alij contra,ut no.ff.de orino.si ex causa.§ Põponius,quod est
10 verius.de hoc.C.de epi.& cleri.Deo nobis. † Duodecimo q̃-
ro an factus monachus propter ingratitudinem possit exhæ-
redari.videtur quod non.a.g.in Auth.de mona.§.1.col.1. 19.
q. 2. non liceat. vbi est expressum q ob ingratitudinem præ-
cedentem non potest exhæredari . Oppo.ad hoc. 12.q.1.cleri-
cus. vbi dicitur q clerici non debẽt habere partem hæredi-
tatis paternę,cum habeãt hæreditatem domini.ad idem ead.
q.eui portio.& § de reditus.Sol.Matth. q illud fuit vetus testa-
mentum quo tempore Leuitæ habebant primitias & obla-
tiones,nec habuerunt partem possessionum . hodie uero est
consilium perfectionis de hoc de deci. tua. Decimotertio q̃-
ro quo ad id q dixi in proxi.q.q.d si quis professus est regulã
mendicantium.dicit Matt. q licet monasteriũ non sit capax
hæreditatis ut possideat,potest capere ut uendat. ff. de leg 1.
cætera §.si duobus.q dic vt dixi de proba. in præsentia.& pro
hac parte quam ibi approbo tanquam æquiorem,est,ff.de le-
ga.1.apud Iulianum.§ fin.cum l.2.

ADDITIONES.

a Si protestatio Adde Arch.in c.non di atis.in prin. 12. q. 1. Archi. in c.solet,
22.q.5 Lap.alleg.49.incipit primo quæro in 8. col per Bal.in l. 1. ff.de lan.
lib.tol.Bal.in l si ita quis ff.de hered.insti Alex.de imo.in l. cetera. in 5.item
quam potest,ff.de lega 1. Petr. de Anchara in regula, nemo potest.de reg iur.
libro 6.
Vin.God. Protestatio protestantis concernit etiam si protestatus non cõsen
tiat nec taceat,Ruyn.consi.45. nu.2 lib.5. Protestatio autem ad tollendam
uel limitandam obligationem iam contr. ctam requirit consensum aduersa-
rij,Ruy.consi.106 nu. lib 1. Protestatio simplex nõ trahitur ad factam ex
interuallo,nisi uerba ad factum dirigantur , Ruy. consilio 10. numero 8 li-
bro 2.
b Quod protestatio facta. Adde Doct.in c.fi.de condi.ap. Card Zaba in c.ad
apostolicam.in 3 q.de reg.
c Quæ dicatur ætas. Adde glo.& Doc in c cum uirum. de reg gl 2.in c.ad no.
stram.de regul.Iun.in c. de illis,el 2 de despon.impube.
Vin.God. Adde in quo casu malitia suplet ætatem, Bero.in qõ 135.nume.2 &
2 num 6.

De statu monachorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Mores sunt reformandi tam in uestibus quam in cibis.*
2 *Excessus,uerbum sonat in uitium.*
3 *Almutia quæ & qualia sint.*
4 *Monachi possunt vti pellibus in capite.non tamen uarijs.*
5 *Monachi non debent vti sendato vel sindone pro foderaturis.*
6 *Scapulare quid sit.*
7 *Clementina ista, ne in agro.de statu.mona. an habeat locum in alijs reli giosis.*
8 *Abbas qualem & quantam habeat potestatem supra monachos.*
9 *Monachus factus episcopus quem habitum portare debet.*

CAP. I.

NE in agro. Gl.diuidit,ego tamẽ prosequor partes aliquas simul,aliquas di-
uisim s̃m varietatem materiæ. Nota.de laudibus
regulæ monachorum nigrorum. de hoc in gl.3
Et dicit Laud. q color niger quia inter cæteros est uilior &
magis fuscus,ideo electus fuit in hac religione ad denotãdũ
mortificationem carnis & tristẽ vitam q̃ debent in se habere
huius militię professores.ar.26.q.1.quicunque. 16.q.4.placuit:
& c.si cupis.& dicit Lau.q niger deriuatur a nube,quasi nu-
biger. Et s̃m Aristote . de sensu & sensato, album & nigrum
sunt duo extremi colores,& niger est ultimus de coloribus,
quorum species sunt septem , sed quatuor sunt principales.
alb.niger,citrinus,& rubeus.ex his arguit Lau. q monachus
albus non potest eligi in abbatem monachorum nigrorum ,
1 nec econuerso.de elec.cle.1.diuersitas.n.colorũ diuersitatẽ in
ducit effectuum sup.ti.1.cle.vlti.† Secundo not. ibi, in vestib.
& ibi,in cibis.de moribus reformandis tam in vestibus quam,
in cibis.& quo ad cibos dic quod quinque modis exceditur.
de conse.dist.5.quinque.quos prosequitur Steph.in quo non
expedit instare.& dicit Lau. q status hominum consistit in ci
bis & uestibus,ff.de uerb.sign. verbo victus.& qui laxiora uel
austeriora præ cæteris indumenta uel alimenta quærit,aut in
temperans aut superstitiosus est, 41.distinc.§.1.& §.fi. Et quo
ad cibos inducit Pau.de ui.& ho.cle.a crapula. vnde Hiero.vẽ
ter mero æstuans citò dispumat in libidinem.& vbi ebrietas,
ibi libido dominatur,& furor. 35.distin.uenter.& nihil sic sen
suum acumẽ operatur,nihil sic ægritudinem fugat sicut mo
derata refectio.de conse.di 5.nihil. & de mensu.& mo.cib.in
regula Benedicti.c.39.& de mensu.& mo.po.ibidem.capi.40.
2 † Tertio no.ibi,excessus. quod excessus sonat in vitium.fallit
secundum Gen.in studio q non potest esse nimium,iuxta il-
lud. In uitium uertet nimiũ fateor sine lite. Sed studium non
est nimium per tempora vitæ.de hoc de renũ.uisi.§. propter.
sicut autem reprobatur excessus,ita cõmendatur modestia vt
in litera,& dicit Laud. q modestia est tẽperantia in facto.mo
dus in dicto.& quo ad habitum monachorum dicit q qua-
tuor sunt notanda,vilitas,prætiositas,paucitas,superfluitas,vt
3 in nullo excedatur.† Quarto nõ. de almutijs. & dicit Pau.qđ
sunt coopertoria capitis.de forma autem non exprimitur.sẽ-
sus tamen literæ est , q almutiæ sunt tegmentum capitis vl-
tra caputium habitus. i. quod est pars habitus & simul se te-
nens.& de hoc infra in 6.notabili. Alicubi uocantur almutiæ,
quædam tegmenta.i.apta ad tegendum, quibus utuntur ca-
nonici cathedralium ecclesiarum quæ vario modo fiunt,sed
in Paduana ecclesia sunt ad modum caputiorum, & fiunt do
dorsis uarij ex parte supiori & suffultę,& sunt de paucis varij.
4 Quinto not.ibi , de pellibus.q licet monachis uti pellibus in
capite.quod intellige preterq̃ de uario. J.cle.seq.de alijs pelli-
bus dicit Laud.quod uti possunt.unde de pellibus cuniculo-
rum vel agnorum vel similium possunt uti prout commo-
dius hẽe possunt in regione illa. Sexto nota.ibi,caputijs habi-
tus , contra portantes habitum superiorem scissum a capu-
tio.& dicit Pau.quod forte sunt apostatæ & excommunicati.
ne cleri.vel mo.c.2.li.6.q rigidum est nec seruatur. & sufficit
quod apparentem habitum habeãt per quem cognoscuntur
essẽ monachi,litera tamen facit pro Pau.& tutum est et stare.
Sed contra facit litera sequens quæ permittit eos vti caputijs
& loquitur de caputijs ab habitu separatis.nam quando sunt
cum habitu,non sunt caputia, sed est habitus cum caputijs,
Pau.tamen intelligit q vtẽtur caputijs ultra caputiom habi-
tus,quod tutum est vt pdixi.sed alicubi nõ seruatur. Septimo
no.q caputia prædicta debent esse scissa.de hoc in gloss. apud
5 nos.& idem Pau.† Octauo nota.quod prohibetur monachis
vti sendato seu sindone pro foderaturis.& per hoc dicit Gen'
q non prohibet quin alio modo possint uti , ut ponendo ci-
tra collum subtus uestem,uel alibi honeste.& quia s̃.speciali
ter locutus fuit de caputijs & almutijs , non videtur in alijs p
hiberi sendatum , quæ si non fuissent specialiter notata,bene
comprehenderentur appellatione uestis, ff.de auro,& arg.le.
l.vetus.§.muliebria.& l.argumento.& ff.de uerb.signi.uestis,
No.

Nono no.de votis,& hoc in glo.& fm Laud.ista.s.vti pnussis
non faciunt verum monachum.at.de regula.porrectum.Ver
sus.Ampla corona,satis nigra vestis,vota rotunda,Non faciũt
monachum,sed mensa crimine nũda Decimo no.de septa
monasterij,& hic dr territorium abbatis.de sen.excom.cum
illorum.§.si vero claustralis,vbi de hoc per Host.& de elect.
6 dudum.2.pro hoc quod dixi de off.ord. quanto.† Vndecimo
no.ibi,scapulari.& dicit Pau.q scapulare est quod tantum spa
tulas tegit & pectus & est breue & apertum.vnde non præstat
impedimentum operibus intantum, vt cuculla vel floccus.
Duodecimo no.q scapulare ht loco cucullæ.patet ex eo q cer
to casu licitum est monachis vti eo solo.ex h.d.Lau.q si mo-
nachus vtitur scapulari solo in casu præmisso quo permittitur
portatio cappæ cum scapulari, licet portet faciendo cõ præce-
ptum huius cle.non tamen ex hoc incidit in pœnam ca.2.ne
cler.vel mo.lib.6.Opp.in eo q prohibet monachis ornatum,
nam munditia vel ornatus commendatur. de custo.eucha.c.
vlt.vbi de hoc glo.in verbo,exquisitum.soluit q hic prohibe
tur exquisitus ornatus,vt in litera,& non ornatus simpliciter,
& in ea ibi opponit.61.di.parsimoniam.& de vestibus & alijs
ornamentis clericorum & aduocatorum in Spe. de aduo.§.
sequitur.& per Thom.secunda secundæ.q.169.art.j.Secundo
oppo.in eo q statuit monachos vti debere triplici colore tan
tum,cum tamen in regula.155.dicatur q de colore non cau
sentur monachi.glo.hos tres soluit q non debent causari in-
ter colores permissos quales sunt isti tres quos permittendo
intelligitur de alijs prohibere.& idem Paul. arguit de condi.
& dem.cum ita legatum.24.q.2.sane.Tertio opp.in eo quod
prohibet ornatum cultelli & sic vr cultellum non ornatum
permittere,quæ tamen J.versi. præfatæ.simpliciter prohibet.
Solu.Pau.q hic permittit cultellum ad incidendum comesti
bilia,ibi prohibet cultellum ad feriendum.Quæro de intelle
ctu literæ in prin.ibi,ne in agro dominico.Solu.vt in glo.2.&
in ea.ibi,in domo.& hortum cõclusum & fontem signatum.
21.q.j.quoniam.ibi tua.2.& Psalmo.23.j.ad Corinth.18.13.q.
7 2.in ecclesiastico.& c.vbicunq;.†Secũdo quæro an quod hic
dicit de monachis nigris,habeat locum in alijs.glo.in alijs,q
non,præterquam in casu.J.c.sane.† Tertio quæro in eo quod
8 reliquit in dispositione abbatis quod monachi possint vti ca-
putijs,quãta sit abbatis potestas super monachos Lau.refert
aliquos dicere q nihil est ita præceptum seu imperatum in re
gula Benedicti quin ad dispositionem abbatis relaxari possit,
quia beatus benedictus dr ita ordinasse in regula.79.capitulo.
pro hoc.16.q.j.sunt nonnulli.refert alios dicere q regula seu
cõstitutiones monachos vlta præcepta diuina & alia commu-
nia non obligat ad culpam,sed tantum ad pœnam,& sic in di
spositione cuiuslibet de ordine est vel facere id quod sibi præ
cipitur in regula,vel in quantum transgrediatur,pillo satisfa
cere,quorum tamen opinio.redarguit Lau.quia isti frustran-
tur bonum obedientiæ q est tertium substantiale in religio-
ne.co.ti.cum ad monasterium.facit de tempo.ordi.ad aures.
23.q.1.quid culpatur.Item videtur ibi dare monacho velle,p
prium,cõ id 12.q.1.no.lo.non dicatis.de ele.quorundam lib.6.
dicit ergo q quo ad contenta in regula quæ sunt præcepti trã
sgressores voluntarij obligantur ad mortale,dic q super mu
tatis his quæ sunt in regula non habet abbas potestatem nisi
quatenus in regula permittitur.de tempo.ordin.dilectus.per
hæc declaratur glo.apud.& in ea ibi,caputio vtitur.vt per hoc
videatur velle q monachi vtantur. nam ex facto abbatis alij
sumunt exemplum.Steph.11.q.3.præcipue.de voto.magnæ.
Versus.Ordo cucullatus poterit tunc esse beatus,Si bibat flu
men,si discat amare legumen.Sed sæpe fabas spernit pro pisci
bus abbas.Consimiles mores cupiũt retinere minores.Quar-
to quæro in eo quod in ver.tursus.disponit respectu cõgrega
tionis.12.monachorum,quid si sunt pauciores,puta quinq;
vel sex? dicit Lau.q habet adhuc locum quod hic dr q abbas
vel prior portabit floccum.Oppo.ad hoc.J.ver.in alijs. Solu.
Laudu.q ibi quandoq; sunt plures non per modum conuen
tus,sed associationis.quæ solutio vr cõtra literæ in alio versi.in
alijs.ibi,non est tanta congregatio.& sic præsupponit q erat
aliqua congregatio.& hoc tenendo q magis cõsonat literæ,
ro est,qa vbi est maior cõgregatio,puta 12.vel plurũ,matio al-
titudo,s.eius pp exẽplũ aliorũ seruãda est.Quinto q̃ro de ĩtel-
lectu lfæ in,ver.in alijs.La.exponit in alijs q̃ in his in qb.nõ est
certus numerus,vel vbi nõ sunt soliti portare floccum.& fm
hoc fiet relatio ad ver.tursus.etiam in eo q dicit de abbate vel
priore.& erit sensus q vbi non sunt soliti portare floccum,ẽt
abbas vel prior poterunt portare cucullam clausam.vel secun
dum Lau.faciendo relationem ad proxima.& exponendo in
alijs.i.monachis claustralibus de quibus loquitur.s.ver.mona
chi vero.erit sensus q vbi non est tanta congregatio mona-
chi claustrales poterunt deferre cucullas clausas. prior autem
& abbas non intelliguntur inclusi in hoc versu.Genz.dicit q
verior est expositio prima,quod placet. aperte enim colligi-
tur ex litera in eo q aduersatur præcedenti quæ loquitur vbi
est congregatio 12.monachorum aut s.quo casu prior & ab-
bas portant floccum.deinde dicit in alijs monasterijs vbi non
est tanta congregatio,sufficeret q portarent cucullas clausas,
& sic oportet intelligi etiã de abbate vel priore, alias illa ver-
ba vbi non est tanta congregatio,inepte ponerentur,si relatio
fieret tantum ad versi.monachi.† Sexto quæro in eo q dixi s.
9 11.notabili,de scapulari,quid de monacho facto episcopo a q
a dimisso proprio habitu vel super ipsum portet rochetum, id
est illam camisiam albam quam portant episcopi,an incurrat
pœnam cap.2.ne cleri.vel monach.lib.6.dic quod sic,quia ta
lis habitus eis non licet.de vita & honesta.cler.clerici. nec in
hoc est absolutus a regula,vt no.Lau.de cẽsi.cle. ad nostrum.
vbi dico in prin.q.2.

ADDITIO.

a Quid de monacho facto episcopo. Adde glo.in c.sanctimonialis 23.dist glo.
in c.nous actione.16.q.7 glo.in c.de monachis.16 q.j.Doct.in c.pe.de vi.&
hone.cle. Pau.de Leazar.in cle.ad nostram.de censi.
Vincent.God. Monachus promotus ad episcopatum vel Cardinalatum po-
test mutare habitum si velit.Io Bert.in tracta. de episcopo in 1 parte prin-
cipali quod habetur in lib.4 tract fol.15.& fol.21.22.23 & 24 nu.67.& 72.
habetur in lib.4.tract.& Hor.in l.sed & si quid.§.mancipiorum in fin. ff.de
vsufruct.

SVMMARIVM.

1 *Singuli verbum, quando ponitur post dictionem omnes, vide subti-
liter.*
2 *Monachi possunt ex causa abstinere a communione eucharistiæ.*
3 *Confitendi habens propositum & præuentus morte non confitetur, an
præsumatur damnatus.*
4 *Religiosi nõ monachi, an sint adstricti dispositioni huius cle. ne in agro,
§ sane.*
Quid autem de monialibus.
5 *Festum solenne si occurrat prima dominica mensis, an monachi teneantur communicare?*
6 *Quid si monachus non sit in monasterio prima dominica mensis, an tenebitur communicare.*

1 §.Sanè. †No.illa verba,omnes & singuli.& dicit Pau.q
additum fuit,& singuli.ad cautelam, ne friuola
occasione aliqui dicerent sub vniuersali vocabulo singulares
personas non comprehendi tanq̃ aliud sit vniuersitas, aliud
singuli.12.q.2.manumittitur. vel dicerentur se non teneri si
essent iusta causa excusati quidam eorum,vt sic aliquib impe
ditis omnes excusarentur,in etiam si non esset verbum,& sin
guli.ex mente comprehenderentur singuli etiam singulari-
2 ter considerati.†Secundo no.q ex cã possunt monachi absti
nere a communione eucharistiæ.p hoc de pœ.omnis.& cum
subest cã bene est vt abstineant,alias iudicium sibi manduca-
rent.de conse.di.2.c.timorem.& hoc donec reddant se habi-
les abstinendo a peccato pp q erant inhabiles,& ad hoc com
pelli possunt.de conse.di 2.& si non frequentibus.& c.siquis.
Op.in eo q singulis mẽsib.pcipitur monachis,vt communi-
cẽt,cum alias præceptum sit solum semel in anno.de pœ.om
nis.Solu illud in laicis,vt dicit glo.2.& in hoc standum.c.om
nis.vbi dicitur quod saltem semel in anno debet quilibet cõ
fiteri & communicare.& dicit q laici confitebuntur suo cu-
rato.d.c.omnis.sed ẽt epo possunt confiteri,ẽt inuito curato,
vt no.Arch.11.q.3.qui resistit.in monachis autem dic q hoc
q debeant confiteri & communicare omni mense, inducit
hæc cle.propter rationem de qua in ea.glo.ex hoc no.q Papa
hẽt potestatem disponẽdi super sacramentis,quondam.n.di-
spositum fuit q saltem ter in anno communicarent.de con-
se.di.2.& si non frequentius.postea fuit dispositum quod sal-
tem semel.d.c.omnis.& aliter quo ad monachos disponitur
hic.ex hoc inferunt aliqui q Papa posset omnino tollere sa-
cramenta.quod dicit Lau.non esse verum,licet possit aliqua
circa ipsa de nouo ordinare.de hoc de pœn. dist.5.in summa.
Secundo op.ad idem quia saltem tempore generalis interdi-
cti debent monachi abstinere a communione. de spon. non
est.de pœni.quod in te.de sen.excom.responso.& co.ti.alma.
§.quia vero.& §.adijcimus.& §.in testiuitatibus. & §.cæteris.
lib.6.Solu.Laud.laudo contrario dicens q licet semper com
municent singulis mensib.hoc tamen fallit tempore interdi
cti,vt in contrarijs. Quæro qualiter computabuntur menses
hoc casu.Genz.arguit q cum hic agat de animæ fauore com
putabuntur per quatuor hebdomadas fm communem vul-
gi opinionem.de hoc de sup.neg.præla.licet.dic q computa-
3 buntur eo modo quo dicitur in glo.de elect.si.lib.6.†Secun
do quæro si quis habet propositum confitendi, & præuen-

tus morte nõ confitetur, dicit Mat. ꝙ audiuit ab Archi ꝙ nõ
ex hoc erit damnatus. & hoc dummodo moriatur contritus.
de pœ. di. 1. §. 1. ver. Petrus. pro hoc quia sacramẽtũ pęniten-
tię nõ est præcise necessitatis, & sufficit quod non contemna
tur, ut no. de transac. ueniens. pro hoc de pę. distin. 5. in sum-
4 ma † Tertio quæro, an quo ad alios monachos q̃ nigros pce-
dat ꝙ hic dicit de ꝓfessione & cõmunione. gl. 2. dicit sub du-
bio, quod sic. Pau. dicit hoc sine dubio dicens ꝙ hæc interp̃ta-
tio est honesta & expediens. Steph. dicit ꝙ licet hoc sit hone-
stũ, tñ si non seruẽt hanc ꝯstitutionẽ, non peccant, dũmodo
seruent c. omnis vtriusque. de pęni. primũ cõmunius. licet. n.
hæc ꝯstitutio principaliter disponat de monachis nigris, tñ
& in aliis locũ habet quo ad hunc. §. ut no. s̃. ea. cle. in gl. 4. vbi
dixi q. 2. Quarto quæro, an quod dicit de monachis, locũ ha-
beat in monialibus. Lap. ꝙ sic, qa masculinum cõcipit fœmi
a ninum a. 17. q. 4. si qs suadente. de elec. generali. lib. 6. ꝙ dixi de
5 elec. cle. 1. q. 1. & tribus sequen. † Quinto quæro si prima do-
minica mensis occurrit festũ solenne, puta resurrectionis. gl.
nõ pnto, dicit ꝙ non per hoc omittitur cõmunio. & idẽ Pau.
nam quanto maior est solennitas, tãto studiosius disciplina
regularis est obseruanda. eo. ti. cum ad monasterium. §. in re-
6 fectorio. facit de obserua. ieiu. c. fi. † Sexto quæro si contingat
monachum non esse in monasterio prima dñica mensis, an
tenebitur communicare. Gen. quod non, propter verbum, in
monasterij, quia non repetit quod s̃. eo. §. dicit rã in monaste
rijs q̃ extra. quæ uerba ponit respectu confessionis. & est rõ di
uersitatis, quia plus est necessaria confessio q̃ est pars pęnitẽ-
tię pp pronitatem ad peccandum q̃ cõmunio sine qua quis
saluus esse põt. pro hoc quod no. de transac. ueniens. ſm eum.
hæc ratio vltima non urget. nam vt dixi. s̃. q. a. etiam sine pæ-
nitentia quis potest saluari, dummodo non contemnat. vera
est autem ratio præcedens ꝙ plus necessaria est confessio quę
est pars pœnitentię.

ADDITIO.

a Masculinum concipit fœmininum. Adde quę dixi in apostilla. sup. in cle. j. de
elec. in 2 q.
Vin God. Adde Ruy. consi. 22. nu. 14. lib. 3. quando autem non concipit fœ-
mininum Ruy. consi. 130. nu. 14. lib. 2. & consi. 145. nu. 11. & 12. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Gramatica ignorantia non repellit a monachatu.*
2 *Viri literati si non sint in monasterio an sit necesse exponere regulam vulgariter.*

Regula. Habet duo dicta. ſm ibi, nouitijs iuniores. a[l]s
minores. Gen. qui exponit. i. scolares seu ser-
uitores ecclesiæ de fot. compet. nullus. & minores. i. nondum
in regula expertos seu instructos. No. de regula exponẽda vul
gariter, quod fit ad plenam eius notitiam. sic & alibi statui-
tur ꝙ lex per cõsequentiã literarũ. i. sine aliqua abbreuiatura
scribat. C. de uete. iu. enu. l. 1. in fin. Ex hoc infert Pau. ad exa-
minationem testiũ quibus capitula debent legi vulgariter si
nõ intelligũt literaliter. & debent eis exponi de verbo ad uer
1 bũ, vt no. in Spe. de teste. §. nunc tractandũ. post prin † Secun-
do no. ꝙ ignorantia gramaticæ, nõ repellit quẽ a monacha-
tu. ꝙ singulariter no. putat tñ Steph. ꝙ repellatur a canonica-
a tu a ecclesiæ cathedralis. at. de æta. & quali. c. fi. de cõsan. & affi.
c. 1. de rescrip. statutum. §. 1. & c. si eo tempore. li. 6. vbi de hoc
per Archi. Oppo. quod non sit opus instruere monachos in
diuinis officiis. 16. q. 1. alia. & c. legi. Sol. Pau. ꝙ illa procedebãt
olim cum monachi erant laici & illiterati. hodie secus, vnde
2 debent instrui in diuinis officijs, vt hic. † Quęro si in monaste
rio nõ sunt literati, an necesse erit regulam vulgariter expo-
ni. glo. vbi ergo. dicit ꝙ non. idem Gen. arg. Insti. de iust. & iu.
§. his igitur. Secundo q̃ro de intellectu verbi nouitijs. Solu. vt
in gl. id est. & in ca ibi professi. nam in eis subest maior ratio.
Tertio q̃ro de intellectu uerbi, fidelis. Sol. vt in glo. pen. & di
cũt idẽ Gen. & Lau. quod debet esse fidelis, id est catholicus,
ne ob suam infidelem sectam corrumpat discipulorũ vitã, &
eius instructio contemnatur. 3. q. 7. §. porro. ad fi. & c. iudices.
Item fidelis per diligentiam & eloquentiam seu doctrinam.
arg. ff. de dona. l. Aquilius.

ADDITIO.

a Quod repellatur a canonicatu. Adde Arch. in c. statutũ. in §. 1. & in c. si eo tẽ
pore. de rescrip lib. 6. Doc. in c. j. de consang. & affi.
Vin. God. Grãmatica falsa uitiat literas principis. Bal. in c. ad audientiã. de
resc. non tamen uitiat testamentum, Ruy. consi. 155. nu. 2. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Monachi non debent interesse venationibus.*
2 *Dominus qualiter teneatur de facto familia.*
3 *Venatio quo. [?] lex sit.*
4 *Clericus si intersit in duello sola præsentia, an fiat irregularis.*

§. Porro garenas. Vulgare Gallicorũ. dicitur
a guardia seu custodia quæ
fit ibi de animalibus. quo casu, id est in quibus casibus cũ sint
multi. vel quo casu. s. cuiuslibet pręmissorũ. Genz. & dic quo
casu. s. quando habent saltus, vinaria vel garenas, vel ius venã
di in alienis. Pau. Nota differentiam inter venationes & aucu
pationes. de hoc in gl. 2. & dicit Lau. ꝙ est & aliud genus vena
tionis quo utuntur ioculatores qui per adulationes acquirũt
munera a potentibus. 86. distin. donate. & c. qui venatoribus.
1 † Secundo no. ꝙ nõ licet monachis a interesse venationi vel
a aucupationi, sicut non licet eis venari uel aucupari. ratio ſm
Lau. quia exhibendo p̃sentiam quodã mõ ꝯsentiũt. de exces.
p̃la. ex literis. de bap. cle. p̃senti. vbi de hoc. Ex hoc arguit Lau.
ꝙ clerici non dẽnt interesse ludis, ostentationibus, duellis, exe
cutionibus damnatorum ad mortẽ, clandestinis matrimo-
nijs, & alijs voluptuosis seu alijs inhumanis actibus laicorũ.
arg. C. de epis. & cle. authen. interdicimus. ne cler. vel mon.
sententiam. & de hoc j. q. 3. Tertio no. alternatiuam ibi, aut
canes. ex qua colligit Pau. ꝙ non licet monachis habere ca-
nes vel aues venaticos, etiam si eis non vtantur. concor. de cẽ-
a si. apostolus. de cele. mis. clemen. r. † Quarto no. ꝙ dominus
tenetur de facto familię. de hoc in gl. tenetur. & qui sint fami
liares, no. de testi. in literis. de ver. sig. sicut. li. 6. & hoc no. Lau.
ꝯ eos qui peruersam familiam tenent, quia si quid mali per
petrabitur per ipsam ipsi tenentur, nec audientur allegantes
ignorantiã. Potuerunt enim cogitare illud euenire posse. arg.
2. q. 7. negligẽte. de simo. licet. in princip. & dicit Pau. ꝙ hic
prohibentur familiares tenere canes venaticos ut ostendatur
honestas dominorum ex persona familiarum, & ne conse-
quantur domini ex persona familiarium id quod per se non
possunt, & in hac gloss. ibi, cum ad sedem. de sponsa. non est.
Quinto no. casum in quo licet per alium ꝙ non p se. possunt
enim monachi p alios venari in casu de quo in hoc ver. in fi.
& prohibetur ipsis personalis interessentia ne intersint secu
larib. negotijs. 11. q. 1. te qdẽ. ne cler. vel mona. per totum. Op.
ad hoc ꝙ imo eo casu quo monachi habent venationes, pos-
sit ẽt p se exercere, ut no. Host. de cle. ve. c. 2. So. vt in gl. repro-
3 bat. † Quæro quotuplex est uenatio. dic ꝙ duplex p ea q̃ dixi
s̃. in 1. notabili. & plenius dicit Matt. ꝙ q̃dam est uenatio op-
pressiua. quædam arenaria. quædam saltuosa. De oppressiua.
vi. distin. §. vlti. & illa est illicita. De arenaria. ff. de postu. l. 1. §.
idẽ senatus. 86 dist. qui uenatoribus. cũ duobus seq. De saltuo
sa q̃ fit in syluis & saltibus, dicit Mat. ꝙ illicita est ex tempore
in quadragesima, & tempore ieiuniorum, nisi in necessitate.
23. q. 8. si nulla. 86. dist. an putatis. Est etiam illicita ex personis
scilicet religiosorum, vt hic & clericorum. 33. distin. quorun
dam. laicis uero licita ob necessitatem viuendi non ob volu-
ptatem, ponere autem laqueos & rhetia sine strepitu & cla-
more & canib. licet clericis. de conse. dist. 5. nunquam. de hoc
86. dist. qui venatoribus. sed non religiosis, vt hic. Item licet
quandoque clericis causa recreationis venari, vt no. Innocen.
de elec. dudum. 2. Secundo quęro, quare licet clericis piscari,
& non venari. dicit Mat. ꝙ ideo, quia piscatio fit sine clamore
venatio non. vel quia maior delectatio in venatione quam in
piscatione. & ideo in venatione nihil potest de diuinis cogi-
tari. de hoc. 86. dist. Esau. & per Hostiẽ. in summa. de cle. vena.
4 §. quæ, & quibus. uer. vtilitatis. & seq. † Tertio quæro in eo ꝙ
sup. dixi in secundo notabili de præsentia personali non exhi
benda per clericos in duellis, an sola p̃sentia exhibita in duel-
lis inducat irregularitatem si mors inde secuta est. Dicit Lau.
videri quod si clericus venit causa associandi alterum de pu-
gnatoribus & in animo gerit q̃tum in se est, de fauẽdo ei quẽ
associat irregularis fit. de homi. sicut. §. illi. & §. clericos. sola
autem nuda præsentia non facit eum irregularem licet pec-
cet, vt no. ne cle. vel mo. sententiam.

ADDITIO.

a Non licet monachis Adde Inn. in c. dudum. el 2. de elect. & in c. Esau. 86. di.
& tex. in c. videns homines. ea. di. & in c. an putatis. ea. dist. & in c. 1. & per to-
tum. de cle. vena. & quod venatio sit permissa religiosis, vide gl. 1. in d. c. 1. &
ibi & Abba. & in quibus casibus sit permissa uenatio religiosis & clericis se-
cularibus, est gl. in verbo personalem. in ista cle. ne in agro. & Archid. in cap.
quorundam. 34. dist.
Vin. God. Venari an & quando liceat. Benedic. in Repe. c. Raynutius; co. 4. de
testa. & ibi an Domini temporales possint prohibere. idem Benedic. in capi
tul. Raynutius, col. 2. Dec. Prec. meus late. consi. 197. In casu Inquisitionis
libro 1.

SVMMARIVM.

1 *Suspensi a collatione beneficiorũ si conferãt, an efficiantur irregulares.*
2 *Administratio, & beneficium qualiter differant.*

3 In.

2 *Inhabilitas ad beneficium, de qua hic, an procedat in quolibet beneficio.*
4 *Inhabilitatus ad beneficium si beneficium recipiat, an fiat irregularis.*
5 *Inhabilitas de qua in cle. ne in agro, versi. si qui. de sta. mo. quanto tempore durat.*

Si quis. Præmissorum omnium supradictorum de quibus puniri debent 3rium facientes sm regularē disciplinam, vt J. sequitur Matth. No. de temeritate puniēda. ne cle. vel mo. c. 2. lib. 6 & credit Laud. illum dici temerarium qui scienter & ex ꝓposito & sine causa rationabili aliquid de prohibitis facit, vel præcepta cum potest facere negligit. arg. 17. q. si quis suadente. de sent. excommun. c. 1. & c. quantæ. Secundo no. de regulari disciplina. & dicitur regularis illa quæ continetur in regula vt dicit glo. 1. & cessante regula succedit pœna arbitraria. de offi. deleg. de causis. Tertio no. de sotularibus corrigiatis. & dicit Pau. quod corrigiæ ponuntur ad ligandum, & facit secundum eum contra illos qui corrigias ponūt solum ad apparentiam, vt cum bottonibus vel bullis eos ligant. hoc enim non est de mente huius constitutionis, alias tales corrigię ponerentur superflue. omnem autem superfluitatem hæc constitutio prohibet, vt patet in prin. & procedit hoc, nisi portet æstiuales, quia tunc ad istos non tenentur. supra in prin. in ver. æstiualibus, vbi datur eis optio. Pau. Quarto not. differentiam inter administrationem, & ecclesiasticum beneficium, quod dico infra q. 1. Quæro quid importet hæc pœna in eo ꝙ sunt suspensi a collatione, dic quod illud quod verba sonant. vnde secundum Laudu. non sunt suspensi a susceptione beneficij. simile de cle. excommunic. cap. fin. & sic interim gaudebunt suis beneficijs, & poterunt alia acquirere, carent tamen per annum hoc fructu qui est conferre, cum ēt collatio sit fructus. not. de in integrum restitu. c. 2. & hoc pro-
1 pter suspensionem de qua hic † Secundo quæro an isti suspēsi a collatione si conferunt, efficiantur irregulares. Laudu. & Genz. quod non, quia hæc non est talis suspensio quæ a claue procedat, sed est quædam subtractio fructuum beneficij pro parte, vt in proxi. q. simile de ætat. & qualita. cle. vt hi qui. pro hoc quod not. Innoc. de renun. nisi. in gloss. irregularis. in fin.
2 † Tertio quæro in eo quod dixi in 4. nota. quæ differentia est inter beneficium & administrationem. Solu. administratio non importat titulum beneficij, sed beneficium sic. & dicit Laudu. quod pro administratione debemus intelligere perceptionem temporalium fructuum, non autem spiritualium officiorum, & sic pœna ista consideratur secundum præcedētes & sequentes. arg. ff. de lega. 1. si seruus plurium. §. fi. de app. secundo requiris, quæ tantum tendunt ad subtractionem obuentionum, & sic tanquam odiosæ debent restringi. de pœn. dist. 1 ꝓpœnæ. alias si Papa intellexisset de spirituali officio administrationis, vt si est cantor a cantoria, vel archidiaconus a suo spirituali officio, hoc expressisset sicut exprimit de solu. c. 2. in fi. pro hoc quod not. de ele. cum in cunctis. §. clerici. dicit etiam Laudu. ꝙ hoc quod dixi de administratione temporalium, optime locum sibi vendicat in monachis albis & hospitalarijs & similibus qui habent vt in pluribus gratias in quib. nihil spiritualitatis est, sed temporalia tantum, licet ibi quandoque sint capellę & oratoria in quibus audiunt diuina, nam propter hoc non accrescit eis aliquid spiritualitatis, cum sint ibi per modum accessorij, & cum vniuersitate vendi possunt,
3 de censi. authoritate, de iurepatr. ex literis. † Quartu quæro an hoc quod dicit de inhabilitate ad beneficium, procedat quo ad quodlibet beneficium. dic quod sic. vnde secundum Pau. procedit in curato & non curato. & facit quod no. de elect. vt circa. lib 6. de episcopatu tamen arguit Paul. quod non comprehendatur, quia nomine beneficiorum non comprahenditur. de excess. prela. dilectus. est enim culmen dignitatum. de preb. venerabilis. cum olim. Contrarium tamen tenet, quia si indignus est minori, fortius maiori. de elect. cum in cunctis. & quod no. eo. ti. scriptum. 12. dist. nos consuetudinem. Et in hoc dicit Lau. ꝙ in quibuscunque rebus constat beneficium ea quo est Deo dicatum, cēsetur beneficium ecclesiasticum. 1. q. 3. saluator. de excep. cum venerabilis in fi. vnde dicit ꝙ in litera ibi, administrationem & beneficium, est inculcatio verborum potius quam diuersitas, quod procedit capiendo beneficium large, sed capiendo stricte cum differant administratio & beneficium, vt dias in proxim. q. non est inculcatio, sed
4 diuersitas. † Q[illegible] to quęro si talis inhabilitatus ad beneficium, susceperit beneficium an erit irregularis. Laud. quod non, cum hæc inhabilitatio non procedat a claue. pro hoc quod dixi. s. qō. 2. collatio tamen non tenet, nec facit fructus suos, & alias tanquam transgressor puniri potest. ar. 4. dist. deniq3. de cler. excommu. postulastis. de cle. commissa. lib. 6. Sexto quæro si habebant administrationem tempore suspensionis & durante suspensione intra annum reuocantur ad claustrum, an erit locus alteri pœnæ quod sint inhabiles. Pau. quod non. sufficit enim quod ab initio fuerunt capaces suspensionis. quod in-
5 nuit verbum, obtinet, scilicet tempore talis delicti. † Septimo quęro. quanto tempore durat inhabilitas prędicta. Pau. quod perpetuo, cum tempus non adijciatur. pro hoc quod not. de rebus eccle. non alien. clem. 1. & in hoc videtur scriptura esse corrupta. exprimitur enim in litera tempus anni, & sic per annum tantum durat.

Si qui. Quæro an super inhabilitate de qua hic, posset episcopus dispensare. Paul. quod sic, cum hoc sit minus a[illegible] alterio in quo dispensat. de iudic. at si clerici & in Specu. titu. 2. §. nunc de episcoporum. versi. verum vt tanta. Contrarium videtur notari infra de hære. cle. 1. in glo. de dispensatione. & hoc ex quo pœna ista est ad tempus determinatum, vt ibi not. quod videtur verius. & de hoc de tempo. ordinan. dilectus. per Innocent.

SVMMARIVM

1 *Collatio beneficiorum si spectat ad aliquem iure deuoluto, debet illum facere cum consensu capituli.*
2 *Collatio beneficiorum, an deuoluatur ad collegium seu conuentum propter negligentiam prælati.*
3 *Abbas si mortuus sit, an tota eius administratio transferatur ad conuentum.*
4 *Collatio beneficiorum sicut deuoluitur ad conuentum, an ita deuoluatur reuocatio ad claustrum.*
5 *Deuolutio collationis beneficiorum ad quem fiat abbate negligente, si non est prior claustralis in monasterio.*
6 *Quid si nullus est prælatus post abbatem.*

1 **Abbate.** † Not. ibi, cum consilio & assensu, ꝙ quando collatio spectat ad aliquem de iure deuoluto debet facere cum consensu capituli. ꝙ dicunt Gen. & Matth. procedere, quando de maiori prælato ad minorem deuoluit, vt hic. Idem tamen dicit Matth. etiam econuerso quando de minori ad maiorem. de his quæ fi. a præla. nouit. quanto. nisi quando de capitulo cathedrali ad episcopum deuoluitur. de hoc de elec. ne pro defectu. Secundo no. ex hoc quod collatio spectat de iure communi ad prælatum cum consensu sui capituli, pro hoc de his quæ fiunt a præl. ea noscitur quod dicit Paul. verum in casu isto scilicet quando ad priorem claustralem fit deuolutio vt hic, alias secundum eum collatio beneficiorum spectat ad prælatum & capitulum. de hoc dixi de ele. cum ecclesia. vbi tenui quod de iure communi spectat ad prelatum cum consilio capituli. Oppon. ꝙ non fiat deuolutio ad priorem claustralem suspenso abbate, sed procedatur, vt dicitur ne sed. vacan. c. vnico. lib. 6. glo. stat contrario dicens illud
2 generale. fallit hic. quod dic in seq. q. † Quæro an propter negligentiam pręlati collegiatæ vel conuētualis ecclesiæ deuoluatur collatio seu præsentatio ad collegium seu conuentum. videtur quod sic per hanc cle. quod videtur tenere Lap. Contrarium tenet Laudu. hic & de sup. neg. præla. clem. vnica. ad hanc literam respondet vt dixi in pręcedenti contrario, quod specialem ꝓuisionem continet nec debet extēdi. ar. de priui. sane. nec bene arguit de suspensione ad negligentiam. de concef. præben. quia diuersitatem. sicut nec de morte ciuili ad naturalem. 16. q. 1. placuit. vel tenendo quod hæc litera ponat regulam ad clem. vnicam, de sup. neg. præla. quæ videtur obstare. dicit Laud. quod ibi collatio spectabat ad prælatum & conuentum simul, ideo fit deuolutio ad diœcesanum. de concess. præben. postulastis. Concludit tamen Laud. quod hic speciale in hoc quod deuolutio fit de abbate ad conuentum. quod placet. nec ob. c. vnicum. ne se. va. de quo in proximo contra-
3 rio. † Secundo quæro an mortuo abbate tota eius administratio spiritualis, & temporalis transeat ad conuentum. videtur quod sic. de consuetu. cum dilectus. in princi. vbi de hoc, & in restit. in integ. c. 2. vbi de hoc. de reg. c. vnico lib 6. quod tenet Laud dicens sic seruari de facto, exceptis tamen specialib. casibus qui vacante monasterio prohibentur exerceri, sicut alienare, litigare, beneficia quę ad solum prælatum spectant con
4 ferre, & similia. ne se. vac. per totum. † Tertio quæro an sicut fit deuolutio ad conuentum de collatione beneficiorum, ita etiam deuoluatur reuocatio ad claustrum, si talis est beneficiorum conditio, secundum id quod habetur de sup. neglig. prælat. quia regulares. Paul dicit satis videri quod sic, argum. 16. quæstio. 1. vilis, quia hic deuoluitur collatio non tantum in illa vacatione, sed toto tempore anni vel biennij, quo durat suspensio, vt in versi. præcedenti. pro hoc quod not. de re-
5 nun. c. vlt. glo. 1. † Quarto quæro si in conuentu non est prior claustralis ad quem fiet deuolutio. de qua hic. dicit Lap. quod ad prælatum maiorem post abbatem, vt in constitutionibus Benedicti 12. super ordine monachorum nigrorum beati Benedicti sub rubrica de [illegible] ac [illegible] tionibus, circa fin.
6 † Sexto quæro si nullus est prælatus post abbatem. dicit Lap.

a quod fiet deuolutio ad eum qui est maior in ordine vel antiquitate. de maio. & obed. c. j.

A D D I T I O.

a Quod fiet deuolutio. Inn. An. de But. Io. de Imo. & Abb. in c. j. de ma. & obe. Ant. de But. c. cum nobis olim in 6. col. de elec. Bal. in c. j. in 6. co. de iud. in c. quoniam contra. de proba. in 16. col. Abb in c. quæsiuit. de his quæ fi. a maio. par. capitulo.
Vinc. God. Deuolutio quid sit & quando ad superiorem fieri non possit Io. Franc. de eis. & potestat. sed. vac. q. 3. fol. 19. num. 3. in lib. 9. tract.

S V M M A R I V M.

1 *Monachi non debent discurrere per curias principum.*
2 *Monachis potest aßignari certa pensio vel subuentio.*
3 *Proditor est qui secreta sibi commißa reuelat.*
4 *Licentia specialis requiritur in certo casu, de quo vide.*
5 *Monachi an ex aliqua causa possint eijci de monasterio.*
6 *Quid si abbas & monachi expellunt monachum de monasterio, an poterunt retinere bona quæ monachus expulsus attulit in monasterium.*
7 *Monachus expulsus de monasterio, an poßit petere victum.*
8 *Romanus aliquis si fecit se monachum Capuæ, an monasterium quod ingressus est, habebit bona ipsius.*
9 *Monachus ingressus si contrahat cum aliquo, cum quo aget contrahēs.*
10 *Monachus si deliquit ante ingressum, coram quo conueniri debet.*
11 *Monachus cui potius obedire tenetur episcopo vel abbati.*
12 *Monachus si est [illegible], an potest agere ciuiliter vel accusare.*
13 *Monachus si vagatur per curias principum de licentia abbatis & aliqua lucratur, si postea ingreditur aliud monasterium, quod monasterium habebit illa bona quæsita, vide.*
14 *Quid si abbas non vult recipere monachum ægrotantem, & monachus vagando multa acquirit.*
15 *Abbas si repetit monachum, an sufficit quod probet poßeßionem.*
16 *Attentans ad delictum, an teneatur pœna delicti.*

Quia vero. No. ad id, de quo in glo. j. & in ea ibi, ver. clericos. ubi arguit cōtra clericos & alios religiosos existentes in curiis principum qui eos infamant contra ecclesias & prælatos, & concordat de homi. sicut §. qui vero. Secundo no. quod licet principium huius cle. locum habeat in monachis nigris tantum, de quo. s. ea. cle. in prin. in 4. glo. tamen quo ad hunc §. locum habet in canonicis regularib. de hoc j. glo. 4. Tertio no. ibi, fingentes, quod fictio reprobatur quæ procedit de mala. secus de bona, quod me. cā c. j. vbi de hoc. Quarto not. ex hoc quod cessante fictione possunt esse extra monasteriū. si enim non possunt morari in suo, possunt ad aliud transire.
1 7. q. 1. pastoralis. argum. de reg. c. vltim. † Quinto no. quod non licet monachis discurrere per curias principum. de hoc in glo. in versi. curias. quam singulariter not. quo ad abusiones quas enumerat. Et dicit Pau. quod isti discurrentes veniunt contra ethymologiam monachatus. 16. q. j. lege. repugnat. u. eis esse in curiis etiam si sunt tanquam officiales. ea. q. de præterea. ne
2 cle. vel mon. c. 2 † Sexto no. quod monachis potest assignari certa pensio vel subuentio vt in litera Et secundum Lau. hęc cadunt in monachis habentibus administrationem. de rescriptis. cum dilecta. de simo. cum essent. alias non, quia quod est communis vtilitatis propriis cuiusque vsibus applicari non debet. de pręben. ratio. vitanda ergo est talis pensio in monasteriis ad euitandum vitium proprij, quod est contra vnum de substantialibus regulæ. de sta. monac. cum ad monasterium. Versus.

Nil proprium sit vitium, communia quæque.
Sic loquimur, sed non fruimur communibus ęque.

initio non habuerit patronos,vel quod poſtea facta ſit libera,
non poteſt laicus cum titulo dato a quocūque citra Papam
hoc pręſcribere.in dubio vero quando non conſtat,an eccle
ſia habuerit patronos vel nō,pręſcribere poteſt patronatum
b vel ius præſentandi per tempus de cuius contrario b non ſit
6 memoria,iura ibi allego.† Sexto quæro in eo, quod dicit de
hæredibus patroni,an procedit qualeſcunque ſint hæredes.
gl.pe.ꝙ ſic,dicens non referre an ſuccedat ex teſtamento,an
ab inteſtato,an ſint maſculi,an fœminæ,quia nomine hære
dis omnes intelliguntur,ff.de verb. ſig.hęredis,& hoc de pa-
tronatu eccleſiarum,de quo hic:de patronatu vero liberto-
rum quidam,vt refert Pau.dicunt ꝙ non tranſit in extraneū
per l.filii.ff.de iurepa.de ope.li.fabriles.& l.operarum.ꝓ hoc
quod no.j.§.proxi.in gl.1.Sed hoc eſt verum, niſi quo ad q̄-
dam iura,quod dic,vt no.gl.in d.l.filii.& plenius Pau.in d.q.
diſputata quæ incipit,patronus.vbi etiam tractat an patrona
tus tranſeat in maritum ratione dotis ſi vxor dedit hæredita
tem in dotem ratione cuius ipſa erat patrona,& concludit ꝙ
non,dicens ꝙ tunc tantum tranſit ius patronatus cum vni-
uerſitate quādo eſt talis res quæ ſine expreſſione ptinet uni-
uerſitatem,vt villa,caſtrum , vel alia vniuerſitas , vt hęredi-
tas quæ transfertur titulo vniuerſali,quia tunc non eſt neceſ
ſe tradi poſſeſſionem rerum ſingularium,ſed adita hęredita
te efficitur dominus.ff.de acquiren. poſſ. cum in hęredes.in
prin.ſed vbi donatur vel venditur hæreditas dominium rerū
ſingularium non tranſit ad donatarium vel emptorem ſine
traditione ſpeciali cuiuslibet rei.C.de hær. vel act. ven.quī ti
bi.& ſic ſi tranſiret iuſpatronatus,trāſiret ſingulariter.quod
eſſe non poteſt,eo.ti.de iure.& c.cum ſeculum. Io.An. tenet
etiam hoc caſu ius patronatus tranſire cum vniuerſitate,qd̄
dixi in d.c.ex literis.q.11.vbi vltra Io.An.reſpondeo ad ratio
nem Pau.ꝙ hoc caſu poterit fieri traditio iuris patronatus,
quia non fuit ad ineundum nouum contractum, ſed ad con
firmandum iam initum.ſufficit ergo ꝙ ab initio fuit transla
tum cum vniuerſitate,vt ſpectemus initium.de elect.dudū.
7 1.quod plenius dic,vt dixi in d.c.ex literis.† Septimo quæro,
præſuppoſito ꝙ patronatus eccleſiæ tranſeat in quemlibet
hæredem,vt dixi.ſ.q.proxi.quid ſi filius renunciat hæredita
ti paternæ.gl.16.qō.7.conſiderandum,dicit ꝙ per hoc perdit
ius patronatus.Brixi.ibi contra,& verius,quia tranſibit cum
8 vniuerſitate,vt dixi.ſ.qō.proxi.† Octauo quęro ſi damnatus
c pater c ob maleficium,an ex hoc perdit filius iuſpatronatus.
Solu.vt no.16.q.7.filiis.in gl.1.quæ dicit ꝙ etiam per iudicē
laicum poteſt quis priuari patronatu ſub vniuerſitate.ſed de
per ſe non.& ſic videtur ꝙ cum viuentis non ſit hæreditas,
de conceſſ.præben. c.a.licet ob maleficium ſint bona confiſ-
cata,non tamen in fiſcum tranſeat ius patronatus.pro hoc ꝙ
no.ibi Arch.& c.q.conſiderandum.vbi dicit quod patronus
non poteſt renunciare iuri patronatus in præiudicium hære
dis legitimi,& ſic ob maleficium priuari debet filius,quia ex
facto patris non debet præiudicari filio. quod non procedit,
quia ex quo ius eſt in patre,non agitur de præiudicio filii,qa
nullum ius habet in patronatu patre viuente , cum ēt patre
defuncto non trāſeat in filium,niſi cum hæreditate,pro hoc
quod dixi.ſ.q.6.& pro hoc quod dicit Matth.dicens ꝙ patre
viuente filii non poſſunt præſentare, ſed tātum eo defuncto
vt hic. Item quia tranſit ius patronatus in filium , non quia
ſit filius, ſed quia hęres , non tranſit etiam in extraneum, vt
d dixi.ſ.q.6.Ex hoc infertur ꝙ ſi confiſcantur bona d patroni,
tranſibit in fiſcum etiam ius patronatus . nam ea quæ tran-
ſeunt ad hęredem extraneum,tranſeunt etiam in fiſcum,ff.
de bo.dam.l.1.2.& 3.& quod ibi no.& quod no.Bar.ff.de dā.
inſe.ſi finita.§.ſi de vectigalibus,& tranſibit cum vniuerſita-
te bonorum ipſius damnati.vel dic ꝙ ius patronatus redibit
ad eccleſiam.arg.de pœn.in quibuſdam.& c.felicis.li.6. quæ
iura quamquam loquantur quando iniuria irrogata eſt ec-
cleſiæ, tamen generaliter poſſunt intelligi quandocunque
bona patroni confiſcantur.ar.illius cap.felicis.conſuluit Bar
to.& Saly.quod confiſcatis bonis vaſalli ob crimen lęſæ ma
ieſtatis feudum reuertitur ad eccleſiam. Et hæc opinio.licet
non probetur omnino in dictis iuribus , tamen quia fauora-
bilis eccleſiæ,ſuſtineri poteſt.& de hoc dico infra de hæret.
cle.2.ver.inquiſitoribus.q.7.& pro hoc in caſu noſtro de pa-
tronatu facit,quia iuſpatronatus competit patrono de gra-
tia quæ non debet in alium extendi . Item ſi fieret confiſca-
tio huius iuris ageretur de præiudicio eccleſiæ,quia non eſ-
ſet ſpes ꝙ aliquando reuerteretur ad eccleſiam ſicut quan-
9 do eſt apud patronum.† Nono quæro quia hic dicit de pręſentatione

ADDITIONES.

a Certi ſunt modi.Adde gl.magnam in c.piç mentis.16.q.7.gl.& Abb.in ca.
cum ſeculum.de iure pa.& per Inn.in rub.de iurepa.
Vinc God.Ius patronatus quomodo acquiratur.Deci. conſi. 117.bo.2.&
conſi.124.126.114.& 140 col.3.li.1.& qualiter probetur ius patronatus in
dictis conſiliis,& ex quibus cauſis quæratur & an per vnicam pręſentatio-
nem.Cor conſi.47.In præſenti,per totum,li.3.
b De cuius contrario.Adde Fred de Sen.conſi.214.inci.ſuper primo pūcto.
c Si damnatur pater.Adde Abb.in c.nobis in 1.col.de iure pa.Io.And.in ca.
quia diligentia.de elect.doct.in §.verum.6.queſt.1.doct.in l.qui contra,ff.
de iurepa.
d Quod ſi confiſcantur bona.Adde Arch.in c.felicis.16.q.7 Abba.in c.quan
to.de iu.di.
Vinc God.Adde Iaſ.in §.actiones.col.14.Inſtit.de act.& idem Iaſ.in l.3.in
14.col.C.de bon.proſcript.

sentatione rectoris, quid de præsentatione clerici. gl. vlti. dicit idem. an tamen patronus habeat præsentare etiam clericum, remittit glo. ad no. eo. ti. postulasti. Pau. distinguit, quia aut quærimus de præsentatione ad ordines ad titulũ ipsius ecclesiæ, aut de præsentatione ad clericatũ ipsius ecclesię q̃ quandoque fit de ordinato ad superiores, quandoque de ordinando. primo casu spectat ad testatorẽ excluso patrono, quia de eius solius præiudicio tractatur cũ teneatur prouidere illi. de præben. cum secundum. nec per hoc præiudicatur patrono, quia ordinatus non habet ius in ecclesia, sed habet petitionem alimentorum. sic intelligitur capitulo postulasti. & hoc nisi esset talis patronus qui faceret oẽs fructus suos, & debet omnia onera supportare s. ele. pxi. Secũdo casu ita spectat præsentatio clerici ad patronũ sicut rectoris, pro hoc 16. q. 6. si quis epõrũ. & hoc casu quando hẽt præsentare rõne iuris patronatus. secus si ex consuetudine, quia tunc præscripta præsentatione rectoris, non per hoc præscripta est præsentatio clerici. de præscr. auditis. de deci. cum contingat. de hoc dixi ẽt in d. c. postulasti. & de intellectu illius c. dic vt ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Conuentio de qua ista cle. ij. de iure pat. an requirat consensum omnium patronorum.*
2 *Libere, verbum quid significat.*

Et vt facilius. Oppo. quod conuentio de qua hic, sit prohibita per id quod no. Inn. eo. tit. c. 1. Sol. vt in glo. 1. Secundo op. quia ex quo permittitur cõuentio, de qua hic, debet potius in præcedenti responso decidi quod p. capita transiret patronatus q̃ per stirpes. glos. vr̃ stare cõtio dicẽs se optare quod hæc ratio fuisset ponderata. s. primo responso, quod latius explicat Genze. dicens quod si fuisset considerata, fuisset aliter statutum ob multiplicitatem successorum inducentium intricationem in præsentãdo. dicit autẽ stãdũ ex quo sic statutũ est 6. q. 3. scriptum. ff. qui & a quib. prospexit. & ex hoc videntur isti velle quod responsum. s. proximum exorbitet a iure. tu dic, vt ibi dixi in 2. q. & per ibi dicta patet quod procedit de iure: nec vrget hæc ratio de faciliori modo prouidendi ecclesię, nam intelligendo vt ibi dixi, non fugit intricatio computandi per
1 stirpes, & maior surgeret computando per capita. † Quæro an in facienda conuentione, de qua hic, requiritur consensus omnium patronorum. gl. omnes. quod sic, quia in re cõi &c. idẽ Gen. & Pau. hæc est via extraordinaria, in qua non sufficit maior pars. regula, in re communi. libr. 6. pro hoc ff. communi diui. Sabinus. & quod no. de constit. cum omnes. & hoc prosequitur Lap. in quadã additione allegando multa iura ad hoc quod vnius cõdictio vitiabit hoc casu, sed sufficit videre in regula, in re communi. lib. 6. Ex his arguit in præsentatione patronorum uocandos esse compatronos, etiam si sint sæculares, alias poterunt agere de cõtemptu. allegat quod not. Io. Cal. de ele. venerabilẽ. dicens quod ibi vr̃ casus, dic quod illud non facit, nam ibi hoc ideo est, quia electores Imperatoris videntur habere ius eligendi tanq̃ collegiũ ex antiqua cõsuetudine, vt ibi dicit Ioã.
2 Cal. quod ibi dixi, & e. tit. c. 4. q. 7. † Secũdo quæro de intelle-
a ctu verbi, libere. a Sol. vt in glo. 4. quæ exponit. i. sine superioris authoritate. quod dic, vt in gl. q̃ aliter exponit libere. i. etiam si nõ uacet ecclesia. Op. ad hoc vltimũ de cõcess. præb. c. fin. Sol. vt in gl. vsque ibi, & eadem. & idẽ Pau. & Genz. Tertio q̃ro, an quod hic dr̃ de cõuẽtione inter plures patronos in mõ præsentãdi, locũ habeat inter patronos pluriũ ecclesiarũ vt possint diuidere ita quod vnus sit patronus in vna ecclesia & alius in alia. ita q̃rit glo. ibi, & eadẽ. quod est q̃rere, an cõuentio q̃ hic permittitur super præsentatione, possit fieri super ipso patronatu. gl. sol. quod sic per idẽtitatem rõnis. Op. ad hoc vt opponit gl. ibi, sed contra. Sol. vt in ea. ex qua no. diuersitatem inter patronatum ecclesiæ, & patronatũ libertorum. pro hoc quod dixi s. proxim. responso. q̃õ. 6. & idem Pau. & Genz. Quarto quæro, de intellectu verbi, alternis vicibus. Sol. vt in glo.

A D D I T I O

a Verbi libere. Adde apostillam quam posui in cle. dudum. de sepul. in §. ab olim. io 19 ratio.
Vin. God. Adde Ias. in l. 1. col. pen. C. de sacros. ecc.

probari ex isto §. & ex præcedenti. nam in electione in qua seruatur forma illius c. nulla pactio permittitur, pro hoc, quia vt dicit Laud. præsentatio est quædã nominatio, de qua loquũtur iura de elec. quod sicut. in princ. Oppo. in eo quod dixi constitui ius nouum, nam & prius licebat patrono præsentare plures. eod. tit. pastoralis. Sol. vt in gl. olim. & glo simul. Et no. id quod dicit gl. simul. in eo quod intelligit hanc literam de patronis laicis vel clericis ratione patrimonij. & idem Genz. Step. contra quod ẽt patroni clerici simul possunt plures præsentare, licet successiue non possint. nam quando simul, non est uariatio, & pro hoc litera quæ non distinguit, & idem identitas rationis, quæ vult subuenire diuersis uocibus discordantium, quod videtur verius. Itẽ in eo quod ea. gl. dicit secus in electione quæ non potest alternatiue fieri. de elec. c. 2. lib. 6. idem Lau. dicens nõ sic posse plures eligi, vt no. Host. de elec. quod sicut. & Arch. 61. di. studij. & si plures eligãtur eo modo de quo hic, nulla electio valet, quia ecclesia non potest habere plures maritos simul, vt no. 31. q. 2. quomodo. de diuor. gaudemus. licet glo. sentiat contrarium in c. studij. prealleg. & s. q. 1. in scripturis. quod re
1 probatur per c. 2. de elec. lib. 6. præalleg. † Quæro si patroni cõ-
b cordare non possunt b per aliquem de modis expressis hic, & in proxi. §. Solu. Pau. dicens quod iura videtur in hoc satis loqui variè, vt no. eod. ti. c. 2. & 3. & c. eam te. 16. q. 7. si plures. distinguit autẽ sic, aut est q̃õ inter patronos & episcopum, & seruabitur quod dicit de offi. ord. cum vos. quia diœcesanus ponet in ecclesia œconomum, non autem ordinabit ecclesiam, alias daretur materia discordiam habendi, cum patrono vt lapso termino posset ecclesiam ordinare. aut est quæstio inter patronos, & tunc aut inter eos quos constat esse patronos, aut inter eos quos constat non esse, aut inter eos de quibus dubitatur. Primo casu aut est quæstio de præsentatione facta, aut de facienda. si de facta, statur maiori parti. eod. titu. quoniam. & si est paritas, distinguenda erunt merita, vel locus erit gratificationi. arg. de rescr. c. pe. lib. 6. & hoc si fieri põt sine scandalo vel mortis periculo, alias recurrit ad remedia de quibus eo. tit. c. 2. & 3. Scđo casu quando cõstat eos non esse patronos, libere põt statim ordinare ecclesiam non obstante ipsorũ cõdictione. at. e. ti. cõsultationib. Tertio casu quando dubitatur, an litigãt de iure vel possessione iurispat. aut de electione seu præsentatione. primo casu expectet diœcesanus laicos per quatuor mẽses, & clericos ẽt si litigent cũ laicis per sex, intra quos dẽt cã finiri, alias eis elapsis ordinet ecclesiam sine præiudicio euincentis. eo. ti. si vero. & c. eam te. & c. cum pp. & c. quoniam. in fi. Et est spãlis casus in quo impedito currit tps, cõ id de cõcess. pb. quia diuersitatẽ. scđo casu quando litigãt de præsentatione, aut litigant ex vi iuris præsentãdi, tunc idẽ quod in præcedenti membro, quia expectabuntur vsque ad quatuor vel sex menses. aut litigãt rõne prærogatiuę, siue rõne formæ præsentationis, & tunc lapsu tpis non paratur eis præiudiciũ, quia non est quid imputetur eis. ad hoc de re iudi. cũ Bertholdus. & regula, sine culpa. lib. 6. quia si aliud diceretur, parata eẽt via fraudib. quod esse non dẽt, vt eccl. bñfi. c. vnico. in fi. de cõcess. præb. c. vnico. in fi. statuitur. n. hoc tps ad præsentandũ, non sed
2 instituendũ, & sic põt fieri vltima die termini. † Scđo quæro, an alio modo q̃ hic expresso, possint cõuenire patroni super præsentando. Lap. quod nõ. vt si velint quod quilibet præsentatorũ instituatur per superiorẽ. dic quod ẽt alio modo possunt, dum tñ non reprobato de iure: permissus aũt quod plures instituãtur, reprobatus est, quia nõ dẽt fieri sectio in bñficijs. de præb. maioribus. † Tertio q̃ro, an hic §. locũ hẽat quando iuspatronatus spectat ad vniuersitatẽ. Lap. in quadã additione dicit quod si ad plures uniuersitates spectat iuspatronatus, poterunt cõuenire, vt hic, quia vna vniuersitas hr̃ loco vnius singularis psonæ de his q̃ fi. a prælatis nolcimr. secus si vna tñ sit patrona, quia tunc non hẽt locũ hic §. nec præcedens, pro hoc quia censetur loco vnius, vt proximo dixi, & s. in princ. q. 3. dic quod ẽt imo vna vniuersitas laicorum hoc põt, quod dr̃ in hoc § quia ẽt vnus patronus laicus simul põt præsentare plures. & hoc vult glo. olim. in fi. sed quoad proximum §. quando est vna vniuersitas vel vnus patronus, deficit practica illius §. Quarto quæro, de q̃õne facti, quidã fundauit ecclesiam collegiatam, & in fundatione de licentia epi ordinauit quod mortuo decano qui erat superior in collegio, patronus

S V M M A R I V M.

1 *Patroni si non possunt concordare in præsentatione clerici, quid erit.*
2 *Et an alio modo patroni possunt concordare quàm in ista cle. expresso.*
3 *Et an §. iste habeat locum si ius patronatus spectet ad vniuersitatem.*

a §. Quibus. No. de verbo, permittimus, a ex quo inducitur nouum ius, vt probatur hic iuncta gl. in hoc verbo, quod no. sing. Scdo no. quod patroni non tenentur ad formam c. quia propter. quod nota. Matth. dicens hoc

A D D I T I O N E S.

a De verbo permittimus. Adde. c. omnis. 3. dist. c. si quis 33. q. 2. in 5. ff. in l. periculum, & ibi Doc. ff. de p. c.
Vin. Go. Adde de triplici permissione in trac. de ludo. Steph. Coste, §. 2. nu. 8 quod habetur in libro 1. trac. fol. 138.
b Si patroni cõcordare non possunt; Adde gloss. in c. si. plures 16. q. 17. Doc. Io. c. 2. de iure pa. & quod si masculus & fœmina sint simul patroni & discordent. dicit Bal. in l. 1. ff. de feu. quod præsentatus a masculo præferri debet.
Vin. G. Præsentatio, vbi sunt plures qua duo patroni, singulariter fieri non potest sed simul. [illegible] in c. cum omnes, col. 18. ver. ex illis, de constit.

patronus etiam laicis qui pro tempore eſſent, poſſet nomina-
re vnum duos aut tres perſonas, quarum vnam quam vellet
teneretur collegium ceſſante impedimento legitimo recipe-
re in decanum, quæritur an valeat. quidam quod non, per ca.
Maſſana. & c. ſacroſancta. de elec. & c. ti. nobis. dic ꝗ vt ſcribit
hic Per. de Stagno. qui legit i Montepeſſulano. mouetur ipſe,
quia licet laicus non poſſet habere ius eligendi in eccleſia col
legiata, poteſt tamen præſentationem retinere. d. c. nobis. hoc
autem caſu propter retentionem prædictam non ſpectabat
electio ad collegium, ſed præſentatio. qd placet, & bene pro-
batur eo. ti. nobis. §. cæterum. ver. niſi.

De cenſibus, exactionib. & procurationibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Titulus, verbum accipitur pro contractu vel iure per quod transfertur dominium*
2 *Data eſt attendenda in reſcriptis.*
3 *Religioſi ſi ædificant eccleſiam vel monaſterium in fundo proprio, an teneantur ſubire onera procurationum & alia.*
4 *Procuratio archiepiſcopi, an contineatur ſub iuribus epiſcopi.*
5 *Laicus commiſit homicidium, & antequam conuincatur efficitur clericus, an iudex ſecularis poterit eum condemnare.*
6 *Poſſeſſor an teneatur ſoluere tributum etiam pro tempore præterito quo alius poſſedit.*
7 *Cauſa legitima non ſoluendi onera procurationum & alia, quæ eſſe poteſt.*
8 *Quid autem de præſcriptione, an talia onera poſſint præſcribi ne ſubeantur.*
9 *Paupertas an excuſet ab oneribus procurationum & aliis.*
10 *Priuilegium impetratum per ſorores minoriſſas ꝙ non teneantur ſoluere decimas de poſſeſſionibus acquiſitis vel acquirendis, an valeat.*

CAP. I.

CVm ſit. Diuide vt gl. vel primo cōſtitutionis
cauſa. ſecundo conſtitutio ibi, hac. ter
tio exceptio: ibi, niſi. quarto limitatio: ibi, priui-
1 legia. † No. de dictione, titulus, quę hic accipitur ꝓ cō
ctu vel iure, per quod dominium trāsfertur. de hoc in gl. 4. ꝗ
no. in eo qđ dicit ꝙ titulus ędificationis vel fundationis non
adaptatur huic caſui Lau. ꝯ primū uerius. qa ꝑ ędificationem
vel fundationē non acqrit ius plenū in eccleſia, ſed tantū pa-
tronatus. de iurep. nobis. non ergo locū habet hæc lr̄a ꝗ loq-
tur de eccleſijs religioſorum quæ ſpectant ad eos pleno iure.
& de hoc J. q. 4. Secundo no. ꝙ etiam religioſi ꝓ eccleſijs quę
ad eos ſpectant, tenētur ad procurationes legatinū. de præter.
accedentes. de cenſi. cum inſtantia & c. ꝓcurationes. Tertio
not. ꝙ is qui ꝑcipit maiores prouentus de eccleſia, tenetur ad
onera. qui uero particulariter aliquid recipit, nihil tenetur
ſecundum Lau. ad inſtar vniuerſalis hæredis ꝗ ſoluit omnia
debita, particularis vero nihil. Inſtit. de here. qual. & diffe. §.
ſed noſtra. C. de hær. inſti. quoties. Quarto no. ꝙ vicarii conſti
tuti in beneficiis ſpectantib. ad monachos, non tenentur ad
onera, ſed ipſi monachi, quod dicitur in duobus ꝓximis no-
tabilib. Quinto not. ꝙ ꝓcuratio legatorum non cōprehendit
ſub iurib. epiſcopalib. ꝙ dic vt in gl. de quib. ꝗ no. in fi. & idē
Pau. de hoc J. q. 7. Sexto nota in uerbo, exemptione. ꝙ aliqui
ſunt exempti & non priuilegiati, qa hic ponuntur priuilegiati
& exemptio ꝓ diuerſis, & poteſt intelligi priuilegiatus quo
ad certa iura non ſoluenda, exemptus autem qui ab omnib.
talib. eſt immunis pro hoc glo. antepenul. & de hoc. J. in 2. cō-
a tratio. Septimo no. de uer. volumus. a quod dic vt glo. vlti. Ex
qua no. ꝙ quandoq; non eſt opus reddere rationē ſuper con-
ſtitutionibus apoſtolicis. de reſcr. ſi quando. Octauo no. ꝙ pri
uilegia ſunt reſtringenda. pro hoc hæc litera. in fine. ibi, non
extendi. & de reſcr. c. vlt. lib. 6. de deci. c. a. eo. lib. Et dicit Laud.
ꝙ reſtringuntur talia priuilegia vt ad futura non extendantur,
niſi quia fieret reſtrictio, viderentur trahenda ad futura etiā
ſi tempore quo religioſi acquiſiuerunt eccleſias epiſcopi, eſ-
ſent in poſſeſſione. quod dicit verum ſi de poſſeſſione aduer-
ſarij facta eſſet mentio, alias ſecus. de priuil. dudum. Et ſi per
talia priuilegia non ſit graue præiudicium, quia in vna diœ-
ceſi non acquirunt plures eccleſias, alias reſtringeretur priui
legium tanꝗ nimis graue. de deci. nup. ſuggeſtum. dudum.
& de hoc. J. q. 18. Et pro hoc, ꝙ priuilegiū nō concernat fu-
turum, eſt de reſcri. cle. literas. † Nono no. ex hoc quod in re-
ſcriptis attendimus datam. de reſcr. ubi qui. libro 6. de hoc de
reſcr. cam te. de præben. dilectus. a. Oppo. in eo quod dicit in
b princ. ꝙ qui ſentit b commodum debet ſentire onera, & ſic
videtur & de idem econuerſo. ff. de regu. iur. ſecundum naturā.
regula, qui ſentit. lib. 6. Sed ob de negoc. geſt. ſi quis negocia
aliena gerens. vbi de hoc. de procu. qui ꝓprio. §. procurator.
alias, vt in cæteris. Solu. vt no. Dy. in regula, qui ſentit. lib. 6. &
Pau. hic. ſi enim paratio eſt utriuſq;, procedit regula de qua
hic, & d. regula, qui ſentit. alias ſecus, vt in contrariis. qđ dic
plenius vt d. reg. qui ſentit. & ex hoc no. ꝙ in iſto caſu eſt eadē
diſciplina ꝯtrariorū. Secūdo op. qa quod de vno ꝯtriorū ꝑdicatur
affirmatiue, de alio ꝑdicatur negatiue. ff. de his qui ſunt ſui vł
alie. iu. l. 1. 32. diſt. hoſpitiolum. & ad poſitionem vnius ſequi-
tur deſtructio alterius. ff. de verb. ſig. hæc verba. 32. q. 1. cum re
nunciat. & ſic potius eſt ꝯtria diſciplina. Sol. Pau. ꝙ primū pro
cedit qñ de quolibet ꝯtrio reſpondetur affirmando & conce-
dendo, vt nubere, non nubere. communicare, non commu-
nicare. 28. q. 1. ſic enim. de conſe. diſ. 2. quotidie. facit. C. de pro
cu. exigendi. Item ſi reſpondetur negando & prohibendo
vt dicitur de auaritia & prodigalitate. de conſuetu. ex parte.
Inſti. de ꝯh. empt. §. nunc autē. tūc enim vna verborū ꝯceptio
rum. conceptio vtrunq; diſponit. ff. de leg. 1. ſi ex toto. in prin.
ſed vbi de vno diſponit affirmando, & de alio negando proce
dunt contraria, tamen etiam tunc dicitur eadem diſciplina
ratione cognitionis, quia vno cognito cognoſcitur reliquū.
ff. de præto. ſtip. l. j. §. ſtipulationum. cum concor. Tertio opp.
ꝙ per exemptionem non liberetur quis a procurationibus
legatorum, cum etiam exempti teneantur ad illas niſi ſint
exempti a procurationibus per priuilegium ſpeciale. eod. titu.
cum inſtantia. ibi, niſi per ſpeciale priuilegium. So. vt in gloſſ.
ſi intelligas. quæ inducit c. cū inſtantia. alio modo. & eſt mēs
gl. ꝙ exemptio generalis non liberat a procurationibus lega-
torum, ſed a iuribus epiſcopalibus ſic. exemptio vero ſpecia-
lis liberat etiam a procurationibus. & hoc idem vult gl. præ-
cedens, & idem Pau. dicens ꝙ ſecundum hoc intelligitur ca.
cum inſtantia. ibi quod non credimus. nam bene ſcit Papa
ꝙ a iuriſdictione ordinaria multę eccleſiæ ſunt exceptæ. vult
ergo glo. dicere ibi ꝙ non credit aliquam eccleſiam habere
priuilegium ſuper procurationibus legatorum. & hanc ex-
poſitionem ſentit ibi gl. a. Quarto oppo. ꝙ hæc diſpoſitio ſit
ſuperflua in eo quod diſponit in fi. ꝙ exemptiones non extē-
dantur ad eccleſias poſtea acquiſitas. hoc enim eſt de iure. de
priui. cum capella. & quod ibi no. in glo. Pau. ꝙ per hanc lite
ram reſtringuntur exemptiones vt non extendantur ad eccle
ſias acquirendas etiam ſi in priuilegio exemptionis fieret
mentio de acquirendis. quod non videtur procedere, nam
per hanc literam non derogatur poteſtati Papæ quin conce-
dere poſſit priuilegia talia. Item ſi priuilegium dicitur etiam
de acquirendis, non eſt locus huic literæ, quæ generaliter lo-
quitur alias ſic intelligendo infertur ꝙ ſi in priuilegio expri-
mitur de acquirendis, hoc eſſet ſuperfluum, contra id de pri-
ui. ſi Papa. lib. 6. vnde difficile eſt ſuſtinere Paul. & tunc rema-
net contrarium. ad quod dic ꝙ c. cum capella. cum ibi no. pro
cedit quando priuilegium præiudicat alteri ꝗ concedenti,
quo caſu reſtringitur. ſecus ſi præiudicat concedenti, quia
tunc concernit etiam futura. de priui. quia circa. & ſic in caſu
huius cle. priuilegium conceſſum ſuper procurationibus le-
gatorum non ſoluendis cum præiudicio cōcedentis. ſ. Papæ
intellegendum eſſet etiam quo ad eccleſias acquirendas, niſi
obſtaret hæc litera in fi. & ſic non eſt ſuperflua. Item ſatis eſt
ꝙ operatur iſte finis, quod licet alias dubitet, an diſpoſitio ge-
neralis concernat futura, hoc caſu certi ſumus ꝙ non. Et ſi vis
ſaluare opi. Pau. dic ꝙ hæc litera ſolum uult priuilegia con-
ceſſa ante hanc cle. etiam ſi in eis dicebatur etiam de acqui-
rendas in poſterum, non tñ extenditur niſi ad acquiſita ante
cle. & hoc placet. & per hoc non infertur quin poſt hanc cle.
potuerit concedi priuilegium per Papam ſub quacunq; for-
ma, quia par in parem &c. de elec. innotuit. & ſm hoc intel-
lige qđ dico. J. q. 2. & 3. Quarto in eo quod dicit de religioſis,
quid in alijs. glo. a. dicit ꝙ non habet locū hæc cle. quatenus
continet ius nouū. idem Pau. & Genz. & Lap. pro hoc litera
ibi, religioſi. & ibi, quæ ad eos. & ibi, anteꝗ ad eos. Secundo
quæro, pro declaratione præcedentis qōnis, in qua hæc cle.
inducat ius nouum. Lap. arguit ꝙ in hoc tm̄ ꝙ religioſi pri-
uilegiati per ſedem apoſtolicā vel exempti in his pręſtationi
bus non cenſentur exempti reſpectu monaſteriorum vel ec-
cleſiarum

ADDITONES.

a De verbo, volumus. Adde gl. fi. in cle. 1 de offi. vica. gl. in cle. 1 rer. permu.
b Qui ſentit. Adde Inſti. de leg. tu. in §. ſi & in l. vnica. C. de cadu. col. & ibi Cy. in 5. opp.
Vin. God. Adde quòd qui ſentit commodum ex ordinatione teſtatoris, dēt illud agnoſcere ſecus ſi a fortuna, Ruy. cōſ. 113. nu. 12. & 33. li. 3. commodum autē ꝓueniens in cōſequentiam, non attenditur, Ruy. conſ. 75. nume. 12. lib. 5.

cleſiarum poſtea acquiſitarum. ſecus in ſæcularibus qui poſ-
ſent vti etiam in poſtea acquiſitis. ex hoc videtur Lap. ſentire
id quod dixi in vltim. contrario. Tertio quæro, ſi religioſi pri
uilegiati fuerunt poſt hanc cle. dicit Lap. ꝙ gaudebunt priui-
legio etiam in poſtea acquiſitis, & ſic priuilegium non facit
mentionem de hac cle. ſecus ſi daretur priuilegium religio-
ſis mendicantibus, contra c. vnicum. de exceſ. prçla. lib. 6. non
facta mentione de illo e quia non teneret. & hoc quia ibi ex-
primitur quod debeat fieri mentio, alias priuilegium dero-
gat iuri communi etiam non facta de ipſo mentione. nec ei
per ius commune derogatur. 3. diſt. ninct. priuilegia. de hoc per
Archi. 22. diſt. renouantes, & de offi. ord. graue. in j. glo. Opp.
ad hoc quod imo priuilegium potius deber concernere po-
ſtea quæſita quam prius, quia ius reſpicit futura, non præteri-
ta. de conſti. c. 2. & vlt. Solu. Lap. ꝙ hoc ideo, quia religioſi te-
nebantur ad hæc antea, etiam de iure antiquo. facit de elect.
cum in cunctis. § ſane. & quod ibi no. eo. tit. c. vlti. lib. 6. & ta-
lia tranſeunt ad eos cum onere ſuo. 17. q. 2. ſi quis laicus, de
priui. ex literis. de deci. cum non ſit. & c. paſtoralis. dic forma-
lius ꝙ ↄtrium procedit de conſtitutione iuris communis quę
concernit futura, & non præterita per rationem de qua in d.
c. 2. de conſti. aliud in priuilegio quod reſtringitur vt concer-
nat præterita tantum quoad actus futuros, non quo ad præte-
ritos, vnde priuilegium ſuper procurationibus non ſoluendis
conceſſum ante hanc clement. reſtringitur hic vt concernat
prius quæſita tantum, quæ tamen non concernit reſpectu ſo-
lutionum præteritarum antequam ↄcederetur priuilegium,
3 ſed reſpectu futurarum. † Quarto quæro, ſi religioſi ædificant
monaſterium vel eccleſiam in proprio fundo. dicit Lapus, ꝙ
non eſt locus huic cle. ſed ſtabitur iuri antiquo quo religioſi
non aſtringuntur ad hoc. 10. q. j. c. j. 16. q. j. c. j. & q. 2. ſane. 18. q.
2. hoc tantum quam ſit. luminoſo. de offi. ordi. conquerente.
dilectus. de præb. de monachis. in Lateran. de ſtatu monach.
c. 1. de priui. cum & plantare. quoniam. ex ore. pro hoc quod
ſ. dixi in 1. not. vtentur ergo religioſi priuilegio & exemptio-
ne etiam in poſtea quæſitis per ædificationem, ſecundum
Lap. Sed vt dixi in j. nota. hæc cle. loquitur de eccleſijs ſpectan
tibus ad religioſos pleno iure, alias pro talibus ipſi non ſubi-
rent onera, ſed inſtituti in eis. ſ. ut. 1. clem. 1. & hæc faciunt ad
quæſtionem ſequentem. Quinto quæro, conceſſum fuit pri-
uilegium fratribus humiliatis per quod fuerunt exempta
monaſteria marium & fœminarum eiuſdem ordinis habita
& habenda, vt non tenerentur ad hæc onera, an concernit
quæſita poſt illud c. Lau. videtur velle quod ſic. quod placet
ſi fuit conceſſum poſt hanc cle. per id quod dixi ſ. in vlt. con-
trario. Sexto quero, quia dixi ſ. q. 4. de eccleſijs per monachos
ædificatis. pone ꝙ eccleſia ædificata fuit per alios, ſed re inte-
gra antequam aliquid pro ea ſoluatur, fuit tranſlata in religio
ſos. dicit Lap. ꝙ in talibus non erat locus huic clem. nam ſta-
tim cum fuit ædificata licet actu non ſoluit, tamē habitu fuit
obligata ad ſoluendum, & perinde eſt ac ſi facta fuiſſet ſolu-
tio. & ſic res tranſit cum onere ſuo, pro hoc quod not. idem
4 Lap. de præb. cum de beneficio. lib 6. † Septimo quæro in eo
quod dixi in 5. not. ꝙ procuratio legatorum non continetur
ſub iuribus epiſcopalibus, quid de procuratione archiepiſco-
pi. videtur quod non includatur, quia ſub minori non conti-
netur maius. arg. de offi. delega. ſtuduiſti. de maio. & obe. cum
inferior. In contrarium, quia archiepiſcopus quantum ad ea
quæ ſunt ordinis, non habet plus quam epiſcopus, imo nec
Papa, de quo remittit Lau. ad no. per ſe in ſuo ſacramentali, in
ti. de ordine epiſcopali. & hoc dicit verius dicens etiam quod
ſingulariter religioſi tenentur ad omnia onera, ex quo emo-
lumenta recipiunt, niſi probent hoc per alios debere ſolui. &
pro hoc illa litera ibi, & alia. Octauo quæro, quare ſpecialiter
hic diſponit de eccleſijs quæ tenebantur ad onera antequam
peruenirent ad religioſos. dicit Lau. ꝙ ideo, quia tunc res trā-
ſit cum onere ſuo. quod dixi ſ. q. 6. & hoc facit ad quæſtionē
5 ſequentem. † Nono quæro, laicus commiſit homicidium,
deinde antequam conuincatur efficitur clericus, an poterit p
iudicem ſæcularem condemnari? & an fideiuſſores qui ſub
pœna mille promiſerant eum præſentare coram ſæculari in-
cidunt in pœnam, cum ammodo nequeant eum præſentare?
vel an tenentur eum licet clericum præſentare? Lau. quærit,
non pertinet ad hanc clem. niſi ꝙ aliqualiter facit, vt ratione
ſequenti. videtur vtiq; quod debeat condemnari per laicum
qui tranſiuit ad clericatum cum hoc onere & tanquam præ-
uentus per curiam ſæcularem. de foro compe. propoſuiſti. de
appel. præterea. 2. In contrarium, quia per alterationem ſtatus
mutauit forum, vt ammodo per ſæcularem corporaliter ad-
ſtringi non poſſit de cler. coniug. c. vnico. lib. 6. facit de ordin.
cog. tuam. qui fil. ſint leg. lator. de ſen. excom. ſi iudex. lib. 6. ff.
ſi ex noxa. cau. aga. l. 2. & hoc tenet Lau. Oppono ad hoc C. de
iudi. quoties. vbi iudex cognoſcit incidenter de his de quibus
non cognoſcit principaliter. Sol. Lau. ꝙ ibi perſona non mu-
tauit ſtatum nec forum, ſecus in quæſtione præmiſſa, quia nul-
lo caſu licet laico de ſpiritualib. iudicare. de iudi. decernimus.
96. diſtinct. bene quidem. idem Genze. dic vt dixi de obl. ad ra.
c. vnico. Et per hoc ſoluitur aliud de fideiuſſoribus, quia ſi iu-
dex ſecularis non poteſt cognoſcere, non tenentur fideiuſſo-
res eum præſentare, quia hoc fieret fruſtra. Decimo quæro,
de quibus oneribus loquitur litera ibi, & alia præſtari ſolita.
glo. vel ex impoſitione. ſolu. & idem Pau. Gen. exponit ſolita,
altero de duobus modis, vel quia erant onera ad quæ non te-
nebatur de iure communi, ſed tanto tempore ſunt præſtita tā
quam onera realia, quod præſcriptum eſt, vt & in futurum p-
ſtentur. eo. ti. peruenit. vbi de hoc. ff. de aqua plu. arc. l. j. §. vl. de
viu. cum de in rem verſo. de do. except. l. s. §. circa. alias certis
annis facta pręſtatio non induceret obligationem, C. de pac. ſi
certis: vel ſecundo exponit ſolita præſtari illi cui de iure com
muni debebantur. & dicit Genz. ꝙ & ſi habens talia præſtare
non poſſit præſcribere, alius tamen poterit. de præſcr. cum ex
officij. vbi de hoc. Vndecimo quæro, quare conſideratur, ꝙ
erant præſtari ſolita. Solu. patet ex eo quod dixi ſ. q. prox. & di
cit Gen. ꝙ quātū ad illum qui rōne talium eccleſiarum tene
tur hæc ſolue, e tanquam onera realia, iſtud verbum ſolita, ni
hil facit, quia etiam ſi non ſit ſolitus talia præſtare, dum tamē
non præſcripſerit, nihilominus poſſeſſor nouus ad talia one-
re ſoluenda tenetur. & hoc ſaltem pro tempore futuro, imo
& forte pro præterito. ff. eo. cum poſſeſſor. §. fi. de leg. j. apud
Iulianum. §. hæres. vbi de hoc. Et quo ad vltimum quod dicit
de tempore præterito, dic vt j. ea q. quo ad primum autem ꝙ
verbum ſolita, nihil faciat, concordat Lap. dicens ad verb. ca-
non. lib. 6. tum quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam.
35. di. ab exordio. tum quia ius commune eſt fauorabile, pri-
uilegium vero odioſum. de ↄſti. cum acceſſiſſent. & quod ibi
no. quoad aliud vero quod dicit Gen. nouum poſſeſſorem te
neri ad onera præterita, pro hoc facit id quod Fride. in conſi.
174. & poſui de deci. paſtoralis. q. 20. ꝙ nouus poſſeſſor fundi
cogi poſſit ad ſoluendas decimas præteritas, & hoc onus reale
ſequatur poſſeſſorem. ff. de vſufr. hactenus. de impēſis in reb.
6 dotalib. ſtipendia. de leg. j. † Quæro an poſſeſſor tenetur ſolue-
re tributum etiam pro tempore præterito quo alius poſſedit.
ff. de publ. & vectig. imperatores. ſi ergo nouus poſſeſſor eccle
ſiæ tenetur ad iura epiſcopalia non ſoluta, cum hoc ſit onus
reale potius q̄ perſonale. dicit tamen Fride. ibi ꝙ eſt in optio-
ne agentis, an conueniat nouum poſſeſſorem, an vero illum
ad quem fructus peruenerunt. nam etiam fructus tranſeunt
ad poſſeſſorem cum ſuo onere, ſicut de fructibus decimarū.
7 probatur d. c. paſtoralis. † Duodecimo quæro in eo quod ex-
cipit eos qui priuilegio exemptionis, vel alia cauſa legitima
excuſantur, quæ ſit cauſa legitima. glo. putat, dicit ꝙ compo-
ſitio. & idem Paul. & Lau. quod dicit Lau. pcedere quatenus
a fiet compoſitio, a ꝙ non teneantur ad integram procuratio-
nem. arg. de offi. ord. conquerente, ſed a tota liberari non poſ-
ſunt. Quattuor enim ſunt imprætcriptibilia, quæ etiam non
poteſt epiſcopus a ſe tacite vel expreſſe abijcere. ſ. viſitatio, cor
rectio, procuratio, & cathedraticum, quæ omnia continen-
tur ſub epiſcopali imperio mero, quod non poteſt a ſe abij-
cere. ff. de offi. præſi. legatus. de pactis agnationis. de quo per
b Hoſt. in ſum. de offi. ord. §. quid pertinet. quoad legatos b tū
apoſtolicos non valeret compoſitio ſine authoritat. Papæ ta-
cita vel expreſſa. arg. de arbi. cum tempore. cum honor qui
legatis Papæ impenditur, ſit non legatorum, ſed Papæ. 97. di.
nobiliſſimus. ar. de off. deleg. cum olim. 2. ſecundum Lau. dic
ꝙ quoad legatos valet compoſitio reſpectu componentium,
ſed non quoad prçiudicandum alijs legatis. de tranſa. veniēs.
de alio vero quod dicit Lau. pcurationem ex toto non poſſe
p compoſitionem tolli, idem no. j. cle. prox. in glo. compoſi-
tio. & dic vt dixi de cenſi. cum venerabilis. vbi concluditur ꝙ
poteſt procuratio & viſitatio per epiſcopum transferri etiam
ex toto in alium tanquam in vicarium epiſcopi, quia per hoc
non dr̄ abdicata ab epiſcopo. an autem ſit alius modus per
quem quis excuſetur ab his oneribus, proſequitur glo. & dic
8 vt in quatuor ſequentibus quæſtionibus. † Decimotertio quę
ro, quia

ADDITIO.

a Quatenus fiat compoſitio. Adde gloſ. in verbo nec compoſitiones, in clem. ud noſtram. infra eo. Lud. Rom. conſilio 372. incip in propoſitæ conſultationis artic.
Vinc. God. Compoſitio quid dicatur Iaſ. inſt. de act. in prin. nu. 43. & 46. & Fely. in c. nouit ille. col. j poſt med. de iudi.

b Quo ad legatos apoſtolicos. Adde c. valde. 94 di. & Fely in c. cum ea officij, de præſcrip. in 9. col. ver. quartus caſus.
Vinc. God. Vide Iaſ. in l. omnes populi. in j. lectura. circa ſi. de iuſt. & iu. And. Barb. in conſi. 44. col. 6. lib. 3.

ro, quia dixi. ſ.q. prox. ꝙ compoſitio excuſat ab his oneribus,
quid de præſcriptione. Sol. vt ea. gl. puta. ibi, pſcriptio. vſq; ibi,
ſed nunquid. Lau. latius diſtinguit cum quæritur an procura-
a tio a poſſit præſcribi. nam aut debetur rõne ↄſuetudinis vel
inſtitutionis, & põt. de præſcr. accedentes. in vlti, glo. aut rõne
viſitationis, & aut ↄ eum qui viſitat iure ſpãli, vt ↄ abbatem,
vel archidiaconum, & valet. de præſcri. cum ex officij. vbi de
hoc. aut ↄ eum qui iure communi obtinet, & aut per præſcri
ptionem quis vult ſe liberare, & non põt, qa pſcriptio acce-
dit viſitationi, & viſitatio hẽt annexum in ſe ius publicum au
thoritate & vtilitate. & ↄ tale ius non tenet præſcriptio, ſicut
nec pactum. ff. de pac. ſi vnus. §. illud. aut per tertium, & pſcri-
bi põt, vt per archidiaconum. ſic intelligunt quidam de uffic.
archi di lecto & ex hoc dic ꝙ valet compoſitio. ſ.q. prox. & nõ
pſcriptio, vt in hac q. ex hoc no. Lau. ꝙ qñq; expreſſus ↄſenſus
valet vbi non valet tacitus. J. cle. ie. eo. ti. perpetuo. lib. 6. ſic &
in retẽtione decimarum valet compoſitio & non ↄſuetudo.
de trania. ſtatuimus. de deci. in aliquib. Decimoquarto quæro
ſi is qui ſoluit, dicit ſe indebite ſoluiſſe, an per hoc excuſabit.
Sol. vt in ea. glo. ibi, ſed nunquid. vſq; ad fi. & idem Steph. pro
hoc. ff. ſi ſer. ven. harum. de aqua quoti & æſti. l. pen. Decimo-
quinto quæro, an ſit cauſa legitima ſi aliqñ fuerunt abſoluti
ab his onerib. So. Lau. ꝙ ſic. & ita no. de præſcr. cum ex officij.
io gl. vlt. ꝙ dicit Lau. verum ſi abſolutio fuit obtenta virtute
alicuius priuilegij Papalis. ſecus ſi occaſione ↄſuetudinis, vel
9 pſcriptionis. eo. ti. c. fi. lib. 6. † Decimoſexto quæro an pauper-
b tas b ſit excuſatio legitima in non ſoluendo. Pau. ꝙ ſic, per c.
16 q. 1. cauendum. eo. ti. cum apoſtolus. cum inſtantia, qa ina-
nis eſt actio &c. de reſt. ſpo. olim 2. de ſol. Odoardus. Decimo-
ſeptimo quæro de intellectu verbi, in poſterum, i. poſtq̃ hæc
10 ↄſtitutio ligare cœpit. † Decimooctauo quæro, circa id ꝙ ſ. di
xi in 8. no quod priuilegium reſtringitur qñ nimium grauat,
quid de priuilegio impetrato per ſorores minoriſſas, quo ca-
uetur ꝙ de poſſeſſionib acquiſitis vel in poſterum acquiren-
dis non teneantur ad decimas. dicit Lau. ꝙ ſi magnas poſſeſ-
ſiones acquirunt in vna parochia de quibus decima ſolueba-
tur eccleſiæ parochiali, ita ꝙ fieret eccleſiæ præiudicium enor
me, non extendetur ad hoc priuilegium, per iura alleg. in di.
no. pro hoc, quia etiam ſi priuilegium fuerit ab initio mode-
ratum, tamen cum incipit tendere ad noxam, reuocatur. de
decim. ſuggeſtum.

ADDITIONES

a Aut procuratio poſſit præſcribi. Adde c. cum inſtantia & ibi Doct. eodem
tit. Archi. in c. relata. 10. q. 3. Doct. in c. fi. eo. ti. lib. 6. Abb. conſi. 7. in 1. vol.

b An paupertas. Adde Argo. de Butr. & Io. de Imo. in c. conquerente de offic.
ord. quod intellige verum quando totaliter ſunt pauperes per tex. in capitu.
ſtatutum §. inſuper. de reſcri. lib. 6. & hoc tenet Bal. in l. etiam, in pen. colum.
C. de execu. rei iudi.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteria tenentur ad receptionem hoſpitum.*
2 *Viſitantes non debent violare priuilegia religionis, & quæ ſint illa, vide.*
3 *Familiares viſitantium non poſſunt aliquid exigere a viſitatis ratione ſui officij.*
4 *Prælatus non poteſt vna die recipere plures procurationes.*
5 *Prælati non debent imponere onera inſolita.*
6 *Abbas an poſſit diſpenſare in eſu carnium.*
7 *Monachus ſi fiat epiſcopus an teneatur abſtinere a carnibus.*
8 *Monachus an poſſit ſibi facere commatres.*
9 *Monachus factus epiſcopus ſi tenet canes venaticos an incurrit pœnam clem. ne in agro.*

CAP. II.

AD noſtrum. Diuide vt in glo. j & quam-
quã ponat vnum caſum tan
tum, tamen quia longa, partes legam de per ſe. Cae
nes. primum grauamẽ. & ſi eis, ſecundum & licet.
tertium. procurationes non habent quartum. p equitaturis,
quintum, conſequi. ſextum, compoſitiones. ſeptimum, ipſis.
octauum, accipitres, nonum, franguntur. decimum, vna die,
vndecimum, nonnulli. duodecimum, multis. Expreſſis qui-
buſdam grauaminibus ponit clauſulam generalem multa
grauamina continentem, quam exemplifica per clemcot. de
1 exceſſ. præla. frequens. Pau. † Not. ibi, charitatiue a recipiantur
a quod monaſteria tenentur b ad recipiẽdos hoſpites, ſic & alij
b clerici. de præbendis, de monachis, & de emp. & vend. c. j. & di
cit Lau. quod ad hoc poſſunt p excommunicationem com-
pelli. 44. di. hinc etiam. Et propter hoc aſſignatur portio vica-
riorum. d. ca. de monachis. Pau. dicit ꝙ hoſpitalitas non ſem-
per debeatur ex debito, imo etiam ꝙ ex neceſſitate, vſq; cum
charitate poſtulatur. e. ti. cum apoſtolus. ver. ſuſtinemus. Gem.
in eo ꝙ Lau. dixit eos poſſe compelli per excommunicatio-
nem, refert Inno. & Hoſt. qui tenent ↄtrium de emp. & ven. c.
j. & ſecundum eum forte non male, dic ꝙ reſpectu clericorũ
habentium beneficia, quę ſufficiunt hoſpitalitati procedit, ꝙ
compelli poſſint, p prædicta: reſpectu vero aliorum ſecus, niſi
eſſet notorium quod delinquerent, quo caſu & laicos poteſt
eps coercere, vt dixi in d. c. j. in vlt. ↄtio. Secundo nota de cibis
regularib, & de hoc in glo. j. & ſunt oua, caſeus, & piſces. Ter-
tio not. ibi, non contenti. ꝙ debemus ſeruare morem eorum
cum quib ↄuerſamur, & ad tempus in cibis alijs licitis. 41. di.
quiſquis. Lucæ. 10. manducate quæ apponuntur vobis. 11. q. 4.
ad menſam. & hoc niſi alias licitum ratione qualitatis pſonæ
a eſſet illicitum. arg. de obſer. ieiu. c. vlt. Pau. Quarto no. ꝙ viſitã-
tes non debent violare priuilegia religionis. & quoad hanc li-
teram dicit Laud. ꝙ priuilegia religionis ſunt ꝙ intra mona-
ſterium per ſuperuenientes non comedantur carnes, putant
tñ eos relinquẽdos ſuæ regulæ, ſed dicit ꝙ non multum ama-
re eam intelligunt, & paſſiones caſeorum, & ouorum nobis
non actiones. i. cantium communicant dicens ſe audiuiſſe ꝙ
certis diebus bonas carnes comedunt quaſi omnia quæ ſunt
in regula videantur relicta diſpõni abbatis, vt notidem Lau. ſ.
de ſta. reg. clem. ne in agro. & ibi dixi in prin. q. 5. Et videntur
monachi excuſabiles in hoc facientes id quod abbas, iuxta il-
lud quod agitur a prælatis &c. de vo. magnæ. ipſe vero abbas
non excuſatur. de cõſe. di. 5. carnem. credit tñ Lau. monachos
etiam inexcuſabiles, quia comedũt in occulto. ar. 11. q. 3. odi.
& laudat magis fratres minores qui manifeſte talib. vtuntur.
de hoc. 1. q. 1. Quinto no. in eo ꝙ phibentur prælati petere car-
nes ſibi miniſtrari in monaſterio ꝙ ratione loci aliquid pro-
hibetur quod alias licet. de immu. ecc. decet. lib. 6. Sexto no. ꝙ
non licet prælatis auferri violenter victualia a monaſterijs. 16.
q. 1. prædicator. deberet enim dicere cum apoſtolo. Si eſca ſcã.
dalizauerit fratrem &c. j. ad Corinth. 8. de no. ope. nun. c. 2. Se-
ptimo no. ꝙ inuitis religioſis non debẽt prælati eccleſiarum.
de bonis monaſterij facere eleemoſinam. de hoc in glo. 4. &
in ea. in fi. p hoc de deci. ꝙ trãſmiſſa. de vſur. ſup eo. ad eleemo
ſynas autem bene tenentur clerici & religioſi. 12. q. 2. aurum.
& c. gloria. Octauo not. ꝙ qñq; loca monaſteriorum non te-
nentur ad procurationes. de conſuetudine vel de iure, exem-
plificat Steph. in priuatis oratorijs. eo. ti. c. fi. Nono no. ꝙ pro
equis ferrandis non debetur procuratio. de hoc in glo. vide. &
dicit Lau. quod exigentes tenentur ad pœnam. eo ti. c. fi. ad fi.
3 lib. 6. † Decimo no. ꝙ familiares viſitantium non poſſunt ali-
quid exigere ratione ſui officij a viſitatis, vt dicitur hic de co-
quis. & idem dicit Pau. de alijs familiarib. eo. ti. c. j. lib. 6. §. pro-
curationes, & hoc intelligit Paul. ex debito, & facit ille §. qa
hic permittitur procurationes illas tantum exigi, de quibus
in canonibus conſtitutum eſt. Vndecimo not. ꝙ compoſitio
ſuper procurationib. valet. de hoc J. in t. contrario. Duodeci-
mo no. ꝙ prælati prædicti dum recipiunt procurationes, non
debent ducere canes venaticos, nõ venaticos autem ſm Pau.
ducere poſſunt. de ſta. regu. ne in agro. §. porro. & dicit Laud.
ꝙ ducentes venaticos incurrunt pœnam illorum iurium, de
cle. vena. per totum. Decimotertio no. ꝙ non licet prædictis
frangere valuas monaſteriorum. de hoc in glo. an hęc. & dicit
ꝙ tales fractores ſunt excommunicati. 17. q. 4. omnes. de ſen.
4 excommu. conqueſti. † Decimoquarto no. ꝙ vna die non põ
prælatus recipere plures procurationes. de hoc in glo. cum ta
men. & dicit Laud. quod prælati hodie in hoc multum exce-
dunt facientes in multis fraudem ↄ. c. j. eo. tit. lib. 6. nam ſecun
dum eum aliqui excedunt exigẽtes plures procurationes vna
die, vt hic. alij commutauerunt procurationes in cenſum an-
nuum, ita quod ſine viſitatione nomine cenſus certam pecu-
niã recipiunt a quolibet annuatim. Et hic delinquunt in duo
bus. primo ceſſando a viſitatione, & p conſequens correctio-
ne. ſecundo in mutatione nominis. C. de muta. no. l. vnica. De
cimoquinto no. in ver. ſunt & nonnulli, ꝙ cum imponuntur
onera ad quæ tenentur etiam exempti, vocari debent ad vidẽ-
dam impoſitionem fieri. de hoc in glo. in verbo, aſſumentes,
pro hoc quia quod omnes tangit &c. de offi. archi. ad hæc. in
5 fin. alias eſſet locus appellationi. 2. q 5. omnis. † Decimoſexto
no. quod prælati non debent imponere onera inſolita. ex hoc
inſert

ADDITIONES.

a Charitatiue. Adde Innocent. in cap. cum apoſtolus. de cenſ. Anton. de Butr.
in cap. conquerente. de officio ordin. in vltim. col. ver. quæro quare appella-
tur ſubſidium.

b Monaſteria tenentur. Adde Inno. & Hoſt. & in c. j. de emp. & ven. vbi tenent
contrarium de compulſione.

infert Pau. quod a subditis non possunt petere aliquid, maxi-
me temporale nisi qñ reperitur iure ꝑmissum, vel alio iure
est debitum, & tunc prælati debent probare, alias non potest
negari. eo. tit. cum apostolus. per Archi. 10 q. 3. quia cognoui-
mus, 16. q. j. nulli episcoporum, & vtrobiq; de hoc. 25. q. 2. am
putato. de pę. in quibusdam. saluo quod dicit. s. c. proxi. in fin.
nam procedunt hæc regulariter, sed aliqñ etiam a procuratio
ne debita aliqui excusantur ex causa legitima, vt ibi. Oppo. in
eo quod permittit compositiones super procurationib. nam
visitatio non potest remitti. de præscr. cum ex officij. ergo nec
procuratio quæ est ei accessoria, vt ibi glo. compositio. Sol. ꝙ
valet compositio super modo procurandi & numero procu-
rãdurum, non per quam remittitur procuratio. & idem Pau.
& hoc respectu procurationis debitæ de iure communi. sed si
alio iure, tunc posset ex toto remitti ꝑ hoc quod not. de deci.
cle. 1. quia & contra eam præscribitur, vt no. Inno. de præscri.
cum ex officij. & in hac glo. ibi, quicunq; melius ea. cã. q. 2. vi-
6 sis. & eo. ti. cum venerabilis. de hoc. s. cle. proxi. q. 12. † Quæro
in eo quod dixi. s. in 4. no. an possit abbas dispensare in esu car-
nium. vr̃ quod sic, quia sibi inhibetur solum de voto continẽ
tiæ, & habendo proprio dispensare. de sta. mo. cum ad mona-
sterium. ergo in alijs permittitur. de præscr. nonne. Matth. di-
cit aliquos dicere ꝯ, quod dic verius nisi ex causa. d. c. cum ad
7 monasterium. ver. in refectorio. & ver. sed nec. † Secundo quę
a ro an monachus factus teneatur a abstinere a carnib. vr̃ ꝙ sic,
quia non absoluitur a regula monachali. 16. q. 7. inuentum.
de vita & ho. cle. clerici. In ꝯrium, quia debet obseruare con-
suetudinem ecclesiæ ad quam translatus est. 12. di. illa. ratione
vitandi scandali. 13. q. 5. quod Deo. Lau. & Hug. dicunt quod
absoluitur ab obedientia, silentio, & ieiunio. 18. q. j. statutum.
debet enim vitare silentium, & tãquam tuba exaltare vocem
suam. 43. di. sit rector. sed ab esu carnium nõ absoluitur, quia
solum casum necessitatis excepit canon, de conse. di. 5. carnẽ.
dicit Math. ꝙ in hoc de esu carnium hodie de facto seruatur
ꝯrium. dic vt no. 16. q. j. de monachis. in gl. quæ dicit ꝙ potest
in hoc dispensari, ne alijs sit scandalum, ex hoc vr̃ ꝙ vbi nõ sit
scandalum, vt si hẽt socium sui ordinis, dẽt abstinere, pro hoc
quod no. Host. in sum. de sta. mo. §. 2. ver. sed nunquid excusa-
tur. & de insti. §. si quis institui. ver. alij dicunt, & Arch. in d. c.
de monachis. & cum iam sit longęua obseruantia receptum
ꝙ monachus factus eps̃ in esu carnium se hẽt vt non mona-
chus, dicendum est ꝙ non peccat hoc faciens, licet tutius sit
8 ꝙ abstineat, cum hoc pôt sine scãdalo. † Tertio quęro an mo
b nachus factus b eps̃ possit facere sibi commatres. dicit Matth.
9 ꝙ sic, & ita no. 18. q. j. c. vnico. † Quarto quæro in eo ꝙ prohi-
bentur ducere canes venaticos, an monachus factus episco-
pus hoc faciens incurrit pœnam clem. ne in agro. §. porro. de
sta. re. vr̃ ꝙ sic, cum ab illis tantum liberatus sit sine quib. soli-
citudo epalis, & vita actiua commode exerceri non pôt, vt si-
lentium, residentia in claustro, obediẽna, ꝓprium, & similia,
ergo in alijs remanet obligatus, vt in vestib. commestionib.
& alijs, alias frustra portaret habitum. de vi. & ho. cler. clerici.
18. q. j. c. j. Item dẽt ab his cauere ꝑ quæ violaretur humilitas
vel ꝯtinentia. ar. de of. dele. præterea. planum aũt est ꝙ cum ve
nationib. & similib. vt delicatis cibis, castitas & humilitas nõ
bñ obseruantur. 25. di. ecclesiæ principes. 32. di. hospitalium. ex
hoc vr̃ ꝙ tenetur ab his cauere, & si non virtute regulæ a qua
vr̃ emancipatus, virtute tñ iuris communis, cui non est dubiũ
eum subiacere. de ele. significasti. de transl. inter. circa mediũ.
In ꝯrium, quia rõne laicorum eum quib. hẽt ꝯuersari aliqua
sibi licent ꝑꝑ scandalum euitandum. arg. de no. ope. nun. cum
ex iniuncto. de sen. excom. si vero. 46. di. ꝑ totum. Sol. Lau. te-
net vltimum dicẽs non esse locum pœnæ suspensionis. d. cle.
ne in agro. Sed quo ad alias pœnas aliorum iurium sic. vnde
dicit locum esse pœnæ. c. vt periculosa. ne cle. vel mo. lib. 6. Itẽ
in casib. in quib non est absolutus a regula tenetur, sicut tene
batur anteq̃ esset monachus. d. c. clerici. de vi. & ho. cle. 19. q. 1.
c. j. vbi de hoc. 16. q. j. de monachis. Et ꝓsequitur Lau. id quod
dixi de esu carnium, & faciendo sibi commatres. quod dic vt
s. duab. proximis qõnib. & per ibi no. dicendum ꝙ in talibus
considerabitur longęua obseruantia. & hoc qñ sunt talia quæ
non indistincte inferũt peccatum. Quinto quæro in eo quod
dicit ꝙ valuę monasteriorum frangebantur, an hoc licet. glo.
ante hæc. remittit ad no. de immu. eccl. c. j. & ea quæ ibi not.
refert Pau. quod omitto quia ibi dixi.

ADDITIONES.

a Monachus factus episcopus. Adde glo. fin. & ibi Docto. in c. clerici. el 2. de vita & honest. cler. glo. in c. j. de testa. Doct. in c. nemo. 16. q. 1. Doct. in c. j 18. q. j Ant. de But. in c. quod Dei. de sta. mon. Doct. in clem. j. de elec. Docto in clem. j de deci.

Vinc. God. Monachus factus episcopus secundum Bart. in l. idem Vlpianus. §. sunt & alij de excusatio. est solutus a regula monachali, sed vide late tradita per Ioan. Bert. in tracta. de episc. 39. num. 65. & 66. habetur in libro 4. tracta folio 14.

b Monachus factus. Adde c. peruenit ad nos. 18. q. 2. in c. non licet abbati, & c. seq. de conse. dist. 5.

SVMMARIVM.

1 *Prælati quando accedunt ad monasteria ex causa voluntaria ministrã tur eis victualia potius ex gratia quam de iure.*
2 *Priuilegium tollitur ex certa causa.*
3 *Fragmenta mẽsarum religiosorum, an possint indistincte ministrari pau peribus per prælatos ibi comedentes.*
4 *An autem possint ea mittere ad alium locum, vide.*

1 **Nos igitur.** † No. ꝙ cum prælati accedunt ad mona
steria ex cã voluntaria, ministrãtur eis vi
ctualia potius de gratia quam de iure, pro hoc hæc litera ibi,
gratiose. & ibi, gratia. & dicit gratiose. i. cum gratiatum actio-
ne. arg. de sepul. cle. dudum. §. statuimus, & no. glo. in hoc ver-
bo gratiose, propter prouerbium, de quo in ea. & dicit Lau. ꝙ
ẽt hæc dicuntur gratiose ministrari, quia ministrantur præla-
tis non petentib. & ita supplet literam ibi, eis. s. non petentib.
Ex hoc dicit ꝙ ꝓpter hoc gratiosus dẽt acceptari iuxta illud.
Gratius est donum quod venit ante preces. de simo. & si qõ-
nes. Secundo no. in verbo, regularem. id quod no. gl. in prin.
vsq; ibi, sed quid. in eo ꝙ dicit aliquid licere in aliqua parte do
mus quod non in alia, sic & monachis nõ licet comedere car
nes in refectorio, sed eꝯ sic, cum licentia. de sta. mon. cum ad
monasterium. Tertio no. considerandam temporis ꝯgruen-
tiam, & quo ad hanc cle. dicit Pau. ꝙ ꝯsiderabitur, quia præla-
tis non ministrabuntur carnes in quadragesima, vel septima,
vel sexta feria, vel alijs ieiunijs inductis. 4. di. deniq;. de ꝯse. di.
2 3. sabbato. & c. ieiunia. de obser. ieiu. consilium. § ti. † Quarto
no. casum in quo tollitur priuilegium, ibi, priuilegio non ob-
stante. Et ponderat Pau. ꝙ non dicit consuetudine, vel ꝯuen-
tione, dicens ꝙ si prælati procurationem debitam non ꝯsue-
uerunt in carnib. recipere, vel si super hoc compositionem
cum religiosis fecerunt, non possunt vigore huius cle. carnes
petere, q̃a hęc litera remouet solum priuilegium, & facit hęc
litera. s. in prin. ibi, nec compositiones. & ratio quare tollitur
hic priuilegium secundum Lau. est, quia non licet monachis
imponere legem superiori suo, maxime cum ipsi sæpe nõ ser
uent. 21. di. inferior. Quinto no. ꝙ fragmenta quæ leuantur de
mensa prælatorum, vel suorum familiarium debent erogari
pauperib. pro hoc. 41. dist. non cogantur. Sexto no. quod præla
ti possunt fragmẽta erogare pauperib. etiam si extra domum
procurentur. debent tñ erogare ibidem, vt in litera. & expone
ibidem, vt glo. penul. & idem Pau. septimo no. monitionem,
de qua in ver. ab alijs. & exponit Land. alijs, superius expressis
vsq; ad §. nos igitur. Octauo no. comminationem, de qua in
fi. & dicit Gen. quod tales comminationes non infligunt pę-
nam, vt no. de in repa. relatum. de simo. sicut. de sagit. c. j. ar. C.
comminat. epi. interlocutio. dicit etiam quod ꝯditor hic fuit
contentus comminatione, quæ tñ in alijs multis capitulis hu
ius compilationis pœnas infligit, in qb. forte non sunt tot in-
tolerabilia sicut hic, sed sibi nõ potest dici, cur ita facis. de pę.
di. 2. §. ex persona. alias c. quamuis. Quæro de qb. monasterijs
intelligit litera ibi, monasteria supradicta. Sol. vt in gl. Secun-
do quæro, de quo iure intelligit litera ibi, vel iure alio spãli.
Sol. vt in glo. j. & idem Lau. & de eo quod glo. dicit de onere
imposito tpe fundationis, exemplificat Laud. in patronis, qui
hoc sibi retinent in fundatione. & in eo ꝙ litera dicit, de ꝯsue
tudine, no. Lau. ꝙ religiosi patroni possunt sibi vendicare de
ꝯsuetudine, ꝙ annis singulis a suis vicarijs procurentur, maxi
me enim sit satis conueniens iuri, cum ẽt eis debeat rñderi de
tpalib. de priui. cum & plantare. & dicit Paul. ꝙ per illa verba
quæ sunt in litera ibi, vel iure alio spãli. comprehẽduntur oẽs
alij modi, cum in alijs modis sit eadem rõ. Tertio quæro in
eo, ꝙ dicit carnes ministrandas, non tñ intra portam regula-
rem, qđ si extra portam non est locus aptus. Sol. vt in gl. licet.
& in ea ibi, ꝯtẽtari. nisi esset summa necessitas quæ legem nõ
3 hẽt. de ꝯsue. quanto. de reg. iur. quod non est. † Quarto quæro
in eo, quod permittit fragmenta erogari pauperib. an hoc ꝓ-
cedat indistincte. Solu. vt in glo. antep. quæ dicit hoc procede
re indubitate in procuratione quæ debetur, sed qñ datur gra-
tuite, dicit idem, tñ sub dubio, forsan. Pau. vero dicit sine du-
bio, quia religiosi videntur prælatis hoc ꝯcessisse. hanc rõnẽ
sentit glo. ẽt in fi. pro hoc sm̃ Gen. quia litera loquitur indi-
stincte, & sic cum religiosi tribuãt refectionem corporis, dẽt
intelligi tributa etiam refectio animæ. ar. de vi. & ho. cle. quo-
niam. 86. di. non satis. in hoc tamen non ꝑsistit Gen. imo dicit
ꝙ quia iste §. facit discretionem inter receptos ex debito cau-
sa visitationis, & receptos ex charitate. quod hic dĩ de fragmẽ

tis, debet intelligi q̃n ex debito, q̃a plus iuris hñt in sumptib.
ministratis ex debito quam de gratia. & idem Steph. de rigo-
re.42.dis.non oportet. sed de vrbanitate dissimulandum dicit
Arch. de do.c.j. facit. ff. de vsuf. l. agri. vbi arborib. surrogatis in
c loco mortuorum mortuæ pertinent ad fructuarium. †Quin-
to quæro in eo ꝙ permittit erogationem fragmentorum ibi
dem fieri, an ad alium locum poterunt prælati mittere. gl. pe.
quod non. idem Pan. & Genz. arg. de præsumpt. nonne. ff. de
condi. & demon. cum ita.

S V M M A R I V M.

1 *Iubemus, verbum quid importet.*
2 *Clerici si aliquid deferunt per prouincias causa negotiandi, non gaudẽt immunitate.*
3 *Exactio prohibetur, non receptio si quis vult sponte soluere.*
4 *Prælati extorquentes aliqua contra iuris dispositionem incurrunt periculum animarum suarum.*
5 *Ablata restituere non sufficit nisi etiam satisfiat de transgressione iuris.*
6 *Absolui quis non potest in casu huius clement. præsenti. nisi prius satisfaciat.*
7 *Bona quę clerici habent communia cum alijs, an censeantur propria.*
8 *Vectigalia in quibus casibus non soluantur extra casum huius clemen. præsenti.*
9 *Vectigalium exactor, & clericus viator deferens res, si inter se discordant de rerum dominio, vel quia exactor dicit eas deferri causa negotiandi, quid erit faciendum.*
10 *Vectigalia vel pedagia, quis imponere potest.*
11 *Quid in gabellis, an hęc clementina pręsenti. locum habeat in gabellis.*
12 *Diœcesani qualiter procedere debent, vel quam formam debent tenere vt ipsis constet de excessibus subditorum recipientium vectigalia.*
13 *An autem diœcesanus possit inquirere contra publicanum qui indebite exegit vectigalia a clerico etiam clerico non conquerente.*
14 *An autem ordinarij possint punire episcopos vicinos si requisiti legitime recusant eos contra ius adiuuare.*
15 *Ciuitas Tiburtina tenetur Romanis quolibet anno soluere certam quantitatem pecuniæ. si aliqui Tiburtini eximantur quod non teneantur contribuere cum alijs, an ciuitas Tiburtina teneatur totum soluere.*

C A P. III.

1 PRæsenti. †No. de verbo, iubemus. & de hoc in
gl.2. & ex hoc verbo infert Lau. ꝙ trã
sgressor puniendus est ꝙ ẽt vult glo. dicit ẽt Lau. ꝙ
erit pęna arbitraria, cum de ipsa nõ sit iure cautum.
de of. dele. de causis. dicit ẽt ꝙ transgrediens tenetur tanq̃ pro
mortali ar.4. di. deniq;. de ma. & obe. si qs dicit tñ ꝙ male hic
aduertunt prælati nostri temporis sicut & p ca. periculoso. de
sta. mo. li.6. & multa similia. Secundo no. ibi, vel psonis, ꝙ bo
2 na clericorum a gaudent eodem priuilegio cum reb. ecclesia-
rum, ſm Lau. & Pau. hic: tñ potius colligitur, ꝙ personæ cleri
corum gaudẽt eodem priuilegio cum ecclesijs, rõ aũt primi
dicti redditur p gl. de pig. ex literis, q̃a res clericorum sunt ob-
ligatæ ecclesiæ si male administrãt clerici, quæ rõ ſm Pan. de
ficit in non hñte beneficium, iõ verior vr̃ rõ, q̃a bona non ha-
bentia onus annexum sequuntur psonam tanq̃ accessoria, iõ
gaudent priuilegio personæ quo ad forum, vñ dñi tpales pro
talib. reb. non pñt collectas imponere clericis. de immu. ecc. c.
1. li.6. an aũt de bonis per successionem acquisitis teneant cle
rici soluere collectas, & quid de bonis communib. no. in Spe.
de cle. coniu. ver. sed huius. & sequen. & de vita & ho. cle. c. fi.
2 †Tertio no. ex verbo, negotiandi, a ɔ̃rio, ꝙ in his quæ deferũt
clerici b causa negotiandi, non gaudẽt immunitate. de hoc in
glo. a ɔ̃rio. idem Pau. nam & alij non excusantur nec p prescri-
ptionem, nec per militiam. C. de vectigal. & commiss. l. omnium.
& l. ex præstatione. fallit in casib. notatis. ff. eod. ti. l.4. & dr̃ ne-
gotiator qui rem emit & vt eam in sua forma integra vẽdat,
non aũt si emit, vt sit ei materia inde aliqd operandi. 88. di. pa-
lea, eijciens. de hoc. 14. q.4. c.j. j. q.3. in summa. nam vbi vendit
rem mutatam, lucrum puenit ex artificio, vt si emit chartas
vt scribat librum, vel qd simile. de ɔse. di.5. nunq̃. 91. di. cleric⁹
victum. sed vbi vendit rem non mutatam, lucrum puenit nõ
ex artificio, sed ex solertia vilius emendi & carius distrahẽdi.
88. di. qd est aliud. & in talib. difficile est nõ interuenire pecca
tum. de pęn. di.5. qualitas. ſm Pau. & idem Matth. qui dicit ꝙ
negociationem p quam venditur rẽs non mutata clerici nõ
pñt exercere. 88. di. c.2. 14. q.4. c.1. vbi de hoc. & q.3. in sum. in
fi. nam clericus negociator vt pestis vitãdus est. 88. di. negocia
orem. Quarto no. ibi, aut deferri faciũt, ꝙ non refert in talib.
per se vel p alium facere. ar. de pig. significante. de sen. excom.
mulieres. Quinto no. de nominib. vectigalium. de hoc in glo.
in verbo pedagia. quę remittit ad no. de ver. sig. sup q̃busdam.
& ibi dicit ꝙ talia non pñt imponi nisi p reges, vel principes.
ꝙ intelligit Host. ibi, de regib. Romanorum qui sunt dñi mũ
di. ff. ad l. Rho. de iac. deprecatio. C. de quadrien. præscri. bene.
& de hoc plenius. ɔ̃. q.7. Sexto no. ꝙ id quod non licet suo no
mine, non licet ẽt alieno. de hoc in glo. in verbo, alieno. & in
ea. in fi. idem Steph. & p hoc regula, q̃ facit. li.6. & ff. de admi.
3 re. ad ciui. perti. l.j. vbi de hoc. †Septimo no. ibi, exigũt vel ex-
torquent. ꝙ hic phibetur exactio, non receptio, si qs vult spõ-
te soluere. de hoc in gl. ibi, & dicit Pau. ꝙ exigere & extorque
re sonat violentiam. ff. de le.3. fideicommissa. §. si rem. dicit tñ
ꝙ satis videtur extorsio si præcedit extorsio quamuis sequat
solutio non coacta. simile quod no. Host. de iurepa. præterea.
& quod no. de simo. dilectus, 2. de pęn constitutis. & exponit
4 Steph. ibi, vel extorquens, vel pro. i. †Octauo no. ꝙ prælati ex-
torquentes ɔ̃ hanc clem. incurrunt piculum animarum sua-
rum. & h. d. Lau. pp excommunicationem. de qua hic. nam
Deus iratus animas percutit anathemate. de reb. ecc. non alie.
si quis. hæc. n. animam principaliter affligit. 9. q.3. audi. & ideo
maior pœna non habetur in Dei ecclesia. 24. q.3. corripiãtur.
dicit Genz ꝙ anathema segregat nedum a societate fraterna,
imo & a corpore Christi. 3. q.4. Engeltrudam. & dr̃ animę vi-
ta. de pę. dist. j. §. item si antequam. Nono no. ꝙ dicuntur gra-
uari clerici si ab eis exiguntur pedagia, pro hoc ꝙ ẽt laici ad ta
lia non tenentur, vt dicit gl.5. & idem Gen. dicens ꝙ pro reb.
ad quotidianum victum necessarijs nihil debet exigi ẽt a lai-
cis. & ɔ̃ exigentes inducta est pœna capitis, C. de vectigal. vni-
uersi. Decimo not. ꝙ sniæ excommunicationis & interdicti
debẽt publicari, vt hic. & fit publicatio secundum Pau. vt nul-
lus possit ignorantiam prætendere. 11. q.3. curæ. Idem secun-
dum Genz. fit, quia offensa facta talib. Deum tangit. 3. q.j. nul
li. sicut etiam honor eorum dr̃ Dei. 2. q.5. habet hoc. Vndeci-
mo no. ꝙ excommunicatio quæ de aliquo fertur a iure, publi
cari non debet nisi prius constiterit ꝙ eam incurrerit. p hoc
litera ibi, postquam constiterit. & ꝙ dicit glo. in hoc verbo. &
5 pro hoc. de homici. c.j. in fi. lib.6. †Duodecimo no. in fi. quod
non sufficit restituere ablata nisi ẽt satisfaciat de transgressio-
ne vt sic fiat satisfactio de iniuria irrogata homini & Deo. 14.
q.6. si res. de homi. sicut dignum. §. eos. de vsu. q̃a in omnib. de
sen. excomm. perro. & c parochianos. & de hoc p Inno. de co
ha. cler. sicut. secundum Pau. & idem Genz. qui dicit ꝙ hæc sa
tisfactio erit arbitraria ex quo non exprimitur hic, sed gene-
6 raliter dr̃ quod satisfaciant competenter. †Decimotertio no.
quod hoc casu non absoluuntur nisi primo satisfaciant, quod
est secundum Paul. quia snĩa fertur pro manifesta offensa. de
ver. sig. ex parte. 2. q.7. accusatio. 17. q.4. de presby. 11. q.3. excõ-
municatos. Et est simile de sepul. c.j. lib.6. in fi. & de sepul. cle.
eos. de dec. cle. religiosi. & quod no. ɔ̃. de sen. excom. cle. ex eo.
& de hoc in Spe. de dolo & contum. §. nunc dicamus. ver. sed
nunquid excommunicamus. Op. quia vr̃ auctor esse diminu
tus, ibi, restituerint. omisit enim verbum, plenarie. quod poni
tur eo. ti. quamquam. sol. vt in glo. pe. quam no. in eo quod di
cit ꝙ noĩe restitutionis intelligitur de plenaria. & idem Paul.
7 †Quæro de intellectu literæ ibi, proprijs. so. vt in glo.5. Secun
do quæro, an bona quæ habẽt clerici communia sibi & alijs,
censentur propria, quo ad hanc cle. Lau. dicit videri ꝙ sic. ar.
de postu. pręla. c.j. maxime si sint indiuisibilia. argu. de appel-
8 vna. † Tertio quæro an extra casum huius clem. sunt alij casus
in quibus non teneatur quis ad vectigalia. glo.5. in fin. dicit ꝙ
sic, & remittit ad not. ff. de publi. l.4. & ex eo quod dicit glo. ꝙ
de his quæ deferuntur ad vsum proprium, etiam laici non sol
uunt vectigalia, infertur quod scholares de libris, & alijs quæ
secum ferunt ad studium, non debent soluere pedagia. quod
tenet glo. C. ne filius pro pa. auth. habita. his aũt casibus quib.
gabella non debetur, saltem dẽt is qui defert res, profiteri, &
iudicari publicano. ff. de publ. & vecti. l. fi. §. diuus. quod intel-
9 lige vt ibi no. † Quarto quæro in eo quod priuilegiãtur cleri-
ci quo ad ea quæ deferunt non causa negotiandi, quid si ori-
tur quæstio inter leuatorem pedagij, & delatorem, vt quia le-
uator negat illum clericum, vel dicit res deferri causa nego-
ciationis, vel non esse illius. Solu. vt in glo. a contrario. quę di-
cit

A D D I T I O N E S.

a Bona clericorum. Adde hic quæ dixi supra in clem. j. de vita & honest. cle. in 13. q. an apostil.
Vinc. G. Bona clericorum an regulariter sint priuilegiata, Fel. in c. nullus. col. j ver. 3. bona, de foro compe.
b Quia in his quæ deferunt clerici. Adde Fride. de Se. consi. 11. incip. ratio mihi eu in vlt. col. Pet. de Anch. consi. 14 incip. contra fratres.

eit standum iuramento quo ad res,nisi qualitas personarum
dissuadeat.quo ad personam dicit sufficere ꝙ sit in habitu &
tonsura clericali.idem Pau. & per hoc inducit gl. quia graue
esset iudicē adiri.de hoc vl.in seq. q.Quinto quæro,si oportebit
indicem adiri,vt quia qualitas personarum dissuadet iuramentum
præstari,quis erit ille.dicit Lap.ꝙ erit iudex loci vbi
talia exiguntur,pro hoc quia etiam si alias non esset index,tamen
ratione delicti efficeretur iudex.de foro comp. cap.fin.
Sexto quæro,in casu de quo in proxi. q. an adibitur iudex ecclesiasticus,an
secularis.Lap.dicit videri quòd quantū ad cognitionē
clericatus tm̄ ecclesiasticus.de sen.excommuni.si iudex.li.6
sed quantū ad cognoscendum an res sint clerici vel
alterius,& an causa negociationis vel alia deferātur,laicus poterit
esse iudex.facit de iureiu.licet.li.6.& quod ibi no.Io.An.
& de fo.cōp.cū ꝯcor.eo.lib.vel verius dr̄ qđ his omnib. casib.
tm̄ ecclesiasticus cognoscet. facit de iudi. quanto.de for.cōp.
c.2.& ca.si diligenti. & hæc cle.in prin.ibi , locorū diœcesani.
10 iuncto fine ibi,postq̄ de his ipsis cōstiterit. quod placet.† Septimo
quæro,in eo ꝙ hic dr̄ de pedagijs , quis possit hoc imponere.
So.per id qđ dixi s̄.in §.notabili,qa imperator hoc potest.
de alijs aūt regib.dicit Pau.quod hoc non possunt, C.noua
vectiga.institui non poss.l.solent.Ex hoc vr̄ s̄m Pau.ꝙ ciuitates
hodie non possent talia imponere,qđ dicit verum exceptis
illis quæ fuot in pace Constantiæ, quibus concessum fuit
a merum imperium,a & ꝯ illud ēt præscripserunt.& dicit Pau.
bene præscriptibile ꝙ quis non subsit imperio , licet non sit
præscriptibile ꝙ quis non subsit Papæ. io extrauagan . Bonif.
8.vnam sanctam.rō primi , qa imperator iurisdictinnem habet
a populo & exercitu.93.dist.di.legimus.non a Deo immediate,licet
omnis potestas a Deo sit.ad Roma.11.2 t.q.r. quid
culpatur. hodie autem hēt ab ecclesia cuius fidelis est.de iureiu.cle.
Romani.& hēt ēt absque præiudicio eorum qui sibi
b non subsunt,b sicut est Rex Franciç.qui si. sint legi.per uenerabilem.&
similes.qui quasi remanent sui iuris rōne superioritatis,tm̄
sunt sub ptāte Papæ. ad hoc de priui. cum personæ.
sed iurisdictionis exercitium in omnibus est penes eos in suo
territorio.Paul. sed in eo quod dicit præscribi posse quod qs
non subsit imperio,contrarium tenet Cyn.C.de præscrip.30.
ann.comperit.& Pe.de Anch.hic, quia ꝯ obedientiā nō p̄scribitur.
de præscrip.cum non liceat. dic,quod dictum Pau. ꝓcedit
præsupponendo illud qđ præsupponit Pau.qđ iurisdictio
imperatoris pendeat a Papa,quo præsupposito pōt Papa præscribere
aliquem subditum imperatoris vt immediate subsit
sibi ita ꝙ non imperatori,sed imperator non potest aliquem
subditum Papç præscribere vt subsit sibi ita quod non Papæ.
pro hoc quod no.de postula.bonç.a.quomodo autem intelligatur
iurisdictio imperatoris dependere a Papa,& quomodo
non,dixi de ele.uenerabilem.& de iud. nouit. Ad id qđ ī ꝙ ꝯ
obedientiam non præscribitur,illud est verum actiue,sed pas
11 siue bene p̄scribitur.d.c.cum non liceat.vbi de hoc.† Octauo
quæro,an ꝙ hic dicit de pedagijs locum habeat in gabellis &
datijs quæ leuantur in ciuitatibus Lombardiæ. Steph. ꝙ sic,
qa idem iuris de ipsis.arg.13.q. 3.putant. & c.pleriq; de priui.
quanto.& ex hoc dicit ꝙ tota Italia est interdicta & clerici ir-
12 regulares hoc non seruantes.† Nono quæro,quam formam
debent tenere diœcesani vt sibi ꝯstet de his excessib. gl. parte
vocata.dicit ꝙ citata parte.idē Lau. ꝙ non singulariter.idem
no.de pç.cle.1.ad fi.gl. idē & cum glo. quia causarum merita
&c.de in integ.rest.tum ex literis.in fi.nam & si esset notoriū
pars tm̄ uocanda est,cum multa dicantur notoria quæ nō sūt.
de appellationi.consuluit. j. de hoc an in notorio semper sit
13 necessaria citatio,dic vt dixi de coha. cleri. vestra. † Decimo
c quæro an possit diœcesanus c de his inquirere non conquerē
te illo qui soluit.glo.eadem qđ sic. pro hoc inducit Lau.quia
ep̄s qui est defensor reipublicç io sua diœcesi. de offi.ord.c.1.
tenetur prohibere hanc offensam commissam aduersus rem
publicam quæ consistit in sacris & sacerdotibus.1.dist.ius publicum.
In ꝯrium inducit,quia fauori suo pōt quis renunciare.
de fo. comp. dilecti. soluit qđ quatenus est offensus ep̄s &
vniuersalis ecclesia,procedit primum ꝙ ep̄s ex officio hoc
pōt.& maxime si ꝯstet ei, exactores persistere io notorio crimine,
vt leg.& no.2.q.1.in summa.& plurib.capitulis ibidem.
de iureiur.ad nostram.2.de sen.excom. cum non ab homine.
& c.contingit.1.Sed inquantum tangit ius priuatū clerici vel
vel ecclesiæ offense,secus,vt no.in d c.contingit.arg.10.colla.
de cap.Conradi.si clericus.idē Pau.& Gen.Vndecimo quæro
an diœcesani qui,vt hic dr̄,debent excōicatos,de quibus hic ,
facere a subditis publicari,possint sup hoc requirere vicinos
14 ep̄os.gl.vicinos.ꝙ sic.idē Lau.† Duodecimo quæro,an io casu
ꝓxime q̄ōnis possint ordinarij animaduertere in ep̄os vicinos
si legitimè requisiti ꝯ ius recusant eos iuuare. Laud.dicit
videri ꝙ sic.ar.23.q.2.in summa.& c.dn̄s.remittit ad no.de fo.
comp.c.le.vnica,dic ꝯ,vt no.in d.cle. vnica. §.eorundem.in gl.
15 simile.† Decimotertio quæro,vt quærit Matth.de q̄ōne facta
pone ciuitas Tiburtina tenetur quolibet anno in certa quantitate
Romanis exoluenda , nunquid si Romani concedunt
aliquibus Tiburtinis ꝙ non teneantur cum alijs contribuere,
tenebitur ciuitas soluere totū.vr̄ ꝙ sic. C.de decurio. l.vacuatis.
li.10.nam priuilegium concessum singulis non extenditur
ad uniuersitatē.ff.de re.diui.in tantum. Spe.eo.ti.§.nunc dicēdum.
uer.quid si vniuersitas tenet ꝯriū dicēs ꝙ vniuersitas releuabitur
ꝓ pte illorū.C.de pac.creditores. si ꝯ ius uel utili.pub.
l.fi.ff. de leg.j.si fundū.§.si libertus.de ali.leg.l.1.ꝓ prima parte
facit.ff.de leg.1.ab omnib.ī pri. vbi si testator exemit vnū ex
hæredib. ab onere,cæteri tenēt ad onꝰ itegrū.& ibi dr̄ Bar ꝙ si
Comitatenses tenentur soluere salarium Potestati , & postea
eximitur aliqua villa , cçteri tenentur ad salarium integrum.
& de hoc in Spe.vbi.s̄.in addi.Io.And Et dic ꝙ si istç collectç
deberentur ex contractu,si creditor liberat aliquos de vniuersitate,
liberatio cedet in commodum vniuersitatis.non enim
potuit illos liberare,nisi in suum præiudicium. Et ad id quod
dr̄.s̄.ꝙ id qđ ꝯceditur singulis non extenditur ad vniuersitatē,
dic ꝙ ꝓcedit qñ est tale quid,cuius commodum & incommodum
non habet resolui io singulos de vniuersitate. secus
qñ resoluitur,vt hic,quia id quod debebat vniuersitas colligebatur
a singulis,pro hoc quod no.de testi.cum nuncius.si autē
collectç debentur ab vniuersitate alicui tanq̄ superiori,tūc
videtur ꝙ iure superioritatis possit aliquos eximere sicut Papa
eximit aliquos a procurationibus quæ debentur legatis.e.
tit.cum instantia. vbi de hoc. & hoc casu exemptio singulorum
non proderit vniuersitati, per prçdicta , si multi eximerentur
ita qđ graue prçiudicium generaretur vniuersitati,nō
tenerent tales exemptiones tanq̄ tendentes ad norā. de deci.
suggestum.de hoc etiam dixi de præscript. accedentes.

ADDITIONES.

a Merum imperium. Adde Doc in c.nouit de iudi & Oldr. cons.254.
Vin.God. Merum imperiū quęritur ex præscriptione & consuetudine. Ale,
in l.3.de iur.om iu.& idem Ale.in l.stipulationum,in prin.de ver ob.& Fel.
in c.iudicis officium,de off.iud.

b Qui sibi non subsunt sicut est Rex Franciæ Adde gl.primā in c.j.de pace iu.
fir.in vsibus feudorum.gl.in verbo,recognoscat,& ibi Doc.in d.c. per uenerabilem.
hic allegato.
Vin.G.Adde de Rege Franciç Ruy.cons 31.nu.10.lib.5. & an Rex in suo regno
dicatur habere tatam potestatem quantam Imperator in Imperio Cur.
io.cons 1.no 30

c An possit diœcesanus. Adde Berta. de Firmo in tractatu de gabel. in 7.parte
in 5.col ver.circa prçdicta omnia.

De celebratione missarum & alijs diuinis officijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ministri ecclesiastici tenentur ad horas canonicas.*
2 *Horæ canonicç debent dici cum puritate.*
3 *Clerici non debent tenere canes uenaticos,nec secū ducere ad ecclesiam*
4 *Clerici debent stare deuote in ecclesia.*
5 *Clerici quando dicunt horas canonicas,an satis sit quod pronuncient labiis,cogitando aliquid extrinsecum.*
6 *Clericus qui interest officijs diuinis,an peccet si non intelligit quę dicūtur & leguntur.*
7 *Quid si clericus est in mortali peccato.*
8 *Horę canonicæ quid sint,& quot,& quare sint institutæ.*
9 *Horas canonicas, quis teneatur dicere.*
10 *Horæ canonicę quot sunt.*
11 *Suffragio sanctorum,matutinę beatæ Mariæ,& vigiliæ mortuorū,an sint de necessitate dicendæ per eum qui tenetur ad horas canonicas.*
12 *Horas canonicas negligenti dicere,an possit imponi competens pęnitentia absque eo ꝙ teneatur dicere.*
13 *Clericus quod possit exire chorum ante diuinum officium finitum,quæ potest esse causa rationabilis.*
14 *Reconciliatio cemiterij cuius expensis fieri debet.*
15 *Episcopus distans a loco per tres uel plures dietas,an sibi sint faciendę expensæ eundo & redeundo quando venit reconciliatum vel cōsecratum cęmiterium uel ecclesiam.*

CAP. I.

GRaui. Diuide in duas vt glo.& licet sit vnicus
casus,tamen propter longitudinem ꝓsequor
per partes . No. ꝙ licitum est turbari super
delinquentes. nam Deus turbatur & irascitur.
de reo.eccl.non alie.It quis.sic & iustus irascitur peccatis palearum,
id est malorum,qui sunt sine fructu.6.q.1.cum aūt.
Ideo dicit canon,peccata odio habeo non homines. 86.distī.
odio,Secudo no.ibi,negligentia. quod in ministris ecclesia-

fticis reprobatur negligentia quod intelligit glo. de off. arch.
ea quæ. de negligentiam crassa Hostië. vero ibi dicit ꝙ quæli
bet neglignitia est sufficiens ad remouendum prælatum ab
administratione. & de hoc de officio custo. c. 1. & hoc potest
tolerari in his quæ specifice comittuntur sibi, quia talis ne-
gligentia in eo est mortale. & sic loquitur prælleg. c. 1. de of-
ficio cul. Item si loquitur de eo qui monitus non se corrigit,
vnde propter negligentiam nonquam videtur prælatus re-
mouendus, nisi sit ualde perniciosa ecclesiæ & monitos non
se corrigat. nam etiam ad inquisitionem nõ proceditur con-
1 tra prælatum, nisi quando inualescit clamor qui sine scanda-
lo tolerari non potest, de accusa. qualiter. 2. vers. verum. † Ter
tio not. ꝙ ministri ecclesiæ tenentur ad horas canonicas, ex
hoc arguit gl. in ver. ministri. secus de non beneficiatis. & de
hoc J. quæstio. 3. Quarto not. ꝙ ministri ecclesiæ debent esse
modesti. & dicit Laud. quod cum modestia requiratur in om
nibus subditis regis pacifici, scilicet Christi. supra in proœmio
Grego. fortius in clericis. arg. 4. dist. denique in princ. & dicit
Pau. ꝙ modestia est per quam pudor honestatis puram & sta-
bilem comparat authoritatem, secundum Tul. in prima the-
torica. quod exponit Pau. dicens quod per id quod dicit pu-
dor, tangitur causa & effectus modestię, nam pudor est timor
turpitudinis vel fuga rei indecentis quæ ab interiori ordinatio
ne procedit cum ratione appetitus obtemperat quæ per ex-
teriorem ordinationem ostenditur, sicut ordinata mens me-
tu uel uoluntate commota apparet per exteriora, vnde con-
sueuit tempore tię corpus tremere. & oculi exasperari. Eccl.
19. Amictus corporis risus dentium & ingressus hominus
enunciant de illo. Quinto no. ꝙ ministri ecclesiæ tenentur of-
ferre Deo fructum labiorum. ex hoc arguit glo. sumptum. ꝙ
2 satis est labiis seruire in diuinis horis, & de hoc J. q. 1. † Sexto
no. ꝙ horę canonicę debent dici cum puritate ex hoc argui-
tur quod qui est in mortali, si dicit eas, nihil agit, sicut sunt
concubinarii, fures, & similes. vnde in Psal. peccatori autem
dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas. &c. & de hoc J. q.
3 ex hoc etiam arguitur contra clericos qui potius pro dena-
rio quam pro Deo accedunt ad officium, & de his, an com-
mittant simoniam dicit Matt. ꝙ non ueram, sed mentalem,
sic ꝙ sola pœnitentia excipiatur, vt de simo. c. fi. ff. de uerb. sig.
olim j. qõ 2. sacerdos. Septimo no. ꝙ colloquia inhonesta de-
bẽt uitari, maxime in diuinis officiis. & contra tales dicit Hy-
larius super psal. ibi, media nocte &c. cum maxime corporis
uitiis opportunitas datur, tunc potissime eadem vitia legis re
cordatione franguntur. ideo dicit canon ꝙ tempore orationis
debemus toto corde inuigilare, & soli Deo pectus pandere.
de consecra. dist. 1. quando. per hoc dicit Matt. ꝙ ante secretã
sacerdos præparat assistentium mentes dicendo, Sursum cor-
da. d. c. quando, dicit etiam ꝙ clerici debent ad officium ire in
habitu honesto. de vit. & hone. cleric. c. fin. & cum deuotione
ibi stare, & Deo plus corde quam voce cantare. 92. distinctio.
cap. primo tertio. Octauo no. ꝙ clerici debent conuenire ad
chorum non tarde, debent enim in ecclesia esse a principio
officii vsque ad finem. 91. distin. c. fi. de hoc eod. tit. c. 1. & hic
in glo. etiam. quæ dicit ꝙ etiam laici debent de missa recede-
re ante benedictionem. Et dicit Lau. quod pari ratione non
debent clerici recedere de aliis horis antequam dicatur, bene
dicamus domino, quia nihil dicitur actum &c. C. de his qui.
ut indig. l. penu. & sic ante exeuntes carebunt quotidianis. de
cleri. non resi. c. vnico. lib. 6. pro hoc quod dico. J. q. 1 a. ea hoc
infert Laud. quod statutum quo disponitur quod ille qui est
in una uel duabus horis reputatur residens per totum diem
est irrationabile iudicandum, & sic debet extirpari. 68. distinc.
cor episcopi. nam officium Dei terminatur in completorio.
eod. titu. capitulo 1. ex hoc etiam arguit Genze. contra scola-
res tarde ad scholas uenientes uel ante finem exeuntes qui de
berent non perfunctorie, sed diligenti studio suas lectione
audire & earum recordari. in Authen. de quæst. §. penul. col.
3 6. & ibi glo. † Nono no. quòd clerici non debent a canes vena
a ticos secum ducere ad ecclesiam, imo ut dicit gl. quos etiam
extra ecclesiam non debent tenere. Et dicit Laud. quod vsus
& occasio quam illi canes dant dissolutioni facit eos reproba
ri ex quo infert quod bracchettos causa recreationis, vel ma-
stinos causa custodiæ tenere possunt. ar. 86 distinctio. odio. su-
pra de statu monacho. clemen. ne in agro. §. porro. vbi idem
4 nota. † Decimo nota, quod clerici debent deuote stare in offi
cio. Versus. Non vox sed votum, non mosica cordula sed
cor. Non clamor sed amor pulsat in aure Dei. Et dicit canon
quód in his nihil facilius hominib. si perfunctorie res agatur,
sed nihil miserabilius apud Deum, 40. dist. ante oĩa. Vndeci-
mo nota ꝙ præcipue in uigiliis festorum debent clerici stare
in officio de nocte. de hoc in glo. in quibus, quam no. in fi. di-
cit Pau. quod vigiliæ sunt à uigilando & non dormiendo añ
te ueneranda, & quædam per ieiunii obseruantiam. de obser-
ua. ieiu, per totum. & in talibus præcipue ab omni opere illici
to est abstinẽdum. de fer. c. 1. de statu mona. cum ad monaste-
b rium. § in refectorio. Duodecimo nota. ibi, in ecclesiis b. ꝙ in
ecclesia est orandum. de puri. post par. ca. vnico. de immu. ec-
cle. decet. lib. 6. dicit tamen Pau. ꝙ vbique potest orari, vt di-
cit Bernardus in lib. meditationum, & uersus oriẽtem debet
orari, licet uersus omnem partem fieri possit, quia Deus est
vbique, de hoc. 11. dist. ecclesia. & Matt. 6. dicitur, cum oraue-
ris intra cubiculum tuum. & clauso ostio tuo ora patrem tuũ
& secundum Cassianum, in abscondito intra cubiculum. ora-
mus cum a cogitationum & solicitudinum corde remoto
secreto ac familiariter preces nostras soli Deo referamus. de
hoc. 41. distinctio. per simoniam. Decimotertio not. quod in
decentibus uestibus debet in ecclesiis deseruiri per clericos.
c ex hoc arguit Genz. ꝙ de veste etiam pulchra alicuius domi
ni vel dominę temporalis non est facienda casula, vnde nec
vestimenta seu palia ecclesiastica sunt laicis ad pompam ac-
commodanda, vt no. d. conse. di. 1. ad nuptiarum. contrarium
tamen seruatur. Oppo. in eo quod redarguit clericos tarde ad
chorum uenientes, videtur enim ex hoc ꝙ dormientes pec-
cant, & sic ob. 6. di. testamentum. de bap. maiores. in fin. Solu.
Pau. ꝙ ipsum dormire uel surgere non est peccatum sed ne-
gligentia & tarditas. ad idem. 13. q. 2. qui oblationes. & 16. qõ.
v. decimę. Secundo oppo. quia luera ibi, aut eis interesse, vide
tur innuere quod sufficiat clericis interesse diuinis, etiam si
non dicantur, & sic ob. quod s. dicitur ibi, transcurrendo &
syncopando. Sol. Pau. refert quod no. Inno. & Hostien. eo. tit.
d c. 1. vbi dicunt ꝙ infirmus ab utroque excusatur si directe vel
occasionaliter sibi posset obesse. argu. de obserua. ieiu. consi-
lium. in fi. dicit Matth. ꝙ quilibet clericus beneficiatus & in
ordine constitutus tenetur dicere officium. s. eo. ti. c. 1. 16. dis.
clericus. & c. fi. & per se. Sed si non potest per se, vt quia infir-
mus, vel fatigatus, vel alia iusta causa, sufficit audire. imo etiã
ab audiendo excusatur infirmus; si est talis infirmitas quod
hoc sibi obesset. secus si esset uetus quartana vel alia debilis
infirmitas, qua non obstante sua negotia procurat. ff. de re iu-
di. quæsitum. de hoc eo. tit. c. 1. dicit etiam Matth. ꝙ post con-
ualescentiam non tenetur redicere, sed debet sibi imponi pę-
nitentia de omissione. eo. titu. c. 1. Sed frater Aluarus dicit ꝙ
non imponetur sibi pænitentia, quia si non tenebatur dicere
non peccauit non dicendo, secus si alias sine causa omisisset.
regula, nemo potest ad impossibile. lib. 6. & hoc teneo. eod.
tit. c. 1. q. 8. Tertio oppo. in eo quod prouidet ꝙ in uasis uel ue
stimentis indecedentibus non deseruiatur in ecclesia, nam de
hoc erat prouisum de custo. eucha. c. 2. Solu. vt in glo. non ex
5 immunditia. & idem Pau. † Quæro in eo quod dixi. sup. in 5.
notabili, ꝙ. satis est seruire labiis in diuinis, an hoc sit uerum.
glo. sumptum remittit ad no. eod. ti. dolentes. & ibi dicitur ꝙ
non peccat mortaliter, maxime si cogitat de aliquo bono spi
rituali. dic ut ibi dixi. q. 7. Laud. autem arguit ꝙ nullo modo
peccent secundum quosdam qui dant simile de illo qui uo-
uit ire ad Sanctum Iacobum, & posuit se in itinere animo
complendi uotum. quia non est necesse quod semper habeat
in animo Sanctum Iacobum, sed sufficit quod ab initio hoc
intendat. Et propter hoc aliqui quo ad horas negant recitare
horas, sicut Hispani. In contrarium inducitur, quia hic dici-
tur quod cũ animæ deuotione &c. Itẽ plus corde quam ore
psallendum est. 92. d. c. 1. & 2. & scriptum est Hiere. 44. Maledi
dictus homo q facit opus domini desidiose. Solu. Laud. ꝙ si
loquimur de illo qui immiscet sincopas, & rescindit horas, vt
quia dimittit unũ versum uel aliq̃ partem modicam vel ma-
gnã, aut dicit horas cum aliis in choro, & propter hoc nõ rei
terabit chorus ꝓpter scandalũ, sed ipse solus sub silentio vel
ad partem, iuxta sequentem distinctionem. ar. de præscrip. ni
hil. aut solus dicebat, & aut erat sic infirmus ꝙ non poterat
cõmode dicere, & nõ tenetur reiterare, quod dixi. s. in 2. ꝗrio.
aut nõ erat infirmus, & aut omisit ex malitia aut ex accurata
negligẽtia, & tenet reiterare, & nihilominus de pcõ omissio
nis punietur, iuxta no. s. ea. cle. in 3. ꝗrio, & sic intelligit illud.
Maledictus

ADDITIONES.

a Quod clerici non debent. Adde Ioan. de Ana. idem tenentẽ in rubr. de cle. vena. in 2. col. vbi allegat istam cle.

b In ecclesiis. Adde Doc. in c. decet. de immu. ecclesia. lib. 6.
Vin. God. Adde Alex. consi. 110. & seq. lib. 2.

c De velle. Adde Doc. in c. 1. de consue.

d Quod si infirmus. Adde Innoc. & Abba. in c. 1. in vlt. col. eo. titu. facit ad hoc glo. in c. placuit el. 2. 18. dis. gl. in verbo, infirmitas, in c. vnico. de cle. non re si. & an infirmus post conualescentiam teneatur reiterare quæ omisit in infirmitate vide Inn. in d. c. 1. & Abb. in c. 1. in 2. notabili. de obser. ieiu.
Vin. God. Adde ꝙ Infirmus transferens se ad loca religiosa cũ bonis suis & ibi decederet ꝙ locus ille teneatur contribuere ecclesię parochiali. Alex. consi. 21. num. 3. lib. 2.

Maledictus homo.allc.§.ea.qd.& de hoc.J.ver.ne igitur.q.6.
aut omisit præter propositum,& non peccat mortaliter, sed
venialiter,vt no.eo.tit.ca.1.pro hoc.25.dist.§.alias,quod dicit
Lau.verum si non fiat magna interruptio.Refert etiam alioa
aliter distinguere,quia aut incipit cessare in bono temporali
id est,propter bonum temporale,& tenetur redicere.aut pro
bonis ecclesiæ,& non tenetur.hæc tamẽ verba huius vltimæ
distinctiunis profert.Lau.ita breuiter,ꝙ possunt habere & a-
lium sensum.Refert:deinde Theologos dicere,ꝙ aut dat ope
ram suæ cogitationi.sicut si ponit se inter fabulas,& tenetur.
aut non dat operam,sed rapitur præter voluntatem ad aliud
cogitandum,& non tenetur arg.de homi.dilectus.de iureiur.
cap.fin. vel dicit Lau.ꝙ licet sit in præcepto, ꝙ quisque dicat
horas,ꝙ tamen dicat de nocte,vel de die,vel ꝙ ex deuotione,
aut ex intentione non est in præcepto. sed hoc est gratia Dei
prout ipsam dare voluerit,in homine tñ est,quod gratia ha-
beatur,vnde Hugo de sancto Victore homo non habet gra-
tiam,non quia Deus eam tenuit,sed quia homo eam recipe-
re recusat.de hoc eo.tit.dolentes.Et dicit Lau.ꝙ propter hoc
bonum est quod saltem in generali confessione quæ quoti-
die fit in missa, & in aliquibus horis exprimitur peccatum
omissionis.dicit etiam Lau.posse distingui inter idiotas qui
minus peccant,& inter literatos qui magis peccant.arg.40.di.
homo.De his dic,vt dixi in d.c.dolentes.Et prædictis pro par
te concordat Pau.qui ex his infert,quod in oratione plura re
quiruntur,& prosequitur de oratione id quod no.gl.de reli-
6 qui.el.si dominum.ideo hic omitto.† Secũdo quæro,an pec
a cet clericus a qui interest officijs, & non intelligit ea quæ ibi
dũr.Sol. Matth.referendo id quod no.Inn.c.tit.dolentes. vbi
dixi in 3.& 8.q.vbi dicitur,ꝙ in clerico non excusatur igno-
rãtia,cũ teneatur scire.39.distin.Petrus.de ætate,& quali.cũ,
7 & ca.cum sit.† Tertio quæro, circa id quod dixi.ĩ.in 6. nota-
bili,quod cum puritate debent horæ canonicæ dici, quid de
b illo qui est in mortali.b dicit Lau.quod melius facit si dicat
ad hoc,vt Deus citius illuminet mentem suam.ar. de pœni.
& remiss.quod quidam,& ne reportet commodum de mali
tia,quod faceret si ex hoc releuaretur,dicit tamen quod de-
bet dicere in modum priuati suffragij ad instar laici sine,dñs
vobiscum,sicut dicitur de excommunicato,sicut no.de cler.
excom.c.2.& de elec.cum Vintonien.De eo vero qui est ex-
cõicatus minori dicit Lau.ꝙ potest dicere cum alijs de hoc
in Spec.tit.2.tract.dispensationum §.iuxta.versi.quid si excõi
catus.Et pro declaratione prædictorum quærit Lau.de pluri-
8 bus alijs de quibus.J.in pluribus,seq.quæstionibus.† Quarto
quæro,circa dicta in§proxi.qõ.qd sint horæ canonicæ,& quot
& quare sunt institutæ.Sol.vt in glo.septem.c & de hoc dixi
e.tit.e.1.& dicit Lau.ꝙ istæ horæ sunt sacrificium,siue hostia
laudis quam quis de fructu labiorum Deo offert pure,& de-
uote,vt hic,vel sunt certa pensio diuini cultus debita ab his q
in sortem domini sunt electi pro qua in sustentationem reci
piunt patrimonium Crucifixi.de præb.cum secundum.eo.ti.
e.1.& dñr ab oro oras.pro hoc de elect.vbi periculum.in fin.
lib.6.quia rando,& contemplando dicuntur,& quia certis
horis diei habẽt dici.Dñr autem canonicæ quasi regulares,a
canon.quod est rñ,sunt enim rñr dicendæ.12.distin.ca.pe.&
vlt.dñr diuinæ,quia Deo impenduntur.dñt etiam vigiliæ,qa
cum summa vigilia & intentione debẽt dici.91.dist.c.1.& p
totam distinctionem, vnde ꝯ de fides dicitur. Qui psalmos
resecat,& verba recisa ministrat,Nil melius esset quam si sua
9 verba teneret.arg.eo.ti.dolentes.† Quinto quæro,quis tene-
d tur ad horas d canonicas.dicit Lau.ꝙ quilibet promotus ad
sacros.Item quilibet etiam non in sacris,dumtñ clericus sit
beneficiatus ẽt si beneficiũ sit de patrimonio suo.& hoc si pa
trimonium factum est beneficium,alias non. sic intelligitur
quod no.92.dist.c.fi.& imputet sibi si beneficium non sit cõ
petens,quia nihilominus tenebitur ad horas ex quo fecit se
ad hoc intitulari,vt no.91.dist.clericus victum,& sic æquipa-
rantur hñtes sacros ordines his qui non hñt, sed sunt benefi-
ciati,& hoc quo ad officium dicendum,vt pdixi,alibi nõ sic,
de postu.c.1.& fin.Differunt tñ isti secundum Lau.etiam quo
ad horas,quia illi qui tenent rõne ordinum non possunt eas
p alios dicere infirmitate cessante,sed hi qui tenentur ratione
beneficij sic.arg.de app.peruenit,quod non placet,& cap.per
uenit.hoc non probat,sed solum quod isto beneficiato absen
te per alium deseruitur ecclesiæ.Sed per hoc nõ excusatur be
neficiatus quin teneatur horas dicere,& idem dico.J.de ma-
gis.cle.1.in prin.q.7.dicit etiam Lau.quod constitutus in sa-
cris excusatur per solam infirmitatem corporis 91.distin.§.
1.& c.1.& seq.& hoc quia persona eius est obligata,sed bene
ficiati excusantur multis de causis.primo propter consuetu-
dinem,vt no.gl.de consti.cum omnes.Item propter appella-
tionem,vel similem arduam causam.de appel.peruenit.2.sed
propter studium,vel aliam causam rationabilem. de electio.
cum ex eo,lib.6.de cleri.non resi.relatum.dic,vt proxime di-
xi,ꝙ licet istis casibus excusetur beneficiatus a residentia, tñ
tenetur horas dicere.Deinde refert Lau. Innocent.dicere, ꝙ
simplex clericus ẽt debet dicere,& audire diuina.92.dist. per
totum.sed Host.restringit hoc ad beneficiatos.De laicis aũt,
vel monialibus,dicit Lau.ꝙ si dicunt horas,non debent dice
re dominus vobiscum.nec solenniter dicere euãgelium , seu
ministrare,vt no.Host.e.tit.in c.1.dic,vt ibi dixi.§.in 2.contra
rio.Sexto quæro,quot sunt horæ canonicæ.glos.septem.sol-
uit,quod septem,& dantur versus quos ponit Lau.quos dixi
10 in d.c.† Septimo quæro qd debeat dici e pro horis.dicit Lau.
e qđ si est ꝯsuetudo probabilis,vel certa constitutio,seruabun-
tur.12.dist.nouit.& cap.seq.nam dicere hoc,vel illud non est
sub pcepto,cum diuersi diuersa dicant. de consec.distin. 5.in
die.Sequendus tñ est mos Romanus in sacramentis.de tem-
po.ordi.c.1.& 2.non in officiis,vt hic dicit tamen Lau.ꝙ mo
dus dicendi horas quo ad sæculares sumendus est, vel ab ec-
clesia Romana,vt in c.in die.vel metropolitana.12.di.ca. vlt.
dicit etiam Lau.quod propter hoc non reprobatur ille vsus
quo aliqui contenti sunt de tribus psalmis,licet Romana ec-
clesia,vel sua metropolitana hoc non seruet.12.dist in.de his.
In regularibus vero dicit Lau.attẽdẽdum ordinationem suæ
regulæ,& suorum statutorum.12.dist.placuit.ibi,neq; mona
11 steriorum,& de hor.J:clem.prox.† Octauo quæro,an suffra
gia sanctorum,matutinæ beatæ Mariæ,& vigiliæ mortuorũ,
vel similia, sunt de necessitate dicendi horas adeo ꝙ præter-
mittentes sine cã debent stipendio priuari & excõicari,iuxta
c.91.di.clericus victum.in fi.vel deponi a clero si castigatus p
satisfactionem non meruit veniam,ea.dist.c.fi.vel ab officio
remoueri,ea.dist.c.1.secundum arbitrium prælati teneat su-
scipere disciplinam,ea dist.eleuci. Lau.arguit ꝙ sic, per dicta
iura,quia quicunque non conformat se moribus aliorum,in
talibus vel similibus desidiosus aut intemperatus est.arg. 4.
distin.c.1.J.cle.prox.negligenter aũt agens officium punit vt
dimittens.91.di.clericus quilibet In ꝯrium.nam solæ horę ca
nonicæ sunt in præcepto p iura.§.alle.sufficit ergo illas dicere
quãrum ad necessitatem. Et licet aliqui velint plus gratis im
pendere,hoc non debet alijs nocere.arg.6.q.2.c.1.Sol. credit
Lau. ꝙ ex quo vno & eodem modo oẽs ecclesiæ seruitores
consueuerunt pro missa,& pro horis talia dicere,quod quili
bet de ipsis ad hoc tenetur.arg.de censi.ex parte. secus si aliq
tñ dicerent,ẽt plures,sed non alij,quod intelligit in residen-
tibus,& officiantibus ecclesiam,secus dicit in illis qui cã stu-
dij,vel alia rõnabili hñt extra uagari.arg.J.ele.prox. Nono q̃-
ro,an missa sit de integritate horarum.credit Lau.ꝙ non,cũ
ẽt in ep̃is,& superioribus sit de sola decentia.de priui.qm̃ lib
12 6.† Decimo quæro,an omittenti,vel negligenti dicere ho.
ras possit imponi cõpetens satisfactio absque eo,ꝙ teneat di-
cere.vr̃ ꝙ non,cũ hoc sit pensum.i.cẽsus,seu debitum reten-
tum a Deo in p̃sonas ecclesiasticas de suo patrimonio specia-
liter viuentes,qa sicut seruus ad tributum,sic clericus ad diui
nũ offim̃ obligat.eo.ti.c.1.45.dist.omnis.sicut em̃ obsequiales
operæ serui manumissi no sunt remissibiles, sic nec superio
ritatis iura præscriptibilia,& spãliter illa quæ superior in ho-
norẽ status & personæ suæ sibi retinuit 54 distin.frequens.de
præscri.cum non liceat,& maxime per inferiorem.Sol.Lau.
ꝙ si confessori magis vr̃ expediens,quod agat aliã pñiam q̃ ꝙ
retinere horas forte pp magnam multitudinem ad quẽ tene
tur.arg ff.de verb.sig.nepos Proculo,de regu.iur.impossibi-
lium,vel quia forte indeuote dicit,tunc poterit in aliã pñiam
conuertere pp peccatum omissionis.ar.82.dist.presbyter fi.in
fi.Vndecimo quæro,in quo loco sunt dicendæ; dic ꝙ in ec-
clesijs.J.versi.seq.ibi,collegiatis ecclesijs, tñ illi qui non resi-
13 dent dñr vbi pñt,pro hoc quod dixi.§.in 12.notabili. † Duo-
decimo quæro,in eo,quod permittit ex causa rationabili cle
ricũ exire chorum ante finitũ officium,quæ sit cã rõnabilis.
Sol.vt in glos.esset,& dic,vt dixi.§.in 8.notabili.& in hoc no.
Matthe.literam ibi,exeundo frequenter, quasi aliquando li-
14 ceat ex causa.† Decimotertio quæro,in eo,quod dicit,ꝙ per
insolentias clericorũ causant violationes ecclesiarum & cœ
miteriorũ,cuius expẽsis fit recõciliatio.dicit Lau.ꝙ illius qui
damnũ dedit.ar.de iniur.ca.fin.Decimoquarto quæro,si non
constat

ADDITIONES.

a An peccet clericus.Adde Host.& Doc.in c.dolentes.de cele.mis.
b Quid de illo qui est in mortali.Adde Abb.in c.quod quidam.in vlt.q.de pœ-
niten.& remis.
c Septem.Adde Io.de Lig.in repet.cle.dignum.infra,eo.in 7.q.princ.
Vin.God.Adde Io.And... de celeb mis.in nouel.
d Quis tenetur ad horas.Adde Doc.in c.1.de celeb.miss.
Vin.God.Diurnum officium tenentur dicere clerici,scilicet ordinati & pro-
fessi.&d.in l.Nemnius,post pr n de excu tut.
e Quid debeat dici.Adde Card.in.Alex.in c.placuit.14.dist.

constat quia dedit eam, vel si cōstat, sed nō est soluēdo. dicit
Lau. qđ si est statutū vel cōsuetudo sup hoc qs debeat emen-
dare, illi stab. tur. 9. q. 3. conquestus. de offi. ord. dilectus, & his
cessantib. contribuent parochiani cum rectore, quia ad talia
iura parochialia tenentur quæ incumbunt ecclesiæ de eccle.
ædifi. c. 1. licet videretur hoc insolidū incombere rectori. 10.
q. 1. regenda. 18. q. 2. non semel. & c. visitandi. vbi dī, q̄ epūs visi
tabit quoties necessitas incumbit, & per ɔ̄ns procurabit. de
censi. cum venerabilis. Lau. tamen non credit hoc compre-
hendi inter alia iura episcopalia, ad quæ insolidum tenetur p̄-
sbyter, cum iste sit casus fortuitus, nec computetur inter alia,
de quibus de offi. or. conquerente. si autem isti non sunt sol-
uendo, tenetur episcopus hoc facere gratis. arg. 1. q. 1. placuit.
10. q. 3. ca. iendum. Auth. de man. princi. §. id tn̄. col. 3. de hoc
de excessi. præla. cle. frequens. §. in exigendo. Oppo. ad hoc de
eo, qđ no. de consecr. eccl. vel alia. proposuisti. Solu. vt ibi dixi
in vlt. q. tenuit enim Vincen. q̄ in reconciliatione episcopus
non procurabitur, quia nō reperitur iure expressum. Sed hæc
opinio non recipitur per epos, & ɔ̄rium no. Inn. de censi. Ro
mana, lib. 6. in verbo, visitatis, vbi dicit q̄ pro quocunque cōi
negotio vadat epūs ēt si causa consignandi pueros dicitur visi
tare. arg. 10. q. 3. relatum. 1. q. 3. placuit. de simo. cum sit. & de
15 hoc ibi nota. † Decimoquinto quæro, si episcopus distat a ta
li ecclesia per tres dietas vel plus, an sibi fiant expensæ eundo
stando & redeundo. vr̄ q̄ sic ad instar testium. de rescri. statu-
tum, in fi. lib. 6. In contrarium, nam pro vno actu, puta pro cō
secratione ecclesiarum, vel similibus, debetur nisi vna procu-
ratio, & quot cunque sint dietæ, de simo. cū sit Romana. 10.
q. 1. decreuimus, epm, placuit, p hoc de censi. felicis, lib. 6. nā
ideo sunt assignati reditus epatūs, vt ex illis se sustentet ambu
lando per diœcesim, & supportando onera epatus, de vi. & ho
nest. cler. cum ab omni. & hoc credit Lau. verius, & hoc etiā
tenuit Inn. de censi. Romana. in ver. visitatis, li. 6. & dicit Lau.
q̄ non peccat episcopus exigendo procurationem dum recō
ciliat sicut exigit dum consecrat ecclesias, vel altaria maxime
si hoc sit ibi consuetum. de simo. cum sit Romana, & cap. ad
apostolicam. de hoc d. c. clem. frequens. §. in exigendo, & su-
pra. q. prox. & dic vt ibi.

S V M M A R I V M

1 *Diœcesani non se intromittunt de iurisdictione minorum prælatorum, ni si constet de negligentia eorum.*
2 *Officium diuinum debet dici horis debitis.*
3 *Prælati debent scire canones.*
4 *Correctio de exemptis spectat quandoque ad eum qui nō est ordinarius, exemplum ponit.*
5 *An autem tales prælati possint dare licentiam super residentia.*
6 *Ordinarij quando supplent negligētiam prælatorum inferiorum, an hoc faciant, vt ordinarii, an vt delegati.*
7 *Clericus ecclesiæ collegiatæ qui itineratur dicendo officium non in ecclesia, an excusetur.*
8 *Clericus negligens dicere diuinum officium, an peccet mortaliter.*
9 *Ecclesia collegiata si ædificata est in diœc. an prælatus huius ecclesiæ poterit exercere censuram, an autem solus diœcesanus.*
10 *Iudex sine causa cognitione, an possit aliquid præcipere ad partis cognitionem aliquid fieri, vel non fieri.*

Ne igitur. No. q̄ cauendum est, ne trāsgressiones in-
ualescant, & exponit Genze. in pro valde,
simile. ff. de lib. & posth. Gallus. §. ille casus. indifficilis, & ff. ad
1 Sylla. l. si quis in graui. † Secundo no. q̄ de iurisdictione mi-
norum prælatorum non se intromittunt diœcesani nisi in ca
su negligentiæ. de hoc in gl. arg. quod dicit Paul. verum quan
do ad inferiorem tantum spectat de iure cōi, priuilegio, vel ɔ
suetudine. de offi. archi. di lecto. de offi. ord. irrefragabili. §. j. &
c. cum ab ecclesiarum. vbi de hoc. in Auth. de defen. ciui. §.
iterum. in fi. secus si est actus qui ad plures simul pertinet, qa
tunc est locus præuentioni. de appel. vt debitus. ar. de offi. ar-
chipresby. c. 1. & si dubitatur quis præuenerit, deferetur ma-
iori. de præben. si a sede, lib. 6. & hoc nisi minor iurisdictionē
habeat a maiori, quia tunc potest prohiberi a maiori. ff. de iu
2 di. iudicium. de hoc per Inn. in d. c. dilecto. † Tertio no. ibi, ad
quos id pertinet, q̄quque correctio spectat ad eum q non est or
dinarius, de hoc. j. qō. 1. Quarto no. ibi, horis debitis, quod of
ficium a dici debet horis debitis, & de hoc in gloss. dicebat, &
dicit Pau. quod debite dicitur quando hora officij respondet
horæ diei non reciprocè, sed gradatim, vt no. Hostien. eod. ti.
cap. 1. & hoc procedit etiam si non credatur populus venire
ad ecclesiam, pro hoc ista litera quæ generaliter loquitur, &
de sent. excom mu. alma. lib. 6. Quinto nota. ibi, psallatur. qđ
in officio debet psalli. & dicit Paul. quod debet psalli a cleri-
cis astantibus in ipsis ecclesijs, nisi iusta causa excusentur vt si
prælatus mittit camerarium pro administratione tempora-
lium, vel alias pro factis ecclesiæ. de cleri. non resid. ex parte 2.
& c. ad audientiam. & tunc talis itinerando, vel in domo dicet
officium prout melius poterit. de hoc j. in 4. qō. Sexto no. q̄
clerici debent dicere nocturnum officium & diurnum & di
cit Pa. q̄ nocturnum est matutinum, prima, & completoriū,
aliæ vero quatuor horæ sunt diurnum. de hoc eo. tit. c. 1. Sep-
ptimo no. q̄ non omnes prælati possunt promulgare censu-
ram ecclesiasticam. de hoc in gloss. excludit. Octauo no. quod
prælati hoc casu coercent contradictores per censuram eccle
siasticam, & alijs remedijs, vt in litera. & dicit Lau. alijs reme
dijs, vt per inuocationem brachij sæcularis. de offic. ordi. cap.
1. vnde etiam, vt dicit Matth. si iudex mandat aliquid spectans
ad officium suum, & contemnitur, ad eum spectat punire cō
temnentem. de hoc in Spec. de iurisd. om. iud. in fi. Nono no.
q̄ prælati debent esse soliciti in his quæ spectant ad cultum di
3 uinum. 7. qō. 1. quia fratres. de constitu. ex parte. † Decimo no.
b q̄ prælati b debent scire canones. Et dicit Paul. quod etiam sa
cerdotes debent scire canones pœnitentiales, & alia sine qui
bus officium sacerdotale exequi non possunt. 38. disti. nullus.
& cap. omnes. facit 20. distinct. si decreta. quod allegat gloss.
4 penult. † Quæro in eo, quod dixi in a. notabili. quod quando-
est proprium memoriale suæ passionis, debe ergo institui passione imminente. de conse. distin. 2. semel. tertio vt tanquã vltimum recentiori memoriæ traderetur. de conse. distin. 2. liquido. pro hoc vltimo, ꝙ dixi in 1. no. Et simile inducit Lau. de Doctoribus, & Aduocatis qui meliores ponunt rationes in fi. & quo ad id quod proxime dixi, ꝙ non debemus hoc sacramentum numere pransi, dicit Lau. ꝙ regulariter non est malum exercere sacramenta, vel officium diuinum dicere post comestionem. fallit in missa propter sacramenti reuerẽtiam, dicto ca. liquido. & c. tribus de celeb. mis. ex parte. Item fallit in matutinis, & alijs horis quæ debent dici a ieiunis. de celeb. mis. cap. 1. Completorium autem non oportet dici a ieiunis nec post ipsum oportet ieiunium seruari, vsque ad missam diei sequentis, quod tamen aliqui obseruant, qui si sunt in crastino missam celebraturi post cõpletorium nihil sumũt, quorum deuotionem non reprobat Laud. sed necessitatem non laudat, dum tamen alias sint digesti etiam si nihil tota no
3 cte dormiuerint. de conse. distinct. 1. sacramenta. † Secundo
a quæro, quot requiruntur ain sacramento altaris Sol. Paul. ꝙ tria, scilicet panis, vinum, & aqua. de consec. distin. 2. panis, & c. non oportet, & c. in sacramento, & no. ea. distin. in sum. & panis debet esse triticeus, & valet etiam si triticum natum sit de lolio, quia non inspicimus, quid fuerit. sed quid sit. 51. di. vndecunque. secus si ex frumento nascitur lolium, quia mutat naturam & desinit esse frumentum, vt no. in d. c. sacramẽto. Item alia farina non debet misceri, quod si fiat, non transsubstantiatur secundum Io. & Hug. refer tamen Pau. Theologos dicere ꝙ possibile est, ꝙ vtrunque præmissorum in actualitate propriæ naturæ manet, ita, ꝙ in actu est vera natura frumenti, & vera hordei, vel alterius, licet forte sensus non posset eas distinguere, & sic sola farina frumenti est materia sacramẽti, & nõ alia. Et hoc dicit Pau. ꝙ si mistura est talis per quam tollitur natura frumenti, non fiet transsubstantiatio, quia sublata est materia sacramenti, & sic si magna est quantitas farinæ hordei, & modica frumenti, ita ꝙ frumentum assumat materiã hordei, deficit materia sacramenti. si autem admistum non in tantum abundat, & corrumpat & in suam naturam ꝯuertat frumentum, tunc ex troque efficitur quoddam tertium mistum, & per consequens desinit etiam ibi esse materia sacramenti. Item panis non debet esse de fermento, alias non conficitur, vt no. eo. tit. cap. fin. in glo. 2. Theologi tñ contra, nam azimatio & fermentatio non distinguunt panem substantialiter cum sint accidentia panis sicut homo nouus ante peccatum non efficitur alter inueteratus ex fermento peccati, sed substantialiter idem est, & hoc tenet Genze. licet fieri non debet, quia de fermento facilius cadit mica quã de azimo, & quia credere debemus Christum hoc fecisse in azimis cum in domibus iudæorum non esset fermentum, secundum Pau. & hoc vltimum tenui in d. ca. fi. in 2. quæstio. Tertio q̃ro, si panis fit de aqua rosacea, vel alia artificiali. quidam vt refert Pau. dicunt, ꝙ confici potest. quia aqua non remanet in pane, alij contra & probabilius secundũ Tho. quia partes principales panis qui est substantia vnius sacramenti sunt aqua naturalis & farina frumenti, quod etiam tenet Mat thæus.

ADDITIO.

a Quod requiruntur. Adde diffuse per Do. in c. cum Marthę. de cele. missa. Vin. God. Adde Nic. Plouer. in cap. 1. 3. par. num 6. habetur in lib. 8 trac. fol. 49. & Sacramenti eucharistiæ substantialia in eodem cap. 1. 3. par. fol. 48. eo. libr.

SVMMARIVM.

1 *Christus, an ordinauerit apostolos per illa verba, hoc facite in meam commemorationem.*
2 *Fugiens ad corpus Christi, an gaudeat securitate.*
3 *Sacramentũ corporis Christi est commemoratio nostrę redemptionis.*
4 *Et per hoc sacramentum retrahimur a malis.*
5 *Christus etiam post passionem mansit cum apostolis per gratiam.*
6 *Conuersio panis & vini in verum corpus Christi, an fuerit passibilis.*
7 *Substantia panis, & vini quid sit.*
8 *Corpus Christi cum toties sumatur, quare non consumitur,*
9 *Corpus Christi, an frangatur sub hostia.*
10 *Deus si faciat miraculose, ꝙ sacramentum altaris appareat in altari vt sanguis & caro humana, an sit sumendum.*
11 *Sequaces apostolorum qui sunt.*

In institutione. Vitæ æternæ. de consec. distin. 2: cum omne. in prin. & ca. species. in fin. & quandoque corporalis. de de pœn. & remis. omnis, & c. seq. Pau. Christus enim est animæ humanæ vita. de pęn. dist. 1. §. antequam. Genze. No. de verbis quæ dixit Saluator In institutione huius sacramenti ibi, hoc facite in meam cõmemorationem, & de hoc in glo. in verbo, apostolis, & in ea, ibi, in Christo semel. vbi dicit Ioan. quosdam dicere, quod p hæc verba Christus ordinauit apostolos, & de hoc etiam. 76.
1 dist. quod die. quod dic vt in sequen. q. † Quæro an sit verum quod proxime dixi, quod Christus ordinauerit apostolos per illa verba, hoc facite in meam commemorationem. Lau. dicit, quod ex illis verbis sumpserunt potestatem conficiendi vt presbyteri. & idem 3. ver. proxi. in verbo, tribuendo. latius hoc prosequitur dicens id quod dixi in 3. no. Et vltra hoc dicit ꝙ hoc verum est, quod fuerunt ordinati in sacerdotes per illa verba quantum ad effectum primum characteris, id est quo ad conficiẽdum verum corpus, vt prædixi: sed quantum ad secundum effectum. s. ad absoluendum in foro pœnitentię a peccatis ꝙ ad solos presbyteros spectat. de pę. d. 1. multiplex. fecit eos presbyteros post resurrectionem cum dixit, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. Ioan. 21. & 23. q. 1. §. si aũt. deinde ordinauit eos in ẽpos die Pente. dum misit eis Spiritum sanctum in linguis igneis. 75. distin. ordinationes. de conse. di. 1. nocte. APostoli vero tunc demum incęperunt vti ministerio consecrationis qñ discipulos septuaginta duos ordinauerunt in presbyteros rogantes dñm messis, vt mitteret operarios in vineam suam. 21. distin. In nouo. sed tunc propter exuberantiam spiritussancti, qua vigebant non curabant de aliqua forma ad instar electionis quæ fit per inspirationem. de elect. quia propter. sed postea incęperunt certam formam seruare, cum Paulum & Barnabam ordinauerunt in ẽpos imponendo eis manus 75. distinct. quod die. Item cum Iacobum fratrem dñi consecrauerunt. 66. dist. porro. vbi de hoc Secundo quæro, in eo quod dicit ꝙ in hoc sacramento sunt mirabilia immutata, quæ sint hæc mirabilia. Sol. vt in glos. ꝙ optauit ibi, & tunc aliter. vsque ad fin. & dicit Lau. & Genz. & Marth. ꝙ mirabilia sunt immutata, quia in veteri testamento dabantur & promittebantur temporalia. nunc dantur & promittuntur spiritualia. de bap. maiores. Itẽ quia patres antiqui pascebantur manna & mortui sunt, nos vero pascimur pane vitæ immortali qui de cęlo descendit. de conse. dist. 2. reuera. vbi de his mirabilibus. & in hac gloss. ibi psalmista. Psalmo. 126. nisi dominus, & distinct. 2. esca. & cap.
2 Iudas. † Tertio quæro, an hoc sacramentum cum sit ita mira
a bile, habeat priuilegium vt fugiens ad corpus Christi a gaudeat immunitate. Sol. Pau. arguit quod sic, ex hac litera quæ dicit in hoc sacramento signa innouata. vult dicere, ꝙ cum sit admirabile, vt in litera dicitur, debet gaudere immunitate qua gaudet ecclesia, in qua cessant hæc mirabilia. de quibus hic in glo. quod optauit. & hoc tenet Host. eod. ti. sane. vbi de hoc dixi in 12. q. vbi tenui cum Host. propter reuerentiam tãti sacramenti, licet multi contra.

ADDITIO.

a Vt fugiens ad corpus Christi. Adde de ista materia variæ sunt opinio. inter Doct. glos. 1. in cap. quæsitum. 13. quæstione 2. tenet quod non, & eam sequitur Ludo. Roma. in suis singularibus, singul. 331. & ibi dicit Ludo. Roma. quod hanc quæstio habuit de facto in ciuitate Vrbini. sed contra dictam gl. communiter tenet Academia Canonistalis, & primo Do. in c. sane. de cele. missa.
Vin. God. Fugiens ad corpus Christi, vt gaudeat immunitate sicut fugiens ad ecclesiam, verior mihi uidetur opinio, iuxta regulam propter vnum quodque tale & illud magis, cum ecclesia sit sponsa Christi & habeat illud priuilegiũ, sic corpus Iesu Christi dicendum est.

Hoc est memoriale. Hæc est tertia pars exordij, vt dixi supra. versi. transiturus. Et quia, vt ibi dixi, hic ponitur effectus, & laus multiplex huius sacramenti, ideo potest subdiuidi in quinque. secunda ibi, hæc est commemoratio. tertia ibi, o diuini. quarta, o singularis. quinta, o excellentissimum. Possent, & aliæ particulæ signari. aliæ namque idest, aliorum sanctorum & rerum omnium præteritarum a nobis absentium recolimus mortuam. vnde legitur, O mors ero mors tua morsus tuus ero infernæ crucis. corcor. de sum. trin. clemen. vnica. in principi. vbi de hoc. affixum tempore passionis. de
3 consecra. distinct. 2. quia passus salutis æternæ. Nota. quod in hoc sacramento fit rememoratio nostræ redemptionis. concordantię in gloss. in verbo, memoriam. Et dicit Lau. quod ideo in Pascha hoc fit, ad repræsentandum, quod olim tactũ est. vult dicere quod tunc sumimus eucharistiam ad talem repræsentationem. de consecra. distinctio. 2. semel. Et quia quotidie peccamus, & sic continua medicina egemus. ea. di. si quotiescunque. ideo debemus hoc facere quotidie, & si non de facto, tamẽ effectu. ea. distinct. quid est, & ca. vt quid. de facto autem sæpe non facimus, quia licet quotidie communicare

municare non sit laudandum vel vituperandum, multoties
tamen expedit abstinere ex causa etiam sine culpa. 6. distinct.
testamentum. de peniten. & remissio. omnis. no. de præbend.
significatum. sed debemus cauere ne hoc accidat ex nostra
4 culpa. ead. distin. si quis intrat. † Secundo no. ꝙ per hoc sacra-
mentum retrahimur a malo. de conse. distin. 2. cum omne.
& cap. quoties. & cap. triforme. & cap. cibus. ꝙ dicit Laud. pro
cedere, duntamen quando hoc sumimus, simus absque mor
tali. debemus enim nos probare an simus sine peccato, alias
iudicium nobis manducamus & bibimus. de consecra. disti.
2. qui asque scelere. cum cap. sequen. venialia vero delet hoc
sacramentum. ead. distin. cum omne: non autem mortalia. &
ideo baptismus hoc respectu dicitur maius sacramentum, q͂a
mortalia tollit. 32. distin. §. verum. de peni. distin. 7. nullus ex-
pectet. & hoc respectu etiam verbum Dei deducens quem
ad compunctionem dicitur non minus quam corpus Chri-
5 sti. 1. quæst. 1. interrogo. † Tertio no. quod saluator etiam post
passionem remāsit cum apostolis, ibi, vobiscum sum. & intel
ligit Pau. per gratiam. Matt. 18. vbicunque duo vel tres con-
gregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 10.
distinctio. de quibus. 1. q. 1. cum scriptura. 24. quæst. 1. alienus.
In altari autem est præsentia corporali. pro hoc litera ibi & es
set cum eis etiam præsentia corporali. quæ litera facit contra
dictum Pau. quia videtur velle litera quod semper fuit salua-
tor cū apostolis etiam præsentia corporali, sed intellige mo-
do prædicto quando, scilicet consecrabant eucharistiam, alias
erat cum eis tantum per gratiam, vt prædixi. & dicit Laud. ꝙ
licet Deus sit vbique, hoc est verum potentialiter, sed corpo-
raliter seu realiter est tantum in cœlo seu in hostia. & de hoc
J. q. 4. in fi. Oppo. in eo quod dicit ex passione Christi mor-
tem nostram mortam fuisse: per hoc enim sequeretur ꝙ fa-
cti essemus immortales, quod constat falsum esse. Solu. me-
tu contrarij glo. io verbo, nostram. subaudit æternam. Et vult
dicere quod mors æterna ad quam damnati eramus ex pec-
cato primorum parentum, fuit sublata per Christi passionē.
Secundo oppo. ad hoc quia etiam post passionem multi dā-
nātur. de sum. Trini. cap. 1. versi. venturus. soluit Paul. quod
mortua est mors æterna in habentibus fidem & charitatem.
d. c. 1. Quæro in eo quod dicit ꝙ in eucharistia Christus est
præsens, sed sub alia forma, quare hoc fuerit institutum. glo.
& quare. remittit. Laud. soluit formando plures quæstiones
vsque ad 9. Et exponit sub alia forma, id est sub alijs dimen-
sionibus & mensuris quam fuerit in cruce, sed eiusdem sub-
stantiæ seu essentiæ, vt hic in litera. & de hoc. J. q. 4. dicit Mat.
ꝙ ideo sub figura panis & vini fit, quia non habemus in vsu
carnem crudam comedere & sanguinem bibere. de cōse. dis.
6 2. quid sit sanguis. & de hoc. J. q. 9. † Secundo quæro an con-
uersio quæ fit in hoc sacramento sit passibilis in eo ꝙ panis
conuertitur in verum corpus, & vinum in verum sanguinē.
Solu. Laudu. notando, quod triplex est agens. quoddam ar-
tificiale. & hoc semper præsupponit materiam; aliud natura-
le, & licet hoc semper possit denudare materiam vna specie
& inducere aliam, prima tamen materia semper manet. Itē
licet duo prædicta agentia possint spoliare materiam vna for
ma & aliam inducere, vnam tamen rem non possunt in aliā
mutare. tertium est agens supernaturale, & hoc ex potestate
absoluta producit totum etiam de nihilo, ideo in agendo
non eget materia seu alia re. fortius ergo potest vnam rem
totam in aliā transsubstantiare, quia maius est de nihilo ali-
quid facere quam vnam rem totam in aliam transsubstan-
tiare, idcirco licet conuersio realis sit impossibilis agenti ar-
tificiali vel naturali. argumen. Instit. de rer. diuisio. §. cum ex
alieno. possibilis tamen est super naturali. de sum. Trini. cap.
1. in princip. Tertio quæro, quid sit de substantia panis & vi-
ni. Solu. Laud. referens tres opin. primi dicunt ꝙ subiectum
annihilatur. alij quod remanet in hostia cum corpore. tertij
quod conuertitur in corpus, quia licet verba successiue pro-
ferantur, vno tamen instanti conuertitur panis diuinitus, &
supernaturaliter eius substantia omnino conuersa & muta-
ta in veram substantiam corporis, nihil remanet de substan-
tia panis. de consecra. distin. 2. quia corpus. & ca. ante. & hæc
7 communiter tenetur. † Quarto quæro, an quantus fuit Sal-
a uator a in cruce, tantus sit in Hostia. solu. Laud. præmittendo
aliqua. dicit enim quod substantia panis non conuertitur in
quantitatem corporis, nec in aliud accidens, sed solum in sub
stantiam. dicit etiam quod inter omnia prædicamenta sub-
stantia est nobilissimum, & substat omnibus alijs, & susten-
tat, & est substantia ipsa quasi ipsum quid rei. dicit etiam ꝙ
substantia non est quid diuisibile nisi mediante adhærentia
nec est quid visibile nisi mediante qualitate. vnde subtracta
quantitate non potest diuidi, nec subtracta qualitate uideri.
dicit etiam ꝙ Deus pepigit & ordinauit cum verbis & ele-
mentis quod verbo apposito ad elementum fieret sacramen
tum. 1. q. 1. detrahe. uoluit enim ꝙ vbicunque præsbyter præ-
sente pane dicet hæc verba, Hoc est corpus meum, panis con-
uertitur in corpus. de consecra. distin. 2. panis. Et in hoc vide-
b tur Laud. per dictionem, vbicunque, b sentire opin. Innocen.
de qua de elect. quod sicut. ꝙ sacerdos etiam non celebrans
missam dicens illa verba, conficiat. cuius contrarium com-
muniter tenetur, vt ibi dixi. dicit etiam Laud. quod aliter est
corpus in cælo, aliter in hostia, licet sit vbique totus, sed in cæ
lo est substantia mediantibus dimensionibus proprijs, id est
propria quantitate seu mensura, id est talis qualis fuit in cru-
ce, licet in cœlo sit in corpore glorificato in hostia uero est
tota substantia non mediantibus dimensionibus suis, sed quā
titas & qualitas & alia accidentia ibi sunt ex naturali conco-
mitantia, ita quod substantia ibi dominatur, & accidentia
omnino accedunt, & sic cum substantia omnino sit indiuisi-
bilis & inuisibilis, per consequens & accidentia. secus in alijs
rebus in quibus substantia se regulat secundum sua acciden-
tia, quia mediante quantitate diuiditur, & mediante qualita
te videtur. dicit etiam Laud. quod diuinitas verbi replet totū
mundum, vnde non est mirum si supernaturaliter substan-
tiam panis conuertat in corpus suum. Item vbi vult, & in tot
locis quot uoluerit, & toties & quoties. de consecra. distinct.
2. quid sit sanguis. vbi dicitur quod sicut diuinitus uerbum
Dei vita est quæ totum implet mundum, ita licet in multis
locis & innumerabilibus diebus illius corpus consecretur,
non sunt tamen multa corpora Christi, nec multi calices,
sed unum corpus & vnus sanguis cum illo ꝙ sumpsit de vte-
ro uirginis & quod dedit Apostolis. & sequitur ibi, diuinitas
enim verbi complet illud quod vbique est & coniungit ac
facit vt sicut ipsa vna est, ita corpus Christi & vnum corpus
sit in vnitate. Ex hoc dicit Laud. ꝙ cum ipsa diuinitas sit vbi-
que, possibile est substantiam panis quæ est hic in corpus cō-
uerti, sic ꝙ vnum corpus non fuerit augmentatum seu dimi
nutum ex hoc. & idem de pane qui est alibi, & sic quoties in
uenitur panis & uerbum sacerdotis & intentio consecrandi
& totum coniungitur, toties fit hoc sacramentum, quia sic
Deus pepigit cum his rebus, vt prædixi, & uoluit quod hæc
verba haberent hanc vim. sicut & illa verba habent vim suā,
& sic de rebus etiam per se, sicut etiam artificiosè lapis tran-
sit in aurum & in similibus, secundum Lau. quod simile est
valde largum. vnde etiam Lau. dicit ꝙ hæ actiones differunt.
dicit etiam ꝙ substantia panis conuertitur in carnē in stoma-
cho, sed aliter, & aliter, vt dictū est. ꝯcludit ex præmissis ꝙ his
bene pensatis ad præmissam quæstionem, & omnes similes
potest de facili respondere. Et in hoc dicit ꝙ Deus est multi-
pliciter in loco, quod dixi. §. in 3. no. sed hic formalius loqui
tur Laud. ideo adhuc hic resumo. Dic ergo ꝙ multipliciter
Deus est in loco. vno modo potentialiter, & sic est vbique.
alio modo gratiose & sic est in prædestinatis & sic quod non
in præscitis. tertio modo corporaliter, & hoc duobus modis,
vno modo sub proprijs dimensionibus & mensuris. & hoc
modo est in cælo talis & tantus quātus fuit in cruce. alio mō
ibi sunt eius dimensiones mediante substantia, vt dixi. §. ead.
q. & hoc modo est in qualibet hostia integer & totus, sed ho-
stia est ibi sub quantitate & sub proprijs suis dimensionibus;
ipsas ergo dimensiones hostiæ substantia corporis non exce-
cedit. & ex hoc patet solutio quæstionis, & quod sit possibile
ꝙ Christus sit totus in cælo & totus in qualibet hostia, indu-
cit Lau. quia sicut patet ex his quæ dicta sunt. §. ead. q. diuini-
tas Dei totum mūdum replet, & ideo possibile est sibi quod
conuertet hunc panem in corpus suum totum, & alium pa-
nem eodem modo, & sic in infinitum, non quod corpus cō-
uertatur in panem, sed panis ī corpus, quia Deus ita pepigit &
8 ordinauit. † Quinto quæro, quare non consumitur ex quo to
ties sumitur. So. Lau. dicens solutionem ex præmissis patere;
nam quoties panis & verbum sacerdotis & intentio inueniū
tur simul, toties fit transsubstantiatio. quia panis trāsit in cor-
pus, nec augmentum nec diminutionem corporis præstat
vt dictum est. §. q. proxi. cessante enim materia panis cessabit
& corpus. Sexto quæro, quantus est Christus in cælo. So. Lau.
quod tantus quantus fuit in cruce. & hoc etiam dictum est.
§. q. 4. Septimo quæro, quantus est Christus in hostia. Laudu.
quærit, & hoc etiam dictum est. §. q. 4. dicit etiam Laud. ꝙ sic
quærendo male quæritur quātitas & alia accidentia propriā
naturam

ADDITIONES.

a An quātus fuit saluator. Adde gl. j. in c. dum frangitur hostia. de cōse. di. 2. &
gl. in verbo, frang. j. in c. ego Berengarius ea. di.
b Per dictionem vbicunque. Adde gl. in c. abolendæ. de sepul. & ibi per Host.
& Io. An. in c. vbicunque. pe. lib. 6 in nouellis.

naturam amiſerint, ſic ꝙ ſunt in ſacramento mediante ſub-
ſtantia & non econuerſo. ipſum enim corpus non eſt puncta
bile. i. non diuiſibile nec locum occupat, & hoc propter natu
ram ſubſtantiæ dominantis, quæ non occupat locum nec pū
ctatur. ex quo ſequitur ꝙ totus Chriſtus eſt ſub qualibet par-
te hoſtiæ ſicut ſub tota. Exēmplum in ſpeculo, quo fracto ap
paret tota imago hominis ſub qualibet parte ſicut ſub toto.
Et in animalibus anuloſis, ſicut ſunt anguillæ, quia ſi diuidū
tur, ita ſe mouet cauda, ſicut caput, nam in quocunque loco
eſt vna pars corporis diuini eſt & alia. & ita erit in corpore
glorificato. Sed non bene dicitur tantus eſt in ſacramēto ſeu
in hoſtia, cum quantitas ſit in hoſtia ſic omnino ſeparata, &
alia ſubſtantialia corporis, vnde ipſum non poteſt limitare
nec menſurare, & ita eſt totus ſub arctiſſimis ſpeciebus. i. in
parua hoſtia ſicut in magna. de conſe. diſt. 3. dum frangitur.
9 † Octauo quæro, an corpus Chriſti frangatur ſub hoſtia. vr̄
ꝙ ſic. de conſe. di. 2. ego Berengarius, vbi dicit ꝙ manibus tra
ctatur & frangitur & fidelium dentibus atteritur. Lau. cōtra,
quia cum ſint ibi accidentia mediante ſubſtantia, non diui-
ditur nec frangitur corpus, cum ſit ſubſtantia indiuiſibilis, vt
dixi. ſ̄. qō. 4. & 7. Ad c. ego Berengarius dic, quod intelligitur
de ſpeciebus panis & vini quæ atteruntur & franguntur.
10 † Nono quæro circa id quod dixi. ſ̄. q. 1. pone ꝙ Deus faciat
miraculoſe ꝙ appareat ſanguis in altari, vel caro humana, an
hoc ſacrificium erit ſumendum. videtur ꝙ ſic. ar. eo. ti. ex par
te, ibi, poſtquam totum acceperit euchariſtiæ ſacramētum,
& de conſ. di. 2. comperimus, & hoc quidam concedunt, ſed
Lau. dicit ꝙ non eſt ſumendum, de conſe. di. 2. de hac. & hoc
11 videtur tenere Matthę. & eſt verius. † Decimo quæro, in eo,
quod dicit de ſequacibus apoſtolorum, qui ſunt ſequaces gl.
in ver. ſequacib. dicit quod hi qui ſequuntur per fidem, qui
autem ſint ſucceſſores apoſtolorum, glo. remittit.

SVMMARIVM.

1 *Effuſio lachrymarum, an & quando ſit commendabilis.*

Hæc eſt commemoratio. No. ꝙ ī hoc ſacramento
recolimus paſſionem dominicam. nam in fractione hoſtiæ
& calicis effuſione in ore fidelium nihil aliud eſt quam cor-
pus Domini in cruce immolari. de conſe. diſ. 2. dum frangiť.
1 & c. dupliciter. & c. morte. † Op. quia commendatur effuſio
lachrymarum, cum tamen alibi reprobetur. C. de fal. l. vbi. ff.
de offi. præſi. l. obſeruandum. 24 q 4. eſt iniuſta. So. Pau. quod
hic loquitur de lachrymis prouenientibus ex lætitia & pieta
te. vult dicere ꝙ illæ commendantur, contraria vero loquū-
tur de iudice qui debet a lachrymis abſtinere, nec per eas mo
ueri. proſequitur autem Pau. dicens ꝙ etiam quandoque ef-
funduntur lachymę ex dolore. vnde Aug. dictus eſt cuius mē
tis dolorem oculi carnis nequeunt declarare, de poen. diſt. 3.
ſunt plures. & hoc patet ex deſcriptione, nam luctus eſt grā
vehementer dolendi de malo ꝙ accidit, vel bono quod defi
cit. vnde Greg. in Moralib. Niſi in reatu culpę qua nos ligaui
mus miſericorditer dimittātur, perfecte flere non poſſumus.
gl. ſuper Matth. 5. dicit ꝙ luctus duę ſunt ſpēs, vna quę ꝓ pec
catis propriis vel alienis. alia pro deſiderio cęleſtis patrię. di-
cit etiam Pa. quod poteſt generalius dici quod eſt luctus ma
lus & cupiditas. de quo dicitur, Ploratur a lachrymis amiſſa
pecunia veris. Item deceptionis & inordinatæ paſſionis. 14. q.
2. §. lugere. & c. quam præpoſterum. Et Seneca de negligenti
bus facere debito tempore, dicit quod tunc lachrymæ nihil
profuturæ cadunt. Et etiam luctus bonus, & hic triplex, com
punctionis. Pſal. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum.
Item compaſſionis. Iob 30. flebam ſuper eum qui afflictus
erat. & Eccle. 22. ſuper mortuum plora. Item deuotionis, vt
hic, vt in Pſalm. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum
quando veniam & apparebo ante faciem domini. Fuerunt
mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Thobi. 11. Fleuerūt
ambo cum gaudio ſimul. Secundo op. in eo quod dicit ꝙ in
hoc ſacramento habemus lætitiam & lachrymas. & ſic vide
tur eadem res parere contrarios effectus, pœnam & p̄mium.
contra id de bap. maiores. vel. præterea. 57. diſt. ſi quis, de iu-
reiu. intellecto. ff. de ſol. qui ſic ſolui. & l. qui hominem. Sol.
Pau. ꝙ loquitur de lachrymis lętitia. idem Lau. dicens ꝙ la-
chrymæ hic tēdunt ad vnum effectum cum gaudio. ſ. ad cō-
punctionem deuotam, quia igitur affligitur corpus, vt lætetē
animus, & quia etiam plures ſunt qui frequēter pro gaudio
lachrymas fundunt citius quam pro ira. dicit tamen Lau. ꝙ
quandoque vna res operatur contrarios effectus, de iure iur.
debitores. vbi vna ſolutio parit obligationem & liberationē.
ſed dic, quod illud eſt diuerſo reſpectu.

ADDITIO.

a Vinc. Go. Ploratus quod ſit actus malus. 1. Reg. 9 & omnes ſerui eius fleue-
runt ploratu magno nimis. & zec. 27. g. Plorabūt in amaritudine animæ plo
ratu amariſſimo. & Mat. 2. c. ploratus & vlulatus multus.

SVMMARIVM.

1 *Pietas immenſa eſt in Deo & ſuperabundantia bonitatis.*
2 *Homo dominatur omnibus rebus.*
3 *Spiritus cęleſtes adminiſtrant hominibus*

O diuini. No. ꝙ hic commendať immenſitas amo-
1 ris. concordat de ſum. Tri. firmiter. † Secū-
do no. ꝙ in Deo eſt ſuperabundantia pietatis. nam quencun-
que contritum recipit. de pœni. diſt. 3. talis. & dicit Pau. ꝙ ſu-
perabundantia denotat exceſſum qui conuenit vni ſoli. ff. de
ver. ob. vbi, &c. Tertio no. de affluentia diuinæ largitatis. om-
nem enim animam ſaturauit bonis. de pę. di. 3. ad huc inſtat,
vltra medium, & abūdantiam benedictionis & omnium co
2 piarum tribuit. 16. q. 1. reuertimini. & q. 7, maiores. † Quarto
no. ꝙ homo dominatur omnibus reb. quod intellige de iſtis
inferioribus. nam & natura naturans. ſ. Deus, omnes res &
earum fructus fecit gratia hominis. Inſti. de re. diui. §. partus.
ff. de vſur. in pecudum. homo eſt digniſſima creaturarum, &
factus eſt ad Dei ſimilitudinem. ff. de ædili. edi. iuſtiſſime.
3 † Quinto no. ꝙ ſpiritus cæleſtes adminiſtrant hominib. qđ
intelligit Pau. quo ad prædeſtinatos, de conſe. di. 2. hoc. de pę.
di 4. ſi ex bono, & §. ſicut itaque. & dicit canō in hora immo
lationis ad vocem ſacerdotis aperiri cęlos, & ī illo Ieſu Chri-
ſti miniſterio choros angelorum adeſſe, de conſe. diſ. 2. quid
ſit ſanguis. Item adminiſtrant Angeli hominibus procuran-
do ſaluationem eorum. vnde dicitur ꝙ quælibet anima fide
lis habet ſuum Angelum cuſtodem. Verſus. Angele q̃ meus
es cuſtos pietate ſuperna, Me tibi commiſſum ſerua, defen-
de, guberna.

SVMMARIVM.

1 *Donum & munus qualiter differunt.*
2 *Sacramentum corporis Chriſti laudatur, quia ſumme impinguat.*
3 *Mereri quis magis videatur, an qui facit ex mera voluntate, an qui
ex officio vel neceſſitate.*
4 *Sacramentum corporis Chriſti ſumptum, an deſcendat in ſtomachum.*

O ſingularis. No. ꝙ hic laudatur prodigalitas, ali-
bi reprobatur, de conſue. c. pen. & di
cit Pau. ꝙ prodigalitas hic oſtendit nimium amorem & dile
ctionem. exponit autem Gen. prodiga. i. effuſa. Secundo not.
ꝙ in hoc ſacramento Chriſtus tribuit ſeipſum. de hoc in gl.
no. in pri. Tertio no. de cibo ligni mortiferi. & intelligit La.
de pomo, quia alias homo non erat moriturus neceſſitate na
turæ. de conſe. di. 3. placuit. nec etiam poſt peccatum ſi ſemꝑ
ederet de ligno vitæ. vt legitur in 2. ſen. di. 19. & in hoc etiam
no. de cibo ligni vitalis. i. Chriſti. vnde Lucę. 23. ſi in viridi li
gno hoc faciunt, in arido quid fiet. Quarto not. ꝙ eſus ligni
mortiferi ſauciauit, quod exponit Gen. i. vulnerauit vulnere
mortali. ſimile verbum de pę̄n. & re. oīs. Quinto no. de pane
Angelorum. & intelligit Pau. de manna. & ſic ēt intelligit gl.
in ver. domo. in eo quod ille. pſal. Attendite. ibi. n. dr̄ de man
na. & dr̄ panis Angelorum, quia miniſterio Angelorum prę
parabatur in aere. Sexto no. quod panis ſacramenti non con
ſumiť. i. ipſe Chriſtus qui ſemper fuit, eſt, & erit. de conſe. di.
2. ſemel immolatus. & ca. Chriſto ſemel. Septimo not. ꝙ re-
cipiens euchariſtiam non trahit corpus Chriſti ad ſe, ſed tra
hitur ab illo & ei ꝯformatur. ſ. per grām quam ſuſcipit. de ꝯ
1 ſe. di. 2. ſpēs. † Octauo no. differentiam inter donum & mu-
nus. ff. de verbo. ſigni. aliud. & l. munus, hęc tamen litera hoc
non probat, imo potius probat quod ponantur hic pro eo-
dem in effectu. Oppono in eo, quod dicit ꝙ in ſacramento
Chriſtus dat ſeipſum. nemo enim poteſt ſe dare, quia nemo
eſt dominus membrorum ſuorum. ff. ad l. Aqui. liber homo.
23. q. 5. ſi non licet. So. Pau. ꝙ homo dare poteſt totum ſuum
arbitrium, & talis eſt mos ſe offerentium, vt in literis, quod
etiam dicit gl. in ver. ſeipſum. mos enim eſt in ſaluatione of-
ferre ſeipſos, nam vt dicit Pau. habemus proprium arbitriū
niſi per profeſſionem ſit a nobis abdicatum. 12. quæſt. 1. non
dicatis. & dando illud, damus noſipſos quo non eſt donum
2 maius, vt hic. & hoc facit ad q. de qua. ſ̄. q. 1. † Secundo op. in
eo, quod laudatur hic cib. ſacramenti. quia ſummē ſ īmpin-
guat, alibi enim hoc redarguitur. de conſe. diſt. 5. ne tales. So.
hic cibus impinguat non carnem, ſed animam. In cōtrario
autem

æst redarguimr cibus corporaliter impinguans.'Pau. Quæro
in eo quod dixi §. in 1. 2trario, q non est maius donum quam
2 dare seipsum, quis magis meretur, an is qui facit opus meri
torium ex voto, vel professione, aut qui mera voluntate. gl. in
ver. seipsum, determinat quod primus, per rationes de quib.
in ea, & hanc glo. nota, quia singularis, & multi prima facie
asserunt contra, & cum glo. idem Pau. & in ea ibi, venerabilis
3 de offi. ord. si canonici. in glo. antepen. lib 6. † Opp. ad hoc q
imo magis meretur qui mera voluntate, quia ea sunt in no-
stris officijs gratiora quæ cum liceat nobis non impendere,
tñ cã dilectionis impẽdimus. 28. q. 1. iam nunc. Sol. Steph. qđ
est quædam necessitas coactionis, & hæc contrariatur volun
tati, de spon. cum locum. & hæc diminuit de laude actus vir
tuosi, quia voluntarium militem eligit Deus. 15. q. 1. non est.
& de tali loquitur contrarium. Alia est necessitas ex interiori
inclinatione præcedens, vt videmus in habituatis ad virtutẽ
quam sequuntur quasi ex quadam inclinatione propter cõ-
suetudinem bene agendi & hæc est in beatis, nec diminuit,
sed potius auget de laude virtutis, & de hac loquitur quæstio.
Est & alia necessitas in fi. vt si volo transfretare, habeo neces-
se nauẽ ingredi. & hæc etiam nõ minuit de merito actus vir-
tuosi, imo quanto actus est nobilioris finis, tanto est laudabi
4 lior, & de hac potest etiam intelligi quæstio. † Secundo quæ
ro in eo quod dicit q iste cibus impinguat non ventrem sed
mentem, an hoc sacramentum descendit ad stomachũ. Pau.
videtur dicere quod sic. dicit enim secundum theologos qđ
manet corpus donec species consumptæ sint potentia dige-
stionis, vel alio modo. Ex hoc videt q si canis comedat eucha
ristiam in eius stomacho descendat, q videtur Lau. dicẽs qđ
non est absurdum si sub visceribus animalium includitur id
quod quandoq; includitur in vili pixide. argu. de conse. dist. 2.
qui comederit. Ex hoc dicit non esse verum id quod dicit gl.
de iudæ. & si iudæos. cum dicit, q non descendit in stomachũ
quod etiam videtur sentire hic in glo. in ver. confirmatur. in
eo q remittit ad no. ibi, de conse. dist. 2. non iste. ibi enim di-
cit gloss. quod no. descendit in stomachum. & dicit Guil. se-
cundum prædicta intelligendum de consec. distinct. 2. tribus.
& quod ibi not. glo. & hoc communius, scilicet quod durat
donec durant species, quod tenet Tho. parte 3. summæ. q. 67.
arg. 2. & Richar. in 4. dist. 9. q. 1.

ADDITIO

2 Quis magis meretur. Adde tex. iuncta glo. in ca. cum quidam. de iureiur. tex.
in ca. præcipue. 11. q. 3. glo. in ver. cadit. in c. homo Christianus, 40 distin. gl.
in verbo, studiosa. in ca. qui viderit. 32. q. 5. glo. 1 in c. nullitas 21. q. 1 glo. in
verbo ideo enim. in c. consideret, de pę. distin. 1. gl in ver. maiores, in ca. nul
li fas 19. dist.
Vin. God. Adde q sicut meritum censetur cã finalis legati, vt late per Signo,
de Homo. in consi. 110. quod præsumuntur si certa sint etiam expressa, Ale.
in l. si donatione, C. de col & in consi. 5. lib. 1. ita qui facit opus meritorium
ex voto, vel professione cum bis facere dicatur, iux. illud Virgil. 1. Aene d. Bi
na manu lato crispans hastilia ferro. & 8. Aeneid. Tenans bina manus quæ
nunc habet aurea Pallas, magis videtur mereri.

SVMMARIVM.

1 *Donum vel munus alicuius quando inspicitur eius memoria strictius retinetur.*

O excellentissimum. No. q hoc sacramen
tũ debemus cunctis
studijs honorare, qa ex tota anima debemus Deum diligere.
1 de pę. di. 1. charitas. † Secundo no. illud cuius donum vel mu
nus inspicitur eius memoria strictius retinetur, pro hoc quia
naturaliter donatarius donãti obligatur. ff. de fur. si pignore.
de pet. hæ. sed & si lege. §. consuluit. de testa. cum in officijs,
ex hoc arguit Lau. contra scholares qui male soluunt docto-
ribus, vel petitis, dicens q ex hoc merito perit memoria in be
ne legendo, vel consilium dando. Versus. Muneris infundas
oleum fuge nomen auari. Sic ægræ menti poterit medicina
parari. Et ex hoc quod dicit hic de memoria huius sacramen
ti, dicit Pau. q sic, etiam in memoria primitiuorum venera-
mur imagines, de conse. di. 3. venerabiles. & arguit cõtra do
natarios qui donum alij donant, quia ex hoc non videntur
memoriam tenere donantis, quandoque enim aliquid serua
ri debet ad memoriam, de pę. dist. 1. §. his authoritatibus, ver.
item illud. & di. 2. Iudas. in fi. 7. q. 1. deniq;. 19. q. 4. mandamus,
de æta. & quali. intelleximus, quandoque etiam aliquid desti
tuitur vt memoria tollatur. 81. di. valet. 15. q. 1. mulier. & hoc
est contra illos qui munuscula mulierum conseruant solici
te & frequenter aspiciunt.

Licet igitur. Hic vt dicit gl. 1. in princi. huius cle. est
2. tertiæ, & vt dicit illa glo. hæc est nar
ratio in qua præmissa multiplici causa celebrationis festi cor
poris Christi diem statuit qua debuit celebrari, ibi, nos itaq;.
prima subdiuiditur in plures & multas causas ponit, secunda
in die tertia potissime. quarta. intelleximus infamiã. de sum.
Tri. damnamus. in fi. Oppo. q ex quo de hoc sacramento fit
memoria in missis quotidianis non fuerit opus facere specia
lem festiuitatem, sicut dicitur de festo Trinitatis. de fer. quo
niam. in fi. Sol. Pau. quod ratio diuersitatis potest esse, quia ea
quæ dicuntur ad laudem Trinitatis, singulis diebus dicuntur,
non sic in sacramento altaris. vnde vult dicere q licet in mis
sis quotidianis fiat solennitas corporis Christi, tamen ea quę
dicuntur sunt de alio, vt de sancto, vel feria. Sed dic, quod di-
citur de Trinitate concernit specialiter laudem Trinitatis

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas noua si instituatur non debet antiquæ detrahi.*
2 *Festa specialia celebrantur in singulis natalitijs sanctorum.*

In die. Lætanijs, Id est rogationibus, quæ fiunt ante ascẽ
sionem. de consecratio. distinctio. 3. rogationes.
de fer. capellanus. natalitia. concor. de fer. licet. & dicuntur na
talitia non quando nascuntur, sed quando moriuntur. tunc,
velut de nouo nati intrant celestem patriam. No. de reconci
liatione pęnitentium. & intelligit Pau. de reconciliatione so
lenni & publica. de conse. distin. 3. de pęnitentibus, & ibi no.
gl. 2. quare in cęna Domini fiat talis reconciliatio, & de hoc
50. di. in capite. Secũdo no. de confectione chrismatis. qđ dic
1 vt in glo. quæ fieri, & de hoc de celeb. missa. te referẽte. † Ter
tio no. q ex institutione nouæ solemnitatis non debent detra-
hi antiquæ. de consue. cum olim. quod colligit Pau. ex eo, qđ
hic dicit q ecclesia nõ potest in cœna Domini vacare specia-
li celebrationi huius festi propter alia officia prius instituta.
2 † Quarto no. quod in sigulis sanctorum natalitijs specialia fe
sta celebrantur. & dic quod celebrantur, vel prout est in calẽ
dario institutum, vel prout singuli episcopi in suis diœcesi-
bus instituunt de fer. conquestus. & facit de vulgari quod dici
tur, q non est ita paruus Sanctus quin habeat suam diem in
anno. Quinto no. de institutione omnium Sanctorum. & de
hoc in glo. seq. & in glo. quo Italici. & hanc vltimam no. in fi.
quia solet allegari simpliciter de acuto odoratu anseris in sen
tiendo hominem.

Potissime. No. quod Christus est gloria & corona
omnium Sanctorum. & hanc coronam
repromisit Deus omnibus diligentibus se cum probati fue-
rint. arg. de renun. nisi. §. verum. 1. q. 4. saluator. Secundo not.
q festũ corporis Christi debet præfulgere celebritate specia-
li, vt sicut Christus potior est cæteris, ita potius extollatur, de
consec. disti. 2. nihil. Tertio no. ex verbo, suppleatur. quod illud
quod omittitur in officio diuino debet suppleri 7. q. 1. nihil.
de hoc de sacra. non ite. ca. 1. & fi. de cele missa. cap. 1. & dicit
Laud. quod loquitur de omisso siue per negligentiam siue
per impotentiam siue per dolum. de conse. distin. 2. si per ne
gligentiam. & cap. sequentibus vbi negligentia. de impoten-
tia 7. q. 1. illud. & cap. seq. de eo & de celebratio missa. de ho-
mine. quantum tamen ad illud de impotentia quo ad horas
canonicas, dic quod qui propter ęgritudinem impeditur, non
tenetur redicere, vt dixi sup. titu. 1. clemen. 1. in princ. in secun
do contrario. Quarto no quod debemus inter nos præterita
memorare. & dicit Laud quod hæc est vera, pœnitentia plan
gere præterita. de pœnitentijs, distinct. tertia perfecta. nullum
enim reperitur delictorum tale remedium sicut eorum
continuata memoria ad compunctionem. de pœniten. di-
stin. 2. Iudas.

Intelleximus. Nota. de reuelatione quæ aliquan-
do fit catholicis, vt dicit glossa in
hoc verbo, relatum, non est credendum asserenti sibi reue-
latum. quod dic, vt in ead. dicit tamen Pau. quod Papæ af-
firmanti se hoc intellexisse credendum est. de probatio. cle-
mentina, literis. & dicit Lau. quod nonnunquam talia re-
uelantur minoribus familiari consilio Spiritussancti, vt
in regula Benedicti, pro hoc quia aliquando reuelatur mino
ri quod maior nescit. C. de offic. rec. prouin. l. honores. de con
suetu. ad nostram. vbi de hoc in glo. 1.

SVMMARIVM

1 *Festum corporis Christi debet celebrari feria quinta post octauas pen tecostes, & nu. 2.*
3 *Clericus & populus differunt. & qualiter, vide.*
4 *Lætitia salutaris debet nobis esse in festo sancti corporis Christi, & alia multa debemus habere in hoc sacratissimo festo. hic numerata, vide.*

Nos itaque. No, ibi, ſpecialior. quod q̃ ſpeciali no.
digna ſunt, niſi de his ſpecialis fiat mẽ
tio neglecta videntur arg. de ſent excommu. ſtatuimus. lib 6.
ff. de iureiu. item apud §. hoc edictum. ſolet enim plus time-
1 ri &c. 3 1. di, quamquam. † Secundo no. ꝙ feſtum hoc debet
celebrari feria quinta. & dicit Lau. & Gen. ꝙ merito feria quĩ
ta, qa tali die fuit inſtitutũ. ſ ea. cle. ver. tranſiturus. ibi ſumpta
cœna. & ver. in die. & quæ dicatur feria quinta, & quare ſic di-
2 catur, dic vt in gl. in ver. feria. & idem Pau. † Tertio no. ꝙ poſt
octauam Pentec. quinta feria proxima hoc feſtum celebrari
debet. & de ſignificatione verbi Pente. dic ut in gl. ſic dicitur,
& in eo ꝙ dicit de quinquaginta diebus inter reſurrectionẽ
& Pente. dicit Pau. ꝙ tunc non eſt indictum ieiunium. de ob-
ſer. ieiu. conſilium. in prin. 76. diſt. non autem. & c ſequẽ. niſi
in diebus rogationum & vigilia Pente. c 1. di. no ice. de conſe.
3 di. 3. rogationes. † Quarto no. ibi, tam cleri quam populi, ꝙ
appellatione cleri non continetur populus. ſunt enim diuer-
ſę profeſſionis. 12. q. 1. duo de ſen. excommu. ſi ſtita. 1. reſpon-
a ſo. lib. 6. dicit tamẽ Pau. videri ꝙ appellatione ciuium a vel ꝓuĩ
cialium contineantur clerici. de fo. compe. dilecti. vbi de hoc
Quinto no. ꝙ in hoc feſto debẽt dici hymni. & quid ſit hym
nus, dic vt in gl. hi ſunt. Et dicit Pau. ꝙ hymnus quandoq; eſt idẽ
ꝙ oratio ſeu benedictio. de conſe di. 1. de hymnis. ꝓprie tamẽ
4 eſt cantus laudis, vt etiam dicit gloſſ. † Sexto no. quod in hoc
feſto debemus habere lętitiam ſalutarem. & intelligit Paul.
ꝙ eſt ſalutaris pro ęterno gaudio conſequendo, & hanc non
habent niſi hi qui mente vel ore ſunt in Sion. 1. in cęleſti Hie
ruſalem, quia non eſt laus in ore peccatoris. & hanc lętitiam
in aduentu Chriſti oſtendit chorus angelicus. de conſe. di. 1.
nocte ſancta. & c. hi duo. Laud. ad idem dicit lętitia ſalutaris
eſt in domino, quod eſt ſummum bonum. Septimo no. ꝙ in
hoc feſto debet puritas iocundari. & dicit Lau. ꝙ hæc eſt vera
gloria in conſcientia pura. 2. ad Corinth. 1. Gloria noſtra hæc
eſt teſtimonium conſcientiæ noſtrę. & Pſal. Omnis gloria fi-
lia regis ab intus. 1. in puritate interioris conſcientię. Octauo
not. ꝙ in hoc feſto debemus alacri animo Deum laudare. ꝓ
hoc. s. in procemio huius conſtit. ibi animo & alacri. hilarẽ
enim ſeruitorem & voluntarium eligit Chriſtus. 15. q. 1. nõ
eſt Nono no. ꝙ debemus in hoc feſto habere pronam volũ-
tatem ad Deum. & dic pronam. 1. expeditam, reiecta negligẽ
tia & omiſſis aliis. ſimile 12. q. 1. omnis. 20. q. 1. proclius. De-
cimo no, quod in hoc feſto debemus inflammari per ardorẽ,
& intellige de ardore charitatis. facit de ſepul. dudũ. poſt pri.
& dicit Pau. ꝙ hic ardor creſcere dẽt vſq; ad perfectũ vt mo-
ri ſit lucrum. de pœ. di. 1. ſi quis tam ma. & ſecundum Lau. de
bemus inflammari igne ſpiritusſancti. pro hoc de pę. di. 1. ſi ſer
mo. Et in eo ꝙ nunc dixi, quod charitas debet creſcere vſque
ad perfectũ, dicit Lau. ꝙ charitas quandiu homo eſt in hac
vita ſemper augmentatur & cumulatur. pro hoc iſta litera
ibi, meritorum cumulis. & de pę. di. 1j. charitas, ro quibuſdam.
Vndecimo no. ꝙ Chriſtus dedit ſe pro nobis in prætium. de
hoc in gl. in hoc verbo, & dicit Lau. quod fuit in cruce vbi do
lores noſtros tulit. de celeb. mi. cum Marthę. Duodecimo
no. ꝙ ipſe idem redemptor beatis ſe dat in præmium. de hoc
in præmiũ. & exponit Lau. præmium. 1. fruitionem eſſentię
ſuę, & uiſionẽ beatam. Pſal. tunc ſatiabor cum apparuerit glo
ria tua. de pę. di. 2. charitas. cum c. ſeq. Oppon. in eo ꝙ dicit de
quinta feria poſt octauam penteco. vr enim ſuperfluitas, quia
intelligitur de proxima etiam ſi non exprimatur. ff. de verbo,
obl. eum qui calendis. Sol. vt in glo. intellige, quæ ſtat contra-
rio. dic ergo ꝙ exprimitur cauſa maioris expreſſionis. de di-
la. c. ſi. de dolo. c. vlt. Secundo oppo, in eo quod dicit de octa-
ua penteco. caret enim octauis. de feri. capellanus. So. vt in gl.
contra. & in ea ibi, dierum numerum, & hoc reſpectu quili-
bet dies habet octauam. Tertio oppo. in eo ꝙ dicit in hoc fe-
ſto tripudiandum ſ. de cele. miſſa. cle. 1. vbi reprobatur. Solu.
Pau. quod hic intelligitur quod ſpes tripudiet, ſcilicet mẽte,
animo, & corpore.

Ideoque. Hic eſt tertia tertię, in qua vt dicit gl. in prin
cip. huius cle. ponit exhortatio de feſto co-
lendo de certis indulgentijs. & primo exhortatio & ꝓceptũ,
ſecundo indulgentiæ. ibi, nos. No. in uerbo, vniuerſitatem. q̃d
prælati per mundum conſtituti vocantur vniuerſitas. de ex-
cel. præla. nunis. j. & 2. in ſuperſcriptionibus. & in fine ipſorũ
capitulorum. Secundo no. ꝙ ad hoc feſtum colendum tene-
tur ex præcepto, ibi, præcipiendo. Ex hoc aguit Lau. ꝙ non
obediens committit grauiſſimum peccatum, & tenentur ad
pęnam inobedientię. 14. q. 1. quod pręcipitur. de maio. & ob.
1 ſi quis. & c. illud. 81. diſtin. ſi quis. † Tertio no. ibi, iniungentes
bonam doctrinam pro confeſſoribus & confitentibus. inti-
gant quod omnia bona quæ fecerunt & facturi ſunt proſint
eis in remiſſione peccatorum, quia plus eis talia bona valent
ad ſalutem ꝓꝑ vim ſacramenti pœnitentię, quam ſi gratis fie
rent. arg. de pœni. di. 1. quem pęnitent. Item propter bonum
obedientiæ qua homo ſubijcit ſe ſuo pari. arg. 62. di. Valenti-
nianus ꝓ hoc de maio. & obe. ſolitę. ibi, ſubditi eſtote &c. Et
dicit Lau. ꝙ de hac obedientia loquitur illa authoritas. Quar
to no. ibi, veram. ꝙ confeſſio debet eſſe vera. 1. non ficta vel fal
ſa, qa nõ eſt pœnitentia. 45. diſt. vera. & quod ibi no. Item de-
bet eſſe pura, vt in litera, id eſt non doloſa. 3. q. 9. pura. Item de
bet fieri ꝓprio ſacerdoti. de pę. & remiſ. omnis. vel ei qui poſ-
2 ſit abſoluere. de ſepul. cle. dudum. † Quinto no. de largitione
eleemoſynarum in hoc feſto facienda. & de hoc in gl. in ver-
bo largitionem. & J. q. 1. a. & 3. & dicit Pau. ꝙ eleemoſyna li-
a bera ta morte & peccata redimit. de pę. diſt. 1. miror. & c. me
dicina. & c. ſeq. 86. diſt. non ſatis. 1. q. 1. non eſt putanda. 14. qõ.
5 cap. 1. 2 & 3. & ſeq. & de deci. tranſmiſſa, & J. q. 1. Sexto no.
ꝙ debemus nos præparare per opera pietatis ad ſuſceptionẽ
huius ſacramenti. facilius enim ex hoc conſequimur gratiã,
nam ſicut ſeta trahit filum ita timor charitatem. de pęni. diſ.
2 ſicut ſeta. Oppo. in eo quod mandat prælatis ꝙ faciant hoc
feſtũ celebrari, hoc enim non eſt in poteſtate ipſorum face-
re q̃d alij cum deuotione celebrent, quia uoluntas cogi non
debet nec poteſt. 15. q. 1. merito. de renun. ſuper hoc. Sol. me-
tu ꝑrij, Paul. in ue. confirmatis. ſupplet quantum in nobis eſt.
3 41. di. Epheſijs. † Quæro in eo q̃d dixi in 5. no. de. eleemoſyna
qualiter ſit facienda eleemoſyna. Solum Matth. ꝙ aut quis a-
bũdanter poteſt facere eleemoſynam omnibus petentibus,
aut non. ſi ſic, debet omnibus facere indifferenter, & non in-
ſpicere cui. 13. diſt. quieſcamos, in prin. & in fi. 5. qõ. 3. quoniã
in fi. vbi dicitur ꝙ excommunicatio facienda eſt uiſi ſecuritate
te cibi iuſtitiam negligeret, tunc enim vtilius eſurienti panis
tollitur &c. 5. q. 5. non omn. s. Si vero non poteſt omnibus fa-
cere hæc ſunt conſideranda fides, quia potius fideli q̃ infideli
fieri debet. cauſa, quia potius captiuis detentis ab hoſtibus quã
alijs. tempus, ſcilicet quo quis ducitur ad mortem. modus, qa
non debet dari totum vni, ſed inter plures diſpenſare, neceſſi
b tudo. quia potius conſanguineis q̃ extraneis, ita tamen ꝙ na
tura præſtat cauſam & non gratiam, hoc eſt quod non datur
cauſa ditandi, ſed eos paſcendi. ętas, quia potius, ſenibus q̃ alijs
debilibus, vt cęcis & claudis quam ſanis. nobilitas, qa citius,
nobilibus egentibus qui ſine vitio Inciderunt in egeſtatem
quam ignobilibus qui non verecundantur petere cas. 86. di-
ſtinctio. non ſatis. Conſideranda ſunt etiam alia tria, iuſtum,
vt fiat de iuſte non de illicite quæſitis. 1. q. 1. non eſt de elec.
tranſmiſſa. ordo. vt primo ſibi & proximo, poſtea alteri. de pę
ni diſt. 3. qui vult. intentio. vt fiat propter Deum & non pro-
pter inanem gloriam, iuxta illud, cum facis eleemoſynã noli
4 tuba canere. † Secundo quæro quia vt dixi in proxima qõ. de
bet eleemoſyna fieri certis conſiderationibus habitis, an
ſit peccatum dare meretrici cum qua quis peccauit. So-
lu. gloſſ. 86. diſtinctio. qui venatoribus. tenet quod ſic. Et idem
Matth.

ADDITIO.

a Appellatione ciuium. Adde Ab. in c. poſtulaſti. de fo. comp. Ab. in c. cũ cauſa de re iud. Bar. in l 1 ff. de mone.
Vin. G. Ciuis quis dicatur proprie, Ale. in l ſi maritus. §. 1. de adult. idẽ Ale. in l. 1. ff. ad municip.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſores qualiter debent iniungere pęnitentibus pœnitentias.*
2 *Eleemoſyna quæ & quanta bona afferat.*
3 *Qualiter autem eleemoſyna ſit facienda.*
4 *Meretrici aliquid dare cum qua quis peccauit an ſit peccatum.*
5 *Eleemoſyna an ſit danda his qui poſſunt operari.*

ADDITIONES.

a Eleemoſyna liberat a morte. Adde in c. quamobrem, de pę. di. 1 & ſunt verba originalia. Thobię. 4.
Vin. G. Ideo vtiliter datur, Dec. conſi. 182. nu. 1. lib. 1.
a Potius conſanguineis. Adde tex. iuncto glo in verbo, ut mercede. in capitu. omnino. & ibi Do. 3 . di tex. in c non ſatis iuncto cap. paſce fame morientem. 86. diſt. gl. fi. 10 c ſtudeat. 1. di gl. 16 ver. poſtulat. in c. quieſcamus. 42. diſt. gl. in c. moderamine. 16 q. 1. glo in uer. grauis. in c peruenit. 1. q. 3. gloſſ. in ver. fi. ſub miniſtrent in cap 1. de cohab. cle & mul. & ibi per Ioan. de Imo. & per ſanctum Tho. 2. 2 quæſtio 31. arg. 3. & per eundem Tho. 1. 2. qõ. 21. arti. 9. & per eundem Tho. in 4 ſen. diſt. 15. arti. 2. Abba. in c. peruenit. in 1. no de arbi.
Vin. G. Adde an eleemoſyna ſit de pręcepto & an ſtat. per quod ſingulis annis debita ſit certa eleemoſyna per laicos reuocari non poſſit, Fely. in c. 2. ad a. [illegible] de ſimo.

Mat.quod debet intelligi qñ datur vt ipsa ei consentiat. secus
si sine vlla conuentione postea datur,quia licet turpiter faciat
fornicãdo,non tñ turpiter recipit,nec turpiter datur.ff.de ꝯdi.
ob turpem cau.idem & fi.§.sed quod.& de hoc per Archi.in
5 d.c.qui venatorib.† Tertio quæro,an his qui possunt laborare
sit facienda eleemosyna.Solu.Mat.ꝙ non,ꝑ id quod no.gl.13.
q.4.ex his.imo tales debent redigi in seruitutem.C.de mendi.
vali.l.vnica.qualiter aũt sit faciẽda eleemosyna no. de deci.ex
transmissa.Quarto quęro,in eo quod dicit hic de oratione,de
multis de quibus quęrit glo.in ver.orationes.Sol. vt in ea,vsq;
ad fi.quartu nota,quia quotidie hue remittimur.Sol.eam non
prosequor distincte,q̃a clara.& in ea ibi,ad Probam,vxor fuit
Adolfi ꝓcõsulis. Et de hac Isidorus libro virorum illustrium
dicit,quod sola inter viros scholasticos est posita,quia in laudem
Christi velata est componens centonem seu centona de
Christo Virgilianis coactum versiculis cuius quidem nõ miramur
studium,sed laudamus ingenium,ibi.8.q.j.sciendum.
de immu.eccl.decet.lib.6.ibi,resonare de conse.di.5. non mediocriter.
ibi.23.q.8 in qualibet.alias ver. sub.§.quis. Ibi Boe.
de conso.lib.5.in fi.ibi,quam ęgrotus.Mat.20.nescitis quid petatis.
ibi,dimittebat manus.Exodi.22.ibi.Claudianus in maiori
lib.3.ibi,omnium.versus illi non stant, vt dicit gl.quod sic.
O nimium dilecte Deo cui fundat ab austris.Aeolus armatus
Huyames cui militat æther.Et coniurati &c.vt in glo.

SVMMARIVM.

1 *Inuitatio fit aliquando ad bonum per gratiam & dona.*
2 *Confessus quis dicatur,vt possit lucrari indulgentias,vide.*
3 *Thesaurus ecclesiæ qui diuiditur per indulgentias quis & qualis est.*
4 *Indulgentias generales solus Papa concedere potest.*

Nos. Not. ibi, animare. ꝙ sicut carnales homines bonis
temporalib.alliciuntur,sic spũales spiritualib.47.di.
omnes.vbi de hoc.plures tamen,vt dicit Lau. attrahunt ad se
dona temporalia quam spiritualia,quia sunt palpabilia,spiritualia
vero non videntur.versus.Si datur ad tempus,tunc fert
incommmoda multa.Te dare non curo,non tempore laudo
futuro.Lau.qui etiam dat versus de responsione quam faciũt
Cardinales suis sequacib. Non fuit,expecta tempus faciamq;
libenter.Nec imperfecta faciunt mala damna frequenter.Secundo
not. ꝙ qñq; quis inuitatur donis & gratijs ad bonum,
vt hic.alibi blandimentis & muneribus.45.dist.& qui emendat.
1 vbi de hoc.† Tartio no.ꝙ ad hoc vt quis possit hac indulgentia
gaudere,requiritur ꝙ sit pœnitens.ꝓ hoc secundum Gen.
quia alijs non ꝓsunt indulgentię,cum nec Deus impęnitenti
potest parcere,licet ad pœnitentiam possit illustrare.quib.aũt
indulgentiæ prosint,& ad quid,vnde originem habuerint,&
quæ sint necessaria ad ipsas consequendas,& an prosint existẽ
2 tibus in purgatorio,no.de pę.ꝙ aũt.† Quarto no.ꝙ hæc indulgentia
non competit nisi ꝯfessis.de hoc in gl.qs est hic,quam
no.in eo quod dicit ꝙ pauci participant hac indulgentia,ideo
nõ decet amare interpretari. Et dicit ꝙ dr̃ confessus quisquis
confessus fuerit illo anno,& habet animum confitendi anno
ceps. & c. noua. 17. q. 4. ſi quis deinceps. 18. q. 2. peruenit. 20. q.
2. ſtatuimus. cum ſimi. & eſt modus communis antiquorum
iurium, ſed non nouorum. remittit Pau. ad no. per ſe. s. in ꝑę.
2 & de hoc ibi dixi in ver. vniuerſitati. q. 1. 2. & 3. † Secundo op.
in eo, ꝙ requiritur in inquiſitore ꝙ attigerit quadrageſimũ.
deberet enim ſufficere triceſimus ſicut in epiſcopo, de elect.
cum in cunctis. qui eſt etiam inquiſitor. s. cle. prox. eo. tit. per
hoc. li. 6 gl. concordat. ſoluit ꝙ hoc eſt de arbitrariis de quib.
non poteſt reddi ratio. Pau. dicit ꝙ maior ętas requiritur in
inquiſitore quam in epiſcopo, quia eſt minus iuri exoſum,
quo caſu quandoque facilius licet quod eſt plus, quia iuri mi
nus exoſum. ſimile de rebus eccle. non alie. c. ſi vna. de elec.
nemo deinceps. lib. 6 de transla. ca. 2. Sic etiam iudex propter
contumaciam rei poteſt actorem in poſſeſſionem mittere ex
primo decreto, non tamen rem ſequeſtrare, quod eſt minus
diuerſo reſpectu, ſed eſt magis exoſum, quia alio reſpectu ſe-
queſtratio eſt maior, quia non tollitur ante ſententiam, & tũc
res datur victori. de hoc de dolo ca. 1. & hæc ratio reddit cau-
ſam quare in inquiſitore requiritur maior ætas quam epiſco
po. Quare autem ſtatuta fuerit ętas quadragenaria, dicit Pau.
cũ glo. hoc eſſe de arbitrariis. Gen. dicit quia iura antiquitus
erant ſtatuta ſuper ætate epiſcopi, licet epiſcopus ſit inquiſi-
tor, tamen ne iura corrigantur nihil de ipſo immutatur. c. ar. de
elect. cum expediat. lib 6. Sed in aliis inquiſitoribus nihil cau
tum erat, & de maiori ætate in eis ſtatuitur ne omittant fa-
cienda, vel faciant omittenda. s. cle. proxi. §. verum. quia vel
ideo eſt diuerſitas in epiſcopo & inquiſitore, quia ius præſu-
mit pro epiſcopis qui ſunt perpetui, ſecus in quiſitoribus q
ſunt tranſitorii temporales & reuocabiles etiam ſine cauſa.
arg. eorum quæ no. in ſimili. 5. q. 3. quia epiſcopus. vel ideo de
ætate trigenaria ſtatutum eſt in epiſcopo, quia Chriſtus in ta
li ætate baptizatus fuit. & prædicare cœpit. 78. diſt. presbyter.
cuius legatione fungi dicitur epiſcopus, 7. q. 1. omnis. 20 diſt.
in nouo. ſecundum Gen. de quibus rationibus dic, ꝙ etiam ſi
non ſint neceſſariæ, ſunt perſuadentes. & ſufficit ſic ſcriptum
eſſe. ff qui & a quib. proſpexit, 5. q. 3. ſcriptum, & in hac gl. ibi
deinceps, & pro hoc quod no. de transla. c. vlt. in gl. pe. & ſuꝑ
3 ea. † Quęro per quem committitur officium inquiſitori. gl.
vl. ſol. ꝙ per prælatos, &c. vt in gl. Secundo quęro quid de cõ
miſſariis inquiſitorum, vel epõrum, vel capitulorum ſe. vac.
gl. ea. ſol. ꝙ requiritur hæc ætas quadragenaria, & pro hoc qa
ſubeſt eadem ratio. Tertio quæro, ſi ꝯ fiat, vt quia committi
tur minori. gl. e. ſol. ꝙ puniendi ſunt committentes, & com-
miſſio non valet. Idem Pau. dicens cum gl. ꝙ committentes
puniuntur tanquam canonum tranſgreſſores. facit de æta. &
qua. c. 1. de treu & pa. c. 1. 38. diſt. nulli. 4. di. §. vlt. & commiſſio
non valet, quia fit ꝯ poteſtatem datam a lege, ſecundum not.
de iurep. cle. 1. & ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe, li-
cet decretum non adiiciat. C. de legi. non dubium. 10. diſt. vi-
pes. 25. q. 1. imperiale. de teſt. c. 2. de regula. non ſolum. lib. 6.
& regula, quę contra ius. e. li. & in hac gl. ibi, pro & contra. dic
de hoc quando teneant facta contra legem, vt dixi de poſtu-
la. c. 2.

ADDITIO.

2 Annus inceptus. Adde gl. in c. ſubdiaconus. 77. di. gl. in ver. exegerit. & in c. cũ
in cunctis. de ele. c. ſi annum quartumdecimum. de iu. li. 6.
Vinc. God. Annus inceptus habetur pro completo. non tamen in omnibus
caſibus. Pet. de Vnco in tra pat. notat. in 4. l. diuiſ perſon. nu. 6. habetur in li.
32. trac. fol. 207.

SVMMARIVM.

1 *Delictum perſonę non debet redundare in detrimentum eccleſię*
2 *Inquiſitor hæreticę prauitatis, an poſſit committere vices ſuas.*
3 *Fiſcus quid eſt, vide.*
4 *Clericus tenens prædium a domino temporali ſi condemnatur de hęreſi*
Cui applicabitur illud prædium.
5 *Bona eccleſię, an poſſint applicari fiſco ſeculari, propter hæreſim.*
6 *Hæreticus ſi conuertitur ad fidem, an bona confiſcata reſtituantur ei.*
7 *Iudęus ſi impediat alium Iudęum volentem conuerti ad fidem, an inqui-*
ſitor poſſit procedere contra eum.

Inquiſitoribus. Inquiſitor & eius epiſcopi vel ſe
de vacante capituli commiſſarius.
non debet prætexta officii illicitis modis pecuniam extor-
quere, nec ſcienter bona eccleſiarum ob clericorum delictũ
fiſco etiam eccleſiæ applicare: alias ſunt excommunicati, nec
abſoluuntur ſatisfactione non præmiſſa, niſi in mortis articu
lo inquiſitoribus. Alii incipiunt poſt hoc ver. ibi, & tam. qđ
dico ꝭ. in 1. opp. No. ibi, prætextu. ꝙ pœna de qua hic, locum
habet tunc tantum, quando prætextu officii extorquent. de
hoc in gl. vbi ergo. Secundo no. de ver. pecuniam. iuncta gl. in
telligo. quæ vult ꝙ hic nomine pecunię intelligatur de quo-
cunque commodo æſtimabili. idem Pau. & Gen. pro hoc. C.
de conſt. pec. l. 1. & 2. 1. q. 3. quicquid, & c. ſunt nonnulli, & ſic
non ſumitur pro his tantum quæ ſunt vel eſſe poſſunt in nu
mero, ſicut ſumitur. ff. de ver. ſig. pecuniæ. & l. ſeq. Terno no.
ꝙ facientes contra ius puniuntur quando ſcienter, ſecus ſi
1 ignoranter. de hoc 10 gl. ignoranter. † Quarto no. ꝙ delictum
perſonæ non dẽt nocere eccleſiæ. dicit tamen Pau. ꝙ quando
que nocet. de reſt. in integ. auditis. de cenſ. cum olim. quod
dic, vt ꝭ. in 4 ꝯ. & de hoc in glo. in verbo, delictum, & in ea in
fi. ſimile de decimis, clemẽ. vl. Quinto no. de dictione, etiam,
quæ eſt implicatiua, quod vult gl. in hoc ver ꝓ hoc. ff. de ver.
obli. quodcunque §. ſi ita. de aqua plu. arcen. ſupra iter. §. offi-
cium. vbi Bar. de conſt. cum omnes. vbi dixi. Sexto no. ꝙ eccle
ſia habet fiſcum, & exponit Lau. eccleſiam. i. pręlatos eccleſię
de huc. ꝭ. qõ. 5. & duabus ſeq. quid autem fiat de bonis clerici
damnati. dic vt in glo. idem verbum, & dico ꝭ. qõ. 6. Septimo
no. caſum in quo quis excommunicatur ipſo iure per conſti
tutionem huius compilationis. alii colliguntur. ꝭ. de ſen. ex-
commu. cle. 1. in glo. eſt ſciendum. Octauo no. caſum in quo
non abſoluitur excommunicatus niſi ſatisfecerit. & in eo qđ
dicit dẽt ſatisfacere de pecunia ſic extorta, dicit Paul. ꝙ dans
hoc caſu poſſet repetere. facit quod no. 11. q. 3. qui recte. 15. q.
q. 1. ſane. Nono no. caſum in quo priuilegium, pactum, vel re
miſſio non prodeſt. s. c. proxi. §. verum quia in fi. ubi de priui-
legio. de pactis autem exemplificat Paul. quia non proderit
pactum de non petendo ſolutum, uel de ſoluendo. Ex hoc
infert quod ſi non valet pactum, nec pęna ei adiecta. de pre-
car. cap. 2. ubi de hoc in glo. 2. de remiſſionibus vero concor-
dantes ſunt in gl. & ſicut hic nõ valet remiſſio. ita refert Pau.
quoſdam dicere quod vſuratio non ualet. dic contra ſi remiſ
ſio eſt facta modo debito, vt no. i regula, peccatum. lib. 6. Op.
quia hic non dicit aliquid de epiſcopis, cum tamen ipſi etiã
habeant inquirere. s. cle. proxi. ver. propter quod. Glo. de epiſ-
copis. ſoluit ꝙ in hoc defertur dignitati. dicit tamen ꝙ ſi in
hoc delinquunt, ſunt puniendi, ſed non hac pœna. de inquiſi
toribus autem bene dicitur hic, & ſecundum hoc ſic incipit
iſte verſus ibi, Inquiſitoribus, ſed ſi inciperet ibi, & cauſa ipſo
rum, tunc ſecus, & de hoc dixi. s. in tex. & hoc vltimum tenet
Lau. dicens ꝙ hic non prohibentur inquiſitoribus vel epiſco-
pis, ſed eorum commiſſariis, & idem Gen. dicunt tamen ꝙ
fortius prohibetur inquiſitoribus & epiſcopis. ꝭ. §. proxi qui
§. facit ex eo, quia talia principaliter ſpectant ad epiſcopum
& inquiſitorem, vt ibi, & ſic videtur velle ꝙ pęna, de qua hic,
locum habeat etiam in epĩs, primum verius, ꝙ in epĩs nõ ha
beat locum, in inquiſitoribus vero ſic ſecundum primam ſi-
gnificationem, vt iſte ver. incipiat ibi, Inquiſitorib. quod eſt
communius. Secundo op. in eo, ꝙ loquitur de iſtis extorquẽ
tibus pecuniam ratione officij, & infra permittit ꝙ abſoluãt
reſtituendo ſimplum tantum, cum tamen committant cri-
men concuſſionis, vt in iuribus alleg. in gl. & ſic tenentur ad
quadruplum. 18. di. quoniam. 14. q. 5. non ſane. Glo. & ſic. tan
git, & non ſoluit dic de intellectu c. quoniam, vt dixi de im-
mun. ec. quia plerique, in 1. ꝯrio, & plenius de cenſi. procura-
tiones, in 2. contrario, & dicit Steph. ꝙ hic nõ negat iſtos poſ
ſe puniri tanquam concuſſores, & de pœna cõcuſſionis not.
in ca. militare. allegato in glo. Tertio op. in eo ꝙ punit extor-
quentem pecuniam modis illicitis, ſatis enim erat hoc alias
damnatum lege veteri & noua de rapto. per totum, & ſic nõ
debuit hic amplius puniri, quia pro uno crimine non impo-
nitur duplex pœna, de iud. at ſi clerici. Solu. Laud. ꝙ propter
enormitatem criminis vel reiterationem hoc fieri poteſt. dic
ꝙ duplici pœna punitur quis vbi vna non ſufficit, vt lit. non
conteſt. quoniam. in fi. Item licet hoc eſſet alias damnatum,
erat

erat tamen damnatum in genere, hic autem punit in specie
respectu officij hæreticæ prauitatis Quarto opp. ad id quod
a dixi in 4 nota. ꝙ imo delictum a prælati noceat ecclesiæ. de
præscrip. cap. j. & per totum. Solu. Lau. ꝙ non nocet si est in
committendo, vt hic. secus in omittendo, vt in contrario. Itē,
& in committendo quandoq; nocet, vt in causa feudali vbi pre
latus cōmittens feloniam aduersus dominum feudi priuatur
feudo. 10. col. de cap Contra. cap. vnico. §. item si clericus, pri-
uatur tamen ibi ecclesia solum in vita prælati, & de hoc dixi
de institu. cum venisset Quinto oppo. in eo, ꝙ dicit istos non
absoluendos nisi satisfaciat, potest enim esse ꝙ sunt pauperes
quo casu excusantur, de vsu. cum tu. Gloss. si habent. stat con-
trario, & intelligit literam quando habent. vnde pro hoc
quod dixi supra cle. proxi. §. verum quia in quarto contrario.
not. literam in eo, ꝙ dicit, plene satisfecerint. per quod di-
cit Matt. ꝙ satisfacere tenentur vsque ad vnum denarium. fa-
cit quod no Arch. de elect. quia frequenter. lib. 6. Quæro an inquisi-
tor possit committere vices suas. Solu. litera hic probat ꝙ sic
2 de hoc in glo. commissarijs. † Oppo. ad hoc vt in ca. gloss. quę
prosequitur argumenta pro & contra, quasi ad literam ponēs
id quod dixi post Pau. supra, cle. proxi. versic. & quia in 2. con
trario. & in hac gloss. ibi. is cui, lib. sexto hoc placet. Stepha. li
cet dicat contrarium seruari ibi, ita seruatur de off. deleg. pa-
storalis, & c. fin. Secundo quæro, an hic prohibeatur imponi
b pœnas pecuniarias b per officium inquisitionis. gloss. pœnas.
ꝙ non, sed solum illicitas exactiones, & ꝙ liceat iudici eccle-
siastico imponere pœnam pecuniariam, probatur de offic.
ordi. dilectus, vbi de hoc, & de pœnis, licet. dicit tamē Matth.
ꝙ propter crimen hæresis non potest exigi pœcuniaria. aut
enim inquisiti conuincuntur, & omnia bona sunt confisca-
ta. eo. titu. excommunicamus, & c. cum secundum. lib. 6. se-
cundum quod cap. debet intelligi ca. excommunicamus, aut
non conuincuntur, & absolui debent, 2. quę. 1. nos in quem
quam nec conuincuntur, licet probetur per vnum testem,
vel famam, nam nec fama cum vno teste probat in criminā-
li, vt no. de resti. veniens. 1. licet alias sufficiat, vt no. de app. ca.
j. & ex hoc dicit Matth. ꝙ minor est probatio fama quam
vnius testis, quia per duos testes fit probatio, quod dixi. s. cle,
proxi. §. verum quia. q. 1. Item ꝙ non possit pro crimine exigi
pœna pecuniaria. probat Matth. & aliter, quia cum hæretico
relapso non potest dispensari. dicto cap. excommunicamus. &
eo. titu. accusatus, lib. 6. ergo nec pœna commutari, pro hoc
quod no. de pœ. licet commutaretur autem si pro confisca-
tione imponeretur pœna pecuniaria. De fautoribus, tamē &
defensoribus qui non sunt hæretici, dicit Matth. ꝙ bene pos-
sunt imponi eis pœnitentiæ, vt pauperibus, vel pro alijs pijs
operibus dent de bonis suis, d. c. accusatus. §. de quæstionibus;
& §. si vero. infert ēt Matth. fratrem Aluarum tenuisse ꝙ in-
quisitores possent mulctare pecunia, quia non semper habet
locum distinctio præmissa, nam aliquoties aliqui proferunt
verba hæretica aut ludendo aut ex ira, aut ex fatua simplicita
te & ignorantia, quæ tamen excusationem nō habent, & his
casibus & similibus possunt pecuniariter puniri, nam & ec-
clesia hoc facit. 23. distinct. quamquam. de iudæ. ad deliberan-
dam. de rapto. in archiepiscopatu. Item inquisitores possunt
hæreticis conuersis pęnas commutare vel minorare. e. titu. vt
commissi. §. & illorum, sicut & alias iudex ex certa causa mi-
norat pœnam. ff. de pę. aut facta §. fin. Item pro hoc illa litera
a contrario, quæ dicit, ꝙ modis illicitis non possunt extorque
re pecuniam, ergo licitis sic. de præsumpt. nonne. Item quia
hic ponitur verbum, extorqueant, quod sonat in vitium vio-
lentiæ vel fraudis, & sic secus si iuste condemnent, sed caueāt
ne imbursent, quia reputaretur extorsio, sed dent pauperibus
vel applicent officio inquisitionis. facit de elect. cle. statutum,
de præsump. literas, de off. ord. dilectus. de maledi. ca. fin. & de
hoc etiam remittit Matth. ad no. per se. j. de vsu. cle vni. in fi.
vbi dixi in §. sane. q. 22. dicit etiam Matth. ꝙ differentia est in
ter mulctam & pœnam. nam pœna infligitur in corpore. C.
de ser. fug. quicunque. de pœnis. l. fin. ff. de in ius voc. l. fin. sed
mulctatur quis in pecunia. C. de mo. mul. eos. in fin. de hoc in
Specu. de sen. §. species. ver. est & quarta, & dixi de off. delega,
de causis. in fi. & de speciebus pœnarum per Raymun. i sum-
de pœnis. §. 1. & in hac glo. ibi exigi. quæ habentur in d. c. ac
cusatus, & in extrauag. Benedicti, ex eo. Tertio quæro. an bo-
na propria clericorum possint cōfiscari propter hæresim. glo.
de bonis. ꝙ sic. & de hoc. j. ea. cle. q. 6. Quarto quæro, quid de
monacho qui præest ecclesię. Glo. ea. soluit ꝙ non confiscabū
tur bona per eum acquisita, quia cedunt ecclesiæ, quod dic
3 vt in ea, quam no. & idem Pau. † Quinto quæro, in eo, ꝙ hic
dicit de fisco, quid est fiscus. dicit Lau. ꝙ vocatur thesauraria
seu bursa ad quam applicantur prælaturæ bona, seu prouen
tus alicuius prælati, sicut res & bona imperij dicuntur fiscus,
non aūt propria bona quæ sunt Imperatoris seu prælati. arg
eorum quæ se. & no. Inst. de vsucapio. §. pen. & ri. habet enim
ecclesia loculos quæ ex loculis, quos habuit dominus, proces
serunt. 12. q. 1. exemplum. & c habebat cum multis capitulis
& fisco ecclesiæ applicantur oblationes fidelium, quia domi-
no a fidelibus offeruntur. 12. q. 1. videntes. & est fiscus ecclesiæ
a. se repletus ꝙ nulla pſona ecclesiastica maxime commu-
nem vitā gerens potest inops inueniri. vt ibi. quod dicit Lau.
uerum, si bene diuideretur, licet prælati nostri temporis ne
sciunt bene diuidere. uersus. Nil proprium nisi sit vitium cō-
munia queque. Sic loquimur sed non fruimur communib. ę-
que. quos uersus etiam posuit Lau. s̄ de sta. mo. cle. ne in agro.
§. quia vero. vbi dixi in 6. no. & dicit Lau. ꝙ ad hunc fiscum p̄
lati manus extendunt magis quam ad curandas animas, cu-
ius p̄rium fecerunt apostoli qui deputarūt quosdam qui mi-
nistrarent mensis. Item contra eos est 12. q. 1. te quidem. 12.
questione. j. dilectissimus. Sexto quęro, in eo quod dixi s̄. q. 3.
ꝙ bona clerici damnati de heresi applicātur fisco, an applicen
tur fisco seculari, an ecclesiastico. dic ꝙ applicantur ecclesiasti
co. de concess. præben. quia diuersitatem. vbi de hoc in gloss.
quia dominus, quæ est singularis. & hoc declaratur plenius ī
4 seq. q̄ō. † Septimo quæro, si clericus qui tenebat prædium in
emphyteusim a dño temporali, condemnatur de hæresi, cui
applicabitur ius emphyteuticū. vr̄ ꝙ fisco ecclesiæ, per id q̄d
dixi in proxi. q. Old. tenuit contrarium dicens ꝙ applicabitur
dño seculari, quia tale ius poterat dici peculium aduentitiū
clerici, ratione cuius clericus est obnoxius domino tempora
li. 12. q. 1. his ita. de cleri. coniu. c. penul. in glo. 4. Item propter
delictum vasalli feudum applicatur domino 10. col. de proh.
feu. alie. imperialem. §. illud. ergo idem in emphyteusi quia
comparantur. 10. col. de feu. nō ha. na. feu. c. vnico. no. Spe. de
fen. §. penul. ver. 30. Item si vasallus ecclesiæ laicus propter de
lictum priuatur feudo, reuertitur feudum ad ecclesiam. de pę
nis in quibusdam §. si, eod. ti felicis. circa prin. lib 6. Ergo idē
e conuerso, cum clericus tenet feudum a laico, quia quod gl.
que ueris &c. de consti. cum omnes. & plura alia prosequitur
Old. in consilijs 117. dicit Per. de Anch. ꝙ hæc q. pręsupponit
aliam, an in confiscatione bonorum veniāt bona emphyteu-
tica. de quo per Bar. ff. de dam. infec. si finita. §. si de vectigali-
bus. & ibi remittit. & per ibi no. colligitur quod emphyteusis
ecclesiæ non confiscatur, sed per ecclesiam repetitur a fisco,
in Auth. de alie. emphy. contract §. 1. col 9 Emphyteusis ne-
ro priuati quæ transiret in extraneum hæredem transit in fi-
scum, secus si non transiret. C. ad l. Iul. de vi. l 2. dic ꝙ ille §. in
Auth. de alie. & emph. contract. non probat ꝙ emphyteusis
ecclesiæ non possit confiscari, sed ꝙ emphyteutica res eccle-
siæ perueniat ad alium etiam fiscum, in optione est ecclesiæ
vel approbare translationem, vel rem reuocare. & posset in-
telligi in casu cap. potuit, de locato, quando emphyteuta tran
stulit sine licentia domini, quia tunc cadit a iure suo. d. c. po-
tuit. & consolidatur ius domino si uult, & sic remaneret ad
huc dubium de confiscatione, & videtur ꝙ ob delictum em
phyteutæ possit confiscari ius meliorationum sicut cōfiscā-
tur alia eius bona, quod tenet Spe. in d. uer. 40. & Io. An. ibi ad
idem quod no. Bar. in d. §. si de vectigalibus. & intelligi debe-
ret ꝙ fiscus alienet in personam propter quam ecclesia non
fit deterioris conditionis quam erat tempore prioris emphy
teutæ, tamen quia feudum est ecclesiæ, stemus communi in-
terpretationi illius §. 1. & dicamus ꝙ ecclesia poterit repetere
intra biennium, vt ibi, ut de feudo ecclesiæ ꝙ reuertatur ad
ecclesiam, uidetur bene probari in d. c. in quibusdam. & d. c.
fęlicis. sed illa iura loquuntur in specialibus criminibus de q
bus in illis capitulis per quæ fit iniuria ipsi ecclesiæ, alias uide
retur ꝙ ex delicto uasalli non debeant priuari agnati si erat
feudum paternum uel auitum. 10. col. si uasal. feu. priu. c. uni-
co. unde intelligunt quidam capitula illa quando uasallus cō
mittit crimen lęsę maiestatis. Illa tamen iura hoc non pro
bant, & uidetur hęc nimia restrictio, propterea dici posset ꝙ
sunt intelligenda in illis casibus specialibus. t. in criminibus
de quibus ibi exprimitur, alias secus. & idem quo ad clem. t.
de pę-

ADDITONES.

a Delictum prælati. Adde reg delictum. de regu. iur. li. 6. Anto. de Bu. Ab. in c.
2. de do. & contu. Ant. de. Bu. & Ab. in c cū dilectus. de ord. co. & ibi gl. Ab.
in c. j. in gl pe. de infantib. & ligni. Io. de Fan. in c. si epm. 16 q. 3. Doc. in l. iu
bemus C. de sacrosan. ecc.
Vin. G. Delictum prælati quando noceat ecc Fel. in c. ad audientiam, col. 1.
de rescrip. & in c. ad apostolicam, de simo & in c. contingit, in fi. de sen. exc.
In iudicialibus quandoque noceat, c. ad audientiam, el . . col. 2. de resc r. In
feudalibus autem, Ale. consi. 23. lib. 1.
b Pœnas pecuniarias. Adde glo in c. licet, de pę. Io. An. in c. j. de hom. li. 6. Ar. in
in c. si vos. 13. q 3. Archidia. in cap. ea vindicta 23. q. 4. Abb. in cap. de causis,
in vlt. nota. de offic. delega. Domi. in capitu. quoniam. 18. distinctio. Domi.
in cap. de Liguribus, 23. quęstio. 6. Per. de Anch. consi. 22. incip. spiritualia in
nexa ad ñ.

de pœnis,& hoc videretur bene defendi posse quo præsuppo
sito in alijs criminibus,dic φ aut est tale crimen propter qđ
secundum leges feudales vasallus est priuandus,vt quia delin
quit in dominum,& tūc si est feudum proprium applicatur
dño.sic loquitur §.illud.d.l.imperialem.præalleg.Si autē est
paternum aut auitum,transit ad agnatos d.c.vnico.si vasallus
feudo priuetur.Quidam tñ dicunt φ qñ delinquit in dñm,in
distincte priuatur feudo,ita φ libere reuertitur ad dñm.10.col.
quæ fuit prima causa beneficij amittendi.c.vnico.§.denique
Si autem deliquit in alios ita φ feudo priuari debet,tunc ad
proximos pertinet,vt in eo.§.sed pro primo facit.ff.de inter.
& relc.eum qui.& quod no.ibi Bar.distinctio tñ §.deniq;.est.
æqua.& ibi expresse loquitur de feudo paterno seu auito. &
de hoc ibi per Bal.& 10.col.si vasal.feu.pri.vnico.vbi varie di
stinguit,tamen vř stare.d.§.deniq;. Aut crimen non est tale
φ puniatur per leges feudales,& tunc nihil speciale inuenio
in feudo,& ideo generaliter dici potest φ res feudales,& em
phyteuticæ confiscabuntur illi fisco cui confiscantur alia bo
na damnati,semper tamen sine præiudicio dñi vt fiat transla
tio in aliam personam parem,vt prædixi.Quod ad ecclesiam
tñ propter cõem interpretationem de qua.s.e.q.dixi,videtur
dicendum φ intra biēnium possit emphyteusim repetere a
fisco.& idem de feudo eadem ratione.Et pro hoc quod dixi
de iurepatro.cle.2.in prin.q.8.quæ no.quia sæpe accidunt,&
minus bene discussa reperiuntur,& per hoc ad quæstionem
præmissam dic verius φ emphyteusis clerici applicatur eccl.
sicut,& alia bona ipsius clerici damnati,quia non apparet ra
tio diuersitatis,& pro hoc quod dixi in proxi.q. Ad contraria
dic ad illud cum dicitur φ bona clerici sunt obnoxia iudici
seculari,dic φ procedit quo ad onera realia ad quæ teneba-
tur antequam fieret clericus,pro hoc quod dixi de vi.& bo.
cle.c.si.transeunt enim cum onere suo.de deci.pastoralis, &
ita etiam hic emphyteusis erit obnoxia dño, quo ad hoc, φ
ei debebitur sua pensio.Ad l.imperialem.§.illud responsum
est.s.quia loquitur qñ vasallus delinquit ɔtra dñm.Ad aliud
quia si vasallus ecclesiæ priuatur feudo reuertitur ad ecclesiā
&c.dic φ illud non probatur indistincte per illa iura, vt præ-
dixi.& quatenus ēt hoc fateamus propter cõem interpreta-
tionem de qua prædixi, tñ ex hoc non potest inferri φ idem
sit in dño seculari,quia φ res emphyteutica,vel feudalis pos-
sit ad ecclesiam reuocari,hoc est ex priuilegio ecclesiæ per p̄
allc.§.1.in Auth.de alic.& emphy.contract.col.9. quod non
5 debet extendi.regula,priuilegium.lib.6.† Octauo.quæro,an
bona ecclesiarum possint applicari fisco seculari pp hęresim.
Gl.multominus.dicit,φ cum nō possint applicari fisco eccle
siæ,multominus fisco seculari,pro hoc quod dixi s̄.duabus p
xi.q.Nono quæro de intellectu literę ibi,in his.gl.in ver.expo
nit.i.in duobus proximis dictis.s.de pecunia extorquenda, &
de bonis ecclesiæ confiscandis.Primum autē casum de ætate
inqsitorum dicit non includi p id quod sequitur ibi, donec
illis &c.& vult dicere φ illa clausula,donec &c.nō ɔuenit ei
quod dictum est de ætate,& pro hoc quia ea quæ ponuntur
in medio dispositionis regulantur non tm̃ a p̄cedentibus sed
ēt ad sequentibus de ab.iedo regis.& cum gl.idem Paul. &
Mat.Lau.vero & Gen.exponunt in his.s.tribus proximis, vt
ēt ɔprehendatur quod supra dictum est de ætate.primum ve
rius,quia tunc clausula quæ sequitur,donec &c.incõgrue sta
ret,vt p̄dixi.Decimo quæro,in eo quod dicit de absolutione
ab excõicatione,qs absoluet.Gl.per ordinarios.dicit φ ordi-
narius.idē Gen.& Mat.pro hoc quod no.Archi.de elc.e.j. in
6 gl.i.iudicis.& de regula.non solum.in gl.φ si sta.li.6.† Vnde-
a cimo quæro.si hæreticus a ɔuertitur ad fidem an restituētur
ei bona ɔfiscata.Sol.Mat.φ non,nisi de gratia,e.ti.vrgentis.in
si.dic plenius,vt dixi de electio.quia diligentia.& s̄ cle.proxi.
7 §.fane.q.1.† Duodecimo quæro si Iudęus Iudæum volentē
baptizari impedit,an inquisitor potest cõtra eum procedere.
Sol.Mat. φ sic,licet priuilegia concessa inquisitoribus non
concedant eis φ procedant contra eos nisi in tribus casibus,
scilicet si Christianus fit Iudæus,vel si Iudæus factus Christia
nus reuertitur ad iudaismum.vel si Iudęi inducunt Christia-
nos ad iudaismum.sed dicit Mat.φ in casu proposito Iudęus
volēs baptizari baptizatus est baptismo flaminis, & moriens
euolat ad patriam.de conse.dist.4.baptismi vicem.de presby.
non bapti.ca.2.& sic impediens baptizari retraxit Iudęum fa
ctum Christianum ad iudaismum quantum in se fuit.

SVMMARIVM.

1 *Secretum dicitur quod probari non potest.*
2 *Inferior a Papa aliquando potest punire delegatum Papæ.*
3 *Prælatus tenetur punire excessus subditorum.*
4 *Prælatus inquisitoris maiorem potestatem habet in inquisitorem quā ordinarius.rationem reddit.*

Notarii. Scientes excessum inquisitorū vel commissa
notum in prædicta debent secreto corrigere,
& si probare possunt,debent nunciare prælatis qui eos ab of-
ficio amoueat,& etiam aliter puniant,quibus prælatis negli
gentibus enuncietur ordinario qui perferat ad Papam. No.
de secreta correctione,ne hoc in glo.in ver.secreto.& in eo φ
allc.c.si peccauerit.videtur intelligere hic de correctione euā
gelica. quod expresse dicit Lau.& de hac in d. c.si peccauerit.
& s̄.de iud.nouit.& dicit Pau.φ fit in secreto ne probatur pec
cator.d.c.si peccauerit.& c.vnus.& in eo φ hic tenentur socij
inquisitorum & commissariorum eos corrigere,pro hoc qđ
no.Inn.de his quæ fiūt à ma.par.ca.c.1.de reb.eccl.non al.e.si
s quis.† Secundo no.φ secretum a dř id quod probari non pōt
a quod singulariter probat hęc litera. Quid aūt dicatur occul-
tum,& quid manifestum,& de similibus,dixi de cõiuđ.cle.
vestra.Tertio n .φ qui non potest probare,non tenetur nun
ciare,de hoc in glo.alias,& pro hoc quia de occultis se nō in
tromittit ecclesia.de accu.qualiter.j. in fi.sed relinquatur iu-
dicio Dei 32.dist.erubescant.6.q.1.si omnia & q.2.si tantum.
& c.placuit.de simo.tua.in fi.secus dicit Lau.de pęnis occul-
tis manifestis vel notorijs,de quibus no.in d.c.vestra. Quarto
no.φ inquisitores possunt amoueri p prælatos suos.de hoc in
gl.licet.& dico.j. quatuor seq.notabi.& ex hoc infert Pau.φ
sion sunt amoti per excõicationem de qua.s̄.proxi. executio-
nem tamen non habent si excomicatio est publica de re iu.
ad probandum.Quinto no.casum in quo officium datum p
Papam alij possunt auferre sicut hic amouentur inquisitores
ab officio per suo p̄latos,& tamen officium dependet a Papa
de hoc in gloss licet, & dico in tribus sequentibus notabilis.
a † Sexto no.casum in quo inferior a Papa punit delegati Papę
sicut hic prælati inquisitorem eos puniunt.in hoc tñ no.Pau.
literam in verbo, amotos.ex quia infert φ ante amotionem
non possunt eos punire pro hoc quod no.de rescrip.c.si.de or
dinario q punit delegatum finito processu de abusu iurisdi-
ctionis,& hoc ēt sentit gl.licet.in fi.ibi illum amotum puniat
& sic non prius.Ego tamen io d.c.si dico φ ēt pendente pro-
cessu dummodo nō impediat se de causa commissa.pro hoc
de of.or.significauit.& quod ibi dixi.& de hoc per Cy.C. vbi
a de criṁi agi opor.auth.qua in prouincia.† Septimo no.φ p̄latus
tenetur punire subditorum excessus.hoc vult litera in verbo
tenẽtur & gl.in eodem verbo.& pro hoc de sen.exc.vt fame.
Ex hoc dicit Pau. φ hoc casu non possunt eos tolerare si vel-
lent.nec in pęna dispensare.dicit tñ gen.φ pœna erit arbitra-
ria ex quo hic non exprimitur certa.arg.de offi.deleg.de cau-
4 sis.† Octauo no.ibi,prælatis autem.φ maiorem potestatem
habet inquisitoris in inquisitorem q̄ ordinarius nam præla-
tus potest amouere, vt hic ordinarius vero non,sed solum nū
ciare Papæ excessus inquisitoris. de hoc in glo.concordat &
dicit Lau.φ prælatus inquisitoris habet in eum potestatem in
quæ regulæ sunt, vel status sui, sicut etiam delegati subsunt
ordinarijs j. alijs quam in officio delegationis in quo non
subsunt.de of.dele.studuisti.dicit tamen φ aliter hic, & aliter
ibi,nam delegati suscipiunt potestatem a Papa, inquisitores
vero a prælato sui ordinis, puta priore vel prouinciali, vt in
Francia vbi prouincialis in toto regno ponit & deponit istos
simile de offi.prædicandi,de sepul.cle.dudum.in eo quod di-
cit φ delegatus subest ordinario,hoc intellige vt dixi.s̄. in 6.
notabili.& dicit Pau.φ ideo ordinarij nō puniunt inquisito-
re,quia inquisitores sunt exempti. & secundum Gen.episco-
pi & inquisitores quo ad officium inquisitionis sunt quasi
pares,& par in parem &c.de elect. innotuit. ff. ad Trebellic a
quo.§.tempestiuum.facit de electio.cle.ne Romani.in prin.
Oppon. in eo φ dicit de inquisitoribus & commissarijs,&
omittit de episcopis qui etiam quandoque delinquunt in
officio inquisitionis.Glo.nil dicit remittit ad no.s̄.ver.proxi.
vbi in primo contrario dixi φ in eis non habet locum quod
hic

ADDITIO.

a An hæreticus cōuersus ad fidē. Adde Ab.in c.inter quatuor.de mai.& obe.
Bar.Ang.& Io.de Imo.in l.Gallus,de libe.& posthu.
Vin.Go. Hæreticus si conuertatur ad fidem recuperat bona sed debet inca
cerari ad pœnitentiam.sed hodie inquisitores componunt pœnam ex arbi
trio eorum.Car.in cle.1.§.fi.vlt.q.de vsur.

ADDITIO

a Quod secretum dicitur. Adde c.vel econtra.de pę. dist 1.Io.An.in ca.vlt.de
hære.in ver.secretum.in §. vulgo.& ibi Doct.in ca.vbi periculum de elect.
lib.6.
Vinc.God.Adde Fel in c.1.col.7.ver.quando autem dicatur secretum, de fi.
instrum.& Dec.in l.si quis alterat,col. [illegible] de mand.princ.& Alc.in l.Lucius,de
fi.actiom.

hic dr. Lau. etiam dicit ꝙ idem de epis qui onāto sunt in ma
iori statu, si delinquunt, magis sunt puniendi. 60. di. homin. i.
q. 1. vilissimus, vnde secundm eum etiam epi incurrunt pœ-
nam de qua s. ver. proxi. nam sm eum ibi loquitur de excom
municatione quam incidit etiam eps, secus de suspensione,
de sen. excomm. quia periculosum. li. 6. Dic verius ꝙ eps non
includitur in hac pœna, vt dixi in d. i contrario. Secundo op.
ꝙ non possunt socii inquisitorum eos corrigere, quia corre-
ctio spectat ad superiorem, de offi. or. irrefragabili. in princ. &
par in parem &c. de elect. innotuit. Gl. quantum, soluit ꝙ cor
rigere dent quantum in eis est. & de hac sociali correctione,
33. q. 4. duo ista, & no. gl. i eo, ꝙ facit differētiā inter corrigere
quod ptinet ad superiorem, & corripere, quod ptinet ad parē
& idem Pau. q dicit ꝙ socialis correctio spectat ad socium. d.
c. duo ista pœnalis ad iudicē. 23. q. 4. ea vindicta, & §. in hoc, &
no. e. q. in sum. dic tn ꝙ hęc vocabula communiter accipiunt
promiscue. Tertio op. ad hoc ꝙ imo socii possint corrigere,
nam etiam Papa ligat Papam in crimine hrsis 24. q. 1. c. j. Sol.
Mat. ꝙ illud est quando Papa incidit in hæresim, hic autem
loquitur de inquisitorib. qui delinquunt in officio, in his de
quib. s. versi. proxi. non tn sunt hæretici, dic ꝙ etiam si essent
hrtici punitio non spectaret ad socios, sed ad superiores. Papa
autem damnatur de hæresi per successorem, qa non est alius
superior. ar. de elect. licet, in fi. nisi concilium coram quo etiā
potest accusari. 16. di §. hinc etiam. 2. q. 7. §. item cum Balaam.
no. Arch. de hæ. in fidei. li. 6 de elect. licet. concilium autem
non facile congregatur, ideo iudicat successor. Quæro an prę
latus inquisitoris qui potest eum amouere, vt hic, possit cor-
rigere facta, per illum in officio. Gl. licet. & non, & idem Pa.

SVMMARIVM

1 *Inquisitores possunt dare potestatem portandi arma.*
2 *Dominus temporalis si impediat inquisitorem in portatione armorum vel eius familiam, quis eum puniet.*

§. Porro. Inquisitores prohibentur abuti armorum
concessione, vel assumere officiales nō ne-
cessarios. Not. ꝙ non dēt quis abuti priuilegio, alias meretur
illud perdere. 11. q. 3. priuilegium, de priui. tuarum, dicit tn
Pau. ꝙ hoc casu qui perdere in totum non possent sine dam-
no officii, ideo non priuantur concessione armorum, dr autē
1 abusus hoc casu considerata qualitate litis, & psonarum. † Se-
cundo no. ꝙ inquisitores habent ptātem faciendi portare ar-
ma, & hanc habent ex priuilegio, vt dicit gl. in ver. concessio-
ne, alias. n. armorum vsus regulariter prohibetur laicis & cle-
ricis. C. vt armorum vsus inscio prin. interdictus sit, in rubro,
& nigro. de vi. & ho. cle. c. i. & dicit Lau. ꝙ prælati vtuntur ar-
mis quandoque vice ecclesiæ suæ. ne cle. vel mo. ca. vlt. li. 6 de
sen. ex. dilecto, e. li. quandoque vice principum secularium. de
rap. in archiepatu in casu autem huius §. inquisitores vtuntur
authoritate apostolica fauore fidei quo respectu omnes prin
cipes subesse, & in omnib. sine mora obedire debent. s. e. ex-
communicamus, & c. vt inquisitionis. li. 6. nō dēnt tamen in-
quisitores vel prælati percutere vel occidere, sed hortari psnt,
& inducere suos officiales & fautores, ad h oc. 23. q. 8. horta
tu. & plurib. capitulis ibi, & de hoc de resti. spol. olim. t. de iu
reiu. sicut. 3. per Inn. spectat autem hoc casu concessio armo-
rum ad ecclesiasticum iudicem, sicut & crimen hæresis. e. ti.
ad abolendam, & c. vergentis, & c. vt inquisitionis. §. prohibe-
mus. lib. 6. Quæro si inquisitores delinquunt in his de quib.
hic, quis cognoscet. dicit Gen. ꝙ superior inquisitoris, nō au
2 tem episcopus pro hoc. s. §. proxi. † Secundo quæro si domi-
nus temporalis impedit familiam inquisitoris in portatione
armorum, dicit Gen. ꝙ puniri poterit vt turbator inquisitio-
nis, per id quod no. Inn. de offi. deleg. c. i.

SVMMARIVM.

1 *Diabolus dicitur sator malorum.*
2 *Perfectio potest crescere vsque in infinitum, malitia vero non.*
3 *Gratia Christi, an fuerit infinita.*

C A P. I I.

AD nostrum. Diuide vt gl. i tres, & primā
subdiuide in nouē quas sin-
gulatim prosequor. & licet gl. summet generali-
ter, tamen specialiter hoc principium in summa
dicit. Error est asserere ꝙ quis acquirere tantum gradum per
fectionis possit in hac vita ꝙ impeccabilis reddatur, nec am-
plius proficere possit tēpore ib. simile de ꝯ le. i. di. vala. beguinę.
de his extrauag. Io. sancta Romana. No. in verbo, secta, quæ ac
cipitur hic in malum, alibi in bonum, de hoc in gl. 3. & in ea
in fin. scribitur et seta, sine c, & p, significat pilum durum cū
1 quo trahi potest filum. de pœn. dist. ii. sicut seta. † Secundo no
ta, ꝙ diabolus dicitur sator malorū. de hoc i gl. in verbo, sato-
re. de sepul. cle. dudū. ver ab olim. dicitur etiā pater mendacij.
de sum. Tri. c. 2. in fi. quādoq; antiquus hostis. 2. q. 5. habebat.
qnque inimicus, 16. q. 2. visis, qnque diabolus, de sum. Tri. c. 1.
ver. diabolus, qnque inimicus homo. de ele. licet. & lupus, &
quomodo multis modis sumitur, no. Arch. e. ti. vt officiū. lib.
2 6. Pau. † Tertio no. de gradu perfectionis, & quomodo perfe
ctio potest crescere in infinitum, malitia vero non, dic, vt no.
47. di. omnes. & plenius de gradibus virtutum not. de pę. di. 2.
hæc quæ. & per hoc intellige gl. in ver. gradum. Quarto no. ꝙ
quis non potest tātum proficere in gratia dum est in hac vita
quin possit etiam plus proficere, de hoc in gl. Augustinus, &
in ea ibi, non potest, nam non potest quis scire ꝙ sit in gradu
perfectionis, de pœ. dist. 2. radicata, & §. hæc quæ de charitate,
ibi Psal. 83. quam dilecta. Opp. in eo, ꝙ Papa dicit se optare ꝙ
extirpentur hæretici, videtur enim hoc impossibile, quia ne-
cesse est, vt sint hæreses, vt qui pbati sunt manifesti fiant. 24.
q. vlt. c. fi. & dicit glo. Isa. 7. Quoniam dum stabit mundus &
hæreticus. Solu. Steph ꝙ hęresis per se non est necessaria, sed
accidens quatenus ex omni malo Deus elicit aliquod bonū,
quia secundum Augu. ecclesia vtitur hæreticis ad pbationē
doctrinę suę, dum eorū falsa dogmata impugnat. ad hoc. 38.
dist. qui de mensa. & c. si quid veri. Item licet non sit possibile
quin sint hæreses, tamen possent hæretici singuli specialiter
extirpari. & hoc debet facere ecclesia, vt hic. sic & in peccatis
non possumus omnia euitare, maxime venialia, singulariter
tamen nitimur pręcauere. Secundo opp. quod homo possit
fieri impeccabilis, vt creditur cōcessū fuisse Virgini gloriosę.
Sol. vt in glo. si hoc vsque ibi, forte mouebantur. & in ea ibi,
gloriosę virgini & beato Ioanni, vt no. 25. di. §. nunc autem.
sed talia miracula non sunt trahenda ad consequētiam. 2. q.
7. §. his ita. Pau. ibi articulo secundo, vbi dicit quod licet primi
parentes non peccassent, adhuc nō essemus impeccabiles, qa
non habuissemus plus perfectionis quam primi parētes. Ipsi
aūt primi quandiu gsassent non fuissent confirmati in iusti
tia, confirmatur enim creatura rationalis in iustitia ex hoc ꝙ
efficitur beata per apertam Dei visionem; quam cito autem
primi parentes ad hanc beatitudinem peruenissent ꝙ Deum
per essentiam viderent, effecti essent spirituales mente & cor
pore, & animalis uita cessaret in qua sola generationis vsus
fuisset. hæc procedunt de lege communi, de priuilegio autē
dicit secus accidere posse, vt creditur de beata Virgine, vt sup.
Tertio oppono, ad idem per illud in cano. Io. c. 3. Omnis qui
natus est ex Deo non peccat. Solu. vt in ea. gl. ibi, forte, vsque
ad fin. & dicit Pau. quod authoritas Io. procedit de finali pec-
cato & impœnitentia, quæ non cadunt in prædestinatis, b qui
b soli dicuntur nati ex Deo. 23. q. 4. prædestinationem, alias ca.
vasis, ver. prædestinationem, de pœn. dist. 1. & venit. Quarto
opp. in eo, quod hic fit ratio istorum & non soluitur in hoc
ꝙ arguebāt ꝙ si homo semper posset in gratia proficere, pos
set aliquis perfectior fieri Christo. So. non curauit Papa pro-
sequi forte, quia non habet magnum dubium, glo. tamē hęc
prosequitur respondendo, & cum ea idem Pau. qui etiam la
tius dicit ꝙ hic error reprobatur, quia natura quę potest de-
ficere in esse, potest etiam deficere in operari conseruato es-
se, quia sicut quod est, potest non esse, ita quando operatur
potest non operari, potest ergo natura non operari, etiam cū
est obligata ad operandum, & sic peccat. nam & homo sem-
per obligatur ad Deum diligendum, iuxta illud. 3. Rex. 10. Di
lexit dominus Israel in sempiternum, diligens autem & dile-
ctus se habent correlatiue, ergo si homo non semper diligit
Deum, peccat. de cons. dist. 5. nunquam. Item humana natu-
ra subiecta est vitio, & nemo est sine peccato. 25. dist. §. nunc
autem. 2. Reg. 8. Non est homo qui non peccat. Quod autem
homo continue possit crescere in gratia, probat Pau. quia si
contrarium diceretur, aut hoc diceretur repugnare charitati
ratione subiecti, aut ratione sui, aut ratione obiecti. non ra-
tione subiecti, quia per infusionem gratiæ semper augetur,
capa-

ADDITONES.

a Vinc. God. Diabolus nocendi potestatem habet a seipso, sed effectum non nisi ex diuina voluntate vel permissione, Franc. Squillacen. in tra. de catho. c. 13. nu. 3. habetur in li. 4. tract. fol. 9.
b In prædestinatis. Adde hic materiam prędestinationis. tex. & ibi Arch. in c. Nabuchodonosor. 23. q. 4. gl. in ver. rationabilem, in c. cum adeo de rescri. Tho. 1. 2. q. 19. 22. & 23 Greg. 29. lib. Moralium.
Vinc. God. Quid sit prædestinatio vide in tract. de prædest. Cosmi. Philiarchi in c. 3. late & diffuse tract. & in 14. c.

capacitas animę. non ratione sui, cum charitas sit participatio quædam infinitæ charitatis, quæ est spiritus sanctus. nõ ratione obiecti, quia Deus est in infinitum diligibilis, quod prosequitur Tho. 2. 2. q. 24. artic. 7. dicens ꝙ terminus augmenti alicuius formę potest prefigi tripliciter. Vno modo ratione formę quæ habet terminatam mensuram ad quam cum peruentũ fuerit, non potest vltra procedi in illa forma, sed transitur in aliam, vt patet in pallore, per cuius continuam augmẽtationem trãsit quis ad albedinem vel nigredinem. Alio modo ex parte agentis cuius virtus non se extẽdit vlterius ad augendam formam in subiecto. Tertio ex parte subiecti quod non est capax amplioris perfectionis. nullo autem horũ modorum potest imponi terminus charitati in hac vita ratione prædicta, quia non ratione ipsius formæ charitatis nec subiecti recipientis nec agentis. i. Dei. quanquam autẽ homo possit sic proficere in gratia, non tamen potest peruenire ad gratiam Christi quæ fuit infinita. quod dic vt in glos. pro hoc quia & in scientia potest quis continue proficere, non tamen potest in ea æquari Christo. Item linea quantumcunque crescat, non tamen attingit quantitatem superficiei. & de hoc in seq.
5 contrario. † Quinto oppo. ad hoc ꝙ gratia Christi non fuerit infinita, gratia namque est quoddam creatum in anima, sed oẽ creatum finitum. Sap. 10. Omnia in numero pondere & mensura disposuisti. Sol. duplex gratia potest in Christo considerari. Vna est gratia vnionis i. hoc ꝙ humanitas vnit filio Dei quod est gratis concessum humanæ naturæ, & hæc gratia est infinita, & ipsa persona uerbi. Alia est gratia habitualis q̃ potest dupliciter ꝯsiderari. Vno modo vt est quoddam ens, & sic est finita: est enim in anima Christi sicut in subiecto, & anima Christi est creatura habẽs capacitatem finitam, & sic cum gratia nõ excedat suũ subiectũ nõ põt esse infinita. Alio modo considerari potest sm propriam rationem gratię, & sic gratia potest dici infinita, eo ꝙ non limitatur, sed habet quicquid potest pertinere ad rationem gratię. sic autem fuit concessum animę Christi tanquam cuidam vniuersali principio gratificationis i humana natura. Ephes. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Sic dicimus lucem solis infinitam nõ. secundum suum esse, sed secundum nomẽ lucis. habet enim quicquid potest ad rationem lucis pertinere. de hoc p Tho. parte 4. q. 7. arti. 2.

SVMMARIVM.

1 *Corpori non debet concedi quicquid sibi placet.*
2 *Oratio, an sit inutilis vel non. & nu. 3.*
4 *Ieiunia ecclesiæ omittens, an peccet mortaliter.*

1 Secundo. Nota de sensualitate, & quid sit, dic vt in gl. quæ est. † Secundo no. ꝙ non est ꝯcedẽdum corpori quicquid placet. de hoc in gl. dicunt. & j. cõtrario 3. nam cum sumus in corpore mortali, caro pugnat aduersus spiritum. hinc illud. Mundus, caro, dęmonia, diuersa mouent prælia. vnde & Pau. in quo gratia Dei vacua non fuit gemens clamabat. Video aliam legem &c. 6. dist. §. sed pensandum. ad Ro. 8. de consti. nam concupiscentiam. in glo. 3. Op. ꝙ isti non male dicerent in eo ꝙ dicunt de ieiunio. nam alij sponsi ieiunare non possunt quandiu sponsus est cum eis. Luce. 5. Sponsus autem est cum perfectis. Mat. vlt. Vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi. Solu. vt in gl. 1. quæ dicit ideo hæreticum esse hoc quod dicebant, quia perfectio quãtumcunque magna in hac vita ordinem ecclesiæ nõ subuerrit &c. vt in glo. quæ etiam tripliciter soluit cõtrariũ. & idem Pau. dicens ꝙ iste error potest oriri ex primo: posito enim ꝙ homo non possit peccare, sequitur ꝙ sensualitas non potest eum inclinare ad aliquid contra Deum, & sic eius arbitrium est tantum ad bonum, ut de Angelis no. 23. di. qui episcopus, in glo. id est creationem. omnia ergo ad quæ sensualitas eũ iclinat ei concedi possunt sine peccato. sed vt dicit Pau. primũ est falsum, ergo & hoc quod sequitur. Itẽ & aliter reprobatur hic error, quia via distincta est a termino, & peregrinatio ad patriam. dum enim sumus in corpore peregrinamur a domino. 2. ad Corinth. 5. Non assequimur ergo finalem beatitudinem patrię hic, & sic egemus stare sub obedientia vt non declinemus a via recta a qua declinatur non seruando pręcepta ecclesiæ quæ obligant ad mortale propter potestatem clauiũ datam Petro. 64. q. 1. quocunque. 25. q. 1. violatores. de ma. & obe. solitę. Perfectio ergo hanc potestatem nõ tollit nec eius ordinẽ subuertit vt etiam dicit glos. & sic manet præceptum ieiunij quod secundum Greg. in præfatione quadragesimæ, vitia comprimit, mẽtem eleuat, uirtutem largitur & pręmia. de cõse. di. 1. inuenimus in fi. & hoc procedit siue loquamur de ieiunio abstinentiæ iniquitatem, quod supremum est. de conse. di. 5. ieiunium. 86. dist. an putatis, siue de ieiunio abstinentiæ victus secundum ordinationem ecclesiæ, ad quod tenetur quilibet doli capax & potens ieiunare, quia cum possit peccare, debet flere peccatum de delic. pue. c. 1. de pę. omnis. & dixi de obser. ieiu. super rub. Dicit ẽt Pau. ꝙ ieiunium ẽt cadit sub præcepto naturæ, licet determinatio temporis & modi sit sub præcepto iuris positiui. nam secundum naturam q libet nititur conseruare seipsum & corrumpentibus resistere. Cibaria vero superflua corrumpunt naturam. de conse. dist. 5. ne tales, & sic non ieiunans obuiat naturæ. Item pro ieiunio est, quia & Helias ad præceptum domini absconsus stetit in torrente ubi ieiunans pascebatur a coruis. 3. Reg. 16. Et Christus etiam ieiunauit 40. diebus & noctibus, perfectio ergo non tollit ieiunium. Item hic error inducit hominem in periculum, quia non potest homo suam innocẽtiam cognoscere. de pur. cano c. si. de pęni. di. 1. adhuc instant. & licet possit quis per inspirationem scire se habere charitatem, vt no. 2. q. 7. Paulus. tamen multi dicunt se perfectionis gradum attigisse, quibus cauendum est ne damnationes attingant, vnde Cicero off. 1. Totius iniustitiæ nulla capitalior quam eorũ qui cum maxime fallant id agant vt uiri boni uideantur. Itẽ non creditur hoc asserentibus. de renun. nisi uersi. porro. eod. tit. cum ex iniuncto. & in hac glo. in fi. & plenius per eum 4.
2 sen. dist. 5. † Secundo oppo. in eo ꝙ redarguuntur isti, qui reprobant orationẽ, videtur enim ꝙ oratio sit superflua, scit enim pater cęlestis quibus opus habemus, & sic nihil est petendũ, nam & sæpe petimus quod non impetrasse melius foret, pro hoc quod no. de reliq. cle. vnica. versi. ideoque. post medium. versi 10. Sol. ad quid sit utilis oratio, dicut no. in d. gl. & quare sit error dicere ꝙ non sit orandum, prosequere vt in gloss. hęc est & in ea ibi, quod prius. aduerbialiter ponitur. quasi dicat non erat prius ꝙ simus in patria. ibi, de domo domini.
3 Psal. 26. † Tertio opp. in eo quod dixi in secundo notabili ꝙ non est concedendum corpori quicquid placet, ꝙ imo, iuxta illud, Habe charitatem & fac quicquid vis, de pęni. disti. 2. radicata. alias, si radicata. no. de reg. iur. licet. in gl. quæ est. Solu. hæc poterit esse causa erroris istorum: nam hæretici dicũt talia & exponunt tales sensus ut alij facilius labantur. sed debẽt intelligi sic, quicquid vis ita. s. ꝙ facias ex charitate. id autem quod fit ad uoluptatem corporis, non est ex charitate, imo ꝯtra, cum charitas suadeat ut propter amorem Dei contemnamus terrena. unde dicit Pau. ꝙ error iste tollitur duplici ratione. Primo, quia si quis est in charitate, debet esse eleuatus a terrenis, vt erat Apostolo. dicens: Nostra conuersatio in cęlis est. nam secundum Greg. tanto quis a superno amore distinguitur, quanto inferius delectatur. 47. distin. omnes. Item Greg. Dum consideramus quæ & quanta sunt quæ nobis promittuntur in cælis, vilescunt omnia quæ habentur in terris. prosequitur Pau. in hoc & quædam alia quæ sunt in glos. dicunt & pro hoc quia perfectam charitatem habet, dixit cum Apostolo, Cupio dissolui & esse cum Christo. & sic de terrenis nõ curat. Secundo tollitur idem error, quia ponit concordantiã spiritus seu rationis & carnis seu sensus in statu naturę lapsę quæ concordia non est possibilis, alias maxime fuisset in Christo, cuius contrarium patuit in passione, quia factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis. Lucę. 22. ꝙ ut dicunt sancti fuit p
4 pter repugnantiam sensualitatis & rationis. † Quæro circa id
a quod dixi in 1. contrario de ieiunio, an qui non ieiunat a in ieiunijs indictis ab ecclesia peccet mortaliter. uidetur ꝙ sic, per id quod proxime dixi. quod tenet Matt. quia ex quo sic pręceptum est ab ecclesia, necesse est obseruari. de uer. sig. in his. & non obseruans incurrit inobedientiam quæ est mortale. de celeb. mis. dolentes. in glo. ulti. nam & inobedientia ęquiparatur hæresi. 8 q. 1. sciendum. 4. qõ. 1. in summa. Item dicitur ꝙ
b quadragesima b summa obseruatione obseruanda est. de cõse. distin. 5. quadragesima. dic plenius ut dixi de obseruatione ieiuniorum, consilium. vbi dico ꝙ non est mortale si ex facilitate omittitur, secus si ex contemptu. & hoc quo ad ieiuniũ quod est in comedendo tãtum semel, sed si uiolatur quo ad esum carniũ sine magna causa, mortale est, ut ibi dico. Quædam alia prosequitur Matth. quæ dixi in rubrica de obser. ieiunio. Quærit ẽt Matth. in addi. an oratio debito modo facta
semper

ADDITIONES.

a A qui non ieiunat. Adde Arch in c. vtinam. 77. di. Ab. in rub. de obser. ieiu. Do. de san. Ge. in c generali in 2. col. de ele. li. 6.
Vinc. God. ieiunij transgressio an & quando inducat peccatum mortale, Fo ly. in c. quoniam, col. . de proba.
b Quod quadragesima. Adde hic quotuplex sit quadragesima, vide gl. in uersi. quadragesimas. in c. qui compulsus 22 q 5.
Vin. God. Adde ad quid inductum ieiunium quadragesimę, Steph. Cost. in trac. de ludo, artic. 6. nu. 5. & ibi nu. 7. quadragesimale ieiunium, quos ciboa interdixerit, habetur in li. 2. trac. fol. 163.

sem p exauditur. Item an indignus si orat audiatur. de his dic, vt no. de reli. cle. vnica. ver. id coque in gl. magna.

SVMMARIVM.

1 *Error in quo consistit ꝙ quis posset esse ita perfectus ꝙ quis non obligetur obedientia vel praeceptis ecclesiæ.*

Tertio. Nota. ꝙ omnes subiecti sunt obedientiæ, & præceptis ecclesiæ. & error est contrarium asserere de hoc in glo. reprobatur. & pro hoc de ma. & obe. solitę & quod dico. J. q. 1. Secundo no. ꝙ vbi spiritus domini, ibi libertas. de hoc in gl. vlti. sed vt dicit Lau. quomodo sciunt isti, ꝙ in gradu perfectionis sint, cum nullus mortalium hoc scire possit. de renun. nisi. §. verum. quod dixi. s̄. ver. prox. in 1. cõtratio. Oppo. ad hoc & ad literam quæ dimittit hanc rationē insolutam. vbi spiritus domini &c. Solu. vt nunc dixi, & ple-
1 nius tollitur error iste per id quod dico in seq. q. † Quero in quo est error asserere ꝙ posset quis esse ita perfectus ꝙ non obligatur obedientiæ, vel præceptis ecclesiæ. gl. hæc sunt. sol. ꝙ repugnat illi articulo fidei, vnam sanctam ecclesiam catholicam. & prosequitur glo. probando principatum ecclesiæ, & eam signa, quia singularis, & de hoc dixi de elect. quia venerabilem. de iud. nouit. no. Inn. de so. compe. licet. j. & cum gloss. idem Pau. qui etiam dicit ꝙ ex hoc sequeretur ꝙ essent aliqui acephali. contra illud. 93. dist. nulla. Dicit ēt hic error oriri potest ex præcedenti. posito enim ꝙ sensualitas non possit inclinari ad aliquid contra, Deum sequitur ꝙ homo non debet esse subiectus alicui obedientiæ, quia ratio obedientiæ & subiectionis est abstinentia ab offensa & iniuria 4. distinctio. factæ. Sed vbi tollitur inclinatio seu sensualitas contra Deum, ibi non remanet necessitas obedienię, quia cessante causa, cessat probibitio. de renun. post translationem. de app. cum cessante. 41. distinctio. §. ex his omnibus. sed vt dicit Paul. ꝙ hic abusus non venit a doctrina spiritussancti, licet enim præcipiat obedientiam propter vitationem mali, præcipit etiam in his quæ alios non lędunt, propter meritum ex ea consequens quod est magnum & contemni non debet. de reg. licet. de renun. nisi. ver. sed dices. ꝙ autem spiritussanctus præcipiat obedientiam. patet. 1. Paraly. 12. vbi dicitur ꝙ spiritussanctus induit Abysay, & ait: Tui sumus & Dauit. & in Psal. Quo ibo a spiritu tuo. & Sap. 7. Est enim spiritus intelligentiæ sanctus, multiplex, modestus, incoinquinatus, qui nihil vetat benefacere, & docet sobrietatem, sapientiam, iustitiam, & virtutem, quibus nihil est vtilius hominibus, & inter omnes virtutes quæ gratum Deo hominem faciunt, est obedientia. octaua quæstione prima sciendum. in fi. & in hac glo. ibi, a triumphante. 79. distinct. cap. fi.

SVMMARIVM.

1 *Beatitudo quid est.*
2 *Beatitudo in quo videtur consistere.*
3 *Deus in hac vita, an videri possit.*
4 *Deus quare non potest videri ab homine.*

Quarto. Oppo. ꝙ non sit error dicere hominem posse assequi beatam vitā in via qualē assequetur in patria, potest enim Deum videre. vt dicitur de Moyse Nume. 12. & de Paul. 2. ad Corrinth. 12. Beatitudo autem est in Dei visione. dicit enim August. 1. de ciuitate Dei: Visio est tota merces fidei. & Io 17. Hæc est vita æterna vt cognoscāt te solum verum Deum. Cognitio autem ꝯsistit in visione. Sol. isti errabant in eo ꝙ dicebant om̄nem gradum perfectionis hominem in hac vita consequi posse. quod prosequere vt in glo. quæ dicit ꝙ etiam semper per absolutam Dei potētiam nō videtur homo posse obtinere omnem gradū perfectionis beatificæ in hac vita. & hoc loquendo de beatitudine accidentali, quæ quid sit dico. J. quæstio. 2. nam ad perfectionem talis beatitudinis pertinet perfecta impossibilitas & glorificatio q̄ non possunt stare cum possibilitate cui subijcitur homo in hac vita. nam vt dicit eadem glo. in prin. Charitas quantumcunque perfecta deseri potest in via, sed non in patria. quod probatur in iuribus in ea allegatis. & idem Pau. dicens, ꝙ hic error oritur ex p̄cedētibus, quia si homo non est alicubi obedientiæ subiectus, sequitur ꝙ est Deo perfecta amicitia copulatus, quæ est finalis beatitudo, & sic in via potest assequi finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis, sed vt dicit Pau. hoc. falsum, quia finalis beatitudo includit apertam & claram Dei visionem. Ioan. decimoseptimo. Hæc est vita æterna &c. vt proxime dixi. & alibi, videbimus eum sicuti est, nūc autem videmus per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. & hoc etiam dicit gl. Cum ergo in hac vita Deus clare videri non possit, non potest homo hic esse perfecte beatus & hæc ratiō procedit quo ad potentiam Dei ordinatā, non quo ad absolutam, vt dicit gloss. quod dico. J. quæ. j. sed dictum glos. procedit etiam de absoluta, & prosequitur Pau. dicens, quare Deus non potest in hac vita videri. quod dico. J. q. 4. Tollitur etiam hic error secundum eum, quia quilibet habet libertatem arbitrii in via intātum ꝙ charitas quātuncunque perfecta deseri potest, sed in patria non, vt in iuribus allegatis in glo & sic esset dare ꝙ perfecte beatus in fine erit damnatus, si post talem beatitudinem peccaret, quod est inconueniens. Item sicut charitas datur a Deo, ita aufertur p peccatum. sensualitas autem inclinare potest ad aliquid contra Deum, ergo non possumus in uia esse sic perfecti vt simus impeccabiles, & sic iste error ponit contradictoria. Pro istorum autem intellectu & eorum quæ sequuntur in gloss. sunt aliqua videnda, scilicet quid est beatitudo, & in quo consistat beatitudo accidētalis, de qua nunc dixi, vel essentialis, de qua infra eadem glo. Item quia dictam est Deum non posse videri in hac vita, an hoc sit verum, & si sic, quare hoc, & de pluribus circa hæc quæ prosequor in quatuor sequentibus quæ-
1 stio. † Quæro quid est beatitudo. [a] Solu. quæstio potest quæ-
a rere de multiplici beatitudine, nam Deus est beatus. item Angeli, item homo. Bruta vero non sunt capacia beatitudinis, vt ait Phil. 1. Ethi. Nunc autem de hominis beatitudine quærimus, & de hac possumus loqui prout homo consideratur solum respectu huius vitæ. & de hac dicit idem Phil. in eod. 1. Ethic. ꝙ est operatio secundum virtutem perfectam. possumus etiam loqui prout homo ordinatur ad æternam gloriam, & de hac sunt varietates, quia quidam dicunt ꝙ est ipsa Dei speculatio, & sic consistit in Dei visione. Alij, ꝙ est fruitio qua Deo fruimur, & sic consistit in dilectione seu charitate qua Deo vnimur, & vtraque opinio tangitur in gl. ibi, sed dicere. vsque ibi, inducit illud. & videtur glo. assentire opinioni vltimæ, quod tenet Lau. inducens illud Psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. quæ tamen authoritas inducitur ad cōtrarium, quia illud, cum apparuerit, sonat ꝙ in visione. & de hoc adhuc hodie fit magna quæstio inter theologos. quod p sequitur Tho. j. 2. q. 3. vbi concludit ꝙ essentia beatitudinis est in speculatione Dei, sed fruitio consequitur ipsam speculationem, & sic dicit intelligendum illud Augu. 10. confessio. dicentis, ꝙ beatitudo est gaudium de veritate. Fuit etiam tertia opinio quæ dicit beatitudinem consistere in vtroque. i. in Dei visione, & fruitione. & hoc licet patiatur aliquas instantias, potest tamen saluari quod prosequere vt scripsi in lib. 3. de fœlicitate. ca. 6. ubi inter cętera sunt hæc. nonnullis videtur hæc duo connexa esse adeo vt beatitudinis vnius essentiā vnicam in vtroque constituant in intellectu, sane prout sub ratione primi veri Deum contemplatur in voluntate, prout in fruitione p̄cuia sub ratione boni Deo fruitur &c. vt ibi, & hæc æquior. & probatur ibi. infra versicu. proxi. vbi dico in 2. notab. prima tamen subtilior quæ dicit beatitudinem consistere in speculatione, quod declaraui in eod. capit. 6. Et secundum hoc potest diffiniri ut dico in eod. volu. lib. 2. & 3. ꝙ beatitudo est intellectualis naturæ bonorum omni perfectione consummatum. vel sic: Beatitudo est bonorum omnium pro habentis capacitate perfecta & certa possessio. & prima diffinitio uidetur magis conuenire Deo quam Angelo uel homini. secunda econuerso, tamen ad bonum sensum vtra-
2 que diffinitio idem vult. † Secundo quæro, in quo consistit beatitudo. Solu. Patet ex his quæ dixi in proxi. q. sed quia. s̄. in 1. contrario dictum est de beatitudine essentiali & accidentali. Dic ꝙ essentia beatitudinis est in actu seu operatione vltima, & sic beatitudo hominis est vltima hominis perfectio seu perfecta operatio, quod uult Philosophus in sua diffinitione, de qua. s̄. q. proxi. licet non loquatur de beatitudine æterna. & de hoc per Tho. j. 2. q. 3. ar. 2. Ipsa uero vltima hominis perfecta operatio est Deo coniūgi, eum uidendo, & ei per dilectionem inhærendo, ut dixi, in prox. q. ultra hoc autem ad hoc vt beatitudo sit perfecta quędam ex accidenti requiruntur, quia ad beatitudinem perfectam pertinet perfecta impassibilitas & glorificatio, ut dicit glo. vt dixi. s̄. in j. contrario, & dic ꝙ ad beatitudinem tria concurrunt. visio, quæ est cognitio perfecta vltimi finis. Compræhensio quę importat pręsentiam finis. & delectatio vel fruitio quę importat quietationem amantis in amato. quod prosequitur Tho. 1. 2. q. 4. arti. 3 ad hæc tria concurrunt ad beatitudinem essentialiter. uē quędam concurrunt antecedenter, ut in beatitudine huius vitæ,

ADDITIO.

a Vin. God. Beatitudo quid sit. Tro l. de Malue. in tract. de canoniz. Sanc. in prin. nu. 22. & ibi quod nemo beatus in hac vita dicendus, habetur in lib. 9. trac. fol. 126.

vitæ nam operatio intellectus præexigit operationem ſenſu: quædam conſequenter, vnde ad beatitudinem patriæ pertinet beatitudo corporis, quod poſt diem iudicij beatificabitur cum anima, & tunc delectabitur beatitudo hominis per influentiam ſeu redundantiam animæ in corpus. Vnde dicunt aliqui ꝙ beatitudo dicitur dupliciter, proprie, & communiter. Proprie dicitur de beatifica viſione & fruitione in quo conſiſtit eſſentialiter beatitudo, vt prædixi. Communiter dicitur omnis remuneratio excludens omnem miſeriam. prima eſt in anima. ſecunda in toto coniuncto ex anima & corpore. & primum dicitur præmium eſſentiale, ſecundum accidentale, & ſic glo. ſupra loquendo de beatitudine accidentali loquitur de tali beatitudine totali quæ non ſolum eſt in anima, ſed etiam accidit copori & toti coniuncto, & hoc etiam dicit Lau. dicens quod beatitudo ſanctorum ante reſurrectionem non eſt comparabilis beatitudini poſt reſurrectionem quo ad bonum accidentale. quarto, ſententia. diſtinctione. 44. & quod no. de celebratio. miſſa. cum Marthæ. §. fina. remittit ad ſuum ſacramentale de corpore Chriſti in fine. & in eo, quod dixi ꝙ beatitudo accidentalis eſt in toto coniuncto, non intelligas ꝙ in corpore ſit beatitudo tanquam in ſubiecto, quia cum beatitudo ſit gaudium, non poteſt eſſe niſi in anima per inhærentiam ſicut in ſubiecto, ſed in coniuncto. i. in corpore eſt ſolū per redundantiam, vt prædixi, quod tenet Bonauen. Tho. quarto, ſenten. diſtinctio. 49. articulo tertio, & ibi voluit gloſſ. allega. cum allega. in fi. diſtinctio. 46. articu. 7. ſed corrupte per hæc intellige gloſſ. cum dicit ꝙ etiam per Dei abſolutam potentiam nō poteſt homini tribui talis beatitudo perfecta in hac vita. nam cum inferat beatitudinem plenam quæ etiam conuenit corpori, vt prædixi, impoſſibile eſt ꝙ habeatur in vita, quia eſt implicare contradictionem ꝙ ſit homo mortalis, & quod ſit beatus, & ſic non moriturus nec ſubiectus conditionibus & miſeriæ humanæ. & multas rationes quare homo non poſſit beatificari in hac vita, ponit
3 Tho. contra gentiles. libro tertio cap. 48. † Tertio quæro, an
a Deus poſſit videri a in hac vita. & ſic an quis poſſit eſſe beatus beatitudine eſſentiali in hac vita. videtur ꝙ non vt dixi in 1. contratiō. In contrarium de Moyſe & Pau. vt in glo. quę diſtinguit legem communem a potentia Dei abſoluta, dicens ꝙ de lege communi non poteſt Deus videri ab homine exiſtente in hac vita, niſi extrahatur a ſenſibus, ſicut de Paulo. & Moyſe. Dic tamen ꝙ iſti non fuerunt beati per talem viſionem, quia non habuerunt hanc viſionem per modum formę immanentis prout habent beati in patria, ſed per modum cuiuſdam paſſionis vel perfectionis tranſeuntis ſicut habetur prophetia. ſic dicit Tho. 2. 2. quęſtio. 165. artic. 3. De potentia vero Dei abſoluta dicit glo. hominem in hac vita poſſe cōſequi finalem beatitudinem ſecundum omnem gradum beatificę perfectionis, quantum ad eſſentialem beatitudinem quę conſiſtit in viſione Dei, vel fruitione, vt in gloſſ. dic vel purius vtroque vt dixi ſup. quęſtione. 1. & dic, ꝙ potentia Dei de lege communi eſt potentia quam Deus habet ſeruato ordine quem ſtatuit rebus. potentia vero abſoluta eſt non attento illo ordine. & ſecundum hoc vltimum dicimus ꝙ Deus poteſt omne quod eſt ſuſceptibile factibilitatis. i. omne quod fieri poteſt. & ſic omne, non implicat contradictionem, quod enim implicat contradictionem, non capit rationem poſſibilis, ſic ergo poteſt de potentia abſoluta dare homini beatitudinem eſſentialem, quia hoc non implicat contradictionem, ſed de lege communi non, quia videtur ordinem ſtatuiſſe quod quis non videat Deum in hac vita beatifice, & poſtea viuat, ut in authoritatibus allegatis in gloſſ. † Quarto
4 quęro cur Deus non poteſt ab homine uideri. Solu. per ea quę dixi ſupra quęſtio. proxi. quod proſequitur Paul. dicens quod de re quid ſit, duplex poteſt eſſe ſcientia. Vno modo in generali ſeu uniuerſali, ſcilicet quadam confuſa cognitione, indiſtincta. Alio modo in particulari cognitione perfecta, & diſtincta. primo modo haberi poteſt cognitio Dei ſub ratione ei attributorum, ſcilicet bonitatis, ſapientia, & huiuſmodi. ſecundo modo impoſſibile eſt eius cognitionem haberi, quod probatur per ſufficientem diuiſionem. Cognitio enim diſtincta de re haberi poteſt tripliciter. primo cognoſcendo rem per ſuam eſſentiam immediatam, ſecundo per ſuā ſimilitudinem immediatam: tertio per ſimilitudinem ſuę ſimilitudinis in alio reſultantis, verbi gratia, in viſione corporali lux uidetur ab oculo immediate per ſuam eſſentiam informantem pupillam. lapis videtur ab oculo immediate per ſuam ſimilitudinem, vt ait Philoſophus, quia lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. homo videtur in ſpeculo per formam ſuę ſimilitudinis, eodem modo accidit in uiſione ſpirituali de qua loquimur. nam Angelus ſe cognoſcit per ſuam formam, nec per aliam ſpeciem mediam informantem intellectum angelicum, lapis autem cognoſcitur per ſpeciem ſuam quam habet in anima. Cauſa vero cognoſcitur per ſimilitudinem ſuę ſimilitudinis in effectu proprio reſultantis, quia cum omne agens agat ſibi ſimile, neceſſe eſt ꝙ in quolibet effectu inueniatur ſimilitudo ſuę cauſę. & cum ſimilitudo ſit cauſa cognitionis, ſequitur ꝙ cauſa cognoſcitur vel cognoſci poteſt in ſuo effectu. primo autem modo. i. per ſuam eſſentiam non poſſumus ſcire quid Deus eſt ſecundum ſuam eſſentiam Io. io cano. c. j. Deum nemo vidit unquam. & Dionyſius dicit ꝙ noſtra analogia non valet extendi in mente ad inuiſibiles contemplationes, ſed ſolum mediantibus ſimilitudinibus & figuris rerum ſenſibilium. Dicitur autem analogia Grece ſimilium comparatio, vt quod dubium eſt referatur ad aliquod ſimile quod non ſit dubium. ſecundo modo ſcilicet per ſimilitudinē immediatā etiam non poſſumus ſcire quid ſit Deus. Vnde Diony. de diui. no. c. 1. dicit ꝙ per ſimilitudines rerum inferioris ordinis nullo modo poſſunt ſuperiora cognoſci, ſed q̄libet ſpecies vel ſimilitudo eſt Deo inferior, nec poteſt dari tanta ſimilitudo quin ſit maior diſſimilitudo. de ſum. Trini. cap. 2. ver. quēadmodum. & Damaſcenus li. 1. c. 8. dicit impoſſibile ī rebus creatis modum inuenire ſanctę Trinitatis. creatū enī compoſitum fluxibile, vertibile, circumſcriptibile, qualiter oſtenderet eminentem ſuperſubſtantialem diuinam ſubſtātiā, quaſi dicat, nullo modo. Item nec tertio modo poteſt ꝑ ſimilitudinem ſuę ſimilitudinis in alio reſultātis: poteſt Deus certe cognoſci quid ſit ſecundum ſubſtantiam & eſſentiam quam cognoſcendo beatificamur. Duplex eſt enim effectus. vnus qui æquat uirtutem ſuæ cauſæ, ut in omnibus effectib. vniuocis, ſicut homo hominem generat, ignis ignem. & cauſę & effectus ī talibus cum ſint eiuſdem ſpeciei, ideo effectus manifeſtat quidditatem. i. eſſentiam cauſę. & dicitur vniuoca quando duarum aut plurium rerum vnum eſt nomen & diffinitio, vt hominis & bouis. cōueniunt enim in hoc ꝙ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. æquiuoca ſunt quorum diuerſa eſt ratio ſeu diffinitio, vniuocum tamen nomen, vt hominis veri & picti. Alius eſt effectus qui non adęquat virtutem ſuæ cauſæ, ſed deficit ab ea, ſicut in omnibus effectibus analogis. i. ſimilitudinarius, vt ſol generat ignem, nam ignis generatus non adęquat totam ſolis uirtutem quæ ſe extendit ad plures alios effectus, nullus autem effectus creatus adæquat virtutem Dei primi agentis, cum omnis Dei effectus ſit analogus. i. ſimilitudinarius. quare impoſſibile eſt ꝙ homo ī hac uita poſſit perfecte Deum cognoſcere quo ad ipſius quidditatem & eſſentiam. ſed licet non poſſumus in via cognoſcere quid ſit, cognoſcimus tamen quia eſt, & ſic non habemus de ipſo omnimodam ignorantiam. magis tamen ſcimus q̄d non ſit quam quid ſit. Pau. de hoc per beatum Thom. parte. 1. quæſtione 12. artic. 11. ubi etiam dicitur ꝙ hi qui leguntur Deū uidiſſe, uiderunt eū ꝑ aliquas figuras ſenſibiles, vel imaginarias, uel aliquas ſimilitudines Deū repræſentātes. & ſic illud de Iacob, Vidi Deum facie ad faciem. Ge. 32. referendū eſt non ad ipſam eſſentiam, ſed ipſam figuram per quā repræſentabatur Deus. uel hoc dixit Iac. ad deſignandam quandam eminentiam intelligibilis contemplationis ſupra omnem ſtatum. de Moyſe autem qui ore ad os dicitur Deo locutus, Num. 12. dicit ꝙ illud fuit miraculoſe. poteſt enim Deus prę ter omnem ordinem mentes aliquorum in hac carne viuentium, ſed non ſenſibus carnis utentium vſque ad uiſionem ſuę eſſentię eleuare. quod etiā dixi. ſ. q. prox. & de hoc. J. uerſicu. ſeq. in glo.

ADDITIO.

a An Deus poſsit videri. Adde c. ſaluator. de conſec. di. 5
Vin. God. Deus omnipotens eſt, & quare dicatur omnipotens, Bar. Soc. conſ. 102. in præſenti. col. 3. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Beatitudo humana conſiſtit in viſione Dei & eius fruitione.*
2 *Beatificari, an quis poſsit ſine gratia.*

Quinto. No. ꝙ homo non poteſt beatificari ſine gratia Dei. ad Rom. 6. Gratia Dei uita ęterna. &
1 de hoc in gl. † Secundo no. ꝙ beatitudo humana conſiſtit in uiſione Dei & fruitione, quod probat litera quæ ponit hæc duo copulatiue, pro hoc quod dixi ſupra uer. proxi. quæſt. 2.
2 † Oppon. quod imo ſine gratia poſſit quis beatificari, alias fruſtra uideretur eſſe liberum arbitrium ſi per ipſum non poſſit homo gratiam mereri. 13. quæſtio. 4. Nabuchodonoſor. & cap. ualis. glo. pro ſolutione remittit ad no. de conſecr. diſtin. 4. cap. ult. ubi dicit gloſſ. quòd licet liberum arbitrium non ſufficiat ad conſequendam gratiam, tamen ex eo ſe reddit homo habilē ut dñs ei gratiā infundat. Et ſimiliter dic, ꝙ

a ex libero arbitrio a ... is facit se indignum gratia propter peccatũ de quo non pœnitet, vt in ꝯriis. ꝙ autem sine Dei gratia non possit homo eleuari ad beatitudinem, probat glo. per id quod dixi in 1. notab. Item per rõnem & per alias authoritates, vt in ea. Ex quibus confunditur error de quo hic. & dicit Pau. ꝙ hic error ortus est a Pelagio. de quo. xxiiii. q. vlti. c. pe. ver. Pelagiani. dicebat enim ꝙ in via non indigemus gratia ad bene operandum, nec in patria lumine gratiæ ad Deum videndum. Secundo opp. ad hoc ꝙ imo bene moti sunt illud tenentes, quia natura intellectualis naturaliter appetit hunc finem. s. Deum videre. appetitus autem naturalis non potest esse frustra, ergo per suam naturam sine aliquo lumine addito potest venire ad hunc finem. Sol. Pau. ꝙ quia visio & fruitio Dei excedunt omnem creaturam, & naturam non possunt ex puris naturalibus obtineri, & hoc etiam vult glo. nec per hoc, secundum Pau. est appetitus naturalis frustra, appetit enim naturaliter hunc finem in generali, nõ in speciali. vult dicere ꝙ vt possit appetere in speciali & consequi requiritur gratia. Item probat Pau. per descriptionem beatitudinis. Nã secundum Boe. beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. quod die vt dixi supra ver. proxi. q. 1. & 2. Item Aug. lib. de Moribus. Beata vita est cum id quod est hominibus optimum habere & amatur. Et in Enchiridion dicit ꝙ ille est beatus qui omnia quę vult habet, nec aliquid vult quod non deceat. Constat autem ꝙ quælibet natura intellectualis indiget multis, quia & habitibus & virtutibus. Nã ut dicit Philosophus, Anima sicut tabula rasa creatur. & talia prosequitur vel per acquisitionem, vel per infusionem. 28. q. 1. §. ex his. de sum. tri. cle. 1. in fi. Non ergo habetur beatitudo ex puris naturalibus, sed ex supernaturalibus. Io. 17. Vita æterna est vt cognoscant te verum Deum. vbi August. Infelix qui omnia nouit & te nescit: beatus autem qui te nouit & illa nescit. Qui autem te & illa non propter illa beatus est, sed propter te solum. Item diabolus habet naturam intellectualem, & tamen non est beatus, sed est in igne ęterno cũ suis angelis. de sum. tri. c. 1. eo. tit. firmissime. & pro prædictis in eo quod hic dicitur de lumine, concordat de sen. excom. clemen. 1. ibi hoc vnico lumine. sic alleg. Pau. ibi tamen loquitur de alio lumine. Sed pro hoc Io. vlti. vbi dicitur ꝙ Deus dedit nobis sensum vt cognoscamus eum. & Io. 2. Nemo venit ad me nisi fuerit datum a patre meo. Item ad uidendum Deum requiritur fides. est autem fides de his quæ sunt supra naturam. de sum. trin. in glo. super rub. ergo multo fortius ipsa Dei uisio, quia non est maior euidentia de conclusione quam de principiis, sed econuerso. Principiis enim magis credimus. 1. Posteriorum. quia ergo principia cognoscendi Deum quæ sunt articuli, fidei nõ possunt esse euidentia naturaliter, sed supernaturaliter, de cele. mis. cum Marthæ uers. cedit quippe natura miraculo. ergo nec ipse Deus. hæc procedunt dum sumus in uita præsenti, sed quo ad aliam uitam, an requiratur lumen gloriæ, vel sufficiat lumen fidei, sunt opiniones. quicquid tamen sit, totum est ex Deo. 1. q. 1. quam pio. nam spiritus uiuificat, caro autem non potest quicquam. de pœ. distinc. 4. si ex bono. Paul. dicit quo ad vltimum quo ad beatitudinem non sufficit lumẽ fidei. quia cognitio Dei est finis hominis inquãtum homo; Deo coniungitur. Per cognitionem autẽ fidei nõ fit res credita intellectui pñs, quia fides est de absentibus, non pñtibus. 2. ad Corin. 5. Quandiu p fidem ambulamus peregrinamur a dño. & sic p lumen fidei nõ coniugimur Deo. Alias ẽt rõnes ad hæc inducit Tho. ꝯ gentiles. li. 4. c. 40. requiritur ergo lumẽ glię. de quo Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen, & p hoc lumẽ accrescit intellectui beatorũ virtus intelligendi. & per hoc efficiuntur Dei conformes. i. Deo sifes. 1. Ioã. 3. Cum apparuerit similes ei erimus. non est autem hoc lumen necessarium in hoc ꝙ ipsa Dei essentia per ipsum fiat intelligibilis, qoia ipsa de se est maxime intelligibilis, sed ad hoc, vt intellectus sit potens ad intelligendum, sicut etiã lumen corporale necessariũ est in visu exteriori inquantũ facit medium transparẽs in actu vt possit moueri a colore. de hoc per Tho. par. 1. q. 12. art. 5.

ADDITIO.

a Ex libero arbitrio. Adde postilam quam posui supra, in ista clem. in 3. oppositione.

Vincen. God. Liberum arbitrum in iure nostro quibus modis capiatur declarat Ias. in l. si quis maior col. 4. in 6. nota C. de trans. & de libero arbitrio vide Fely. in ca. dilectus. de homic. & Franc. Balbin trac. de præe. in 4. par. 5. princ. num. 5. habetur in lib. 3. tract. fol. 74. de libero arbitrio de quo auctor iste loquitur, scribit Cos. Philiarc. in tractatu de Prædestinat. cap. 16.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio virtutum, quam facit glo. in hoc versiculo, an sit bona.*

Sexto. Oppo. ꝙ non sit error dicere ꝙ nõ est perfecti hominis, sed in actibus uirtutum exercere. Nam virtus est habitus electiuus immediate existens. Eth. 2. & dicitur esse immediate passionum contrariorum quæ se habent tanquam extrema, ut ibidem dicitur. sic dicitur fortitudo mediũ inter timorem & audaciam, ut hic, in gl. ꝙ ergo quis se exerceat in actibus virtutum, est dicere ꝙ non sit perfectus, cum præsupponitur eum non carere passionibus. Sol. vt in gl. quæ primo distinguit virtutes. secundo ibi, hoc viso. adaptat ad ppositum. & ibi colligitur solutio præmissi contrarii. Et ex hoc etiam infert quare ex dicto istorũ inferatur hæresis. tertio ibi, de insania. respondit insaniam huius erroris. & est glo. clara & cum ea idem Lau. & Pau. & dicit Lau. ꝙ si isti intelligunt ꝙ sit hominis perfecti se exercere in actib. virtutum, vt sit imperfectus quo ad hoc ꝙ sit partim in grã, partim in culpa, istud est falsum, quia talis nõ potest exercere opera virtuosa. de bap. maiores. circa medium. Si autẽ intelligũt ꝙ sit imperfectus quo ad gratiam, tũc uerum est ꝙ indiget virtutibus ꝯ. versi. 1. quia in hac vita grã semp est imperfecta. vnde si uolunt ꝙ possit esse pfecta, cõcludunt ex falsis. dic plenius & clarius ꝙ dicit gl. & Pau. ꝙ isti bestialiter imaginant ꝙ virtutes acquirant & infundantur homini, pp difficultatẽ quã habet respectu alicuius boni. Si igitur rõ indiget virtute pp difficultatẽ quã patitur in bene operando, quanto magis se exercet in actibus virtutum, tãto videtur minorem difficultatem pati, & per consequẽs videtur magis reddi imperfectus. & sic perfecta anima debet a se licentiare virtutes. Sed vt dicit Pau. hoc repugnat rationi, quia licet virtutes quandiu sunt in exercitio sint propter tollendam actus difficultatem, tamen postquam sunt in ea perfectione, videntur esse ad facultatem. Itẽ istud est ꝯ scripturam dicẽtem. Ibunt de virtute in virtutem. de pęn. dist. 2. cum sanctam. & Nau. a. Robora virtutẽ. & Mat.
a 8. Dixerunt discipuli Christo. In noĩe tuo a virtutes multas fecimus. & de Christo dicitur Mat. 9. non fecit virtutes multas pp incredulitatem eorũ. & sic aliquas fecit ipse qui erat pfectissimus. Item ad præcepta legis tenemur. in eis aũt præcipiẽ obseruatio iustitiæ. cætera prosequit Pau. vt in glo. & in ea ibi, super secundo de somnio. quid velit dicere glo. nõ bene apparet. id autem quod allegat est in Macro. li. 6. & ibi aliter distin
2 guit quam dicat glos. quod dico in seq. q. † Quæro, an diuisio virtutum quam facit glo. sit bona. dic ꝙ sic quo ad propositũ. tamẽ Macro. vbi sup. plenius diuidit virtutes, dicẽs ꝙ quatuor sunt genera virtutum. primę politicæ vocantur. secundæ purgatorię. tertię animi purgati. quartæ exẽplares. politicas dicit quibus boni viri Reipub. consulunt, & vrbes tuentur, parentes venerantur, liberos amant, proximos diligunt, & similia. de purgatoriis. & his quæ sunt purgati animi dicit Macro. vt glo. exemplares dicit esse in mente diuina. quæ declarat Tho. par. 1. q. 41. arti. 5. Alii aliter diuidunt ꝙ virtutum aliæ intellectuales, aliæ morales, aliæ mediæ. Inter has intellectuales sunt quæ sunt in intellectu speculatiuo, vt scientiæ speculatiuæ, naturalis philosophia, geometria, & similes. Morales sunt quæ in appetitu, siue appetitus ille sit sensitiuus, siue intellectiuus, vt iustitia, fortitudo, temperantia, mansuetudo &c. Mediæ inter intellectuales & morales sunt virtutes existentes in intellectu practico, vt prudentia, & virtutes sibi annexę. De hoc per Aegidium de Regimi. princip. lib. 1. par. 2. ca. 2. quod prosequitur vt ibi, & in plurib. capitulis ibi sequentibus. Et pter prudentiam & iustitiam sunt decem virtutes morales, scilicet fortitudo, temperantia, liberalitas, honoris amatiua, magnanimitas, magnificẽtia, mãsuetudo, veritas, affabilitas, & eutrapelia. & de his. 2. Ethi. ad fi. conuenit autem honoris amatiua cum magnanimitate, quia vtraque est circa bonũ honestum, sed differũt, quia circa mediocrem honorem est honoris amatiua. circa magnum uero magnanimitas. mãsuetudo uero est uirtus per quã medio mõ nõ habemus circa uindictam: ueritas autẽ affabilitas & eutrapelia conueniunt in hoc qđ sunt circa cõicationẽ quã hẽmus cũ aliis. fit aũt hæc cõicatio uel sermonibus, & sic hr̃ ueritas quæ est ut in uerbis hõ sit apertus & uerax & non iactator, sed factis ostẽdat se talem qualis est. fit ẽt communicatio circa conuersationem uitæ in qua qui bene se hẽt nõ sit discolus nec adulter, uel adulator, dicitur affabilis uel curialis, & sic habetur affabilitas. fit & tertio cõicatio in ludis in quibus bene se hẽt, ut nec hystrio ꝙ de omnib. uelit ludere nec agrestis, is dr̃ hñre eutrapeliam. i. uersatilitatem. reliquæ aũt prænominatæ uirtutes quid sint patet ex ipsis uocabulis. ultra has uirtutes sũt tres uirtutes theologicæ, fides, spes, & charitas, & sufficientia dictarum uirtutũ moralium, quare nec plures nec pauciores ponit Aegidius de Regimi. princi. lib. 1. parte. 2. & 3.

ADDITIO.

a In nomine tuo. Adde c. prophetauit. 2. q. 1.

Vin. God. Virtutes an insint nobis a natura, Fely in c. dudum. col. 4. in fi. vers. & pro hoc. de præsump.

SVMMARIVM.

1 Actus exterior, an addat aliquid ad actum interiorem quo ad peccatũ.
2 Fornicatio, an sit maius peccatum quàm mendacium, uel econtra.
3 Sacerdos cognoscens solutam, an committat adulterium, vel simplicem fornicationem.

Septimo. Opp. ꝙ non sit error in hoc ꝙ dicunt osculum esse mortale, nam solus aspectus libidinosus est mortale. 32. quæstio. 5. nec solo. & cap. seq. glo. 1. sol. distinguens & de mortali. Item de osculo ex qua causa fiat & clara est. & est vult gl. ꝙ qñ osculum fit ad libidinẽ, sit mortale, & sic quo ad hoc isti non errant, quia etiam ipsi videntur intellexisse de osculo libidinoso, propter rõnem quæ subijcitur, quia ad hoc non inclinat natura. Hæc tamẽ rõ falsa est eo quia vt dicit glo. natura inclinat ad osculum sicut ad libidinẽ ad quam ordinatur osculum. Item non omne ad qđ natura non inclinat, est peccatum. quod dic vt in glo. in fi. & damnatur hic error, præcipue quia volebant ꝙ osculum esset peccatũ & nõ copula, cum tñ copula sit maius peccatũ, vt dico in sequen. ꝯtio. cætera dic vt in gl. & cũ ea idem Pau. & in ea ibi, periurium. & oĩa alia præcepta quæ hñt Exo. 20. ibi, rõnabilẽ causam. propter fidelitatem recipiendam uel præstandam. Secundo oppo. ꝙ etiam non sit error in eo ꝙ dñt copulã nõ esse peccatum, quia natura creata est a Deo, non potest ergo nisi ad bonũ inclinari. Actus aũt carnalis prouenit ex inclinatione naturæ, vt patet in brutis. Solu. ꝙ copula sit peccatum, probatur ex rationibus de quibus in glo. hoc reprobat, nec ꝓcedit rõ præmissa sm̃ Pau. quia vbi est maior inordinatio rõni repugnans, tanto maior est excessus. 32. q. 7. adulterij sed maior est inordinatio in copula quã in osculo, quod fatentur esse peccatum, ergo in copula maius peccatum. Ad ꝯtrũ dic ꝙ licet natura inclinet ad copulam, tñ quo ad homines hoc debet intelligi cum legitima cõiuge. restringitur enĩ copula in homine ꝓp præceptum decalogi, nõ mœchaberis. de quo in gl. hoc reprobatur. & alijs rõnibus de quib. in ea gl. & in ea in fi. pro hoc, ꝙ no. in reg. sine culpa, li. 6. in qõ. acoliti qui ꝯtraxit
1 cũ concubina. in sol. 3. artic. 1. quęst. † Quæro an actus exterior aliquid addat ad interiorem. i. ad peccatum opis addatur sup peccatũ uoluntatis. vr̃ ꝙ sic, quia vt dicit Aug. vnusquisq; miser efficitur mala voluntate, sed miserior postmodum cũ desideriis malæ uoluntatis impletur. Item grauius peccat qui peccat in Deum & proximum q̃ ille qui in Deũ tm̃. per voluntatem autẽ peccat tm̃ in Deum, per actum vero exteriorem in Deum & in proximum. patet in adulterio, homicidio, & similibus. In ꝯtrũ, quia opus exterius non est culpa nisi ꝓp voluntatẽ interiorẽ, & sic sola volũtas est culpabilis. vñ in Psal. In corde iniquitates operamini. Glo. si vis & non potes, factũ reputat Deus. factum nihil addit. Sol. Matth. referens ꝙ nota. Hug. 32. qõ. 5. qui viderit. ubi dicit ꝙ grauius peccat qui prorumpit in opus q̃ qui habet solã voluntatem, quia voluntas crescit in opere, & maior est ibi voluntas q̃ ante. & hoc in malo opere. In bono aũt dicit ꝙ tm̃ meretur quis ex bona voluntate quantum ex voluntate & opere, quia pronior est Deus ad remunerandum q̃ ad condemnandum. de pœ. dist. 1. quia diuinitatis. dic qñ voluntas habetur pro facto, vt dixi de eo qui
2 mit. in pos. c. 1. † Secundo quæro, quod est maius peccatũ, an fornicatio, an mendacium. vr̃ ꝙ fornicatio, cum inter cætera septem peccata sit grauissimum. 22. q. 4. in eo. & quæst. 7. non solum. In ꝯtrium, quia quanto quis magis facit ꝯ naturã tanto magis peccat. 32. quæst. 7. adulterij. & c. flagitia. & cap. vsus.
a mentiri autem est ꝯ naturam, a quia uerba sunt instituta vt qs cogitationes suas proferat, & sic mentiendo non utitur uerbis ad id, ad quod sunt instituta. fornicari aũt non est cõtra naturam. quod dixi s. eo. uer. in 2. ꝯrio. Solu. Matth. stando vltimo ꝙ mendacium sit maius pro hoc quod hr̃. 50. dist. quia tuta. quia pauci reperiuntur sine uitio carnis. Ad contrarium rñdet ad c. non solũ, ꝙ ibi fornicatio ponitur pro incestu, uel ꝓ genere quod hẽt sub se adulterium, incestum, & stuprum, vt ibi no. Refert tñ Matth. fratrem Aluarum tenuisse ꝙ fornicatio sit maius, quia maior imponitur pœnitentia pro fornicatione q̃ pro mendacio. 24 qõ. 1. non afferamus. 51. dist. c. 1. & 2. Item quia in veteri testamento inueniũtur mendacia, q̃ excusant. 22. quęst. 2. quæritur. fornicatio nũq. iam. de diuor. gaudemus. tertio quia fornicatio est de principaliter prohibitis in decalogo, mendacium non. Item quia dicit canon quod fornicatio maioris est criminis, quia tollit membra Christi & facit ea meretricis. 37. quæstione 4. in eo. quinto quia fornicator peccat in corpus & animam. Ad hæc respõdet Matth. tenendo primũ. ad id quod dicitur ꝙ pro fornicatione imponitur maior pœnitentia. dicit quod hæc argumentatio non sẽper est uera, cum sit maius peccatum occidere matrem quã uxorem, & tamen maior imponitur pœnitentia occidenti uxorem. 33. quæstio. 2. admonere. Hugo. tamen ibi dicit quod maius peccatum est occidere exorem, quod non placet Matthe. posset tñ ꝓbabiliter defendi. Inducit ẽt Matt. ꝯ argumentationem illam, quia equalis penitentia imponitur adultero, homicidæ, periuro, & fornicatori. 22. q. 1. c. fi. & tñ vnum est maius altero. Ad id quod dr̃ ꝙ in ueteri testõ excusatur aliqñ mendaciũ, non fornicatio, rñdet ẽt ꝙ fornicatio aliqñ ibi excusatur. 33. q. 4. recurrat. vsq; ad §. ecce. mendacium aũt nõ potest excusari. 30. q. 2. per totum. nec in c. quæritur. fuit tacere ueritatem, quod aliquando licet ea. q. ne quis. Ad tertium ꝙ fornicatio est de principaliter prohibitis in decalogo, & non mendacium, dicit ꝙ etiam mendacium est ibi prohibitum, cum dicit, Nõ loquaris aduersus proximum falsum testimonium, de hoc. 32. q. 7. quid in omnibus in glo. 1. Ad aliud dec. in eo. responde per id quod no. ea. causa, quæstio 7 non solum in gloss. incestuosa. Ad vltimum quòd fornicator peccat in corpus & animam, dicit idem in mendacio. dic quod hæc quæstio & similes non possunt bene determinari, quia crimina variantur ex circunstantiis. de simo. & si quæstiones. de iureiuran. cum quidam. vbi de hoc. & quo ad ꝓmissã quæstionem considerandũ esset quale præiudicium surgat ex mendacio, nam si ex quadam leuitate fiat, videtur fornicatio grauius cri-
3 men, aliás secus. † Tertio quæro, circa id quod in proxima q̃stione dictũ est de fornicatione, an sacerdos cognoscẽdo solutã committat fornicationem, uel adulteriũ. vr̃ ꝙ adulteriũ, incestum, & sacrilegium, sicut cõmittit Monachus, 27. q. 1. virginibus. nam sicut Monachus uouet castitatem, ita & Sacerdos. 31. di. Nicena. & c. quoniam, & cap. aliter. de cler. coniug. cum olim. Sol. Mat. quod cõmittit fornicationem & puniri debet pro simplici fornicatione. 81. di. Maximianus. in glo. ergo, 82. distin. præsbyter. 1. quæstio. 7. Paulus. Ad illud de Monacho dicit quod ipse profitetur expresse castitatem. de. statu. mona. cum ad monasterium. secus in clerico in sacris. Dicit tamen secundum communem opin. quòd clericus in sacris tenetur continere, vt not. in cap. cum olim. & fornicando facit contra constitutionem ecclesiæ. Ex hoc infert quòd non tantum peccat quis ueniendo contra constitutionem ecclesiæ sicut contra uotum. Deinde refert in additione aliquos tenere contra, quòd imo sit adulterium ex quo clericus est in sacris. 7. quæstio. 1. sicut alterius. quod tamen nõ probat hoc. sed hoc tenendo infert Matt. ad id quod no. in reg. sine culpa. lib. 6. de clerico concubinario qui contraxit cum concubina, dicens quòd si illa sciuit eum esse clericum, non inducitur legitimatio. contrarium est uerius, vt no. in ead. regula, & dixi qui filii sint legitimi.

ADDITIO.

a Contra naturam. Adde glo. 2. in c. sed & continuo. de pœ. di. 1. gl. in ver. quia que. in c. clerici de excel. prela. Arch. Floren. in 2. parte suæ summæ. titulo. 5. c. 4. in §. inci. quantum ad tertium. Aug. de ciuitate Dei. capitulo. 5. lib. 12. Vin. God. Adde quòd quis potest mentiri sine dolo Alex in l. quid si falsum. de fals. & Moder. in l. quis sit fugitiuus. §. idem Celsus. ff. de ædil. edic.

Octauo. Oppo. quòd non sit error in eo quod dicunt, quòd non debet omittere contemplationẽ propter exhibere reuerentiam eucharistiæ. nam non debet quis cessare a maiori bono vt vacet minori, sed maius bonũ est contemplari diuinitatem Christi quàm humanitatẽ eius, & sic non debet omitti contemplatio diuinitatis vt exhibeatur reuerentia humanitati eius. Sol. Pau. ꝙ isti ex fatuitate credebãt se æquales, vel maiores Christo, nedum Papæ uel aliis prælatis, ut supra, in tertio errore. uel saltem vt dicunt Lau. & Genz. reputant se pares Moysi qui facie ad faciẽ Deo loquebatur. 16. distin. si quis uult. de renun. versi. penul. & secundũ Pau. præsupponunt falsum, quia humanitas Christi est vnita deitati. de sum. trin. cap. 1. versic. hæc sancta. Item hic error est rationi naturali contrarius secũdum quam reueremur superioribus a quibus deprimi & subleuari possumus. 16 quęstione 2. visis. & a quibus grata seruitia recipimus. Cum igitur Christus in sacramento sit supra hominem, & homini parauerit salutem, maxima reuerentia est ei exhibenda. & prosequitur Paul. reddendo alias rationes, de quibus in gloss. cum tamen & in ea ibi, latriç. hoc exponitur de consecra. distinct. 4. venerabiles. supra, de reli. clem. vnica. versicu. singularis. in gloss. nota pro forma, & dixi de sum. trini. clem. vnica. in princip. quæstio. 13.

Nonnulla. Nota contra simulatores. de hoc in glos. & isti sub agni specie gerunt lupum. cod. titu. officium. §. prouisi. lib. 6. & hanc simulationem spiritus disciplinæ effugiet. 1. q. 1. per Isaiam. & q. 3. Saluator. de pę. dis. 3. inter hæc. de consec. di. 4. ostenditur. & de multiplici simulatione ostenditur. 24. q. 1. officii, qđ me. cã. c. 1. & de reg. cap. 3.

& facit

& facit.86.dist. cap.1.& dictum c.vt officium. Vnde dicit canon ꝙ qui non seruat sanctitatem, dimidius cecidit.sed si intus habet simulationem,totus cecidit.12.q 1.certe.& alibi dr̃ ꝙ simulata æquitas. duplex est iniquitas. de reli. do. cle.1.vbi in glo.Secundo not.ꝙ ad ecclesiam spectat corrigere ea quæ sunt in periculum animarum.de iud.nouit.

Cum autem. Hic secunda principalis extirpare.de priuil.cum & plantare. corrumpantur.simile.2.q 1.præsbyter.de adul.significasti. egerint.tenendo, approbando, vel defendendo prædictos animaduersione canonica quæ consistit circa degradationem & traditionem curiæ sæcularis.eodem tit.ad abolendam.& de ver. sign.nouimus.de except.cap.fin.lib.6.vbi per Archid.de homi.pro humani.Pau.& de hoc in sequen.quæstio.Quæro in eo quòd dicit eos qui tenuerint vel defenderint istos puniendos animaduersione canonica,qualis erit hæc animaduersio. Sol.ut proxime dixi secundum Pau. & idem Lau. dicens quòd punientur tanquam hæretici,ex quo isti articuli sunt per ecclesiam damnati.de sum.trin.clem.1 §.penulti. pro hoc infrà, versic. sequẽ.vbi hoc crimen committitur inquisitoribus, quod nõ fieret nisi saperet hæresim.eod.tit.accusatus. §.sane.libro sexto.Dicit Genze. hoc procedere nisi parati sint corrigi veritate patefacta,tunc enim non sunt puniendi vt hæretici. 17. distin.nec licuit.21.distin.nunc autem:24. questio. 1.hæc est.& quæstio.vlti.dixit.vbi hoc est expressum. sed pœnitentiæ possunt subijci.eodem titu.accusatus. §.si vero. & §. porro,lib.6. Secundo quæro, in eo quod dixi in proxi. quæstio. quòd isti se possunt corrigere,vsque ad quod tẽpus. dicit Genze.ꝙ antequam sint coram inquisitore. Item quod postea si sponte voluut corrigi,secus si negent & se conuinci patiantur, quia tunc pertinaces censentur dictis iuribus.licet autem tales habeantur pro hæreticis,non tamen pro relapsis.eod.titu. super eo.& c.accusatus.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Forum quis sortitur ratione moræ seu habitationis.*
2 *Confessor,an possit confitenti imponere pœnam pecuniariam pro pñia.*

1 §.Porro. Exerceant seruata forma clem.1.& 2.sup.eodem.Pau.† No.ibi,commorantur. quod qs sortitur forum ratione moræ contractæ in loco, quod tamẽ non est verum ratione solius moræ,sed ratione delicti,vt hic, & de fo.compet.cap.fi.& hoc casu potest super hæresi procedi etiam si se absentauerunt.eod.titu.commissi.ver.contra ipsos,lib.6.& hoc vult hic gl.vide. Secundo no.quòd in delictis fit remissio, Genze.sed non colligitur hic, nisi additis his de quibus in proxi.not.& quando sit locus remissioni, dixi in d. cap.fi.de for.compet.Tertio no. quòd non tantũ ad diœcesanos,sed etiam ad Inquisitores spectat inquirere contra tales, & dicit Lau.quod inquirerent,de articulis fidei, & de sacramentis. & quod hoc facere possunt contra omnes de loco quos propter aliquam uitam sinistram quam faciunt, vel propter excommunicationem quamdiu sustinuerint de fide suspectos habent.& si contumaces fuerint, procedent iuxta cap. contumacia. lib.6. Si autem comparuerint & culpabiles reperti fuerint, procedetur vt sequitur. & in eo quod dicit de sacramentis, pro hoc eodem titu. accusatus, libro 6.
2 Quæro, an possit pro pœnitentia pœna imponi pecuniaria. Solu. Matth. quòd sic,dummodo distribuatur in pios vsus. sibi autem non est honestum, vt Inquisitores applicent,dicit tamen quod si necessitas,a vel magna vtilitas subest, possunt etiam in utilitatem & necessitatem officij conuertere. cum hoc officium sit inuentum in augmentum fidei, & sic conuertitur in utilitatem publicam quæ debet præferri priuatæ.de postu.bonç.1. 7.quæstio.1.scias.dic vt dixi.§.cle.prox. versi.Inquisitoribus.q.2.

ADDITIO

a Quod si necessitas. Adde Fel.idem tenentem.in c.irrefragabili.in 6.cęterum.de offi.ordi.in 2.col.ver.limita dupliciter hanc conclusionem in fi. d verſ. Vin.God Adde quod necessitas effectus plures refert idem Fel.in c.querelã. col.pen.in gl in ver.necessitate. de iureiuran.

De homicidio uoluntario,uel casuali. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus si committat aliquod delictum non est sibi imputandum sicut homini sanę mentis.*
2 *Infans nulla obligatione ligatur qua ad culpam.*
3 *Irregularitas est mult plex,de qua vide.*
5 *Furor autem qualiter probari potest.*
6 *Infans quis dicatur.*
7 *Minor quando dicatur doli capax.*
8 *Dormiens quare non teneatur de homicidio.*
9 *Ebrius si committat delictum,an excusetur.*
10 *Interficiens,vel mutilans hominem qualemcũque etiam infidelem, an sit irregularis, vide.*
11 *Irregularitas,an contrahatur ex qualibet mutilatione.*
12 *Quid de illo qui dat auxilium,non tamen mutilat vel occidit.*
13 *Occidens vel mutilans,an sit irregularis indistincte non attento quę fecerit animo.*
14 *Vulneratus quidam obijt febre,percutiens accusatur de morte,defenditur quod non vulnere decessit,sed febre,an in hoc standum sit iudicio medicorum.*
15 *Plures habitant in una domo,vnus lapidem proijciens occidit transeũtem,nec constat quis lapidem praiecerit,quid iuris.*
16 *Irregularitas quid est. Adde ibidem,nu.17.*
18 *Irregularitas,an sit de iure diuino,an vero de iure positiuo.*
19 *Irregularitatis species quot sunt.*
20 *Irregularitas quare fuit instituta.*
21 *Episcopum deformans in sua corpore acrius punitur quam si alium deformasset.*
22 *Mortem euitare non valens si alium occidit non est irregularis,an hoc locum habeat in quolibet homine, & an etiam in fratribus minoribus.*
23 *Quid si inuasus potuit euitare mortem,sed non membri mutilationem, an occidendo inuasorem efficiatur irregularis.*
24 *Quid si eminet periculum rerum,an occidens pro conseruatione rerũ incurrat irregularitatem.*
25 *Pręlatus,an debeat mortem subire pro conseruatione rerum ecclesię.*
26 *Mortem quis non posse vitare quando quis dicatur, vide.*
27 *Fugere an quis potuerit uel non ut dicatur mortem potuisse euitare, qualiter constabit.*
28 *Occidens uolentem occidere patrem suum uel coniugem uel personam quam non potest aliter iuuare,an sit irregularis.*
29 *Offensus seu inuasus si uibrauit ensem contra inuadentem & non tantum apposuit,an occidendo inuasorem efficiatur irregularis. Adde ad idem num.30.*
31 *Quid si non occidit uel mutilat,sed peruenit percutiendo ad sanguinis effusionem non se defendendo, an sit irregularis.*
32 *Bannitus si percussit aliquem ad suam defensionem, an debeat puniri.*
33 *Mutilati duo si inueniuntur,nec apparet quis ob tutelam fecerit. quid iuris.*
34 *Iudex si non liberat hominem a morte cum potest,uel priuatus non pascit fame morientem,an sint irregulares.*

CAP. I.

SI furiosus. Se summat vt dicit gloss. 1. & licet aliqui summent,non potest tamen complete breuius summari & in hac gloss.ibi tria dicta.sic communiter habetur, sed debet dice-
1 re duo. † Nota quòd furioso non imputatur ad culpam id quod in alio est delictum.debent autem venientes ab intestato custodire furiosum.ff.de offic.præsi.diuus.alias non succederent.in Auth.vt cum de app.cog.§.si quis de prædictis. col-
2 la.7.† Secundo nota,quòd infans non obligatur ad culpam, & sic æquiparatur ignoranti, qui non obligatur ad culpam. 15.quęstio.1.inebriauerunt.vbi dicit glo.quòd natura non patitur, quòd aliquis nesciens mulierem cognoscat. Sed contrarium videtur velle illa litera, & pro hoc quod nota. 6.dis in sum.dic quòd imo illud capitulũ rectè intellectum facit pro gloss.illa, nam ibi solum dicitur quod Loth non imputatur incestus ex eo quod cognouit filias,non tamen infertur, quod ignorans se commiscuerit, sed solum quod ignorauit esse filias,vt dicit ibi glo. Tertio not. quod mutilare & occidere æquiparantur quo ad contrahendam irregularitatem.
3 de hoc in glo.quoad irregularitatem.† Quarto not. ꝙ multiplex est irregularitas,quod videtur velle litera ibi, nullam irregularitatem. est enim quædam quæ tantum impedit promouẽdum,quædam deiicit etiam iam promotum,vt no.50. 15.distin.de his.de homi.sicut. quod dico J.quæst. 17.Oppo. in eo ꝙ infans mutilando,vel occidendo incurrit irregularitatem per ea quæ no.Host.de deli.puc.cap.1. Sol. dictum Hostien.hic corrigitur,quod dic vt in glos.3. Secundo oppon.in eo ꝙ dicit de dormiente,nam non videtur alium posse occidere,vel mutilare cum in somno sint ligati sensus. Sol. vt in glo.de ista.quæ dicit ꝙ aliquando dormientes loquuntur vel aliquid agunt,& dicit Pau.ꝙ etiam aliqui se armant & vadũt & clamant. Tertio opp.ad hoc,quia debẽt dormientes teneri de casu,de homi.presbyterum.& capitu.seq.6. distinc. testim. & ea.dis.in sum.15.q.1.inebriauerunt.de testib.sicut.Sol.Pau. ꝙ aliud est qñ ex facto uoluntario casualiter sequitur homicidiũ,quia tunc habet locum distinctio, de qua eo.ti.sicut dignũ. Aliud qñ ex facto oĩno casuali nullo modo scito vel cogitato,qa tũc perinde est ac si tignũ vel tegula fecisset. ff. ad le.

Aquil. sed & si. §. igitur. pro hoc quod dico infra quæstio 6. in
fi. Quarto oppo. φ isti de quib. hic saltem incurrunt irregula-
ritatem per quam impediuntur ad suscepiendos ordines, li-
cet non deiiciantur a iam susceptis, 15. quæstio. 1. in fi. Solu. vt
in gl. hoc tollit. quæ dicit, φ verbum nullam tollit distinctio-
nem de qua ibi. Item & aliam distinctionem de qua sup. ead.
clem. in glos. minor. & hoc quo ad casum de quo hic, qui ad
alia uero possunt procedere distinctiones præmissæ, & p hoc
etiam expeditur gl. n. seq & in ea ibi, sicut dignum in fi. vbi de
hoc per Innocent. & de temp. ordi. dilectus. Quinto oppo. in
eo quod dicit de illo qui mortem vitare non ualens &c. ne-
cessitas enim non excusat in delictis, vnde mulier a fornica-
tione non excusatur propter necessitatem famis. ff. de ritu nu
ptia. palam. §. non est. Sol. Pau. remittendo ad no. de fur. cap.
3. vbi gl. reddit rationem. quare necessitas excusat à furto &
non a fornicatione. & dicit Pau. quòd necessitas excusat a fur
to, quia per furtum succurritur necessitati famis. 12. quæstio.
2. fraternitas. vbi de hoc. de consecra. distinctio. 5. discipulos,
fornicatio autem non extinguit per se famem. Item mulier
non est in fructu. Instit. de rerum diui. §. in pecudum. non po-
test ergo uenire in communionem carnis. 12. quæstio. 1. cap.
2. licet quo ad alia seruitia. sicut ibi. Item fornicatio fit a volē-
te. alias non imputaretur. debet autem potius omnia mala pa
ti &c. 32. q. 5. §. 1. & ca. ita ne. & c. seq. Homicidiū uero necess
fariū de quo hic fit ab initio respectu agētis sed respectu occisi
vr̄ fieri ab eo voluntario. Sexto opp. φ nō debeat excusari muti
lans, uel occidens inuasorem, potest enim occidere φ iuste
inuadit, vt quia de mandato judicis uolebat reum inficere, &
sic is qui se tuetur, est in culpa, debet ergo fieri irregularis. arg.
de æta. & quali. cap. 1. Sol. Lau. φ hoc debet intelligi de inua-
sore iniusto, pro hoc quod no. Host. in sum. eo. ut. § quæ pœ-
na. uersi. si autem. & Arch. 23. quæstio. 5. cum homo. Quæro
de quo furioso hic loquitur. Glos. ista soluit quòd siue labo-
ret continuo furore, siue per interualla, quandiu furit potest
pati, sed non facere iniuriam, & quod per eum fit habetur ac
si casu factum esset, quod sequere. vt in gloss. & in ca. ibi, si
quadrupes. hoc non est omnino simile, quia in quadrupede
locum habet actio de pauperie. ff. si quadru. pau. l. 1. in prin. de
hoc de iniur. cap. vlt. in furioso autem nulla actio locum ha
4 bet. † Secundo quæro, quis probare debet furorem. gloss. ead.
soluit remittendo ad not. de succes. ab intesta. cum dilectus,
Paul. & Steph. dicunt quòd is qui allegat furorem, quia præ-
sumitur sanæ mentis. tamen si docetur φ aliquando fuit fu-
riosus, & qui dicit nunc non furiosum, incumbit probatio.
3. q. 9. incidas. vbi de hoc. pro hoc regu. semel, libro sexto. quia
ut ibi dicit Dy. accidens naturæ contrarium secundum natu-
ram & præter naturam tollit effectum præsumptionis ipsius
naturæ, quod procedit in accidente durabili saltem aptitudi
ne, alias contra naturam ipsius accidentis non præsumitur p-
seueratio. facit quod no. Innocen. Compo. & Abb. de elec. cū
inter canonicos. Pro hoc quod dixi de furore, quod si semel
secus. eod. titu. consuluit. & c. in ciuitate. de pign. illo vos. de
emp. & vend. ad nostram. cum si. de hoc quo ad id quod dixi
de vsura mentali, die, vt dixi s. in prin. q. 25. & dicit Lau. ꝙ in
foro animæ petetur per viam supplicationis gratiosę ab hære
dibus defuncti si hæres recepit emolumẽtũ: si vero nihil rece
pit, sufficit de mente corrupta pœnitentiam agere argumen.
de simo. c. fi. tertia est accessio quæ licet sit augmentum, vel
accessio ad sortem, non tamen est usura, vt in casu societatis.
quod dixi s. q. 9. & ibi petitur tanquam interesse, vt cum quis
certat de damno vitando, quod dixi s. q. 8. & hoc debet peti
in foro proprio, qa actor debet sequi forum rei. & sic si reus
est laicus, petitur in foro sęculari, arg. de foro compe. ex teno
re. dic de hac tota quæstione coram quo possunt peti vsuræ
a vt dixi in prin. q. 18. Decimosexto quæro, quid in casibus a in
quibus iura permittunt vsuras, ut in dote, vel in decimis ma
le detentis, & in similibus de quibus eo. tit. cap. 1. & c. conque
stus, 14. q. 3. in summa. Solu. Lau. ꝙ si a marito laico exigitur
in foro ecclesiæ id quod percepit vltra sortem, & ipse excipit
hoc sibi licuisse pro dote, & petit se remitti ad iudicem sæcu
larem, non audietur, quia iudicis ecclesiastici est cognoscere,
an sua sit iurisdictio. de sent. excom. si iudex. lib. 6. pro hoc, qđ
dixi supra in prin. q. 8. Decimoseptimo quæro, an sicut Papa
decreuit in certis casibus non esse peccatum recipere vltra sor
tem, ita possit in omnibus, ita, ꝙ de peccato utraque lege dã
nato possit facere non peccatum. Sol. Lau. ꝙ non, quia aliqua
licent in singulis quæ non in vniuerso, potest enim Papa par
ticulariter aliquas ꝑsonas prohibere, ne cõtrahant matrimo
nium, non tamen omnes, alias peruerteret statum fidei, quod
no. & pro hoc vltimo est quod no. de conuer. coniuga. ex pu
9 blico. † Decimooctauo quæro, si vendo castrum sub condi
tione, ꝙ si usque ad certum tempus offeram tibi pretium, vẽ
ditio resoluatur, si contingat, ꝙ pro modico pretio vendide
rim. Solu. Lau. ꝙ iure fori nihil potest peti, cum ex forma cõ
tractus non sit vsurarius, sed iure poli posset sibi fieri consciẽ
tia. decimaseptima, quæstio. quarta, quicunque, & hoc dum vi
uit. eo autem defuncto si non percepit aliena restitui, non te
nentur hæredes, licet possent gratis facere. sed si percepit alie
na restitui, adhuc nõ possunt compelli, sed bene facient si ali
qualem emendam faciant habito respectu ad valorem rei, &
communem æstimationem, quæ debet considerari, quia nõ
ex affectu singulorum, sed communi æstimatione sunt pre
tia rerum statuenda. ff. ad l. Fal. pretia, cum ergo non fuerit
facta emptio communi æstimatione, debet posse agi ad sup
plementum, arg. de usur. in ciuitate. dic, ꝙ hæc sunt parum ne
cessaria, nam dummodo venditio tenuerit ex forma, nec sit fa
cta in fraudem vsurarum, non tenetur emptor sibi facere con
scientiam, quia res tantum valuit, quantum vendi potuit, de
10 emptio. & uenditio. cum dilecti. † Decimonono quæro, an hęc
dispositio locum habeat in Iudæis asserentibus usuras non es
se peccatum. Gloss. ultima, ibi, Iudæi, soluit præmittendo, ꝙ
Iudęi pro hoc, ꝙ nõ sit peccat, inducũt Deutero. 24. & vigesi
maquarta, quæstione quarta, ab illo. ad quæ glo. non respon
det, sed remittit. In quæstione autem dicit, ꝙ hæresis non ca
dit in Iudæis, nam constat ꝙ peccant in articulis fidei qui sa
piunt humanitatem Christi, tamen ecclesia sustinet. dicit ta
men glo. ꝙ possent per ecclesiam compesci, si alias dogma
tizarent inter Christianos. Idem per omnia Pau. dicens, ut di
b cit etiam gloss. ꝙ cum Iudæi non sint de gremio b ecclesiæ, di
uisionem ab ea facere non possunt, & sic non possunt dici hę
retici, cum hæresis dicatur diuisio & dicitur ab electione. 24.
quæstione tertia, hæresis, & c. seq. electio autem est ex duobus
alterum præeligere, uel unum ab alio diuidere, 1. & 3. & hic
45. dist. de Iudæis. 1. q. 7. conuenientibus, de bapt. maiores, §.
ulti. de hære. c. 3. cum si. licet n. sint creaturæ Dei, non tamen
ecclesiæ quæ non omnes regenerauit per baptisma, ideo ca
nonibus non arctantur. 2 q. 1. multi. Idem Genz. & illud, Nõ
c fæneraberis fratri tuo. c respondet, ꝙ large ibi accipitur uer
bum fratri, quia omnes sumus fratres, & filij Adę. Item in eo
dem Deuterono. c. 25. dicitur ꝙ a nullo recipiantur usuræ. Ad
c. ab illo, respondet, cum dicitur ibi, ab illo usuras exigere cui
nocere desideras, quod legitur negatiue, id est sicut nulli de
bes nocere, ita, & a nullo usuras recipere unde nec ab hosti
bus licet, quamquam aliqui ibi cõtra. quod dixi s. q. 11. & 14.
& de hoc per Host. eo. titu. salubriter, & per Arch. in d. c. ab il
lo Vicesimo quæro quid intelligit per uerbum, ordinarius.
soluit. Lap. ꝙ de episcopis, eo. ti. ad abolendã, & ca. excommu
11 nicamus, 1. & eo. tit. per hæc, lib. 6. † Vicesimoprimo quæro
in eo, quod dicit de diffamatis de hoc crimine, quid de occul
tis. Sol. Pau. ꝙ licet sint excommunicati tanquam hæretici,
ut no. 14. q. §. 1. & s. de hære. clẽ. 1. §. uerum, ubi dixi in 6. & 7.
q. tamen ecclesia non iudicat de occultis. de simo. sicut. in fi.
32. q. 1. §. 1. & s. de hære. cle. 1. §. uerum, ubi dixi in 6. & 7. q. tñ
ecclesia non iudicat de occultis. de simo. sicut. in fi. 32. distin.
erubescant, 6. q. 1. si omnia. 32. q. 5. capitu. ultimo, ideo nõ ꝓ
cedet. nam & uoluntarius simoniacus excommunicari non
debet, ut no. 1. q. 1. qui studet, facit 15. quæs. 6. capitulo primo,
uer. pessimum. Idem Lau. dicens, ꝙ prius debet de infamia,
uel suspicione inquiri, qua inuenta procedetur ad inquisitio
12 nem ueritatis. † Vicesimosecundo quæro, qualiter ꝓcedetur
ꝯ suspectos, uel diffamatos, gl. ult. dicit ꝙ per modum de quo
s. de hæret. cle. 1. Idem Pau. Lap. dicit ꝙ procedi potest altero
de duobus modis. primo, ut dicitur de præsum. literas, ut exi
gat ab eis iuramẽtũ, uel cautio, & imponatur pœnitentia. se
cũdo modo procedi potest ut indicatur eis purgatio. de pur.
cano. inter. quam si præstare noluerint, procedetur ut habeť
eo. tit. excõicamus. 1. §. 1. & idem si in præstando defecerint. d.
c. inter. in fi. practicam autem ꝓcedẽdi ponit Mat. dicẽs, quod
qui vult tute prosequi, sic ꝓcedat, quia si est aliquis diffama
tus, uel suspectus de hæresi, debet eum citare, & examinare. &
si confitetur, bene quidem, & si non confitetur, debet eum in
tuto carcere custodire, & potest in compedibus ponere. d. cle.
1. & inquirere. Inquisitione autem perfecta aut plene proba
tum est, aut semiplene, aut nullo modo. si plene, oĩa bona hæ
retici sunt publicata, eo. ti. uergentis. & c. excõmunicamus, &
eo. ti. cum ſm. lib. 6. & si uoluerit redire, debet abiurare hære
sim. quo facto restituentur ei bona. d. c. uergentis. in princ. &
ponetur in perpetuo carcere ad pœnitentiam. sed hodie inq
sitores possunt hanc pœnam mitigare, sicut eis uidebitur.
eo. tit. cum mulli. §. & illorum, lib. 6. & si post abiurationem
recidiuauerit, uel si a principio ad fidem redire noluerit, uel
pœnitentiam non adimpleuerit, tanq̃ relapsus tradetur curię
sęculari. eo. ti. ad abolendam, & c. excommunicatus. de uerb. [d]
sig. nouimus. si autem semiplene probata est hęresis puta per
vnum testem, uel grauẽ infamiam, & ipse negat, debet subij
ci tormẽtis. ea. cle. §. duro. nam illud crimen grauius est crim
ne lęsę maie. d. c. uergentis. in quo subijcitur reus tormentis
C. ad l. Iul. maie. l. 3. & l. nullus, fortius ergo in hęresi. facit 6. q.
1. §. uerum. ubi crimen lęsę maiestatis ęquiparatur simonię,
& hęresi. Item creditur uni reuelanti insidias factas esse prin
pi seu conspirationem. & idem de crimine lęsę maiestatis 79.
distinct. si quis Papa. d. §. uerum. no. Specu. de restitu. §. restat.
uer. 21. alias, uer. hoc tamen fallit. & facit quod idem not. de
pręsum. §. fi. uer. & idem est. Item in capitalibus, & atrocibus
aliter ueritas haberi non potest, nisi per tormenta. ff. de quę
stio. l. prima, 5. q. 5. illi qui. de depos. c. 1. & crimen hęresis est
plus q̃ capitale. hęc tormenta humaniter ꝑ iudicem tempe
randa sunt, & de his dixi de reg. iu. cum in contemplatione.
& si per tormenta confiteatur nisi post depositionem tormẽ
torum persistat, non nocet, ff. de confess. l. 1. §. diuus. si autem
persistat

ADDITIONES.

a Quid in casibus. Adde Host. in sum. t. 1. de vsur. in §. an aliquo casu. Abb. in c. conquestus. de vsu. Io. de Ana. in c. 1. eo. tit.
Vin. God Adde quod vsuræ dotis soluendæ marito oneribus matrimonij debentur etiam de iure canonico. Bar. & Alex. in l. pater, in prin. ff. de do. ex cep. & etiam soluto matrimonio. Lud. in consi. 517. in causa. consi. 127 pos sunt. ver. 2. confirmo, cum seq. lib. 2. quibus tamen causis debeatur, vel non, vide Alex. in l. insulam. § vsuras, ff. sol. mat. & in consi. 366. col. 2. lib. 2. & cõ si. 26. col. 1. lib. 4.
b Iudæi non sint de gremio. Adde c. gaudemus, de diuor.
c Non fæneraberis fratri tuo. Adde Deut. 22. c.

persistat puniendus est vt proxime dictum est. sed si non con
fiteatur, vel non persistit in confessione si de hoc grauiter est
diffamatus, indicetur sibi purgatio. de pur. can. inter. in quasi
defecerit, punietur, vt dictum est. sed si se purgauerit, & est ve
hemēter diffamatus, vel suspectus, potest ei imponi tpalis pœ
na d. c. inter. de ꝓsum. literas. in fin. sed si leuiter est suspectus,
vel infamatus, nec pertinaciter in errore persistit, nō punietur
tpali pœna, sed potest imponi pœnitentia. eo. ti. accusatus. §.
si vero. lib. 6. debet tñ suspectus de hæresi siue leuiter siue ve-
hemēter abiurare hæresim in quam si postea incidit, pro re
lapso habetur si suspicio fuit vehemēs. d. c. accusatus. in prin.
si autem leuis, non habetur pro relapso licet sit grauiter pu-
niendus, eo. c. in prin. ver. si autem. Ex his infert Mat. contra
quosdam inquisitores qui ab his contra quos probatum est
de hæresi, exigunt pecuniam, & processum de sent. quod fa-
cientes incidunt in pœnam. s. de hæreti. cle. 2. ver. inquisitori
bus. si autem nullo modo probatum est de hæresi, quid iuris,
non prosequitur Mat. nec expedit, quia reus debet absolui si-
ne difficultate. de fide instr. inter.

De excesſib. prælatorum. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Religiosi debent esse in quiete, & de hoc debent prælati prouidere ne inquietentur.*
2 *Religiosi non debent grauari etiam indirectè. exemplum ponit.*
3 *Vasallis servientes, & domestici qualiter differunt.*
4 *Priuilegiatus in se est etiam priuilegiatus in personis quæ habent dependentiam a se.*
5 *Prælati, an possint prohibere ne audiantur missæ religiosorum sub obtētu ne deserantur ecclesiæ matrices.*
6 *Religiosi, an habeant aliquam actionē contra prælatos qui impediūt ne eis soluantur decimæ.*
7 *Reus si erat in carcere ante appellationem, an remitti debeat ad iudicem ad quem.*

C A P. I.

FRequens. Summa, vt in gl. pmo viginti-
nouem grauamina q̄ plati reli-
giosis inferebāt, scd̄o prouidet ibi, verū, tertio po-
ni trigesimū grauamē ꝯ qd̄ prouidet ibi, & qm. q̄
q̄ ꝯtineat vnū casum vsq; ibi, & qm. tñ q̄a prolixa,
lego ꝑ partes, & licet possent fieri tot particulæ quot sunt gra
uamina, tñ faciā de prima parte solū qnq; particulas ponēdo
sub qualibet sex grauamina ꝓter vltimam sub qua erunt tm̄
quinq;. No. ꝙ ad ea q̄ frequenter emergunt & c. de hoc de de-
spō. impu. literas. Scd̄o no. ꝙ hic prouidetur ꝯ grauamina q̄ ꝑ
prælati religiosis inferunt. ꝯcordat. eo. ti. sane. de priui. dilecti,
& c. quanto. de censi. cle. ad nram. alibi epi conqueruntur de
relig. eo. ti. accedētib. de priuile. cum & plantare. & c. tuarum,
a & c. pastoralis, & eo. ti. eporum. lib. 6. Tertio no. ꝙ prælati a di
cuntur hic non epi: ibi, cæteri ecclesiarum prælati. alibi præla
ti dñr soli epi. de sepul. cle. dudum. Lau. de hoc ibi dixi in ver.
ab olim. q. 17. & per ibi no. hoc non probatur ibi, quia vt dixi
loquitur ibi de quolibet prælato qui habet epalem, vel quasi;
hic autem capitur magis gñaliter & pro platis particularium
1 ecclesiarum. de quibus de offi. ord. cum ab ecclesiarū. † Quar
to not. ꝙ prouidendum est vt religiosi habeant quietem, &
hoc ꝑꝑ otium, & vitam ꝯtemplatiuam. de syn. c. vnico. de re
nun. nisi, in fi. & c. post trāslationē. 16. q. 1. si cupis, & c. placuit,
2. dicit tñ Lau. ꝙ libenter se retrahunt ad actiuā mittētes ma
num ad aratrum, & respiciētes retro. de post. quidam. Quinto
no. ꝙ non debent plati capere religiosos. & dicit gl. 5. ꝙ etiā
plati hoc facientes sunt excōicati, pro hoc quia cum platus fa
cit aliquid non iuridice, tenetur ac si esset priuatus de restitu.
spol. conquerente. de hoc per Archi. de offi. ord. si eps. libr. 6.
Sexto no. ibi in casibus non concessis, ꝙ in casibus a iure ꝯces
sis nō dñr prælati excedere capiēdo religiosos, quia iuris exe
cutio non habet iniuriā. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. 1. de electi.
cum ecclesia. Vulterana. Septimo no. de cōmunione quæ fit
ꝑ interminationem pœnæ. & hæc non ligat ad pœnā, vt dicit
gl. hoc non ligat, & de hoc ℑ. q. 3. & in hac glo. in fi. de nomi.
significasti. & vr̄ expressum. C. cōmina. vel epist. l. interlocu-
b tio. Genz. Octauo no. ꝙ decimæ b possunt deberi exemptis,
nec tunc debent plati prohibere eis solui, ut hic, sed potius
exhortari, vt soluantur. de deci. c. 1. lib. 6. cū ex ꝓcepto debean-
tur. 16. q. 1. reuertimini. de deci. tua. licet ipsis exemptis non
debeantur ex ꝓcepto, nisi habeāt ius parochiale in loco. de de
ci. cū cōtingat alias debentur ex priuilegio. de deci. dilecti. &
duobus c. seq. vel ex ꝓscriptione, de ꝓscr. de quarta. de priui. ac
cedentib. & c. si de terra. Nono no. ꝙ non debent hi q debent
redditus religiosis soluere ꝓhiberi. est. n. ꝯ iustitiā cum qlibet
teneatur restituere aliena. regula, peccatū. lib. 6. & dicit Pau.
ꝙ verbum reditus, oēs prouentus includit. hoc dicit ꝑꝑ diffe
rentiam q̄ fit inter fructus, & reditus, de qua dixi de deci. pa-
storalis. in 4. q. tñ vt ibi dixi, cōiter accipiunt pro eodē. de quo
a & ibi dixi in 4. q. † Decimo no. ꝙ non debent grauari religio
si & indirecte grauando molentes in eorum molendinis, &
coquentes in furnis eorum, vel aliter vt in litera, & ꝯcordat
de priui. quanto. q̄ vt dicit Pau. tm̄ de priuilegiatis loquitur.
hic vero gñalr vult dicere, ꝙ hæc litera procedit siue sint exē
pti, siue non: ꝓcedens tñ litera in verbo exemptis, vr̄ obstare,
sed principiū literæ ibi quorundā religiosorū, facit pro, quia
gñaliter loquitur, & hoc placet & in eo quod litera dicit de
exemptis, retulit se ad id quod cōiter accidit. nam prælati non
procedunt indirecte ꝯ religiosos, nisi qñ directe non possunt,
vt quia sunt exempti. tñ si sic procedunt, adhuc est locus huic
literæ. de hoc ℑ. in 3. contrario, quo ad aliud aūt quod dixi de
furnis, quæri posset an qlibet de vicinis teneatur contribuere
ad refectionē furni viciniæ si corruat. de quo remittit Pau. ad
no. in Spe. de censi. §. nunc dicendum, ver. item pone. vbi di-
cit, ꝙ sic, etiā si velit vsui renūciare, vt dixi in d. c. 1. de ecc. ædi.
3 † Vndecimo no. differentiam inter servientes, & vasallos, &
domesticos, & de seruiētib. dicit Pau. ꝙ non refert an gratis,
vel pretio, vel aliter ꝯstricti sint, & hoc de seruitio licito. De
domesticis dic vt in gl. in verbo, domesticos, & qui dicantur
c domestici, c no. de test. in literis de ver. sig. sicut. lib. 6. & an gau
4 deant priuilegio dñi, no. de priuil. tuarū. † Duodecimo no. ex
ꝓdictis in proximo notabili, ꝙ priuilegiatus est etiam in his ꝑ
sonis quæ habent ab ipso dependentiam. pro hoc de concel.
ꝑb. authoritate. in fi. lib. 6. nam grauando illas vr̄ ipse grauari.
& hoc vult hæc litera q̄ multa grauamina subditorum seu ha
bētium agere cum religiosis ponit ꝑ vno habito respectu ad
ipsos religiosos qui grauantur, vnde ut dicit Pau. a verbo mo
lentes, vsq; ad verbum, & appsonibus omnia includunt sub
vno grauamine, & de hoc in seq no. & fm̄ hoc expone lr̄am.
ℑ. ibi, bona illorum. l. vasallorum, vel domesticorū, vel partici
pantium religiosis modis ꝓmissis. licet Pau. & Genz. exponāt
illorum. s. religiosorum, sed prima verior ꝑ prædicta. Decimo
tertio no. ex his q̄ dixi in duobus proximis notabilib. ꝙ iniu-
ria q̄ fit meo domestico, occasione mei, dr̄ fieri mihi. hinc di
cit B. ii. ff. de no. ope. nun. de pupillo. §. si quis ipse. q. 9. ꝙ est suf
ficiens metus, ꝑ hanc literam, & facit ff. quo. me. cau. isti. in fi.
quod no. singulariter. Decimoquarto no. ibi, minime de fa-
rentes. ꝯ iudices qui deferunt appellationibus rōnabilibus, &
ꝑꝑ hoc puniri debent. 2. q. 6. decreto, de app. de priore, & hoc
vult gl. puniendi. & de hoc ℑ. q. 5. Decimoquinto no. ꝯ iudi-
ces qui appellantes carceribus mancipant. nulla. n. fit iniuria
iudici ex hoc ꝙ appellantur ab e. C. de app. & in maioribus, &
de ver. mancipari. s. de homi. cle. 1. post prin. & dicit Pau. ꝙ est
idem, quod deputare. de ætа. & quali. vt hi qui. emancipare au
tem est idem quod liberare, ut nota. de priui. tuarum, & dicit
Genz. in casu isto sunt excōicati, pro hoc quod dixi s. in 5. no
tabili. Decimosexto no. ꝙ religiosi qñq; habent capellas ple
d no iure subiectas. de hoc in glo. in ver. pleno iure, d & expo-
nit Pau. i. quo ad temporalia, & spiritualia. 16. q. 2. c. 1. de priui
5 lega. cū & plantare, §. in ecclesiis. † Oppo. ꝙ possunt plati pro
hibere ne audiantur missæ religiosorum, vt matrices ecclesiæ
non deserantur. de paro. vt dñicis. Sol. ut in gl. quid tamen. q̄
dicit licitum esse audire missas religiosorum, tñ sine præiudi
cio parochialium ecclesiarum, & sic vr̄ intelligēdū de missis
non publicis, ex quo dic ꝙ prælati possent prohibere quando
agerent de præiudicio parochialium, vt in contrario, vel se-
cundum Pau. hic loquitur de parochijs exemptorum q non
debent prohiberi, alias si non habent parochias, possunt dice
re missas votiuas, & diebus priuatis, vel alijs ex causa. & sic
vult, ꝙ quando habent parochias, possunt dicere missas etiā
publicas, pro hoc 16. q. 1. Agapitus, ubi de hoc, & utraq; expo-
sitio de prædictis uera est. Secundo opo. in eo quod prouidet
ne religiosi

A D D I T I O N E S.

a Quod prælati. Adde quæ dixi in cle. dudum. de sepul. in apost.
Vin. God. Prælati merum. & mixtum imperium habentes qui sint. Gogl. Lune. in tract. Arbo. iurid c. 2. nu. 8. habetur in lib. 1. tract. fol 22.
b Decimæ. Adde Doct. in c. a nobis, de deci. Doct. in c. 1. de præscrip. lib. 6.
c Qui dicantur domestici. Adde gl. summa. 13. q. 5. gl. in ver. de familia. in ca. in lite. de testi. c. vlt. de verb. sig. Doct. in l. præsenti. in § sane. C. de his qui ad eccl. confugiunt.
Vin. God. Vide Fed. de Sen. in tract. de testib in sum nu. 27. quod habetur in lib. 1. tract. fol. 248. & Nepo a Montalban tract. excep. in summa. nu. 5. habetur in lib. 8. tract. 227.
d Pleno iure. Adde Abb in c. conquestus. de foro compe. Abbas in cap. quoniam, & in c. pastoralis. de priui. Abb. in cap. cum & plantare. de priuileg. Abb. in cap. querelam de elect. Abb. in c. audetis, de præscrip. Abb. in c. cum inter vos, de re iudic. Abb. in c. de monachis. de præben. Abb. in c. in Lateranen. eo. tit.

ne religiosi excommunicentur absque causa rationabili, nam de hoc prouisum erat.de sen.excom.sacro. glos. contra hos.stat contrarin.dic quod hic non ponitur hoc pro specifico grauamine. nam vt dixi supra in 12. no. totum hoc a verbo,molentes,vsque ad versum, & appellationibus. ponitur ꝓ vno grauamine & de pena excommunicationis iniustæ. & dicit Matth.ꝙ est multiplex. primo quia tenetur actione iniuriarum.11.q.3.illud. & c.temerarium. secundo quia punitur tanquam sacrilegus.24.q.3.non in perpetuum.tertio quia debet carere sacra cōione & arceri ab ingressu ecclesiæ inquantum superior iudicauerit.24. q.3.de illicita. & quod ibi dicit de arbitrio superioris hodie intelligitur de mense.de sen.exc. sacro.sic no.in d.c.de illicita.i gl.hodie. quę ēt dicit aliter posse intelligi. quod ibi dicit de cōione vel arceatur a cōione hominum arbitrio superioris, prior expositio placet, & hodie statur.d.c.sacro.vbi interdicitur ingressus ecclesiæ,& vltra hoc condemnatur excommunicator ad interesse excommunicati,& punitur etiam arbitrio superioris si culpæ qualitas postulauerit.additur & alia pœna de sen.exc.cap.1. lib.6. Tertio
a op. quod non fuerit opus prouidere ne religiosi a grauarētur indirecte grauando molentes &c.quia prouisum erat.de priuil.quanto.gl.in verbo,voluntatis.solu.quod ibi de exemptis vel priuilegiatis, hic autem generaliter de omnibus. quod dic vt dixi supra in 4.no.Quarto op. in eo quod permittit religiosis appellare propter grauamina illata molentibus &c. quia non auditur appellans nisi cuius interest.2.quæst. 6. non solent.de eic.c.cum inter R.Sol.Lau.quod interest religiosorum ne grauentur molentes &c. & maxime si grauantur intuitu religiosorum pro hoc quod no.Innocen.de ap.dilectis. & Ho.de proba.licet, in fi.de hoc dixi supra de reli. cle.si dominum.in princ.quæst.1.& 2.& in eo quod Lau.supplet maxime, procedit respectu illorum qui subsunt religiosis. quo ad molentes autem in molendinis & coquentes in furnis stat pro tanto, quia si istis fieret iniuria non contemplatione religiosorum non interesset religiosorum ad hoc appellare, & hoc sentit Pau. qui dicit quod si litera ibi, ob prædicta, refertur ad grauamina illata seruientibus domesticis & vasal-
b lis,tunc colligitur hic quod dominus pro iniuria b subditi ex qua offenditur,appellare potest. de hoc per Arch. de re iudi. ad apostolicæ.in gl.hoc videtur.no.de priui.authoritate,in gl. vlt.lib.6.si autem verbum, ob prædicta, refertur ad grauamina illata religiosis,tunc cessat argumentum. Paul.vult dicere quod quando iniuria fit molentibus &c. animo iniuriandi religiosis, tunc non colligitur hic quod dominus pro iniuria subditi possit appellare. nam secundum hanc expositionem appellat pro sua tantum. pro hoc ff. de iniur. item apud quem.§. si quis. Quinto op. in eo quod prohibet prælatis ne capellanos religiosorum prohibeant ministrare in ecclesijs pleno iure subiectis religiosis sine causa legitima. & sic uidetur quod ex causa legitima possunt,cum tamen de exemptis non debeant prælati se impedire.de off.ordi.graue. Sol. Pau, stando contrario si religiosi sunt exempti.& dicit tunc quod hic dicit de causa non legitima vt factum exigeret. secus si non essent exempti, quia tunc litera stat plane & exemplificat de causa legitima, puta excommunicationis, suspensionis,& interdicti. Matth.dicit quod ex causa legitima prohibere possunt, puta si terra est interdicta vel cessatum a diuinis. de priui.episcoporum.li.6.de sen.exc.cle. 1.per quæ iura vr̄ intelligere etiam de exemptis. illa tn̄ iura non dicunt ꝙ prælati tunc punire possint,sed pęna imponitur a iure per iura prædicta,ideo verius, quod prædixi. Sexto op.ad hoc ꝙ immo etiam si religiosi sint exempti,debēt capellani ipsorum esse subiecti episcopo ratione curę authorizabilis recipiendæ ab ep̄o.de capel.mo.c.vnico.li.6.Solu.Pau.arguendo ex hac litera ꝙ commissio curę authorizabilis spectare potest ad inferiorē ep̄o, alias non faceret hic vim an ecclesia spectaret ad religiosos pleno iure vel nō.dicunt ergo ꝙ vbi spectant pleno iure sicut religiosi instituunt & destituunt irrequisito episcopo, sic videtur ꝙ instituti possunt curam gerere,& sic habet consuetudo.ad hoc de supplen.negli.præla. c. 1.in fi. sic allegat Pau.& videtur allegare cle.vnicam,de suppl.negli.præla.quæ parum facit.Lau.videtur idem sentire cum Pau.licet nō clare. Host. de offi. Arch. cum latis. dicit quod cura est imprætcriptibili. dic vt ibi dixi,quod est impræscriptibilis iure proprio,sed pręscribi potest vt quis exerceat tāquam vicarius episcopi, & sic communiter religiosi habentes ecclesias pleno iure præscribunt.quandoque autem habent pleno iure,quia eximunt ecclesia etiam quo ad populum,& tunc ex priuilegio videntur eis concessa iura quasi episcopalia, & per consequens & ipsa institutio authorizabilis. Quæro in eo quod litera ibi, in casibus non concessis a iure videtur permittere quod in expressis a iure possunt prælati religiosos capere & incarcerare, qui sunt illi. Sol. vt in glo. & idem Lan. dicens quod extra casus expressos a iure religiosi desinunt esse sub potestate ordinariorum tam ipsi quam eorum bona, quod denotat verbum exemptio,nisi contrarium ostendatur a iure, quod ostēditur in dictis casibus concessis a iure,& hoc quo ad personas.de vi. & ho.cleri.cle. diœcesanis.quod dic ut ibi no. in gloss. 2.Item quo ad bona,de priuile.per exemptionem. lib.6.& dicit Pa.ꝙ in casibus in quibus exempti sunt de iurisdictione ordinariorum,possunt ab eis capi sicut non exempti,seruato ca. eos. de sen.excom.lib.6.& in hac glo.in fi.hanc glo. quidam non habent.Secundo quæro de intellectu literæ ibi, per interminationem pęnarum.Solu.Lau.exponendo interminationem.i. comminationem, quia sub pœna excommunicationis, vel maledictionis diuinæ,vel simili,pręcipiunt ne soluantur decimæ religiosis.vel quid simile.de iure patro. relatum. in fine. Tertio quæro,an per talem interminationem feratur sententia.dic,ꝙ non,quod dixi in 7.notabili.Lau.distinguit,quia aut primo erat lata excommunicatio,& postea interuenit comminatio,& tunc infert sententiam excommunicationis ita,ꝙ erit duplici sententia ligatus.de sen.exc.a nobis.1. quod non probat hoc,nec est verum aut nō præcessit excommunicatio, & aut fit a canone aut ab homine,primo casu non infert excommunicationem.30.dis.per totum. quæ iura probant,ꝙ p talia verba,anathema sit,non fertur excommunicatio, sed exponitur fit 1.fiat.secundo casu respicitur iudex.nam si prohibet sub pœna excommunicationis ne tale quid fiat si probari potest,ꝙ animo excommunicandi,stabitur dicto eius,quia eius ē interpretari,de sen.excō.inter alia,dic,ꝙ per interminationem seu per comminationem stantem in meris terminis cōminationis non fertur sententia,quia verba hæc non operantur.potest tamen esse,ꝙ ex alijs probabitur sententiam latam esse,& hoc in his in quibus non est prodita verborum forma, sicut in excommunicatione quæ fertur etiam per verba non omnino propria,dummodo constet de mente excommuni-
6 cantis,vt dixi de off.dele.c.1.† Quarto quæro,an religiosis cōpetat aliqua actio contra prælatos qui impediunt eis solui decimas,vel reditus?dicit Pau. ꝙ possunt agere ad interesse. de deci.cle. 1.vbi dixi in 6.contrario.Quinto quæro in eo quod dixi s̄.in 14.notab.ꝙ non deferens appellationi puniri debet, qua pœna.Sol.Lau.ꝙ si est clericus,debet deponi 2.q.6.decreto.si laicus,in 30.pondo auri mulctari.C.de ap.quoniam iudices,quod vlmum dicit Genz procedere in causa ciuili, sed in causa capitali tenetur l.Iul.de vi pub.ff.ad l.iul.de vi pub.l.
7 Iulia.cuius pœna no.de ord.cog.cap.2.in gloss.1.† Sexto quęro in eo,ꝙ illi incarcerabāt appellētes,quid si ante appellationem reus erat in carcere,an remittetur ad iudicem ad quem. Solu.Lau.ꝙ magna quæstio de hoc erat in studio Tholosano cum Archiepiscopo Narbon.dicit autem ꝙ quia erat in facto non vult præcipitare sententiam.dicit Pet.de Anc.ꝙ cu studietur per iudicem a quo,si est appellatum ab interlocutoria,quia gesta per eum tenent.de appella.non solum.lib.6. si autem a diffinitiua, tunc cum tota iurisdictio sit deuoluta ad iudicem ad quem.d.ca.potest petere ꝙ sibi remittatur carceratus sicut remittitur processus.C.de eden.is apud quem. de appellatio.c.1.lib. 6. nam carceratio est de processu. ad qđ nihil allegat.sed probatur de hæret.clemen.1.post princi.pro hoc quia iudex ad quem,exequitur sententiam si confirmabitur prima,quod ultimum dic,vt dixi de offi.delega.pastoralis.§.præterea.& quia ut patet ibi ex ibi not.non indistincte habet iudex ad quem,exequi,videtur,ꝙ propte dubium euētum carceratus non remittitur ad iudicem ad quem,sicut ēt is qui captus est per iudicem secularem non remittitur ad ecclesiasticum,si allegat se clericum,sed interim donec de clericatu discutitur per secularem,si ante capturam habebatur ꝓ laico de senten. excommunica. si iudex.in fine. lib. 6. & hoc quando a diffinitiua est appellatum.si autem ab interlocutoria,tunc donec discutitur articulus appellationis,retinebitur per iudicem a quo.& sic intellige,quod dixi supra in illo mēbro quando appellatum est ab interlocutoria,sed post discussionem si pronunciatum fuerit bene appellatum,quia iudex ad quem surrogatur iudici a quo.de appel.ut debitus. potest iudex ad quem,petere sibi remitti,vel ad suum mādatum faciet seruari in carcere primi iudicis.

ADDITIONES.

a Ne religiosi grauarentur. Adde quę dixi supra in cle.1.de reliqui. & vener. sancto.in 3.in apostilla.
Vin.God.Religiosi an sint idonei testes in fauorem monasterij.Dec. in consi.62.In prin.lib.5.

b Quod dominus pro iniuria.Vide quæ dixi in cle.1.in 1.q.de reliqui.& venera.sanctorum.
Vinc.God.Vide tradita per Ruyn.in consi.63.numero 16. libro 5. qui dicit quod dominus potest agere pro iniuria illata uasallo ad interesse proprium,

SVMMARIVM.

1 *Census nouus non debet imponi ecclesiis.*
2 *Prælati, an possint exigere subsidium a subditis suis.*
3 *Quid si subditi dicunt quod causa petendi subsidium non est rationabilis, quem adire poterunt super ista causa.*
4 *Quantum autem possit exigi pro subsidio.*
5 *Exactiones indebitæ, dicantur.*
6 *Notarii si faciunt instrumenta post inhibitionem ipsis factam ne faciāt instrumenta, an talia instrumenta valeant.*

a **Nonnulli.** Not. ibi abbates non monachos &c. quòd
licet a nomine monachorum comprahēdatur abbas, de simo. c. fin. tamen aliquando exprimitur vtrūque, vt hic. & hoc causa maioris expressionis. Secundo not.
ibi, conuersos exemptos. q conuersi exemptorum non semper sunt exempti. & dicit Pau. q addidit verbum, exemptos.
quia non omnes conuersi sunt religiosi priuilegiati & exempti. de priuil. cum & plantare. §. de confratribus. & c. vt priuilegia. de deci. cle. 1. in fi. & ex hoc videtur Paul. non facere dif
b ferentiam inter conuersos b & oblatos. nam sæpe accipiuntur promiscue. dic tamen quod distinguuntur. de priuil. per exemptionem. lib. 6. quia conuersi proprie sunt hi qui obligātur ad substantialia regulæ. de sent. excom. non dubium. & c.
parochianos. oblati autem non obligantur ad substātialia regulæ, sed habent quendam modum viuendi. & de his. de priui. vt priuilegia. versi. hic autem. & quo ad hanc literam dic,
q verbum, exemptos refertur ad abbates, monachos, & conuersos. in hoc enim notantur prælati quod eos suspendebant
& excommunicabant ac si non essent exempti. Tertio no. q
clerici qui subsunt exemptis pleno iure non sunt sub correctione diœcesani. 16. q. 2. c. 1. Quarto no. q in aliquibus tenentur exempti diœcesanis, ibi etiam in quibus non tenentur. &
est sensus literę ac si dicat quod etiam si non pecerent in his
quibus tenentur non deberent sic inconsulte contra eos procedere in his in quibus non tenentur. dicit Genze. quòd illa
possunt denegare. de exces. præla cum ad quorundam. Quinto no t. quod vitanda est facilitas in sententijs proferendis. C.
de senten. ex breui. reci. l. 2. maxime in sententijs censuræ. de
sent. excom. c. 1. lib. 6. Sexto no. quod non debent pręlati capere religiosos exemptos. & dicit Pau. hoc facientes sunt excōmunicati. de sent. excom. si clericos. lib. 6. idem Gen. pro hoc. s. eo.
cle. in princ. in 5. not. Septimo no. quòd prælati c ab exemptis
non debent exigere charitatiuum subsidium. de hoc. J. in 3.
contrario. & J. q. 1. 2. 3. Octauo no. contra prælatos qui insolitas exactiones imponunt. de hoc in glo. in ver. contra iura. &
dicit Gen. quod ex eo q prohibet insolitas videtur permittere de solitis. 9. q. 3. conquestus. ff. com. præd. venditor. §. si constet de hoc per Innoc. de cau. pos. cum ecclesia. de præscrip. si
1 diligenti. † Nono no. q nouus census nō debet imponi ecclesijs. de hoc in glo. decimum. & in ea ibi, prohibemus. & c. sciētes. & c. præterea. & c. ecclesijs. Genz. & de hoc in d. c. prohibemus. in glo. 2. & ibi dicit Gen. q episcopus non potest imponere nouum censum pro seipso, sed pro alijs sic. c. si. cum clerici. & secundum Host. fit differentia inter impoiētem & recipientem. de insti. c. fi. de in epa. per nostras. facit de re. eccle.
non alien. clem. si vna. Pau. Decimo no. q pręlati non debent
prohibere sententias delegatorum apostolicorum mandari
executioni, imo potius debent parere & exequi siue iuste siue iniuste. de off. deleg. si quando. & ca. pastoralis. nisi in casu,
de rescrip. cum contingat. Lau. dic vt in e. c. pastoralis. §. quia
vero. Vndecimo no. de conseruatoribus & eorum potestate.
de off. deleg. c. 1. & c. si. Duodecimo no. q non debet prohiberi tabellionibus conficere instrumenta in causis exemptonū,
nam tabellio tenetur in licitis conficere instrumenta. de tab.
§. 1. col. 4. quia est publica persona. de fi. instrum. si instrumenta. ibi, per publicam. & dicitur seruus publicus. de vsu. quamquam. lib. 6. facit de præteri. ad audientiam. & ideo dicit Gen.
q licet prælatus eis inhibeat, ex hoc non debet desistere. quia
alteri competit ex beneficio iuris communis requirere tabellionem quod beneficium inferior a principe auferre non potest. de hoc. J. in 6. q. Decimotertio no. q non debet negari iustitia, nec iuris cōsilium, nec aduocatus. & quo ad illud de iustitia facit, quia iudex, timore, odio, amore vel præmio nō debet eam dimittere 11. qō. 3. quatuor. de hære. cle. 1. §. verū, vnde non est tali inhibitioni obtemperandum, cum sit ꝯ Deū,
11. qō. 3. Iulianus. quo ad illud consiliarijs, & aduocatis. pro
hoc quia nemini est neganda defensio. de excep. cū inter. &
hæc insinuetur per consiliarios & aduocatos. 13. q. vlt. non tamen. de hoc ēt. J. in 6. ꝯtro. & pro hoc de aduocato. de off. iu. c. 1.
de iu. pastoralis. vt lite non contest. c. 1. Op. quia hic in prin. clericos subditos exemptis ꝯparat ipsis exēptis, cum tñ ipsi clerici non sint exempti. de priui. tuam. & ca per exemptionē. li. 6.
Sol. Lau. q priuilegiū exemptorū ad eos se extendebat. dic q
verbum pleno iure. positum in textu hoc indicat, alias enim
non dicuntur pleno iure subesse, pro hoc quod dixi s. eo. cle.
in prin. in 16. no. Scdo opp. q fuerit opus prouidere in hoc q
prælati interdicebāt ecclesias exemptorum, nam sentētia est
nulla tanq̃ lata a non iudice. de iudi. at si clerici. gl. si de exemptione. solum stando contrario eo casu quo de exemptione
ꝯstant. idē Pau. dicens hoc verum etiam si exempti non cōpareāt suum priuilegium allegatuni ex quo est notoriū. de hoc.
3. qō. 2. si episcopus. de accu. veniens. alias si non esset notoriū
valeret processus ordinarii, nisi allegent & probēt priuilegiū.
de priui. cum personę. in fi. lib. 6. secus tñ dicit Pau. de clerico
citato coram laico, quia nō tenetur comparere, vt no. 22. q 8.
ꝯuenior. & Spec. de cita. §. 1. sed pone. quia laicus non potest
cognoscere de tali priuilegio. de sent. excom. si iudex. lib. 6. &
omissio allegationis priuilegii non potest laico iurisdictionē
dare in clericum, cum ipse clericus expresse hoc non possit.
de foro, compe. si diligenti. & hoc in regula, scienti. lib. 6. &
per Inno. de ver. sign. ex parte. & dic per d. c. si iudex. q si nesciretur esse clericus, nec allegarit, tenet processus iudicis laici,
quia interim habetur pro laico, pro hoc quod dixi sup. ea. cle
in prin. q. 6. & in hac gl. ibi, cum dilectus & 16 q. 1. frater. Ter-
d tio op. in eo q prohibetur prælatus d exigere charitatiuū subsidium, cum tñ hoc de iure sibi liceat. de censi. cum apostolus. Sol. Lau. q hoc licet præterq̃ in exemptis si habent curā
animarum per se vel suos vicarios, nisi sint exempti in capite & in membris. dicit Pau. q a non exemptis possunt exigere si subest causa, puta itinerationis ad Papam, vt not. Inno de
statu regu. c. 1. & Host. de off. ord. conquerente. licet Io. no. cōtrarium. 10. q. 3. cnio. sic allegat Pau. ibi, tamen gl solum dicit
e q pro itinere ad Papam e vel ad regem non possunt episcopi vltra statutum petere per d. cap. cum apostolus. & sic videtur potius dicere q ex causa possunt cum moderatione. dicit
etiam Paul. quod possunt exigere si habent itinerare ad imperatorem, vel si sustinent maximas expensas pro factis ecclesiæ, vel propter litem, vel alias indigent sine culpa. argu. de
consti. ca. pe. ff. depo. bona fides. de hoc per Hostien. in sum.
de censi. §. 1. ver. & nunquid episcopus. Quarto oppo. q non
debuerit prouideri contra prælatos impedientes processus
delegatorum apostolorum, nam possunt delegati tales coercere, de offic. deleg. ca 1. Gl. per hoc stat contrario. dic quod licet subsit illud remedium, non propterea fuit superfluum
hic prohibere, præcipue quia quandoque delegati non producunt. Quinto oppo. quod prohibitio prælatorum facta tabellionibus ne conficient istrumenta sit sine effectu, quia
nihilominus tenentur conficere ratione iuramenti. de quo
nota. ne cleri. vel monac. sicut. Gloss. in causis. stat contrarium
quod dic vt dixi supra 12. notabili, dic quòd licet prohibitio prælatorum in hoc non teneat non tamen fuit superfluum hic prouidere, vt in simili dixi in proximo contrario. Sexto oppo. in eo quod dicit quòd grauabantur religiosi quia nō permittebantur habere aduocatum. videtur enim
quòd iuste hoc fiebat, quia principales personæ debent per
se factum proponere. de iudi. pastoralis. Solu. Lau. quòd illud
est respectu facti principalis proponendi, sed alias est opus aduocato ne subtrahatur defensio in his quæ sunt iuris quæ
non possunt expediri sine aduocatis, & nulli deneganda est
2 defensio, quod etiam dixi supra in 13. nota. † Quæro in eo qd
dixi s. in 3. contrario. prælati possunt exigere subsidium, an
hoc sit verum gloss. in versicu. octauum. arguit ex hac litera
q episcopus possit exigere charitatiuum subsidium dummodo sit moderatum. & facit litera ex eo quia hic prohibetur exigere ab exemptis, ergo ab alijs permittitur. Idem Lau.
dicens

ADDITIONES.

a Quod licet nomine monachorum. Adde q hoc fallit in materia odiosa vt p Car. io d. c. fi. Car. in cle. 1. in 4. op. de reg. idem tenet Io. de Imo. in capitulo, sedes. de rescrip.
b Inter conuersos Adde Doc. io cle 1. de deci.
Vin. Go. 1. Conuersi quomodo cognoscant, & de ipsis Fel. in capitu. in pręsentia c. l. 1. ver. ibi obtulit, de prob. & in c. causam, col. 4. de pręsc.
c Quod prælati. Adde tex. in cle. 1. de censi. tex. in c. luminoso 18. qō. 2. Paul de Elea. hic, P. de Anch. hic, Inn. 10 c. 1. de testa. Belen. diffuse in tract. de charitatiuo subsidio q 32.
Vio. Go. Adde q ideo non debent exigere ab exemptis si non sunt descripti, Fel in c. cum accessissent col. 12. de consti. & Old. consi. 98.
d Quod prohibetur prælatis. Adde Abb. in c. dilectus. de offi. ord. tex in cle. 1. in ver. exemptionis. de censi. tex in c. luminoso. 18. q. 2. Inno. in c. 1. de testa. Rap Cu. consi. cancl. viso tenore literarum apostolicarum.
e Pro itinere ad Papam. Adde glo in ver. prorogari in c. vnico. 10. q 3. Innoc. in c. 2. de sta. mo. An. de Bu. & Io. de Imo. in c. conquerente. in fin. de offic. ordin. Bal. in l. si quis ad declinandam C. de episcop. & cleri. diffuse & melius quam alios per Barto. Belen. in tracta. de charita. subsid. in 20. quæstione.

dicens, ꝙ hic prohibetur exceſſus, nõ exactio. dic ꝙ eo ipſo excedebant hic quod exigebant ab exemptis. Paul. etiam tenet cum gloſ. dicens ꝙ licet eps debeat charitatiue petere, tñ põt nolentes compellere, quia vbi non prodeſt charitas, adhibenda eſt poteſtas. 45. diſt. licet. & c. qui emendat. 10. q. 3. cauendũ. de off. ord. conquerente. ad fi. vbi prohibetur diœceſanis exigere vltra ibi expreſſa præter moderatum auxilium, ergo illud poteſt exigere. i. ab inuito extorquere. ff. de cal. in hærede. in princ. de leg. 3. fideicommiſſa §. ſi quis rem. ſol. ma. l. 3. licet quandoque contrahatur ad ſponte ſolutum. ff. de pig. ac ſolutum. de procura. l. 1. de verb. ſign. exactæ. cum ſim. & hæc tenent Innocen. & Ho. de cenſi. cum apoſtolus ſecundum Pau. dic ꝙ ibi Innoc. non dicit ꝙ epiſcopus poſſit cogere inuitos, ſed ſuperior epiſcopi. primum tamen placet per hanc literam & de hoc dixi in eo. c. cum apoſtolus. ver. prohibemus. in 4. q.
3 a †Secundo quæro in eo quod dixi in co. 3. contrario, ꝙ epiſcopus poteſt petere ſubſidium ex cauſa, quid ſi ſubditi dicant a ꝙ cauſa non eſt rationabilis. Sol. Lau. alias Paul. referens quod no. Hoſt. in d. ca. cum apoſtolus. vbi dicit quod ſubditi poterũt adire archiepiſcopum. de off. ord. ad reprimendam. 2. q. 7. metropolitanum. 10. q. 3. quia cognouimus. ſed ſi epiſcopo conquerente eſt de hoc quæſtio inter eos, eligentur arbitri. 11. q. 1. ſi clericus. de hoc dixi in capit. cum apoſtolus. ver. prohibemus. q. 1. † Tertio quæro quantum poſſit exigi pro ſubſidio,
4 dic arbitratium. quod dixi in eo. ver. prohibemus. q. 7. † Quarto quæro, in eo quod dicit de exactionibus indebitis quæ dicuntur indebitæ. So. Paul. quod indebitæ ſunt eo ipſo ꝙ ſunt inſolitæ, & in iure non expreſſæ. 10 q. 3. quia cognouimus. 18. qõ. 2. hoc tantum. de vita & ho. cle. cum ab omni. & de expreſſis in iure exemplificat Lau. in hoſpitalitate. de præſcrip. cum ex officii. & in procuratione annexa viſitationi. de cenſi. ca. 1. lib. 6. Idem dicit de procuratione ob conſecrationem eccleſię vel altarium. de ſimo. cum ſit. vel ob reconciliationẽ, de hoc tamen vltimo dicit ꝙ ille qui dedit cauſam pollutioni habet ſatisfacere. argu. de off. ord. ſi canonici §. pen. lib. 6. vel hoc faciet eccleſia cum ſuis parochianis. de eccle. ædi. ca. 1. quod parum facit ad hoc de parochianis. & ſi prædicti non ſunt ſoluẽdo, hoc facit epiſcopus. 10 q. 3. cauendum. 1. q. 2. placuit. in Authen. de man. prin. §. ſi tibi. & de hoc quod dixi de reconciliatione, plenius dixi de conſec. eccleſ. vel alta. propoſuiſti. in 5. aut in 6. qõ. Quinto quæro de intellectu literæ in eo quod dicit de proceſſibus factis pro exemptis. Sol. Pau. exponendo pro exemptis. i. ad eorum petitionem, & tunc eis non ſeruantibus interdictum pro eis latum alij ſeruare non tenentur. ſecus ſi propter eorum delictum. de priui. perſuſtis. vbi dixit Vin. ſecus in ſuſpenſione vel excommunicatione, quia licet religioſi nõ ſeruent excommunicationem vel ſuſpenſionem latas contra aliquos pro ſe, alij tamen tenentur obſeruare. quod dic vt
6 ibi dixi in vlti. q. †Sexto quæro in eo quod dixi. ſ. in 12. not. &
b in 5. cõtrario de inhibitione b facta tabellionibus ne fiant inſtrumenta pro religioſis, nunquid valent inſtrumenta facta contra inhibitionem. Solu. Paul. referens quæſt. per ſe diſputatam quæ incipit, vſurarius. & generaliter an valeat inſtrumentum confectum a notario prohibito, diſtinguit, aut prohibitio tollit officium, aut probationem. Primo caſu aut prohibitio cauſatur a crimine, aut a defectu vel alia cauſa. ſi a crimine, ſiue crimen inducat priuationem ipſo iure, vt de hæreti. ſi aduerſus. & c. excommunicamus. §. credentes. ſiue non inducat, inſtrumentum non facit fidem, quia lex & iudex bene poteſt eum tali officio priuare. ſimile in exemplo. de priuil. capi. 1. lib. 6. & in priuilegiato. C. ubi de cri. agi. opor. auth. qua in prouincia. vbi ſenatores vel clariſſi. l. 1. de priui. ſuarum. C. vbi quis decur. vel cohor. l. 2. vbi miles priuatur priuilegio propter delictum, licet etiam inter quædam capitula ſicut notarius, vt no. in Auth. de man. princ. in fi. non ob. quod no. Lau. & Io. 16 qõ. 1. filijs. quia laicus de iurepatronatus cognoſcere non põt. de iud. quanto. vñ nõ. mirũ, ſi patronus nõ poteſt illo iure priuare. non etiam ob. quod no. de maio. & obe. per tuas. in 1. glo. de ordinato a Papa qui non poteſt ab inferiori deponi, quia illud ſpeciale ob reuerentiam manum imponentis. vnde ſi ab alio de licentia Papæ poſtea ordinaretur, ceſſaret illud priuilegium, quia incipit ceſſare reuerentia, vt ibi not. Hoſtien. Contrarium no. glo. 1. q. filium. dicens quod deponi poteſt ab inferiori, quæ opinio ſi eſſet vera, ceſſat obiectio. de hoc dixi in d. cap. per tuas. in 1. qõ. & communior eſt opinio ꝙ ordinatus a Papa non poſſit deponi ab inferiori. & ſic verius, quod ibi ſpeciale ob reuerentiam Papæ ordinantis. Secũdo caſu qñ cauſatur a defectu vel ab alia cauſa, puta quia tendit ad noxam ex multitudine vel alio modo, aut priuilegiũ eſt conceſſum a principe, aut a prohibente pari vel minori. primo caſu non valet prohibitio, quia principis eſt hoc ęſtimare. ff. de regu. iur. Neratius. nec dici poteſt inſufficiens quẽ princeps elegit. 17. qõ. 4. §. qui autem. & hoc niſi exercitium officij requireret iudicis authoritatem, quia tunc ſufficeret ſola prohibitio. exemplum de fide inſtrumen. ca. pen. & fin. ſi vero priuilegium eſt conceſſum a prohibente pari vel minori inhærendo opi. Hoſt. quam tenet in d. ca. pen. in ſumma. §. quibus inſtrumentis. ſ. ꝙ communitates prælati & vniuerſitatem regentes. pñt in eorum territorio notarios facere. argu. in Auth. de tabellio. §. pen. col. 4. 10. q. 1. regenda. quod etiam tenet Hoſt. in ſum. ne cleri. vel mona. §. quæ ſunt iſti. §. cũ clericis. ver. cum igitur. & de hoc in Spe. de inſtr. edi. §. teſtat uidere. ver. ſed quis poteſt. dic ꝙ ex cauſa facta prohibitio in ſuo territorio valet, ſine cauſa non. arg. de reg. iur. decet. lib. 6. & eius quod no. de ele. cum ex eo. tit. quod intellige ſi officium eſt conceſſum perpetuo per modum officii. ſi enim conceſſio eſſet vnius officij tantum ſicut in duobus viris, de quibus de prob. quoniam, tunc ſtaretur prohibitioni. & hoc etiam intelligitur quando ad prohibitionem iudicis eccleſiaſtici non accedit excommunicatio, vt ſic virtus excommunicationis non reddat inſtrumentum inefficax, ſm no. de ſentẽ. exc. decernimus. li. 6. Si vero prohibitio tollit probationem, aut omnimode, aut cum qualificatione. primo caſu non valet prohibitio ſi in priuilegio erat decretum. & ſic ſit uera opinio Dy. ff. de le. 3. l. ſi quis ſeruus. vbi dicit ꝙ ſi imperator ꝯcedit Comitib. ꝙ poſſint notarios facere qui poteſtatem habeant inſtrumenta faciendi, non obſtante aliquo ſtatuto vel conſuetudine, ſtatuta obuiantia ẽt in futurum facienda, videtur remouiſſe. argu. ff. de ſerui. vrba. prædio. l. ſi ſeruitus. de li. & poſthu. placet. & per hoc innuit ꝙ ſi decretum non eſſet appoſitum, valeret prohibitio. & quo ad effectum decreti facit de ele. ſi eo tpe. de cõceſſ. præben. c. 1. & c. ſi ſoli. lib. 6. cum concordantijs. ſi autem tollit cum qualificatione, puta ꝙ non faciant fidem niſi ſint tres teſtes, vel niſi ſint in memoriali cõis, vel niſi ſoluatur gabella, vel quid ſimile, ſtandum eſt prohibitioni legis municipalis vel iudicis habentis poteſtatem eam condendi. ar. 1. di. catholica. 3. diſt. §. leges. ff. de ſepul. vio. l. 3. §. quid tamen. Pau. & facit quod no. de prohibitione facta ſacerdoti, ne criſmet, cui per Papam conceſſum fuerat criſmare poſſe. de conſuetu. quanto. in glo. 1. Item de prohibitione alienationis facta a lege vel teſtatore no. de teſta. Raynaldus. ver. dilectus. vbi dixi in 5. qõ. & multis ſeq. de prohibitione matrimonij no. de deſpõ. impub. ad diſſoluendum. in glo. fi.

ADDITIONES.

a Quid ſi ſubditi dicant Adde Arch. in § iuxta ſanctionem 16. q. 1. Hoſtien in ſum. tit. de cenſi. §. ex quibus cauſis ver. quid ſi ſubditus dicat. Old. conſi. 234. in 2. dubio.
Vin. God. An liceat ſubditis interficere dominum eos iniuſte opprimentẽ. Fely. in c. cum nobis col. 2. verſi. ſcias, etiam de præſc.

b Inhibitio. Adde Bald. in l. data opera. in 22. col. C. qui accu.

SVMMARIVM.

1 *Prælati non debent ſe intromittere de eccleſijs exemptorum ipſis aliquid diſponendo.*
2 *Prælati ſi inſtituũt in beneficijs religioſorum, an poſſit agi vt tales inſtituti remoueantur.*
3 *Eccleſiæ quæ dicantur de menſa.*
4 *Quibus autem modis poteſt eccleſia fieri de menſa.*
5 *Eccleſia quæ pertinet ad monachos pleno iure, an dicatur de menſa.*
6 *Eccleſia de menſa quare non vacat per obitum ibidem miniſtrantium.*
7 *Eccleſiæ monachorum quæ dicantur eſſe.*

Præſentatos. No. quòd exempti debent ordinandos præſentare diœceſanis. poſſunt tamen etiam alijs quam diœceſanis ſecundum formam priuilegiorum quæ debent inſpici. de priuil. porro. & pro hoc quod no. de priui. cum & plantare. §. cum in eccleſijs. Secundo no. ꝙ ad ordines fit præſentatio quod dicit Ge. fieri, quia non debet quis ordinari ſine titulo. de æta. & qualita. accepimus. de præben. cum ſecundum. dic quod hæc litera non habuit hũc reſpectum, ſed ſolum ad id quod accidit, quia ſubditi religioſorum exemptorum per eos præſentantur ad ordines. i. de eorum licentia. & quatenus intelligitur hic ꝙ iſti præſentati eſſent religioſi, non oportet ꝙ ordinentur ad titulum aliquem. nam de monaſterio habent alimenta. de acc. ex parte. Tertio no. ibi literarum. ꝙ præſentatio poteſt fieri per literas. de hoc in gloſ. quid ergo. quæ eſt ſingularis, vt dico. J. in 1. contrario. Quarto no. ꝙ ſi præſentatus per patronum eſt idoneus, nõ dẽt reijci, vt hic, & reijcientes tenentur reiectis de beneficijs prouidere. de iure patro. paſtoralis. quod dicit Gen maxime procedere in præſentatis per perſonas eccleſiaſticas, quia talis præſentatio habet vim electionis. no. Inno. de iurepa. cum aũt. & eſt ſingulare. Quinto no. ꝙ prælatus in eccleſia habente patronum non debet inſtituere ſine patrono. de hoc J. q. 2. Sexto no. ibi, curam animarum. ꝙ eccleſia curata poteſt eſſe de

menſa

mensa Abbatis,& dicit Pau.ꝙ tunc cura spectat ad Abbatem
vel ad eum cui commiserit ẽt ad tempus de sup.nega. præla.
cle.1.in fi.de hoc.J.q.4.facit de off. ord.graue.16.q. 1. visi. idẽ
Lau.qui dicit ꝙ tunc instituent,& destituent pro libito.de iu
re pa.cle.vn.ca.§.sane.& hoc vult gl.facit,vt dico.J.in 1. con-
trario.Septimo ex hoc no.ꝙ ecclesia curata non semper hẽt
proprium prælatum,& de tali potest intelligi de rescrip. cle.
1.Pau.Octauo no.ibi,ad firmam,ꝙ ecclesia potest locari quo
